


Google




SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
FIAT LVX
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS

# SOPHOCLIS
# TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

**EDUARDUS WUNDERUS.**



---

VOL. I. SECT. I.

CONTINENS

## PHILOCTETAM.

---

EDITIO QUARTA,

QUAM CURAVIT

**N. WECKLEIN.**



LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXV.

2

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

# PRAEFATIO EDITIONIS TERTIAE.

Differt nonnihil tertia haec editio a prioribus. Amputavi enim commentarium, ita ut et criticas, quae dicuntur, et grammaticas adnotationes abicerem, quaecunque ad poetae verba illustranda non necessariae esse viderentur. Quod eo magis faciundum putavi, quo saepius animadverti eos, qui legerent divinum poetam, adnotationibus illis inductos esse, ut in verbis multo plus quam in rebus intellegendis laborarent. Legendas autem eo consilio praestantissimas illas tragoedias apparet, quo scriptas esse scimus. Nihilominus quemadmodum illud sedulo agendum putavi, ut nihil eorum, quae ad rem grammaticam spectarent, obscurum esset iis, quorum potissimum in usum facta haec editio est, ita diligenter cavi, ne aut de singularum partium fabulae argumento aut de personarum vitiis et virtutibus aut de arte et consilio poetae ea proferrem, quae verbis recte intellectis cum ceteri lectores sua sponte tum etiam discipuli duce ac moderante magistro facile per se ipsi possent investigare.

*E. W.*

## PRAEFATIO EDITIONIS QUARTAE.

Wunderi de emendatione et interpretatione fabularum Sophocliarum insigniter meriti editionem ut retractarem et corrigerem, rogavit me illustrissimus librarius et impetravit. Cum autem universus habitus Wunderianae doctrinae conservandus esset, tamen non abstinui quin adderem demerem mutarem quae ex usu videbantur nec meas adnotatiunculas cancellis adpictis distinxi nisi ubi commentarium Wunderi ita retinebam ut diversam sententiam adicerem. Ex commentario critico ea quae ad ipsam interpretationem pertinebant reliquis adnotationibus admiscui nolens disiungere quae recta ratione coniunguntur, cetera in appendicem relegavi. Descriptionem metrorum relinquere animum induxi paucis mutatis. Denique in omnibus id egi, ut libellum usui legentium quam maxime accommodarem.

*N. W.*

# ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

# ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

---

# ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

---

**ΟΔΥΣΣΕΥΣ.**
**ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.**
**ΧΟΡΟΣ.**
**ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.**
**ΕΜΠΟΡΟΣ.**
**ΗΡΑΚΛΗΣ.**

---

# ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΦΙΛΟΚΤΗΤΟΥ.

---

*Ἀπαγωγὴ Φιλοκτήτου ἐκ Λήμνου εἰς Τροίαν ὑπὸ Νεοπτολέμου καὶ Ὀδυσσέως καθ' Ἑλένου μαντείαν, ὃς κατὰ μαντείαν Κάλχαντος, ὡς εἰδὼς χρησμοὺς συντελοῦντας πρὸς τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν, ὑπὸ Ὀδυσσέως νύκτωρ ἐνεδρευθείς, δέσμιος ἤχθη τοῖς Ἕλλησιν· ἡ δὲ σκηνὴ ἐν Λήμνῳ. ὁ δὲ Χορὸς ἐκ γερόντων τῷ Νεοπτολέμῳ συμπλεόντων. κεῖται δὲ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ*[1]*) ἡ μυθοποιία. ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου*[2]*). πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς.*

---

1) Composuerunt fabulas Philoctetae nomine inscriptas cum alii tragici, quos vide sis in Nauckii frgm. trag. Gr. indice (p. 741), tum Aeschylus, Sophocles, Euripides, quorum trium fabularum maxime memorabilem comparationem fecit Dio Chrysostomus in or. LII (cfr. Valcken. Diatr. in deperd. Eur. trag. c. XI). Sophoclis praeter Philoctetam Lemnium etiam *Φιλοκτήτης ἐν Τροίᾳ* exstabat, quam satyricam fabulam fuisse Hermannus coniecit.

2) I. e. anno Ol. XCII tertio sive ante Chr. n. 409.

---

Quo brevius in hoc argumento de Philoctetae fabula commemoratum est, eo magis necessarium mihi videtur, ut quae veteres scriptores de eo alii aliter tradiderunt diligenter hic referam et via atque ordine exponam, praesertim cum Sophocles pluribus in locis huius tragoediae ita de fatis eius locutus sit, ut nisi ea aliunde cognita habeamus, quae sententia eius fuerit, vix possit recte intellegi.

§ 1.

Cum Hercules in acerbissimum morbum illum, quo morte tantum liberari poterat, Deianirae uxoris culpa incidisset, atque in Oetam montem delatus rogum, quo combureretur, adscendisset, a Philocteta, Poeantis filio, impetravit, ut acceptis divinis eius sagittis rogum incenderet.

Hoc constanter omnes, quorum aliqua auctoritas est, scriptores tradunt, Sophocles huius fab. v. 670, 801 sqq., 726 sqq., Diodor. Sic. IV 38, Philostrat. iun. Imag. p. 889, Philostr. Heroic. p. 702 ed. Olear., Ciceron. Tusc. II 7 19, Ovid. Met. IX 229 sqq., Senec. Herc. Oet. 1648 coll. 1660, Auson. ep. 70, Lactant. I 9, Hygin. CII et XXXVI, Serv. ad Verg. Aen. III 402, Dict. Cretens. de bello Troi. I p. 14 ed. Amst., Tzetz. ad Lycophr. 914—918.

Patri Philoctetae traditas sagittas esse, quod is rogum incendisset, Apollodorus narrat II 7 7, eumque sequuntur Tzetzes ad Lycophr. 50 sq. et Zenobius prov. I 33 et qui ex his sua hauserunt. Tzetzes addit a Poeante postea Philoctetae sagittas traditas esse. Ceterum illud non neglegendum est, cum a multis horum quos commemoravi scriptorum, tum a Philostratis Philoctetam dici perpetuum comitem et ministrum Herculis fuisse ab eoque artem iaculandi didicisse.

§ 2.

Sua sponte deinde Philoctetes, sagittandi arte celebratus, cum principibus Achivorum ad oppugnandam Troiam septem navibus navigavit, sed in itinere morsu serpentis vulneratus in insula Lemno relictus est.

Ita haec narrat Homerus Il. II 716 sqq.:

*Οἳ δ' ἄρα Μηθώνην καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο*
*καὶ Μελίβοιαν ἔχον καὶ Ὀλιζῶνα τρηχεῖαν,*
*τῶν δὲ Φιλοκτήτης ἦρχεν, τόξων εὖ εἰδώς,*
*ἑπτὰ νεῶν· ἐρέται δ' ἐν ἑκάστῃ πεντήκοντα*
*ἐμβέβασαν, τόξων εὖ εἰδότες ἶφι μάχεσθαι.*
*ἀλλ' ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο κρατέρ' ἄλγεα πάσχων*
*Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθι μιν λίπον υἷες Ἀχαιῶν*

ἕλκεϊ μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου·
ἔνθ' ὅ γε κεῖτ' ἀχέων· τάχα δὲ μνήσεσθαι ἔμελλον
Ἀργεῖοι παρὰ νηυσὶ Φιλοκτήταο ἄνακτος.

Neque haec ab ullo scriptore vetere aliter memoriae prodita scio. Ac Sophocles quidem in ipsa illa profectione Philoctetam in insula Lemno relictum esse diserte dicit v. 279 sq., septemque navium, quibus sua sponte Philoctetes Troiam navigarit, mentionem facit 1026 sq.

Quae autem silentio praetermisit Homerus, quo in loco et qua occasione a serpente vulneratus, deinde quomodo et cuius auctoritate expositus, denique a quo reductus Troiam sit, in iis non leviter veteres scriptores inter se dissentiunt.

§ 3.

Cum Achivis Troiam navigantibus praedictum esset, nisi aram Chrysae, in insula cognomine exstructam, repperissent in eaque sacra fecissent, non posse Ilium expugnari, Philoctetes, cum eam ostenderet, a serpente, qui custodiebat, in pede vulneratus, ob eamque causam Lemni relictus est.

Hanc famam quin Sophocles et Euripides secuti sint, non poterit dubitare qui quae de ea re obiter narrant diligenter perlegerit, et quae alter silentio praeteriit ex altero suppleverit. Sophoclis huc pertinent v. 261 sqq., 191 sqq., 1326 sqq. — Euripideus Philoctetes apud Dionem Chrysostomum, cuius oratio LIX periphrasin exhibet primae partis Euripideae fabulae, haec de Ulixe conqueritur (§ 9): *ὥσπερ ἀμέλει κἀμὲ ἐξέθηκας, ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας τε καὶ νίκης περιπεσόντα τῇδε τῇ ξυμφορᾷ, δεικνύντα τὸν Χρύσης βωμόν, οὗ θύσαντες κρατήσειν ἔμελλον τῶν πολεμίων· εἰ δὲ μή, μάτην ἐγίγνετο ἡ στρατεία.* Male Valckenarius Diatr. Eur. p. 126 ambiguum esse dicit, utrum Chryse locus an persona verbis *τὸν Χρύσης βωμόν* significetur. Personam ut intellegamus, Graecorum consuetudo loquendi postulat. Idem quod Euripides dicit, significat Sophocles v. 1327 *Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει.* Nam et ibi et v. 194 *Χρύσην* dici personam, non locum, manifestum est.

Cum utroque etsi consentiunt maximam partem, tamen etiam dissentiunt hi scriptores: Philostratus Imag. p. 889: *Ἀναπλέοντες ἐς Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ καὶ προσσχόντες ταῖς νήσοις ἐμαστεύοντο τὸν τῆς Χρύσης βωμόν, ὃν Ἰάσων ποτὲ ἱδρύσατο, ὅτε εἰς Κόλχους ἔπλει. Φιλοκτήτης δὲ ἐκ τῆς ξὺν Ἡρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνύς, ἐγχρίσαντος αὐτῷ τοῦ ὕδρου τὸν ἰὸν ἐς θάτερον τοῖν ποδοῖν, οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ στέλλονται, ὁ δὲ ἐν Λήμνῳ ταύτῃ κεῖται, διαβόρῳ νόσῳ, φησὶ Σοφοκλῆς, καταστάζων τὸν πόδα.* — Pausanias VIII 33, 4: *Λήμνου γὰρ πλοῦν ἀπεῖχεν οὐ πολὺν Χρύση νῆσος, ἐν ᾗ καὶ τῷ Φιλοκτήτῃ γενέσθαι συμφορὰν ἐκ τοῦ ὕδρου φασί· ταύτην*

*κατέλαβεν ὁ κλύδων πᾶσαν.* — Eustathius p. 330 Rom.: *τινὲς δὲ περί τινα Χρύσην νῆσον* (scilicet *δηχθῆναί φασι τὸν Φιλοκτ.*) *ὁμώνυμον Χρύσῃ τινὶ νύμφῃ, ἧς μέμνηται Σοφοκλῆς, ὠμόφρονα εἰπὼν αὐτήν.* — Scholion alterum ad Phil. 194: *Χρύσης Ἀθηνᾶς ἄγαλμα οὕτως καλεῖται· ἔστι δὲ καὶ πόλις Χρύση πλησίον Λήμνου, ἔνθα ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐδήχθη τὸν βωμὸν ζητῶν, ἐν ᾧ ἔθυσεν Ἡρακλῆς, ἡνίκα κατὰ Τροίας ἐστράτευσεν.* — Tzetzes ad Lycophr. 911: *ἔκειτο δὲ ἐν Λήμνῳ πρώην δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως ὕδρου τοῦ καὶ χελύδρου λεγομένου, ὅτε ἐκάθαιρεν ἐν Χρύσῃ τὸν κεχωσμένον βωμὸν τῆς Ἀθηνᾶς.*

Addit igitur, quod neque ab Sophocle neque ab Euripide memoratum est, ab Iasone olim aram illam exstructam fuisse, Philostratus l. l., quocum consentit Dosiades in Ara (Anth. Pal. XV 25):

*καθαρὸς γὰρ ἐγὼ*
*ἰὸν ἱέντων τεράων, οἷα κέκευθ' ἐκεῖνος*
*ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις, ὃν σχεδόθεν Μυρίνης*
*σοί, Τριπάτωρ, πορφυρέου φὼρ ἀνέθηκε κριοῦ.*

Porro Philoctetam ab Hercule, cuius comes fuisset, cum adversus Troiam iret, compertum habuisse, quo in loco sita esset ara illa, idem Philostratus refert. — Deinde, de quo silent Sophocles et Euripides et Philostratus, quae fuerit Chryse illa, cuius aram ostenderit Philoctetes, duplex est eorum, quorum testimonia attulimus, scriptorum sententia. Alii enim nympham, alii Minervam fuisse dicunt. Nympham fuisse praeter Tzetzam et scholiastam Sophocleum ad Phil. 194, quorum ea verba infra adferentur, aperte Eustathius monuit loco supra allato. Idem tamen ibid. a quibusdam Minervam esse habitam dicit: *Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ καθαίρων βωμὸν τῆς Χρύσης Ἀθηνᾶς ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου· καὶ ἀνίατα τραυματισθεὶς ἐλάθη αὐτόθι ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, εἰδότων, ὡς οἱ τοῦ Ἡφαίστου ἱερεῖς ἐθεράπευον τοὺς ὀφεοδήκτους.* Ac Minervae fuisse aram illam praeterea referunt Dosiades l. l., Tzetzes ad Lycophr. v. 911, scholia ad Hom. Il. II 725, quae infra adferam, et scholiasta ad Philoct. 1326: *Σύ, ὦ Φιλοκτῆτα, νοσεῖς ἐκ θείας προνοίας, πλησίον ἀπελθὼν τοῦ ὄφεως τοῦ φυλάττοντος τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς· καὶ οὐκ ἔστιν ἴασις, εἰ μὴ ἐκ τῶν Ἀσκληπιαδῶν.* — Sophocles quam famam secutus esset, recte perspexit Eustathius p. 330, nympham ab eo v. 194 habitam Chrysen esse monens. Non potuit enim *ὠμόφρων* dea Minerva dici; recteque Hermannus ad v. 194 et 1327 et Buttmannus p. 57 Eustathio assentiuntur.

Hermannus tamen praeterea ad v. 194 adnotavit: 'Quemadmodum de insula Chryse omnia incerta sunt, sic etiam de nympha quam fabulam secutus sit Sophocles, ignoramus. Cum eam *ὠμόφρονα* dicat, illud fortasse probavit, quod est apud Tzetzam ad Lycophr. 911, amore eius spreto crudelitatem ex-

pertum esse Philoctetam.' Tzetzae verba haec sunt: Ἔκειτο δὲ ἐν Λήμνῳ πρώην δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως ὕδρου τοῦ καὶ χελύδρου λεγομένου, ὅτε ἐκάθαιρεν ἐν Χρύσῃ τὸν κεχωσμένον βωμὸν τῆς Ἀθηνᾶς. Οἱ δέ φασιν, ὅτι Χρύση νύμφη τις ἠράσθη ἐκεῖ τοῦ Φιλοκτήτου, μὴ πεισθέντος δὲ αὐτοῦ συγγενέσθαι αὐτῇ, τῇ ταύτης ὀργῇ ὑπὸ τοῦ λεγομένου ὕδρου ἐδήχθη. Eadem fere in scholio altero ad Philoct. 194 referuntur ita: Χρύση, νῆσος πρὸ τῆς Λήμνου, ἔνθα διέτριβεν Χρύση τις νύμφη, ἣ ἐρασθεῖσα τοῦ Φιλοκτήτου καὶ μὴ πείσασα, κατηράσατο αὐτῷ· διὸ καὶ ὠμόφρονα αὐτὴν ἐκάλεσεν. Miror autem vehementer Hermanno ineptam illam fabulam, ab indoctis et recentioribus grammaticis excogitatam, ut cuius nemo veterum scriptorum praeter Tzetzam et scholiastam Sophocleum ullam mentionem faciat, Sophoclem videri potuisse secutum esse, qui disertissimis verbis v. 1327 sq.: Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις eam se famam sequi ostendat, ex qua Philoctetes, quod aram Chrysae, in quà sacrificare Achivi debebant, investigasset, a serpente, custode eius, vulneratus esse perhibebatur.

Ad Euripidis fabulam referenda esse ex Dionis Chrysostomi or. LII cognoscimus quae Hyginus fab. CII narrat: 'Philoctetes, Poeantis et Demonassae filius, cum in insula Lemno esset, coluber eius pedem percussit, quem serpentem Iuno miserat, irata ei ob id, quia solus praeter ceteros ausus fuit Herculis pyram construere, cum humanum corpus est exutum et ad immortalitatem traditum. Ob id beneficium Hercules suas sagittas divinas ei donavit. Sed cum Achivi ex vulnere tetrum odorem ferre non possent, iussu Agamemnonis regis in Lemno expositus est cum sagittis divinis; quem expositum pastor regis Actoris, nomine Iphimachus, Dolopionis filius, nutrivit. Quibus postea responsum est sine Herculis sagittis Troiam capi non posse. Tunc Agamemnon Ulyssem et Diomedem exploratores ad eum misit. Cui persuaserunt, ut in gratiam rediret et ad expugnandam Troiam auxilio esset eumque secum sustulerunt.' Diversa tradidit Servius ad Verg. Aen. III 402: 'Philoctetes autem fuit Poeantis filius, Herculis comes; quem Hercules, cum ignem sibi in Oeta monte componeret, petiit, ne alicui sui corporis reliquias indicaret. De qua re eum iurare compulit, et ei pro munere dedit sagittas hydrae felle tinctas. Postea Troiano bello responsum est sagittis Herculis opus esse ad Troiae expugnationem. Inventus itaque Philoctetes, cum ab eo Hercules quaereretur, et primo negaret se scire, ubi esset Hercules, tandem confessus est mortuum esse. Inde cum acriter ad indicandum sepulcrum eius cogeretur et primo negaret, pede locum percussit, cum nollet dicere. Postea pergens ad bellum cum exerceretur sagittis, unius sagittae casu vulneratus est pedem, quo percusserat tumulum. Ergo cum putorem insanabilis vulneris Graeci ferre non possent, diu quidem

eum pro oraculi necessitate ductum tandem apud Lemnum sublatis reliquerunt sagittis. Hic postea horrore sui vulneris ad patriam redire neglexit; sed sibi parvam Petiliam in Calabriae partibus fecit.'

Postremo memoranda certe sunt quae scholiasta ad Soph. Phil. 270 narrat, praeterea a nemine veterum scriptorum tradita: *λέγεται, ὡς ἐν Λήμνῳ βουλόμενος ἀναστῆσαι βωμὸν Ἡρακλεῖ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ὑπὸ ὄφεως ἐπλήγη.*

Contra Buttmannum originem nymphae Chryses ex cognomine Minervae *χρυσῆς* repetentem Hermannus ad v. 1311 suae ed. sive v. 1327 haec monuit: 'Quod Buttmannus ait eo loco, ubi de Chrysa disputat, honoris appellationem, qua *χρυσῆ* vocetur Minerva, in cognomen vertisse, id demonstrari argumentis exemplisve debebat. Quae unde deprompturus sit, nescio. Aliud est enim cognomen a munere, officio, dignitate, voluntate, facto, loco petitum, aliud appellatio honorifica, quae non addito ipso dei deaeve nomine inanis est. Omniumque maxime, si quae dea *χρυσῆ* quasi proprio nomine dicta esset, eam non Minervam, sed Venerem esse consentaneum foret.' Accedit, quod ex Buttmanni sententia statuendum esset, quod parum verisimile est, tragicos Graecos, cum pro nympha haberent Chrysen illam, antiquam famam aut ignorasse aut aliqua de causa, quae qualis fuerit aut esse potuerit nemo prorsus assequetur, non secutos esse, nosse autem multo seriores scriptores inde a Dosiade et qui postea floruerint grammaticos. Immo longe mihi probabilius videtur seriore aetate exstitisse qui, cum cur nymphae sacrificandum Achivis fuisset non perspicerent, Minervam Chrysae nomine intellegendam conicerent aliisque persuaderent. Verum utut est, satis est in hac re nosse, quae tragicorum sententia fuerit; quos certum est hoc tantum habuisse cognitum, fuisse aliquod numen Chrysae nomine, ab insula cognomine dictum, cuius aram cum investigaret Philoctetes, a serpente eum vulneratum esse. Ipse Hermannus in praefat. edit. sec. p. XXXIII ut explicaret, unde orta esset ista Chrysae cum Minerva commixtio, haec monuit: 'Fama erat ad aram quandam morsu serpentis sauciatum esse Philoctetam. Eam aram alii narraverant nymphae Chrysae fuisse in cognomine insula; alii, qui in insula Nea vulneratum Philoctetam accepissent, Minervae aram fuisse dixerunt. Huic enim deae sacram fuisse Neam Plinius testis est. Hinc paratissima opportunitas confundendae utrique famae, ut insula Chryse Nea, Neaeque dea Chryse vocaretur, Chrysa autem nympha crederetur Minerva esse.'

Restat, ut de loco, in quo Philoctetes vulneratus sit, pauca adiciamus. In qua re consentio cum Buttmanno p. 60 haec monente: 'Et illud quidem fere certum puto, in antiquissima de Philocteta fabula mentionem fuisse et numinis et loci Chryses; locum autem cum ignoraret postera aetas, alii aliter statuerunt, suaeque quisque opinioni ipsam fabulam aptarunt.' Non assentior

ei sic pergenti: 'Et Sophoclis quidem quae fuerit sententia, ex hac fabula non satis apparet. Hoc tamen manifestum puto, Chrysen locum illi fuisse a Lemno satis remotum; neque relictum Philoctetam, sed ex ulteriore ad Troiam profectione reductum fuisse voluntate Atridarum et consilio Ulixis. Quae patere puto ex verbis v. 2 sqq. et 261 sqq., quae verba omnia profecto adiacentem Lemno insulam non indicant; ut in illis, quae ex eius *Λημνίαις* a Stephano verba prolata modo vidimus, alios poeta auctores videatur secutus.' — Stephani Byz. verba haec sunt: *Χρύση, βαρυτόνως, ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς Λήμνου. Σοφοκλῆς Λημνίαις· 'Ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι'· καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσι· 'Ταύτην ἐγὼ Κίλλαν τε καὶ Χρύσην.'* Confundere eum Chrysen Troicam, Apollini sacram, ex Iliadis initio notam, cum Chrysa insula Lemno vicina, tam manifestum est, ut neminem fugerit hominum doctorum. Sitam autem prope Lemnum Chrysen insulam, in qua Philoctetes a serpente morsus sit, fuisse Pausanias etiam testatur, cuius verba supra p. 5 descripsimus. Sophocles autem etsi non disertis verbis dicit, quo in loco Philoctetes in morbum inciderit, tamen ei, qui verborum sententiam diligenter adverterit, satis manifesto videbitur ostendisse se in eadem illa insula Philoctetam esse vulneratum putasse. Nam quae tandem alia potuit causa esse, ob quam Chrysae potissimum insulae mentionem iniceret, et tum, cum ab Chrysa insula Lemnum venissent Achivi, relictum Philoctetam diceret, nisi ut ibi id factum esse, ob quod Philoctetes in insula Lemno relinqueretur, significaret? Neque ut hanc Chrysen Sophocli valde remotam a Lemno fuisse cum Buttmanno statuamus, verba v. 271 posita *ἐκ πολλοῦ σάλου* ullo modo postulant. Neque denique haerendum est in eo, quod non relictus tantum Philoctetes in insula Lemno, sed nonnunquam etiam expositus ab Atridis et Ulixe dicitur; minimeque propterea statuendum cum Buttmanno reductum eum ex ulteriore ad Troiam profectione esse significari. Nam relictus Philoctetes sibi videri debebat, cum nesciret ea de causa Atridas Lemnum appulisse, ut ibi ipsum propter morbi molestiam relinquerent; expositus dici ab Ulixe potuit, qui sciret eo consilio se cum Atridis Lemnum appulisse, ut ibi Philoctetam exponerent. Itaque persevero in ea sententia, ut Sophoclem eandem secutum famam putem, quae relata a Pausania l. a. est. Idem vidimus p. 6 etiam Tzetzam ad Lycophr. 911 tradidisse. — Ea autem insula cum postea absorpta diceretur, cuius memoriae auctorem habemus Pausaniam l. l., factum fortasse est, ut Dosiades, cuius verba supra p. 6 allata sunt, in insula Neis Philoctetam a serpente morsum esse fingeret. Hinc Stephanus Byz.: *Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου, ἐν ᾗ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου.* Suidas: *Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου, παρὰ τὸ νέω, τὸ κολυμβῶ· ᾗ προσενήξατό φασιν Ἡρακλῆς, περὶ ἣν κατά τινας Φιλοκτήτης ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου.* Hesychius: *Νέαι, νεώματα, καὶ χωρίον*

*Λήμνου, ὅπου δοκεῖ Φιλοκτήτης δηχθῆναι.* Alii autem, qui modestiores erant quam Dosiades, cum antiquissimam famam, quam Sophocles secutus est, ignorarent, in aliqua insula prope Lemnum sita Philoctetam calamitate illa affectum esse dicere maluerunt. Ita legitur apud Appianum in Mithridaticis c. 77 p. 755 sq.: *περὶ Λῆμνον ἐν ἐρήμῳ νήσῳ —, ἔνθα δείκνυται βωμὸς Φιλοκτήτου καὶ χάλκεος ὄφις καὶ τόξα καὶ θώραξ ταινίαις περίδετος, μήνυμα τῆς ἐκείνου πάθης.*

Postremo quod ab aliquot scriptoribus Lemni, ab aliis Tenedi vulneratus Philoctetes dicitur, eius rei causa facile mihi videtur explicari posse. Ac primum quidem, ut in insula Lemno morsus diceretur, ambiguis Homeri verbis factum opinor, qui Il. II 721 — 723 cecinit: *ἀλλ' ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο κρατέρ' ἄλγεα πάσχων Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθι μιν λίπον υἷες Ἀχαιῶν ἕλκεϊ μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου.* Atque in hac sententia primum mihi videntur Philostrati fuisse, sive is, quem secuti sunt, Protesilaum dico. Eorum alter in Heroic. p. 702 sic scribit: *τοῦτον* (Philoctetam) *ἐν Λήμνῳ φασὶν ἄτιμον καταλειφθῆναι τοῖς Ἀχαιοῖς, ὕδρου ἐνσκήψαντος αὐτῷ ἐς τὸν πόδα, ὑφ' οὗ νοσεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἀκτῆς ὑψηλῆς ἐν πέτρᾳ κείμενον.* Alterius verba iam supra p. 5 descripta sunt. Disertis autem verbis hoc tradunt Eustathius p. 330, cuius verba iam supra p. 6 attuli, scholiasta ad Il. II 725 haec scribens: *ἱστόρηται, ὅτι Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ καθαίρων τὸν βωμὸν τῆς Χρυσῆς καλουμένης Ἀθηνᾶς ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου καὶ ἀνιάτῳ τραύματι περιπεσὼν κατελείφθη αὐτόθι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων· ᾔδεισαν γὰρ τοὺς Ἡφαίστου ἱερεῖς θεραπεύειν τοὺς ὀφιοδήκτους.* Porro schol. ad Phil. 270, quamvis aliena admiscens: *λέγεται, ὡς ἐν Λήμνῳ βουλόμενος ἀναστῆσαι βωμὸν Ἡρακλεῖ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ὑπὸ ὄφεως ἐπλήγη,* et Hyginus fab. CII, cuius verba p. 7 descripsimus. Fortasse etiam memoria illa, exstitisse promunturium Lemni, Chryse dictum, ab eo orta est, qui repugnantiam, aliis Lemni aliis Chrysae morsum esse Philoctetam dicentibus, ita tollere studuit, ut Chrysen *πόλιν τῆς Λήμνου* non *πόλιν ἐγγὺς τῆς Λήμνου* (notum est enim, *πόλιν* saepe pro *νῆσος* usurpari) fuisse diceret. Eustathius enim p. 34 Rom., ex quo emendatus Stephanus Byz. est, refert: *ἐλέγετο δέ, φασι, Χρύση καὶ ἀκρωτήριον περὶ τὴν Ἡφαιστίαν τῆς Λήμνου, βλέπον πρὸς Τένεδον.* Certe nostra aetate discrepantiam illam sic tollendam putavit, quamvis temere, Salmasius in notis ad aram Dosiadae p. 146. Simili modo effecit Cypriorum scriptor, ex quo in Procli Chrestom. p. 475 ed. Gaisf. haec allata sunt: *ἔπειτα καταπλέουσιν εἰς Τένεδον· καὶ εὐωχουμένων αὐτῶν, Φιλοκτήτης ὑφ' ὕδρου πληγεὶς διὰ τὴν δυσοσμίαν ἐν Λήμνῳ κατελείφθη,* ut essent qui in insula Tenedo, licet id non claris sit verbis ab eo dictum, Philoctetam vulneratum putarent. Scribit enim Eustathius p. 330 Rom.: *δηχθῆναι δὲ τὸν Φιλοκτήτην ὁ*

*Πορφύριος λέγει κατά τινας περὶ Τένεδον ἢ Ἴμβρον, ἐκεῖθεν δὲ ἐκτεθῆναι εἰς Λῆμνον.*

Ceterum cur Lemni fuerit relictus Philoctetes, eius rei haec a scholiastis et Eustathio ad Il. II 722 refertur ratio, quod sacerdotes Vulcani ibi fuerint, qui viperarum morsus sanare scirent. Cypriorum scriptor, ut paullo ante vidimus, ob foetorem ulceris expositum eum tradidit; neque id negat Sophocles v. 1032 dicens: *πῶς, ὦ θεοῖς ἔχθιστε, νῦν οὐκ εἰμί σοι χωλός, δυσώδης;* quanquam addit propter male ominata verba, quibus sacra turbarit, expositum eum esse, v. 8 sq. 1032 sqq. Recessit autem Sophocles ab Aeschylo et Euripide cum aliis in rebus, tum in eo, quod in deserto Lemni loco per novem annos commoratum esse finxit, de quo vide quae ad v. 2 monui; cum illi teste Dione Chrysostomo or. LII § 6 sq. chorum fabulae ex Lemniis composuissent. Quid, quod Euripides etiam Lemnium quendam introduxit, Actorem nomine, quocum aliqua Philoctetae necessitudo intercederet.

§ 4.

Anno decimo belli Troiani cum Helenus, vates Troianus, ab Ulixe captus, respondisset non posse Ilium nisi Herculis sagittis expugnari, missi sunt Lemnum qui Philoctetam eiusque sagittas Troiam reducerent.

Oraculi hanc fuisse sententiam, ut non sagittae tantum, sed ipse etiam, qui optime iis uti putabatur, Philoctetes reduceretur, iam ex Homero patet Il. II 724 sq. Cf. Lesches in Iliade parva apud Gaisford. p. 482, Sophocles Phil. 196—200, 604—613, 839—841, 1324—1342, Euripides apud Dion. Chrys. or. LIX § 2, Pausanias V 13 4, Philostrat. p. 702, schol. ad Pind. Pyth. I 100 p. 305 ed. Boeckh, Orpheus Lith. 351 sqq., Quintus Smyrn. IX 326, Tzetzes in Posthom. 573.

Dissentiunt autem in eo veteres scriptores, a quo Lemno Troiam reductus Philoctetes sit. Lesches in Iliade parva p. 481 ed. Gaisf. a Diomede eum reductum tradit, quocum consentit Pausanias I 22 6; Euripides, Quintus Smyrn. IX 334, Hygin. fab. CII ab Ulixe et Diomede; Philostratus sive Protesilaus apud Philostratum Heroic. p. 703 a Diomede et Neoptolemo.

Sophocles quod eum ab Ulixe et Neoptolemo reduci facit, eo magis mirum videri potest, quod secundum Leschis Iliad. parvam Neoptolemus nondum Troiam venerat, cum Philoctetes reduceretur. Verum videtur Ilias illa non tantum habuisse auctoritatis, ut, qui ab ea recederet, contra fidem historiae facere videretur. Contra facile intellegitur, quanto maiore varietate ac venustate fabula illa ad scenam composita sit eo, quod non Ulixes et Diomedes, quorum simillimus esset animus et ingenium (vide 416 sq.), sed cum Ulixe, homine vafro et callido, qui ut id quod volebat consequeretur non dubitabat turpissimis uti consiliis (vide 111), Neoptolemus, adulescens magnanimus ac generosus, qui honeste

agendo spe excidere malebat quam turpiter faciendo victoriam reportare (vide 94 sq.), in scenam producebatur. Atque in hac consociatione callidi hominis et sinceri iuvenis cardo versatur novi consilii Sophoclis, qui inducit Neoptolemum primo facundia Ulixis et gloriae cupiditate ad dolum, fraudem, mendacia deductum, postmodum vi virtutis et honestatis ingenuitatem suam recuperantem, ita ut consentaneum esset a Neoptolemo Philoctetam relicto Ulixe in patriam reduci, nisi poeta memoriae concedere deberet reditum ad Troiam intercessione deorum effectum.

## § 5.

Reductus Troiam Philoctetes ab aliis expugnato Ilio liberatus morbo esse, ab aliis morbo liberatus expugnasse Ilium dicitur.

Claudo pede pugnasse ad Troiam Philoctetam Pindarus tradit Pyth. I 105 sqq.; cui assentiri videtur Philostrat. Heroic. p. 702. Sophocles (1329—1335, 1423—1430) liberatum morbo pugnaturum eum dicit.

Porro Sophocles v. 1333, quod ipsum tradit Philostratus Heroic. p. 703, ab Asclepiadis, contra 1437 ab Aesculapio sanatum eum iri ait; Machaonem morbi eius curatorem dicit Lesches in Iliade parva p. 481 ed. Gaisf., cumque eo Propertius II 1 59, Orpheus Lith. 343, quem sequitur Tzetzes Posthom. 583, et Dionysius apud Tzetz. ad Lycophr. 911; Podalirium Quintus Smyrn. IX 462.

---

# ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

*ΟΔΥΣΣΕΥΣ.*

*Ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιρρύτου χθονὸς*
*Λήμνου, βροτοῖς ἄστιπτος οὐδ' οἰκουμένη,*
*ἔνθ', ὦ κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφεὶς*
*Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε, τὸν Μηλιᾶ*
*Ποίαντος υἱὸν ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε,*
*ταχθεὶς τόδ' ἔρδειν τῶν ἀνασσόντων ὕπο,*

V. 1. Schol. *προλογίζει ὁ Ὀδυσσεύς, καθὰ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ· ἐκεῖνο μέντοι διαφέρει, παρ' ὅσον ὁ μὲν Εὐριπίδης πάντα τῷ Ὀδυσσεῖ περιτίθησιν, οὗτος δὲ τὸν Νεοπτόλεμον παρεισάγων διὰ τούτου οἰκονομεῖται.* Apte et *ἀκτή* initio versus positum et *μέν* particula addita est. Hoc enim dicit: Ad litus quidem insulae Lemni pervenimus; verum quaerendum iam antrum est, quod habitare Philoctetam probabile est. Sequitur autem apodosis vs. 15. Cfr. Trachin. 6 cum nota nostra.

V. 2. *ἄστιπτος οὐδ' οἰκουμένη*] 'Nullius pede trita neque habitata'. Sic O. C. 39: *ἄθικτος οὐδ' οἰκητός*. Haec descriptio summae solitudinis a Lessingio collaudata ad Aeschylum referenda videtur, cuius fabula Prom. his incipit: *χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον, Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβροτον εἰς ἐρημίαν.* Ceterum recte Scholiasta: *ἐν ἐρήμῳ μέρει τῆς Λήμνου ἐξετέθη ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.* Neque enim tota insula colonis vacua erat. Cfr. Hom. Il. I 594, XXI 40.

V. 3. *ὦ κρατίστου — τραφείς*] Genetivus e natura participii *τραφείς* aptus est. Praeterea notanda Graecorum consuetudo, dicentium *κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφείς*, ita ut requiras pro *πατρὸς* potius *ἀνδρός*. Sic in fragm. 497 ed. Dind. *ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς*, El. 341: *πατρός, οὗ σὺ παῖς ἔφυς*. ibid. 365 sq. Eur. Troad. 723: *λέξας ἀρίστου παῖδα μὴ τρέφειν πατρός*.

V. 4. *Νεοπτόλεμε*] Ut nomen *θεός* et alia, de quibus Advers. in Soph. Phil. p. 37 sq. egimus, ita pronuntiabantur, ut *εο* nunc pro una nunc pro duabus syllabis esset, ita *Νεοπτόλεμος* modo quattuor modo quinque syllabarum est. Quadrisyllabum hic est et v. 241. Eurip. Androm. 14. Troad. 1126, quinque syllabarum Eurip. Or. 1655. — Schol.: *τὸν Μηλιᾶ· τὸν Θεσσαλόν· ἀπὸ πόλεως. Ἀττικὸν δὲ τὸν Μηλιᾶ* [i. e. *Μηλιᾶ* pro *Μηλιέα*, quod tamen cum cautione accipiendum est. Cfr. curae epigr. p. 21].

V. 6. Similiter O. C. 850 sq. *ὑφ' ὧν ἐγὼ ταχθεὶς τάδ' ἔρδω.*

δοκῶ γὰρ οἷον εἶπας ἄντρον εἰσορᾶν.
ΟΔ. ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν; οὐ γὰρ ἐννοῶ.
ΝΕ. τόδ' ἐξύπερθε, καὶ στίβου γ' οὐδεὶς κτύπος.
ΟΔ. ὅρα, καθ' ὕπνον μὴ καταυλισθεὶς κυρεῖ.
ΝΕ. ὁρῶ κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα.
ΟΔ. οὐδ' ἔνδον οἰκοποιός ἐστί τις τροφή;
ΝΕ. στιπτή γε φυλλὰς ὡς ἐναυλίζοντί τῳ.
ΟΔ. τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα, κοὐδέν ἐστ' ὑπόστεγον;

Gedick. et Wakef. μακρόν coniecerunt, quod Buttm. solum putat aptam sententiam praebere. Immo aptior sine dubio vulgata scriptura est, cuius hic est sensus: 'id, quod a me quaerendum dicis, non longe abest'. Attulit Herm. Aesch. Ag. 1650: τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε.

V. 28. Schol. ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν· ταπεινόν, ἢ ὑψηλόν.— οὐ γὰρ ἐννοῶ, non intellego, inquit, utrum supra, an infra. Eadem verba in O. R. 559. HERM. De usu adverbiorum ἄνωθεν et κάτωθεν vide quae ad Ant. 519 adnotavimus.

V. 29. τόδ' scilicet ἄντρον, quod est demonstrantis, ut consuerunt loqui, significans 'hic'. HERM. —καὶ στίβου γ' οὐδεὶς κτύπος: Neoptolemus cum 'nullum incessus strepitum esse' vel nullum incedentis strepitum audiri ait, hoc significat, Ulixem, qui veritus adhuc, ne in antro inesset Philoctetes, procul afuerat ideoque ne satis quidem cognoscere illud potuerat, propius iam accedere posse, quod Philoctetes non inesse nunc in antro videatur. Nam qui ante antrum stabat si nullum incedentis strepitum audiebat, in alterutra versari sententia debebat, ut putaret, aut non inesse Philoctetam, aut, si inesset, recubuisse. Prius credebat Neoptolemus, posterius cautior Ulixes reputandum statim monet. Ceterum στίβος recte de 'incessu' dici docui in Advers. p. 48. [Id comprobat, eis quae a Bonitzio et aliis contra dicuntur refutatis, M. Seyffertus in ed. Ceterum Neoptolemus haec dicit: 'et quod aliud quaeris (vs. 22 sq.), num Philoctetes in eo antro sit, incessus quidem nullum audio strepitum'].

V. 30. Male editores omnes καθ' ὕπνον καταυλισθεὶς κυρεῖ, vel, ut antea legebatur, κατακλιθείς, explicant 'dormit'. Immo significant haec verba: 'ad dormiendum recubuit'. De significatu locutionis ὅρα, μή sequente indicativo ad El. 567 sq. exposui. Cfr. Eur. Iph. T. 67 ὅρα φυλάσσου μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν (sc. ἐστίν).

V. 31. κενὴν—δίχα] Simillime Ai. 464: γυμνὸν φανέντα τῶν ἀριστείων ἄτερ. Ant. 445: ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον.

V. 32. οἰκοποιὸς—τροφή] Certum est οἰκοποιός adiectivum active dictum esse, ita ut ea significet, quibus locus aliquis in modum domus instruatur; item ex sequentibus apparet, quod appositum fuerit adiectivo illi substantivum, non 'nutrimenta', sed 'supellectilem' significasse. Quo significatu nescio an non potuerit substantivum τροφή poni. Ego certe nullum novi exemplum nominis illius ita usurpati. Quapropter videndum, ne scripserit poeta, quod Welckerus suspicatus est, τρυφή. Similiter mox poculum nulla arte compositum τέχνημα et igniaria θησαύρισμα Philoctetae appellantur.

V. 33. Schol. στιπτή γε φυλλάς· χαμαιστρωσία ἐκ φύλλων. ἡπλωμένη καὶ πατουμένη, ὡς κοιμωμένου ἐπ' αὐτῇ τινος. Sensus hic est: 'folia calcata sic, ut ab eo, qui stratum facit'.

V. 34. τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα] Sensus est: 'reliquusne locus speluncae vacuus?' — ὑπόστεγον: Schol. ὑπὸ τῇ στέγῃ.

ΝΕ. αὐτόξυλόν γ' ἔκπωμα, φλαυρουργοῦ τινὸς
τεχνήματ' ἀνδρός, καὶ πυρεῖ' ὁμοῦ τάδε.
ΟΔ. κείνου τὸ θησαύρισμα σημαίνεις τόδε.
ΝΕ. ἰού, ἰού· καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται
ῥάκη, βαρείας του νοσηλείας πλέα.
ΟΔ. ἀνὴρ κατοικεῖ τούσδε τοὺς τόπους σαφῶς,
κἄστ' οὐχ ἑκάς που. πῶς γὰρ ἂν νοσῶν ἀνὴρ
κῶλον παλαιᾷ κηρὶ προσβαίη μακράν;
ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν,

V. 35. **αὐτόξυλον** male Hesych. explicat *αὐτοδημιούργητον ξύλον*. Recte Schol.: *ποτήριον μονόξυλον, τέχνημα ἀνδρὸς φαύλως ἐργαζομένου· ὅ ἐστιν ἰδιώτου καὶ οὐ τεχνίτου*. Eustath. p. 1332, 17: *ὅμοιον δὲ πρὸς τὸ αὐτοχόωνον, τὸ αὐτοκάβδαλον, καὶ τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ αὐτόξυλον ἔκπωμα· καὶ ὅλως ὅσα ἔργα οὐκ εἰς κάλλος ἐσκεύασται*. Addit Musgr. ad O. C. 188 *αὐτόπυρος ἄρτος* ex Athenaeo p. 114 C. Eadem significatione *αὐτόξυλος* dicitur Pan in Apoll. epigr. Anthol. Pal. IV 235.

V. 36. Plurale **τεχνήματα** ('artes' Verg. Aen. V 359) recte defendit Porson. ad Eur. Or. 1051. — **πυρεῖα** igniaria sunt, quae hic non lignea videntur intellegenda esse, de quibus dixere Salmas. in Exerc. Plin. p. 126, Casaub. Lectt. Theocr. c. 20, Wesseling. ad Diod. Sic. V 67, sed silices, ex quibus ignis eliciebatur (vid. v. 296), nec solum hi, sed etiam quae accensi ignis reliquiae prodebant, quem illi silices usum haberent, ut carbones, cineres: ut perridicula sit dubitatio, quae a quibusdam excitata est de repugnantia, quae sit inter hunc locum et v. 296. HERM.

V. 37. Sensus hic est: 'illius est supellex haec, quam significas'. Quo dicit Ulixes sine dubio a Philocteta speluncam, quam investigavit Neoptolemus, habitari.

V. 38. **ἰού, ἰού**] Exclamatio est fastidientis. Tum **ταῦτα**, ut v. 36 *τάδε*, significat 'hicce'. — **ἄλλα** non abundanter additum, sed est elliptice potius dictum. Solent enim Graeci frequenter pronomen illud ibi, ubi plures res enumerantur, quae omnes ad unum quoddam genus pertinent, per attractionem quandam cum eo nomine, quo species indicatur, ita coniungere, ut notio pronominis non ad nomen, cui appositum est, sed ad illud, quo genus indicatur, nunc commemoratum a scriptoribus, nunc suppressum, referri debeat, nomenque, quocum *ἄλλος* coniunctum est, explicationem pronominis et substantivi, ad quod notio pronominis pertinet, continere existimandum sit. Itaque verba *καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται ῥάκη* in hunc sunt sensum dicta: *καὶ τοῦτό γ' ἄλλο θησαύρισμα, δηλονότι ῥάκη, ἃ θάλπεται*. Alia huius usus exempla collegerunt Schaef. ad Eur. Med. 298 ed. Pors., Elmsl. ad eundem locum, aliique.

V. 39. **νοσήλεια**] ut v. 7 *νόσος*, de sanie accipiendum, quae dicitur *βαρεῖα*, quod molesta est, taedium movet.

V. 42. **κήρ**] Et hic et infra 1166 non simpliciter *νόσον* significat, ut Schol. putat, sed 'morbum fatalem'. Fatalem autem cur putaverit morbum Philoctetae, explicat poeta ipse v. 191—200. — **προσβαίη μακράν**, 'ad locum remotum accesserit'. Prorsus eodem modo dictum O. C. 122: *προσδέρκου πανταχῇ*.

V. 43. **ἐπὶ φορβῆς νόστον ἐξ.**] 'In viam, qua victum quaereret, se contulit', i. e. breviter: ad victum quaerendum exiit. *Νόστος* pro via et itinere simpliciter saepius apud tragicos positum, ut

κατέλαβεν ὁ κλύδων πᾶσαν. — Eustathius p. 330 Rom.: τινὲς δὲ περί τινα Χρύσην νῆσον (scilicet δηχθῆναί φασι τὸν Φιλοκτ.) ὁμώνυμον Χρύσῃ τινὶ νύμφῃ, ἧς μέμνηται Σοφοκλῆς, ὠμόφρονα εἰπὼν αὐτήν. — Scholion alterum ad Phil. 194: Χρύσης Ἀθηνᾶς ἄγαλμα οὕτως καλεῖται· ἔστι δὲ καὶ πόλις Χρύση πλησίον Λήμνου, ἔνθα ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐδήχθη τὸν βωμὸν ζητῶν, ἐν ᾧ ἔθυσεν Ἡρακλῆς, ἡνίκα κατὰ Τροίας ἐστράτευσεν. — Tzetzes ad Lycophr. 911: ἔκειτο δὲ ἐν Λήμνῳ πρώην δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως ὕδρου τοῦ καὶ χελύδρου λεγομένου, ὅτε ἐκάθαιρεν ἐν Χρύσῃ τὸν κεχωσμένον βωμὸν τῆς Ἀθηνᾶς.

Addit igitur, quod neque ab Sophocle neque ab Euripide memoratum est, ab Iasone olim aram illam exstructam fuisse, Philostratus l. l., quocum consentit Dosiades in Ara (Anth. Pal. XV 25):

καθαρὸς γὰρ ἐγὼ
ἰὸν ἱέντων τεράων, οἷα κέκευθ' ἐκεῖνος
ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις, ὃν σχεδόθεν Μυρίνης
σοί, Τριπάτωρ, πορφυρέον φὼρ ἀνέθηκε κριοῦ.

Porro Philoctetam ab Hercule, cuius comes fuisset, cum adversus Troiam iret, compertum habuisse, quo in loco sita esset ara illa, idem Philostratus refert. — Deinde, de quo silent Sophocles et Euripides et Philostratus, quae fuerit Chryse illa, cuius aram ostenderit Philoctetes, duplex est eorum, quorum testimonia attulimus, scriptorum sententia. Alii enim nympham, alii Minervam fuisse dicunt. Nympham fuisse praeter Tzetzam et scholiastam Sophocleum ad Phil. 194, quorum ea verba infra adferentur, aperte Eustathius monuit loco supra allato. Idem tamen ibid. a quibusdam Minervam esse habitam dicit: Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ καθαίρων βωμὸν τῆς Χρύσης Ἀθηνᾶς ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου· καὶ ἀνίατα τραυματισθεὶς εἰάθη αὐτόθι ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, εἰδότων, ὡς οἱ τοῦ Ἡφαίστου ἱερεῖς ἐθεράπευον τοὺς ὀφεοδήκτους. Ac Minervae fuisse aram illam praeterea referunt Dosiades l. l., Tzetzes ad Lycophr. v. 911, scholia ad Hom. Il. II 725, quae infra adferam, et scholiasta ad Philoct. 1326: Σύ, ὦ Φιλοκτῆτα, νοσεῖς ἐκ θείας προνοίας, πλησίον ἀπελθὼν τοῦ ὄφεως τοῦ φυλάττοντος τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς· καὶ οὐκ ἔστιν ἴασις, εἰ μὴ ἐκ τῶν Ἀσκληπιαδῶν. — Sophocles quam famam secutus esset, recte perspexit Eustathius p. 330, nympham ab eo v. 194 habitam Chrysen esse monens. Non potuit enim ὠμόφρων dea Minerva dici; recteque Hermannus ad v. 194 et 1327 et Buttmannus p. 57 Eustathio assentiuntur.

Hermannus tamen praeterea ad v. 194 adnotavit: 'Quemadmodum de insula Chryse omnia incerta sunt, sic etiam de nympha quam fabulam secutus sit Sophocles, ignoramus. Cum eam ὠμόφρονα dicat, illud fortasse probavit, quod est apud Tzetzam ad Lycophr. 911, amore eius spreto crudelitatem ex-

pertum esse Philoctetam.' Tzetzae verba haec sunt: *Ἔκειτο δὲ ἐν Λήμνῳ πρώην δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως ὕδρου τοῦ καὶ χελύδρου λεγομένου, ὅτε ἐκάθαιρεν ἐν Χρύσῃ τὸν κεχωσμένον βωμὸν τῆς Ἀθηνᾶς. Οἱ δέ φασιν, ὅτι Χρύσῃ νύμφη τις ἠράσθη ἐκεῖ τοῦ Φιλοκτήτου, μὴ πεισθέντος δὲ αὐτοῦ συγγενέσθαι αὐτῇ, τῇ ταύτης ὀργῇ ὑπὸ τοῦ λεγομένου ὕδρου ἐδήχθη.* Eadem fere in scholio altero ad Philoct. 194 referuntur ita: *Χρύση, νῆσος πρὸ τῆς Λήμνου, ἔνθα διέτριβεν Χρύση τις νύμφη, ἣ ἐρασθεῖσα τοῦ Φιλοκτήτου καὶ μὴ πείσασα, κατηράσατο αὐτῷ· διὸ καὶ ὠμόφρονα αὐτὴν ἐκάλεσεν.* Miror autem vehementer Hermanno ineptam illam fabulam, ab indoctis et recentioribus grammaticis excogitatam, ut cuius nemo veterum scriptorum praeter Tzetzam et scholiastam Sophocleum ullam mentionem faciat, Sophoclem videri potuisse secutum esse, qui disertissimis verbis v. 1327 sq.: *Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις* eam se famam sequi ostendat, ex qua Philoctetes, quod aram Chrysae, in quà sacrificare Achivi debebant, investigasset, a serpente, custode eius, vulneratus esse perhibebatur.

Ad Euripidis fabulam referenda esse ex Dionis Chrysostomi or. LII cognoscimus quae Hyginus fab. CII narrat: 'Philoctetes, Poeantis et Demonassae filius, cum in insula Lemno esset, coluber eius pedem percussit, quem serpentem Iuno miserat, irata ei ob id, quia solus praeter ceteros ausus fuit Herculis pyram construere, cum humanum corpus est exutum et ad immortalitatem traditum. Ob id beneficium Hercules suas sagittas divinas ei donavit. Sed cum Achivi ex vulnere tetrum odorem ferre non possent, iussu Agamemnonis regis in Lemno expositus est cum sagittis divinis; quem expositum pastor regis Actoris, nomine Iphimachus, Dolopionis filius, nutrivit. Quibus postea responsum est sine Herculis sagittis Troiam capi non posse. Tunc Agamemnon Ulyssem et Diomedem exploratores ad eum misit. Cui persuaserunt, ut in gratiam rediret et ad expugnandam Troiam auxilio esset eumque secum sustulerunt.' Diversa tradidit Servius ad Verg. Aen. III 402: 'Philoctetes autem fuit Poeantis filius, Herculis comes; quem Hercules, cum ignem sibi in Oeta monte componeret, petiit, ne alicui sui corporis reliquias indicaret. De qua re eum iurare compulit, et ei pro munere dedit sagittas hydrae felle tinctas. Postea Troiano bello responsum est sagittis Herculis opus esse ad Troiae expugnationem. Inventus itaque Philoctetes, cum ab eo Hercules quaereretur, et primo negaret se scire, ubi esset Hercules, tandem confessus est mortuum esse. Inde cum acriter ad indicandum sepulcrum eius cogeretur et primo negaret, pede locum percussit, cum nollet dicere. Postea pergens ad bellum cum exerceretur sagittis, unius sagittae casu vulneratus est pedem, quo percusserat tumulum. Ergo cum putorem insanabilis vulneris Graeci ferre non possent, diu quidem

eum pro oraculi necessitate ductum tandem apud Lemnum sublatis reliquerunt sagittis. Hic postea horrore sui vulneris ad patriam redire neglexit; sed sibi parvam Petiliam in Calabriae partibus fecit.'

Postremo memoranda certe sunt quae scholiasta ad Soph. Phil. 270 narrat, praeterea a nemine veterum scriptorum tradita: *λέγεται, ὡς ἐν Λήμνῳ βουλόμενος ἀναστῆσαι βωμὸν Ἡρακλεῖ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ὑπὸ ὄφεως ἐπλήγη.*

Contra Buttmannum originem nymphae Chryses ex cognomine Minervae *χρυσῆς* repetentem Hermannus ad v. 1311 suae ed. sive v. 1327 haec monuit: 'Quod Buttmannus ait eo loco, ubi de Chrysa disputat, honoris appellationem, qua *χρυσῆ* vocetur Minerva, in cognomen vertisse, id demonstrari argumentis exemplisve debebat. Quae unde depromptutus sit, nescio. Aliud est enim cognomen a munere, officio, dignitate, voluntate, facto, loco petitum, aliud appellatio honorifica, quae non addito ipso dei deaeve nomine inanis est. Omniumque maxime, si quae dea *χρυσῆ* quasi proprio nomine dicta esset, eam non Minervam, sed Venerem esse consentaneum foret.' Accedit, quod ex Buttmanni sententia statuendum esset, quod parum verisimile est, tragicos Graecos, cum pro nympha haberent Chrysen illam, antiquam famam aut ignorasse aut aliqua de causa, quae qualis fuerit aut esse potuerit nemo prorsus assequetur, non secutos esse, nosse autem multo seriores scriptores inde a Dosiade et qui postea floruerint grammaticos. Immo longe mihi probabilius videtur seriore aetate exstitisse qui, cum cur nymphae sacrificandum Achivis fuisset non perspicerent, Minervam Chrysae nomine intellegendam conicerent aliisque persuaderent. Verum utut est, satis est in hac re nosse, quae tragicorum sententia fuerit; quos certum est hoc tantum habuisse cognitum, fuisse aliquod numen Chrysae nomine, ab insula cognomine dictum, cuius aram cum investigaret Philoctetes, a serpente eum vulneratum esse. Ipse Hermannus in praefat. edit. sec. p. XXXIII ut explicaret, unde orta esset ista Chrysae cum Minerva commixtio, haec monuit: 'Fama erat ad aram quandam morsu serpentis sauciatum esse Philoctetam. Eam aram alii narraverant nymphae Chrysae fuisse in cognomine insula; alii, qui in insula Nea vulneratum Philoctetam accepissent, Minervae aram fuisse dixerunt. Huic enim deae sacram fuisse Neam Plinius testis est. Hinc paratissima opportunitas confundendae utrique famae, ut insula Chryse Nea, Neaeque dea Chryse vocaretur, Chrysa autem nympha crederetur Minerva esse.'

Restat, ut de loco, in quo Philoctetes vulneratus sit, pauca adiciamus. In qua re consentio cum Buttmanno p. 60 haec monente: 'Et illud quidem fere certum puto, in antiquissima de Philocteta fabula mentionem fuisse et numinis et loci Chryses; locum autem cum ignoraret postera aetas, alii aliter statuerunt, suaeque quisque opinioni ipsam fabulam aptarunt.' Non assentior

ei sic pergenti: 'Et Sophoclis quidem quae fuerit sententia, ex hac fabula non satis apparet. Hoc tamen manifestum puto, Chrysen locum illi fuisse a Lemno satis remotum; neque relictum Philoctetam, sed ex ulteriore ad Troiam profectione reductum fuisse voluntate Atridarum et consilio Ulixis. Quae patere puto ex verbis v. 2 sqq. et 261 sqq., quae verba omnia profecto adiacentem Lemno insulam non indicant; ut in illis, quae ex eius *Λημνίαις* a Stephano verba prolata modo vidimus, alios poeta auctores videatur secutus.' — Stephani Byz. verba haec sunt: *Χρύση, βαρυτόνως, ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς Λήμνου. Σοφοκλῆς Λημνίαις· 'Ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι'· καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσι· 'Ταύτην ἐγὼ Κίλλαν τε καὶ Χρύσην.'* Confundere eum Chrysen Troicam, Apollini sacram, ex Iliadis initio notam, cum Chrysa insula Lemno vicina, tam manifestum est, ut neminem fugerit hominum doctorum. Sitam autem prope Lemnum Chrysen insulam, in qua Philoctetes a serpente morsus sit, fuisse Pausanias etiam testatur, cuius verba supra p. 5 descripsimus. Sophocles autem etsi non disertis verbis dicit, quo in loco Philoctetes in morbum inciderit, tamen ei, qui verborum sententiam diligenter adverterit, satis manifesto videbitur ostendisse se in eadem illa insula Philoctetam esse vulneratum putasse. Nam quae tandem alia potuit causa esse, ob quam Chrysae potissimum insulae mentionem iniceret, et tum, cum ab Chrysa insula Lemnum venissent Achivi, relictum Philoctetam diceret, nisi ut ibi id factum esse, ob quod Philoctetes in insula Lemno relinqueretur, significaret? Neque ut hanc Chrysen Sophocli valde remotam a Lemno fuisse cum Buttmanno statuamus, verba v. 271 posita *ἐκ πολλοῦ σάλου* ullo modo postulant. Neque denique haerendum est in eo, quod non relictus tantum Philoctetes in insula Lemno, sed nonnunquam etiam expositus ab Atridis et Ulixe dicitur; minimeque propterea statuendum cum Buttmanno reductum eum ex ulteriore ad Troiam profectione esse significari. Nam relictus Philoctetes sibi videri debebat, cum nesciret ea de causa Atridas Lemnum appulisse, ut ibi ipsum propter morbi molestiam relinquerent; expositus dici ab Ulixe potuit, qui sciret eo consilio se cum Atridis Lemnum appulisse, ut ibi Philoctetam exponerent. Itaque persevero in ea sententia, ut Sophoclem eandem secutum famam putem, quae relata a Pausania l. a. est. Idem vidimus p. 6 etiam Tzetzam ad Lycophr. 911 tradidisse. — Ea autem insula cum postea absorpta diceretur, cuius memoriae auctorem habemus Pausaniam l. l., factum fortasse est, ut Dosiades, cuius verba supra p. 6 allata sunt, in insula Neis Philoctetam a serpente morsum esse fingeret. Hinc Stephanus Byz.: *Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου, ἐν ᾗ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου.* Suidas: *Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου, παρὰ τὸ νέω, τὸ κολυμβῶ· ᾗ προσενήξατό φασιν Ἡρακλῆς, περὶ ἣν κατά τινας Φιλοκτήτης ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου.* Hesychius: *Νέαι, νεώματα, καὶ χωρίον*

*Λήμνου, ὅπου δοκεῖ Φιλοκτήτης δηχθῆναι.* Alii autem, qui modestiores erant quam Dosiades, cum antiquissimam famam, quam Sophocles secutus est, ignorarent, in aliqua insula prope Lemnum sita Philoctetam calamitate illa affectum esse dicere maluerunt. Ita legitur apud Appianum in Mithridaticis c. 77 p. 755 sq.: *περὶ Λῆμνον ἐν ἐρήμῳ νήσῳ —, ἔνθα δείκνυται βωμὸς Φιλοκτήτου καὶ χάλκεος ὄφις καὶ τόξα καὶ θώραξ ταινίαις περίδετος, μήνυμα τῆς ἐκείνου πάθης.*

Postremo quod ab aliquot scriptoribus Lemni, ab aliis Tenedi vulneratus Philoctetes dicitur, eius rei causa facile mihi videtur explicari posse. Ac primum quidem, ut in insula Lemno morsus diceretur, ambiguis Homeri verbis factum opinor, qui Il. II 721—723 cecinit: *ἀλλ' ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο κρατέρ' ἄλγεα πάσχων Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθι μιν λίπον υἷες Ἀχαιῶν ἕλκεϊ μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου.* Atque in hac sententia primum mihi videntur Philostrati fuisse, sive is, quem secuti sunt, Protesilaum dico. Eorum alter in Heroic. p. 702 sic scribit: *τοῦτον* (Philoctetam) *ἐν Λήμνῳ φασὶν ἄτιμον καταλειφθῆναι τοῖς Ἀχαιοῖς, ὕδρου ἐνσκήψαντος αὐτῷ ἐς τὸν πόδα, ὑφ' οὗ νοσεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἀκτῆς ὑψηλῆς ἐν πέτρᾳ κείμενον.* Alterius verba iam supra p. 5 descripta sunt. Disertis autem verbis hoc tradunt Eustathius p. 330, cuius verba iam supra p. 6 attuli, scholiasta ad Il. II 725 haec scribens: *ἱστόρηται, ὅτι Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ καθαίρων τὸν βωμὸν τῆς Χρυσῆς καλουμένης Ἀθηνᾶς ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου καὶ ἀνιάτῳ τραύματι περιπεσὼν κατελείφθη αὐτόθι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων· ᾔδεισαν γὰρ τοὺς Ἡφαίστου ἱερεῖς θεραπεύειν τοὺς ὀφιοδήκτους.* Porro schol. ad Phil. 270, quamvis aliena admiscens: *λέγεται, ὡς ἐν Λήμνῳ βουλόμενος ἀναστῆσαι βωμὸν Ἡρακλεῖ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ὑπὸ ὄφεως ἐπλήγη,* et Hyginus fab. CII, cuius verba p. 7 descripsimus. Fortasse etiam memoria illa, exstitisse promunturium Lemni, Chryse dictum, ab eo orta est, qui repugnantiam, aliis Lemni aliis Chrysae morsum esse Philoctetam dicentibus, ita tollere studuit, ut Chrysen *πόλιν τῆς Λήμνου* non *πόλιν ἐγγὺς τῆς Λήμνου* (notum est enim, *πόλιν* saepe pro *νῆσος* usurpari) fuisse diceret. Eustathius enim p. 34 Rom., ex quo emendatus Stephanus Byz. est, refert: *ἐλέγετο δέ, φασι, Χρύση καὶ ἀκρωτήριον περὶ τὴν Ἡφαιστίαν τῆς Λήμνου, βλέπον πρὸς Τένεδον.* Certe nostra aetate discrepantiam illam sic tollendam putavit, quamvis temere, Salmasius in notis ad aram Dosiadae p. 146. Simili modo effecit Cypriorum scriptor, ex quo in Procli Chrestom. p. 475 ed. Gaisf. haec allata sunt: *ἔπειτα καταπλέουσιν εἰς Τένεδον· καὶ εὐωχουμένων αὐτῶν, Φιλοκτήτης ὑφ' ὕδρου πληγεὶς διὰ τὴν δυσοσμίαν ἐν Λήμνῳ κατελείφθη,* ut essent qui in insula Tenedo, licet id non claris sit verbis ab eo dictum, Philoctetam vulneratum putarent. Scribit enim Eustathius p. 330 Rom.: *δηχθῆναι δὲ τὸν Φιλοκτήτην ὁ*

*Πορφύριος λέγει κατά τινας περὶ Τένεδον ἢ Ἴμβρον, ἐκεῖθεν δὲ ἐκτεθῆναι εἰς Λῆμνον.*

Ceterum cur Lemni fuerit relictus Philoctetes, eius rei haec a scholiastis et Eustathio ad Il. II 722 refertur ratio, quod sacerdotes Vulcani ibi fuerint, qui viperarum morsus sanare scirent. Cypriorum scriptor, ut paullo ante vidimus, ob foetorem ulceris expositum eum tradidit; neque id negat Sophocles v. 1032 dicens: *πῶς, ὦ θεοῖς ἔχθιστε, νῦν οὐκ εἰμί σοι χωλός, δυσώδης;* quanquam addit propter male ominata verba, quibus sacra turbarit, expositum eum esse, v. 8 sq. 1032 sqq. Recessit autem Sophocles ab Aeschylo et Euripide cum aliis in rebus, tum in eo, quod in deserto Lemni loco per novem annos commoratum esse finxit, de quo vide quae ad v. 2 monui; cum illi teste Dione Chrysostomo or. LII § 6 sq. chorum fabulae ex Lemniis composuissent. Quid, quod Euripides etiam Lemnium quendam introduxit, Actorem nomine, quocum aliqua Philoctetae necessitudo intercederet.

§ 4.

Anno decimo belli Troiani cum Helenus, vates Troianus, ab Ulixe captus, respondisset non posse Ilium nisi Herculis sagittis expugnari, missi sunt Lemnum qui Philoctetam eiusque sagittas Troiam reducerent.

Oraculi hanc fuisse sententiam, ut non sagittae tantum, sed ipse etiam, qui optime iis uti putabatur, Philoctetes reduceretur, iam ex Homero patet Il. II 724 sq. Cf. Lesches in Iliade parva apud Gaisford. p. 482, Sophocles Phil. 196—200, 604—613, 839—841, 1324—1342, Euripides apud Dion. Chrys. or. LIX § 2, Pausanias V 13 4, Philostrat. p. 702, schol. ad Pind. Pyth. I 100 p. 305 ed. Boeckh, Orpheus Lith. 351 sqq., Quintus Smyrn. IX 326, Tzetzes in Posthom. 573.

Dissentiunt autem in eo veteres scriptores, a quo Lemno Troiam reductus Philoctetes sit. Lesches in Iliade parva p. 481 ed. Gaisf. a Diomede eum reductum tradit, quocum consentit Pausanias I 22 6; Euripides, Quintus Smyrn. IX 334, Hygin. fab. CII ab Ulixe et Diomede; Philostratus sive Protesilaus apud Philostratum Heroic. p. 703 a Diomede et Neoptolemo.

Sophocles quod eum ab Ulixe et Neoptolemo reduci facit, eo magis mirum videri potest, quod secundum Leschis Iliad. parvam Neoptolemus nondum Troiam venerat, cum Philoctetes reduceretur. Verum videtur Ilias illa non tantum habuisse auctoritatis, ut, qui ab ea recederet, contra fidem historiae facere videretur. Contra facile intellegitur, quanto maiore varietate ac venustate fabula illa ad scenam composita sit eo, quod non Ulixes et Diomedes, quorum simillimus esset animus et ingenium (vide 416 sq.), sed cum Ulixe, homine vafro et callido, qui ut id quod volebat consequeretur non dubitabat turpissimis uti consiliis (vide 111), Neoptolemus, adulescens magnanimus ac generosus, qui honeste

agendo spe excidere malebat quam turpiter faciendo victoriam reportare (vide 94 sq.), in scenam producebatur. Atque in hac consociatione callidi hominis et sinceri iuvenis cardo versatur novi consilii Sophoclis, qui inducit Neoptolemum primo facundia Ulixis et gloriae cupiditate ad dolum, fraudem, mendacia deductum, postmodum vi virtutis et honestatis ingenuitatem suam recuperantem, ita ut consentaneum esset a Neoptolemo Philoctetam relicto Ulixe in patriam reduci, nisi poeta memoriae concedere deberet reditum ad Troiam intercessione deorum effectum.

## § 5.

Reductus Troiam Philoctetes ab aliis expugnato Ilio liberatus morbo esse, ab aliis morbo liberatus expugnasse Ilium dicitur.

Claudo pede pugnasse ad Troiam Philoctetam Pindarus tradit Pyth. I 105 sqq.; cui assentiri videtur Philostrat. Heroic. p. 702. Sophocles (1329—1335, 1423—1430) liberatum morbo pugnaturum eum dicit.

Porro Sophocles v. 1333, quod ipsum tradit Philostratus Heroic. p. 703, ab Asclepiadis, contra 1437 ab Aesculapio sanatum eum iri ait; Machaonem morbi eius curatorem dicit Lesches in Iliade parva p. 481 ed. Gaisf., cumque eo Propertius II 1 59, Orpheus Lith. 343, quem sequitur Tzetzes Posthom. 583, et Dionysius apud Tzetz. ad Lycophr. 911; Podalirium Quintus Smyrn. IX 462.

# ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

---

## *ΟΔΥΣΣΕΥΣ.*

*Ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιρρύτου χθονὸς*
*Λήμνου, βροτοῖς ἄστιπτος οὐδ' οἰκουμένη,*
*ἔνθ', ὦ κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφεὶς*
*Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε, τὸν Μηλιᾶ*
*Ποίαντος υἱὸν ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε,*
*ταχθεὶς τόδ' ἔρδειν τῶν ἀνασσόντων ὕπο,*

V. 1. Schol. *προλογίζει ὁ Ὀδυσσεύς, καθὰ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ· ἐκεῖνο μέντοι διαφέρει, παρ' ὅσον ὁ μὲν Εὐριπίδης πάντα τῷ Ὀδυσσεῖ περιτίθησιν, οὗτος δὲ τὸν Νεοπτόλεμον παρεισάγων διὰ τούτου οἰκονομεῖται.* Apte et *ἀκτή* initio versus positum et *μέν* particula addita est. Hoc enim dicit: Ad litus quidem insulae Lemni pervenimus; verum quaerendum iam antrum est, quod habitare Philoctetam probabile est. Sequitur autem apodosis vs. 15. Cfr. Trachin. 6 cum nota nostra.

V. 2. *ἄστιπτος οὐδ' οἰκουμένη*] 'Nullius pede trita neque habitata'. Sic O. C. 39: *ἄθικτος οὐδ' οἰκητός.* Haec descriptio summae solitudinis a Lessingio collaudata ad Aeschylum referenda videtur, cuius fabula Prom. his incipit: *χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον, Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβροτον εἰς ἐρημίαν.* Ceterum recte Scholiasta: *ἐν ἐρήμῳ μέρει τῆς Λήμνου ἐξετέθη ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.* Neque enim tota insula colonis vacua erat. Cfr. Hom. Il. I 594, XXI 40.

V. 3. *ὦ κρατίστου — τραφείς*] Genetivus e natura participii *τραφείς* aptus est. Praeterea notanda Graecorum consuetudo, dicentium *κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφείς*, ita ut requiras pro *πατρὸς* potius *ἀνδρός*. Sic in fragm. 497 ed. Dind. *ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς*, El. 341: *πατρός, οὗ σὺ παῖς ἔφυς.* ibid. 365 sq. Eur. Troad. 723: *λέξας ἀρίστου παῖδα μὴ τρέφειν πατρός.*

V. 4. *Νεοπτόλεμε*] Ut nomen *θεός* et alia, de quibus Advers. in Soph. Phil. p. 37 sq. egimus, ita pronuntiabantur, ut *εο* nunc pro una nunc pro duabus syllabis esset, ita *Νεοπτόλεμος* modo quattuor modo quinque syllabarum est. Quadrisyllabum hic est et v. 241. Eurip. Androm. 14. Troad. 1126, quinque syllabarum Eurip. Or. 1655. — Schol.: *τὸν Μηλιᾶ· τὸν Θεσσαλόν· ἀπὸ πόλεως. Ἀττικὸν δὲ τὸν Μηλιᾶ* [i. e. *Μηλιᾶ* pro *Μηλιέα*, quod tamen cum cautione accipiendum est. Cfr. curae epigr. p. 21].

V. 6. Similiter O. C. 850 sq. *ὑφ' ὧν ἐγὼ ταχθεὶς τάδ' ἔρδω.*

δοκῶ γὰρ οἷον εἶπας ἄντρον εἰσορᾶν.
ΟΔ. ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν; οὐ γὰρ ἐννοῶ.
ΝΕ. τόδ' ἐξύπερθε, καὶ στίβου γ' οὐδεὶς κτύπος.
ΟΔ. ὅρα, καθ' ὕπνον μὴ καταυλισθεὶς κυρεῖ.
ΝΕ. ὁρῶ κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα.
ΟΔ. οὐδ' ἔνδον οἰκοποιός ἐστί τις τροφή;
ΝΕ. στιπτή γε φυλλὰς ὡς ἐναυλίζοντί τῳ.
ΟΔ. τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα, κοὐδέν ἐστ' ὑπόστεγον;

Gedick. et Wakef. *μακρόν* coniecerunt, quod Buttm. solum putat aptam sententiam praebere. Immo aptior sine dubio vulgata scriptura est, cuius hic est sensus: 'id, quod a me quaerendum dicis, non longe abest'. Attulit Herm. Aesch. Ag. 1650: *τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε.*

V. 28. Schol. *ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν· ταπεινόν, ἢ ὑψηλόν.* — *οὐ γὰρ ἐννοῶ*, non intellego, inquit, utrum supra, an infra. Eadem verba in O. R. 559. HERM. De usu adverbiorum *ἄνωθεν* et *κάτωθεν* vide quae ad Ant. 519 adnotavimus.

V. 29. *τόδ'* scilicet *ἄντρον*, quod est demonstrantis, ut consuerunt loqui, significans 'hic'. HERM. — *καὶ στίβου γ' οὐδεὶς κτύπος*: Neoptolemus cum 'nullum incessus strepitum esse' vel nullum incedentis strepitum audiri ait, hoc significat, Ulixem, qui veritus adhuc, ne in antro inesset Philoctetes, procul afuerat ideoque ne satis quidem cognoscere illud potuerat, propius iam accedere posse, quod Philoctetes non inesse nunc in antro videatur. Nam qui ante antrum stabat si nullum incedentis strepitum audiebat, in alterutra versari sententia debebat, ut putaret, aut non inesse Philoctetam, aut, si inesset, recubuisse. Prius credebat Neoptolemus, posterius cautior Ulixes reputandum statim monet. Ceterum *στίβος* recte de 'incessu' dici docui in Advers. p. 48. [Id comprobat, eis quae a Bonitzio et aliis contra dicuntur refutatis, M. Seyffertus in ed. Ceterum Neoptolemus haec dicit: 'et quod aliud quaeris (vs. 22 sq.), num Philoctetes in eo antro sit, incessus quidem nullum audio strepitum'].

V. 30. Male editores omnes *καθ' ὕπνον καταυλισθεὶς κυρεῖ*, vel, ut antea legebatur, *κατακλιθείς*, explicant 'dormit'. Immo significant haec verba: 'ad dormiendum recubuit'. De significatu locutionis *ὅρα, μὴ* sequente indicativo ad El. 567 sq. exposui. Cfr. Eur. Iph. T. 67 *ὅρα φυλάσσου μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν* (sc. *ἐστίν*).

V. 31. *κενὴν — δίχα*] Simillime Ai. 464: *γυμνὸν φανέντα τῶν ἀριστείων ἄτερ.* Ant. 445: *ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον.*

V. 32. *οἰκοποιὸς — τροφή*] Certum est *οἰκοποιός* adiectivum active dictum esse, ita ut ea significet, quibus locus aliquis in modum domus instruatur; item ex sequentibus apparet, quod appositum fuerit adiectivo illi substantivum, non 'nutrimenta', sed 'supellectilem' significasse. Quo significatu nescio an non potuerit substantivum *τροφή* poni. Ego certe nullum novi exemplum nominis illius ita usurpati. Quapropter videndum, ne scripserit poeta, quod Welckerus suspicatus est, *τρυφή*. Similiter mox poculum nulla arte compositum *τέχνημα* et igniaria *θησαύρισμα* Philoctetae appellantur.

V. 33. Schol. *στιπτή γε φυλλάς· χαμαιστρωσία ἐκ φύλλων. ἡπλωμένη καὶ πατουμένη, ὡς κοιμωμένου ἐπ' αὐτῇ τινος.* Sensus hic est: 'folia calcata sic, ut ab eo, qui stratum facit'.

V. 34. *τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα*] Sensus est: 'reliquusne locus speluncae vacuus?' — *ὑπόστεγον*: Schol. *ὑπὸ τῇ στέγῃ.*

*ΝΕ.* αὐτόξυλόν γ' ἔκπωμα, φλαυρουργοῦ τινὸς
τεχνήματ' ἀνδρός, καὶ πυρεῖ' ὁμοῦ τάδε.
*ΟΔ.* κείνου τὸ θησαύρισμα σημαίνεις τόδε.
*ΝΕ.* ἰού, ἰού· καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται
ῥάκη, βαρείας του νοσηλείας πλέα.
*ΟΔ.* ἀνὴρ κατοικεῖ τούσδε τοὺς τόπους σαφῶς,
κἄστ' οὐχ ἑκάς που. πῶς γὰρ ἂν νοσῶν ἀνὴρ
κῶλον παλαιᾷ κηρὶ προσβαίη μακράν;
ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν,

V. 35. **αὐτόξυλον** male Hesych. explicat αὐτοδημιούργητον ξύλον. Recte Schol.: ποτήριον μονόξυλον, τέχνημα ἀνδρὸς φαύλως ἐργαζομένου· ὅ ἐστιν ἰδιώτου καὶ οὐ τεχνίτου. Eustath. p. 1332, 17: ὅμοιον δὲ πρὸς τὸ αὐτοχόωνον, τὸ αὐτοκάβδαλον, καὶ τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ αὐτόξυλον ἔκπωμα· καὶ ὅλως ὅσα ἔργα οὐκ εἰς κάλλος ἐσκεύασται. Addit Musgr. ad O. C. 188 αὐτόπυρος ἄρτος ex Athenaeo p. 114 C. Eadem significatione αὐτόξυλος dicitur Pan in Apoll. epigr. Anthol. Pal. IV 235.

V. 36. Plurale **τεχνήματα** ('artes' Verg. Aen. V 359) recte defendit Porson. ad Eur. Or. 1051. — **πυρεῖα** igniaria sunt, quae hic non lignea videntur intellegenda esse, de quibus dixere Salmas. in Exerc. Plin. p. 126, Casaub. Lectt. Theocr. c. 20, Wesseling. ad Diod. Sic. V 67, sed silices, ex quibus ignis eliciebatur (vid. v. 296), nec solum hi, sed etiam quae accensi ignis reliquiae prodebant, quem illi silices usum haberent, ut carbones, cineres: ut perridicula sit dubitatio, quae a quibusdam excitata est de repugnantia, quae sit inter hunc locum et v. 296. HERM.

V. 37. Sensus hic est: 'illius est supellex haec, quam significas'. Quo dicit Ulixes sine dubio a Philocteta speluncam, quam investigavit Neoptolemus, habitari.

V. 38. **ἰού, ἰού**] Exclamatio est fastidientis. Tum **ταῦτα**, ut v. 36 τάδε, significat 'hicce'. — **ἄλλα** non abundanter additum, sed est elliptice potius dictum. Solent enim Graeci frequenter pronomen illud ibi, ubi plures res enumerantur, quae omnes ad unum quoddam genus pertinent, per attractionem quandam cum eo nomine, quo species indicatur, ita coniungere, ut notio pronominis non ad nomen, cui appositum est, sed ad illud, quo genus indicatur, nunc commemoratum a scriptoribus, nunc suppressum, referri debeat, nomenque, quocum ἄλλος coniunctum est, explicationem pronominis et substantivi, ad quod notio pronominis pertinet, continere existimandum sit. Itaque verba καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται ῥάκη in hunc sunt sensum dicta: καὶ τοῦτό γ' ἄλλο θησαύρισμα, δηλονότι ῥάκη, ἃ θάλπεται. Alia huius usus exempla collegerunt Schaef. ad Eur. Med. 298 ed. Pors., Elmsl. ad eundem locum, aliique.

V. 39. **νοσήλεια**] ut v. 7 νόσος, de sanie accipiendum, quae dicitur βαρεῖα, quod molesta est, taedium movet.

V. 42. **κήρ**] Et hic et infra 1166 non simpliciter νόσον significat, ut Schol. putat, sed 'morbum fatalem'. Fatalem autem cur putaverit morbum Philoctetae, explicat poeta ipse v. 191—200. — **προσβαίη μακράν**, 'ad locum remotum accesserit'. Prorsus eodem modo dictum O. C. 122: προσδέρκου πανταχῆ.

V. 43. **ἐπὶ φορβῆς νόστον ἐξ.**] 'In viam, qua victum quaereret, se contulit', i. e. breviter: ad victum quaerendum exiit. Νόστος pro via et itinere simpliciter saepius apud tragicos positum, ut

eum pro oraculi necessitate ductum tandem apud Lemnum sublatis reliquerunt sagittis. Hic postea horrore sui vulneris ad patriam redire neglexit; sed sibi parvam Petiliam in Calabriae partibus fecit.'

Postremo memoranda certe sunt quae scholiasta ad Soph. Phil. 270 narrat, praeterea a nemine veterum scriptorum tradita: *λέγεται, ὡς ἐν Λήμνῳ βουλόμενος ἀναστῆσαι βωμὸν Ἡρακλεῖ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ὑπὸ ὄφεως ἐπλήγη.*

Contra Buttmannum originem nymphae Chryses ex cognomine Minervae *χρυσῆς* repetentem Hermannus ad v. 1311 suae ed. sive v. 1327 haec monuit: 'Quod Buttmannus ait eo loco, ubi de Chrysa disputat, honoris appellationem, qua *χρυσῆ* vocetur Minerva, in cognomen vertisse, id demonstrari argumentis exemplisve debebat. Quae unde deprompturus sit, nescio. Aliud est enim cognomen a munere, officio, dignitate, voluntate, facto, loco petitum, aliud appellatio honorifica, quae non addito ipso dei deaeve nomine inanis est. Omniumque maxime, si quae dea *χρυσῆ* quasi proprio nomine dicta esset, eam non Minervam, sed Venerem esse consentaneum foret.' Accedit, quod ex Buttmanni sententia statuendum esset, quod parum verisimile est, tragicos Graecos, cum pro nympha haberent Chrysen illam, antiquam famam aut ignorasse aut aliqua de causa, quae qualis fuerit aut esse potuerit nemo prorsus assequetur, non secutos esse, nosse autem multo seriores scriptores inde a Dosiade et qui postea floruerint grammaticos. Immo longe mihi probabilius videtur seriore aetate exstitisse qui, cum cur nymphae sacrificandum Achivis fuisset non perspicerent, Minervam Chrysae nomine intellegendam conicerent aliisque persuaderent. Verum utut est, satis est in hac re nosse, quae tragicorum sententia fuerit; quos certum est hoc tantum habuisse cognitum, fuisse aliquod numen Chrysae nomine, ab insula cognomine dictum, cuius aram cum investigaret Philoctetes, a serpente eum vulneratum esse. Ipse Hermannus in praefat. edit. sec. p. XXXIII ut explicaret, unde orta esset ista Chrysae cum Minerva commixtio, haec monuit: 'Fama erat ad aram quandam morsu serpentis sauciatum esse Philoctetam. Eam aram alii narraverant nymphae Chrysae fuisse in cognomine insula; alii, qui in insula Nea vulneratum Philoctetam accepissent, Minervae aram fuisse dixerunt. Huic enim deae sacram fuisse Neam Plinius testis est. Hinc paratissima opportunitas confundendae utrique famae, ut insula Chryse Nea, Neaeque dea Chryse vocaretur, Chrysa autem nympha crederetur Minerva esse.'

Restat, ut de loco, in quo Philoctetes vulneratus sit, pauca adiciamus. In qua re consentio cum Buttmanno p. 60 haec monente: 'Et illud quidem fere certum puto, in antiquissima de Philocteta fabula mentionem fuisse et numinis et loci Chryses; locum autem cum ignoraret postera aetas, alii aliter statuerunt, suaeque quisque opinioni ipsam fabulam aptarunt.' Non assentior

ei sic pergenti: 'Et Sophoclis quidem quae fuerit sententia, ex hac fabula non satis apparet. Hoc tamen manifestum puto, Chrysen locum illi fuisse a Lemno satis remotum; neque relictum Philoctetam, sed ex ulteriore ad Troiam profectione reductum fuisse voluntate Atridarum et consilio Ulixis. Quae patere puto ex verbis v. 2 sqq. et 261 sqq., quae verba omnia profecto adiacentem Lemno insulam non indicant; ut in illis, quae ex eius *Λημνίαις* a Stephano verba prolata modo vidimus, alios poeta auctores videatur secutus.' — Stephani Byz. verba haec sunt: *Χρύση, βαρυτόνως, ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς Λήμνου. Σοφοκλῆς Λημνίαις· 'Ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι'· καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσι· 'Ταύτην ἐγὼ Κίλλαν τε καὶ Χρύσην.'* Confundere eum Chrysen Troicam, Apollini sacram, ex Iliadis initio notam, cum Chrysa insula Lemno vicina, tam manifestum est, ut neminem fugerit hominum doctorum. Sitam autem prope Lemnum Chrysen insulam, in qua Philoctetes a serpente morsus sit, fuisse Pausanias etiam testatur, cuius verba supra p. 5 descripsimus. Sophocles autem etsi non disertis verbis dicit, quo in loco Philoctetes in morbum inciderit, tamen ei, qui verborum sententiam diligenter adverterit, satis manifesto videbitur ostendisse se in eadem illa insula Philoctetam esse vulneratum putasse. Nam quae tandem alia potuit causa esse, ob quam Chrysae potissimum insulae mentionem iniceret, et tum, cum ab Chrysa insula Lemnum venissent Achivi, relictum Philoctetam diceret, nisi ut ibi id factum esse, ob quod Philoctetes in insula Lemno relinqueretur, significaret? Neque ut hanc Chrysen Sophocli valde remotam a Lemno fuisse cum Buttmanno statuamus, verba v. 271 posita *ἐκ πολλοῦ σάλου* ullo modo postulant. Neque denique haerendum est in eo, quod non relictus tantum Philoctetes in insula Lemno, sed nonnunquam etiam expositus ab Atridis et Ulixe dicitur; minimeque propterea statuendum cum Buttmanno reductum eum ex ulteriore ad Troiam profectione esse significari. Nam relictus Philoctetes sibi videri debebat, cum nesciret ea de causa Atridas Lemnum appulisse, ut ibi ipsum propter morbi molestiam relinquerent; expositus dici ab Ulixe potuit, qui sciret eo consilio se cum Atridis Lemnum appulisse, ut ibi Philoctetam exponerent. Itaque persevero in ea sententia, ut Sophoclem eandem secutum famam putem, quae relata a Pausania l. a. est. Idem vidimus p. 6 etiam Tzetzam ad Lycophr. 911 tradidisse. — Ea autem insula cum postea absorpta diceretur, cuius memoriae auctorem habemus Pausaniam l. l., factum fortasse est, ut Dosiades, cuius verba supra p. 6 allata sunt, in insula Neis Philoctetam a serpente morsum esse fingeret. Hinc Stephanus Byz.: *Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου, ἐν ᾗ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου.* Suidas: *Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου, παρὰ τὸ νέω, τὸ κολυμβῶ· ᾗ προσενήξατό φασιν Ἡρακλῆς, περὶ ἣν κατά τινας Φιλοκτήτης ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου.* Hesychius: *Νέαι, νεώματα, καὶ χωρίον*

*Λήμνου, ὅπου δοκεῖ Φιλοκτήτης δηχθῆναι.* Alii autem, qui modestiores erant quam Dosiades, cum antiquissimam famam, quam Sophocles secutus est, ignorarent, in aliqua insula prope Lemnum sita Philoctetam calamitate illa affectum esse dicere maluerunt. Ita legitur apud Appianum in Mithridaticis c. 77 p. 755 sq.: *περὶ Λῆμνον ἐν ἐρήμῳ νήσῳ —, ἔνθα δείκνυται βωμὸς Φιλοκτήτου καὶ χάλκεος ὄφις καὶ τόξα καὶ θώραξ ταινίαις περίδετος, μήνυμα τῆς ἐκείνου πάθης.*

Postremo quod ab aliquot scriptoribus Lemni, ab aliis Tenedi vulneratus Philoctetes dicitur, eius rei causa facile mihi videtur explicari posse. Ac primum quidem, ut in insula Lemno morsus diceretur, ambiguis Homeri verbis factum opinor, qui Il. II 721 — 723 cecinit: *ἀλλ' ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο κρατέρ' ἄλγεα πάσχων Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθι μιν λίπον υἷες Ἀχαιῶν ἕλκεϊ μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου.* Atque in hac sententia primum mihi videntur Philostrati fuisse, sive is, quem secuti sunt, Protesilaum dico. Eorum alter in Heroic. p. 702 sic scribit: *τοῦτον* (Philoctetam) *ἐν Λήμνῳ φασὶν ἄτιμον καταλειφθῆναι τοῖς Ἀχαιοῖς, ὕδρου ἐνσκήψαντος αὐτῷ ἐς τὸν πόδα, ὑφ' οὗ νοσεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἀκτῆς ὑψηλῆς ἐν πέτρᾳ κείμενον.* Alterius verba iam supra p. 5 descripta sunt. Disertis autem verbis hoc tradunt Eustathius p. 330, cuius verba iam supra p. 6 attuli, scholiasta ad Il. II 725 haec scribens: *ἱστόρηται, ὅτι Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ καθαίρων τὸν βωμὸν τῆς Χρυσῆς καλουμένης Ἀθηνᾶς ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου καὶ ἀνιάτῳ τραύματι περιπεσὼν κατελείφθη αὐτόθι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων· ᾔδεισαν γὰρ τοὺς Ἡφαίστου ἱερεῖς θεραπεύειν τοὺς ὀφιοδήκτους.* Porro schol. ad Phil. 270, quamvis aliena admiscens: *λέγεται, ὡς ἐν Λήμνῳ βουλόμενος ἀναστῆσαι βωμὸν Ἡρακλεῖ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ὑπὸ ὄφεως ἐπλήγη,* et Hyginus fab. CII, cuius verba p. 7 descripsimus. Fortasse etiam memoria illa, exstitisse promunturium Lemni, Chryse dictum, ab eo orta est, qui repugnantiam, aliis Lemni aliis Chrysae morsum esse Philoctetam dicentibus, ita tollere studuit, ut Chrysen *πόλιν τῆς Λήμνου* non *πόλιν ἐγγὺς τῆς Λήμνου* (notum est enim, *πόλιν* saepe pro *νῆσος* usurpari) fuisse diceret. Eustathius enim p. 34 Rom., ex quo emendatus Stephanus Byz. est, refert: *ἐλέγετο δέ, φασι, Χρύση καὶ ἀκρωτήριον περὶ τὴν Ἡφαιστίαν τῆς Λήμνου, βλέπον πρὸς Τένεδον.* Certe nostra aetate discrepantiam illam sic tollendam putavit, quamvis temere, Salmasius in notis ad aram Dosiadae p. 146. Simili modo effecit Cypriorum scriptor, ex quo in Procli Chrestom. p. 475 ed. Gaisf. haec allata sunt: *ἔπειτα καταπλέουσιν εἰς Τένεδον· καὶ εὐωχουμένων αὐτῶν, Φιλοκτήτης ὑφ' ὕδρου πληγεὶς διὰ τὴν δυσοσμίαν ἐν Λήμνῳ κατελείφθη,* ut essent qui in insula Tenedo, licet id non claris sit verbis ab eo dictum, Philoctetam vulneratum putarent. Scribit enim Eustathius p. 330 Rom.: *δηχθῆναι δὲ τὸν Φιλοκτήτην ὁ*

*Πορφύριος λέγει κατά τινας περὶ Τένεδον ἢ Ἴμβρον, ἐκεῖθεν δὲ ἐκτεθῆναι εἰς Λῆμνον.*

Ceterum cur Lemni fuerit relictus Philoctetes, eius rei haec a scholiastis et Eustathio ad Il. II 722 refertur ratio, quod sacerdotes Vulcani ibi fuerint, qui viperarum morsus sanare scirent. Cypriorum scriptor, ut paullo ante vidimus, ob foetorem ulceris expositum eum tradidit; neque id negat Sophocles v. 1032 dicens: *πῶς, ὦ θεοῖς ἔχθιστε, νῦν οὐκ εἰμί σοι χωλός, δυσώδης;* quanquam addit propter male ominata verba, quibus sacra turbarit, expositum eum esse, v. 8 sq. 1032 sqq. Recessit autem Sophocles ab Aeschylo et Euripide cum aliis in rebus, tum in eo, quod in deserto Lemni loco per novem annos commoratum esse finxit, de quo vide quae ad v. 2 monui; cum illi teste Dione Chrysostomo or. LII § 6 sq. chorum fabulae ex Lemniis composuissent. Quid, quod Euripides etiam Lemnium quendam introduxit, Actorem nomine, quocum aliqua Philoctetae necessitudo intercederet.

§ 4.

Anno decimo belli Troiani cum Helenus, vates Troianus, ab Ulixe captus, respondisset non posse Ilium nisi Herculis sagittis expugnari, missi sunt Lemnum qui Philoctetam eiusque sagittas Troiam reducerent.

Oraculi hanc fuisse sententiam, ut non sagittae tantum, sed ipse etiam, qui optime iis uti putabatur, Philoctetes reduceretur, iam ex Homero patet Il. II 724 sq. Cf. Lesches in Iliade parva apud Gaisford. p. 482, Sophocles Phil. 196—200, 604—613, 839—841, 1324—1342, Euripides apud Dion. Chrys. or. LIX § 2, Pausanias V 13 4, Philostrat. p. 702, schol. ad Pind. Pyth. I 100 p. 305 ed. Boeckh, Orpheus Lith. 351 sqq., Quintus Smyrn. IX 326, Tzetzes in Posthom. 573.

Dissentiunt autem in eo veteres scriptores, a quo Lemno Troiam reductus Philoctetes sit. Lesches in Iliade parva p. 481 ed. Gaisf. a Diomede eum reductum tradit, quocum consentit Pausanias I 22 6; Euripides, Quintus Smyrn. IX 334, Hygin. fab. CII ab Ulixe et Diomede; Philostratus sive Protesilaus apud Philostratum Heroic. p. 703 a Diomede et Neoptolemo.

Sophocles quod eum ab Ulixe et Neoptolemo reduci facit, eo magis mirum videri potest, quod secundum Leschis Iliad. parvam Neoptolemus nondum Troiam venerat, cum Philoctetes reduceretur. Verum videtur Ilias illa non tantum habuisse auctoritatis, ut, qui ab ea recederet, contra fidem historiae facere videretur. Contra facile intellegitur, quanto maiore varietate ac venustate fabula illa ad scenam composita sit eo, quod non Ulixes et Diomedes, quorum simillimus esset animus et ingenium (vide 416 sq.), sed cum Ulixe, homine vafro et callido, qui ut id quod volebat consequeretur non dubitabat turpissimis uti consiliis (vide 111), Neoptolemus, adulescens magnanimus ac generosus, qui honeste

agendo spe excidere malebat quam turpiter faciendo victoriam reportare (vide 94 sq.), in scenam producebatur. Atque in hac consociatione callidi hominis et sinceri iuvenis cardo versatur novi consilii Sophoclis, qui inducit Neoptolemum primo facundia Ulixis et gloriae cupiditate ad dolum, fraudem, mendacia deductum, postmodum vi virtutis et honestatis ingenuitatem suam recuperantem, ita ut consentaneum esset a Neoptolemo Philoctetam relicto Ulixe in patriam reduci, nisi poeta memoriae concedere deberet reditum ad Troiam intercessione deorum effectum.

## § 5.

Reductus Troiam Philoctetes ab aliis expugnato Ilio liberatus morbo esse, ab aliis morbo liberatus expugnasse Ilium dicitur.

Claudo pede pugnasse ad Troiam Philoctetam Pindarus tradit Pyth. I 105 sqq.; cui assentiri videtur Philostrat. Heroic. p. 702. Sophocles (1329—1335, 1423—1430) liberatum morbo pugnaturum eum dicit.

Porro Sophocles v. 1333, quod ipsum tradit Philostratus Heroic. p. 703, ab Asclepiadis, contra 1437 ab Aesculapio sanatum eum iri ait; Machaonem morbi eius curatorem dicit Lesches in Iliade parva p. 481 ed. Gaisf., cumque eo Propertius II 1 59, Orpheus Lith. 343, quem sequitur Tzetzes Posthom. 583, et Dionysius apud Tzetz. ad Lycophr. 911; Podalirium Quintus Smyrn. IX 462.

# ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

---

*ΟΔΥΣΣΕΥΣ.*

*Ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιρρύτου χθονὸς*
*Λήμνου, βροτοῖς ἄστιπτος οὐδ' οἰκουμένη,*
*ἔνθ', ὦ κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφεὶς*
*Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε, τὸν Μηλιᾶ*
*Ποίαντος υἱὸν ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε,*
*ταχθεὶς τόδ' ἔρδειν τῶν ἀνασσόντων ὕπο,*

V. 1. Schol. *προλογίζει ὁ Ὀδυσσεύς, καθὰ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ· ἐκεῖνο μέντοι διαφέρει, παρ' ὅσον ὁ μὲν Εὐριπίδης πάντα τῷ Ὀδυσσεῖ περιτίθησιν, οὗτος δὲ τὸν Νεοπτόλεμον παρεισάγων διὰ τούτου οἰκονομεῖται.* Apte et *ἀκτή* initio versus positum et *μέν* particula addita est. Hoc enim dicit: Ad litus quidem insulae Lemni pervenimus; verum quaerendum iam antrum est, quod habitare Philoctetam probabile est. Sequitur autem apodosis vs. 15. Cfr. Trachin. 6 cum nota nostra.

V. 2. *ἄστιπτος οὐδ' οἰκουμένη*] 'Nullius pede trita neque habitata'. Sic O. C. 39: *ἄθικτος οὐδ' οἰκητός.* Haec descriptio summae solitudinis a Lessingio collaudata ad Aeschylum referenda videtur, cuius fabula Prom. his incipit: *χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον, Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβροτον εἰς ἐρημίαν.* Ceterum recte Scholiasta: *ἐν ἐρήμῳ μέρει τῆς Λήμνου ἐξετέθη ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.* Neque enim tota insula colonis vacua erat. Cfr. Hom. Il. I 594, XXI 40.

V. 3. *ὦ κρατίστου — τραφείς*] Genetivus e natura participii *τραφείς* aptus est. Praeterea notanda Graecorum consuetudo, dicentium *κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφείς*, ita ut requiras pro *πατρὸς* potius *ἀνδρός*. Sic in fragm. 497 ed. Dind. *ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς*, El. 341: *πατρός, οὗ σὺ παῖς ἔφυς.* ibid. 365 sq. Eur. Troad. 723: *λέξας ἀρίστου παῖδα μὴ τρέφειν πατρός.*

V. 4. *Νεοπτόλεμε*] Ut nomen *θεός* et alia, de quibus Advers. in Soph. Phil. p. 37 sq. egimus, ita pronuntiabantur, ut *εο* nunc pro una nunc pro duabus syllabis esset, ita *Νεοπτόλεμος* modo quattuor modo quinque syllabarum est. Quadrisyllabum hic est et v. 241. Eurip. Androm. 14. Troad. 1126, quinque syllabarum Eurip. Or. 1655. — Schol.: *τὸν Μηλιᾶ· τὸν Θεσσαλόν· ἀπὸ πόλεως. Ἀττικὸν δὲ τὸν Μηλιᾶ* [i. e. *Μηλιᾶ* pro *Μηλιέα*, quod tamen cum cautione accipiendum est. Cfr. curae epigr. p. 21].

V. 6. Similiter O. C. 850 sq. *ὑφ' ὧν ἐγὼ ταχθεὶς τάδ' ἔρδω.*

νόσῳ καταστάζοντα διαβόρῳ πόδα·
ὅτ' οὔτε λοιβῆς ἡμὶν οὔτε θυμάτων
παρῆν ἑκήλοις προσθιγεῖν, ἀλλ' ἀγρίαις
κατεῖχ' ἀεὶ πᾶν στρατόπεδον δυσφημίαις,
βοῶν, στενάζων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ
λέγειν; ἀκμὴ γὰρ οὐ μακρῶν ἡμῖν λόγων,
μὴ καὶ μάθῃ μ' ἥκοντα, κἀκχέω τὸ πᾶν
σόφισμα, τῷ νιν αὐτίχ' αἱρήσειν δοκῶ.
ἀλλ' ἔργον ἤδη σὸν τὰ λοίφ' ὑπηρετεῖν,
σκοπεῖν θ', ὅπου 'στ' ἐνταῦθα δίστομος πέτρα
τοιάδ', ἵν' ἐν ψύχει μὲν ἡλίου διπλῆ
πάρεστιν ἐνθάκησις, ἐν θέρει δ' ὕπνον

V. 7. Schol.: *διαβόρῳ· τῇ τὸν πόδα ἐσθιούσῃ, σηπτικῇ, τῇ διαβιβρωσκούσῃ· τῇ καλουμένῃ φαγεδαίνῃ· πάθος δὲ τοῦτό ἐστιν οὕτω λεγόμενον παρὰ τοῖς ἰατροῖς. Καταστάζοντα δέ, οἷον καταῤῥέοντα, τηκόμενον, λυόμενον.* Aesch. in Philoct. fr. 246: *φαγέδαιναν, ἥμου σάρκας ἐσθίει ποδός.* Sophocles *νόσον* dixit, genus pro specie poetarum more ponens et significans 'saniem', quam cancrum, quo morbo Philoctetes laborasse fertur, mittere solere constat (Cato R. R. 157 3). Eodem sensu v. 39 *νοσήλεια* dictum. *Καταστάζειν πόδα νόσῳ* est habere pedem stillantem sanie. Sic Ai. 10: *κάρα στάζων ἱδρῶτι* et Eur. Suppl. 586: *στόμα ἀφρῷ καταστάζοντα.* Dicitur *νόσος διάβορος* etiam Trach. 1084. Contra passivo sensu dictum *διάβορος* Trach. 676.

V. 8. *λοιβή* libationes, *θῦμα* suffitus significat; ex utrisque sacrificia constabant. Similiter Hom. Il. IX 500: *λοιβῇ τε κνίσῃ τε.*

V. 9. *προσθιγεῖν*] Ut apud Latinos 'attingere rem' pro operam dare rei. Cf. Cic. ad Att. II 22. in Rull. II 12. MATTH. (i. e. J. M. SCHULTZ).

V. 10. *δυσφημίαις*] 'Verbis male ominatis', quae a sacris aliena erant.

V. 11. Eur. Hec. 939: *ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ θρηνεῖν;*

V. 12. Schol.: *ἀκμή, ἀντὶ τοῦ καιρός.* Ai. 811: *οὐχ ἕδρας ἀκμή.* El. 22: *ἔργων ἀκμή.* 1338: *ἀπηλλάχθαι ἀκμή.*

V. 13. *μὴ καὶ*] 'Ne adeo'. Sic v. 46: *μὴ καὶ λάθῃ με προσπεσών.* Antig. 278: *μή τι καὶ θεήλατον τοὔργον τόδε.* Verbum *ἐκχέω* ut latinum effundo 'perdendi' notione usurpatum etiam Aesch. Pers. 831 ed. Blomf., quem vide ibi in Gloss.

V. 15. Vocabulum *ἔργον* opponitur *λόγοις*, et verba *ἀλλὰ* etc. verbis *ἀκμὴ — λόγων*, ut sensus sit: Non loquendi nunc tempus est, sed agendi, et quidem tuum etc. Pronomen *σὸν* autem postpositum est, quia non hominum, sed rei oppositio est. — *τὰ λοίφ' ὑπηρετεῖν*: Integra locutio foret: *τὰ λοιπὰ ὑπηρετήματα ὑπηρετεῖν.* Sic infra 1024: *οἷς σὺ ταῦθ' ὑπηρετεῖς.* Vide quae in censura Aiac. ab Lobeck. edit. p. 86 § 4 exposui.

V. 16. Saepe a tragicis *πέτρα* pro *ἄντρον* dici monuit Elmsl. ad Eur. Med. 1326.

V. 17. Spelunca illa pervia erat, patens et orienti soli et occidenti, ut, ubi frigus esset, in antemeridiano et pomeridiano sole sedere posset Philoctetes, quae est *ἡλίου διπλῆ ἐνθάκησις*, in aestivo autem calore perflans aura ad somnum invitaret. HERM.

δι' ἀμφιτρῆτος αὐλίου πέμπει πνοή.
βαιὸν δ' ἔνερθεν ἐξ ἀριστερᾶς τάχ' ἂν
ἴδοις ποτὸν κρηναῖον, εἴπερ ἐστὶ σῶν.
ἅ μοι προσελθὼν σῖγα σήμαιν', εἴτ' ἔχει
χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ', εἴτ' ἄλλῃ κυρεῖ·
ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν κλύῃς,
ἐγὼ δὲ φράζω, κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν ἴῃ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοὔργον οὐ μακρὰν λέγεις·

V. 19. Schol. ἀμφιτρῆτος· τοῦ ἀμφοτέρωθεν τετρημένου. Suidas: ἀμφίτρητον, τὸ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τετρημένον ἄντρον. De forma adiectivi cfr. Porson. et Schaefer. ad Eur. Med. 1363. — αὔλιον etsi plerumque de stabulo usurpatur, significat omnino locum quemcunque in agris et sub dio quieti capiendae opportunum, quod monuit Spanhem. ad Callim. H. in Dian. 87 sq. p. 228 ed. Ern. MATTH. Pro δι' ἀμφ. αὐλίου proprie debebat δι' ἀμφοτέρου στόματος dici, cum verba πέτρα τοιάδε, ἵνα praecedant. Excusatur autem repetita antri mentio eo, quod verba ἐν ψύχει — ἐνθάκησις interiecta sunt.

V. 20. βαιὸν δ' ἔνερθεν] sc. τοῦ ἄντρου, paullo infra antrum. Βαιὸν ἄπωθεν ὁδοῦ in Dioscoridis epigr. Anth. Pal. VI 220 5 confert Bonitzius (Beiträge zur Erklärung des Sophokles. Erster Theil).

V. 22 sq. Verbi ἔχει subiectum non Philoctetam, sed pronomen ἅ esse, verissime ab Hermanno monitum puto. In reliqua huius loci interpretatione dissentio. Totum fabulae exordium docet ante omnia Neoptolemo quaerendum fuisse, utrum locus is, quem a Philocteta habitari Ulixes putabat, in vicinia, id est in iis rupibus, quae in scena ante oculos Ulixis et Neoptolemi (v. 16: ὅπου 'στ' ἐνταῦθα διστ. πέτρα) positae erant, an alibi esset. Itaque accedere nunc ad eas (προσελθὼν σῖγα) sine strepitu iubetur et significare Ulixi, sintne (ἅ) antrum eiusmodi, quale modo descripserit, et fons 'ad eum versus locum', quem nunc teneat Ulixes, an 'aliorsum' sita. Apte nunc πρὸς praepositionem positam esse patet. Cf. Antig. 1217 et Eur. Hec. 221. De usu verbi ἔχειν, 'spectare' hic significantis, consule Wesseling. ad Herodot. II 17 p. 265. Aliter hunc locum explicat Reisigius in Enarr. O. C. p. XXVII [et Bonitzius l. l. p. 8, qui ἔχειν non 'situm esse', sed 'dirigi, pertinere ad locum' significare statuit. Complures res docent Ulixem dicere: 'Quem locum si inveneris, tacite adgressus significa mihi, utrum illum etiamnunc teneat Philoctetes an alibi sit'. Itaque verba πρὸς αὐτὸν aliquid vitii contraxisse probabile est, sive cum Bergkio πάραυλον sive cum Blaydesio τὸν αὐτὸν sive mecum πετραῖον corrigendum videtur. Praeterea cum optimus liber τόνδε εἴτ' exhibeat, non supplementum γὲ ex deterioribus libris recipiendum, sed de coniectura Elmslei τόνδ' ἔτ' scribendum est. Numeros σή | μαιν' εἴτ' nihil offensionis habere, quia caesura habetur post σῖγα, docui in libro qui inscribitur Studien zu Aeschylus p. 131. Cfr. infra v. 422, 466, 596, 788, 801].

V. 24. τἀπίλοιπα τῶν λόγων] Vid. ad Viger. p. 62 et Eur. Hel. 976: ἅ σοι παρέλιπεν ἥδε τῶν λόγων, φράσω.

V. 25. Schol. κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν ἴῃ· κοινοῖτο, διανύοιτο, προβαίνοι.

V. 26. Schol. τοὔργον οὐ μακρὰν λέγεις· οὐ μακροῦ πόνου δεόμενον. ἤδη γὰρ εἰσεῖδον ἄντρον, ὃ λέγεις. Et glossa: οὐ μακρᾶς διδαχῆς δεόμενον. Unde

δοκῶ γὰρ οἷον εἶπας ἄντρον εἰσορᾶν.
ΟΔ. ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν; οὐ γὰρ ἐννοῶ.
ΝΕ. τόδ' ἐξύπερθε, καὶ στίβου γ' οὐδεὶς κτύπος.
ΟΔ. ὅρα, καθ' ὕπνον μὴ καταυλισθεὶς κυρεῖ.
ΝΕ. ὁρῶ κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα.
ΟΔ. οὐδ' ἔνδον οἰκοποιός ἐστί τις τροφή;
ΝΕ. στιπτή γε φυλλὰς ὡς ἐναυλίζοντί τῳ.
ΟΔ. τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα, κοὐδέν ἐστ' ὑπόστεγον;

Gedick. et Wakef. μακρόν coniecerunt, quod Buttm. solum putat aptam sententiam praebere. Immo aptior sine dubio vulgata scriptura est, cuius hic est sensus: 'id, quod a me quaerendum dicis, non longe abest'. Attulit Herm. Aesch. Ag. 1650: τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε.

V. 28. Schol. ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν· ταπεινόν, ἢ ὑψηλόν.— οὐ γὰρ ἐννοῶ, non intellego, inquit, utrum supra, an infra. Eadem verba in O. R. 559. HERM. De usu adverbiorum ἄνωθεν et κάτωθεν vide quae ad Ant. 519 adnotavimus.

V. 29. τόδ' scilicet ἄντρον, quod est demonstrantis, ut consuerunt loqui, significans 'hic'. HERM. —καὶ στίβου γ' οὐδεὶς κτύπος: Neoptolemus cum 'nullum incessus strepitum esse' vel nullum incedentis strepitum audiri ait, hoc significat, Ulixem, qui veritus adhuc, ne in antro inesset Philoctetes, procul afuerat ideoque ne satis quidem cognoscere illud potuerat, propius iam accedere posse, quod Philoctetes non inesse nunc in antro videatur. Nam qui ante antrum stabat si nullum incedentis strepitum audiebat, in alterutra versari sententia debebat, ut putaret, aut non inesse Philoctetam, aut, si inesset, recubuisse. Prius credebat Neoptolemus, posterius cautior Ulixes reputandum statim monet. Ceterum στίβος recte de 'incessu' dici docui in Advers. p. 48. [Id comprobat, eis quae a Bonitzio et aliis contra dicuntur refutatis, M. Seyffertus in ed. Ceterum Neoptolemus haec dicit: 'et quod aliud quaeris (vs. 22 sq.), num Philoctetes in eo antro sit, incessus quidem nullum audio strepitum'].

V. 30. Male editores omnes καθ' ὕπνον καταυλισθεὶς κυρεῖ, vel, ut antea legebatur, κατακλιθείς, explicant 'dormit'. Immo significant haec verba: 'ad dormiendum recubuit'. De significatu locutionis ὅρα, μὴ sequente indicativo ad El. 567 sq. exposui. Cfr. Eur. Iph. T. 67 ὅρα φυλάσσου μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν (sc. ἐστίν).

V. 31. κενὴν—δίχα] Simillime Ai. 464: γυμνὸν φανέντα τῶν ἀριστείων ἄτερ. Ant. 445: ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον.

V. 32. οἰκοποιὸς—τροφή] Certum est οἰκοποιός adiectivum active dictum esse, ita ut ea significet, quibus locus aliquis in modum domus instruatur; item ex sequentibus apparet, quod appositum fuerit adiectivo illi substantivum, non 'nutrimenta', sed 'supellectilem' significasse. Quo significatu nescio an non potuerit substantivum τροφή poni. Ego certe nullum novi exemplum nominis illius ita usurpati. Quapropter videndum, ne scripserit poeta, quod Welckerus suspicatus est, τρυφή. Similiter mox poculum nulla arte compositum τέχνημα et igniaria θησαύρισμα Philoctetae appellantur.

V. 33. Schol. στιπτή γε φυλλάς· χαμαιστρωσία ἐκ φύλλων. ἡπλωμένη καὶ πατουμένη, ὡς κοιμωμένου ἐπ' αὐτῇ τινος. Sensus hic est: 'folia calcata sic, ut ab eo, qui stratum facit'.

V. 34. τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα] Sensus est: 'reliquusne locus speluncae vacuus?' — ὑπόστεγον: Schol. ὑπὸ τῇ στέγῃ.

*ΝΕ.* αὐτόξυλόν γ' ἔκπωμα, φλαυρουργοῦ τινὸς
τεχνήματ' ἀνδρός, καὶ πυρεῖ' ὁμοῦ τάδε.
*ΟΔ.* κείνου τὸ θησαύρισμα σημαίνεις τόδε.
*ΝΕ.* ἰού, ἰού· καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται
ῥάκη, βαρείας του νοσηλείας πλέα.
*ΟΔ.* ἀνὴρ κατοικεῖ τούσδε τοὺς τόπους σαφῶς,
κἄστ' οὐχ ἑκάς που. πῶς γὰρ ἂν νοσῶν ἀνὴρ
κῶλον παλαιᾷ κηρὶ προσβαίη μακράν;
ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν,

V. 35. *αὐτόξυλον* male Hesych. explicat *αὐτοδημιούργητον ξύλον*. Recte Schol.: *ποτήριον μονόξυλον, τέχνημα ἀνδρὸς φαύλως ἐργαζομένου· ὅ ἐστιν ἰδιώτου καὶ οὐ τεχνίτου.* Eustath. p. 1332, 17: *ὅμοιον δὲ πρὸς τὸ αὐτοχόωνον, τὸ αὐτοκάβδαλον, καὶ τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ αὐτόξυλον ἔκπωμα· καὶ ὅλως ὅσα ἔργα οὐκ εἰς κάλλος ἐσκεύασται.* Addit Musgr. ad O. C. 188 *αὐτόπυρος ἄρτος* ex Athenaeo p. 114 C. Eadem significatione *αὐτόξυλος* dicitur Pan in Apoll. epigr. Anthol. Pal. IV 235.

V. 36. Plurale *τεχνήματα* ('artes' Verg. Aen. V 359) recte defendit Porson. ad Eur. Or. 1051. — *πυρεῖα* igniaria sunt, quae hic non lignea videntur intellegenda esse, de quibus dixere Salmas. in Exerc. Plin. p. 126, Casaub. Lectt. Theocr. c. 20, Wesseling. ad Diod. Sic. V 67, sed silices, ex quibus ignis eliciebatur (vid. v. 296), nec solum hi, sed etiam quae accensi ignis reliquiae prodebant, quem illi silices usum haberent, ut carbones, cineres: ut perridicula sit dubitatio, quae a quibusdam excitata est de repugnantia, quae sit inter hunc locum et v. 296. HERM.

V. 37. Sensus hic est: 'illius est supellex haec, quam significas'. Quo dicit Ulixes sine dubio a Philocteta speluncam, quam investigavit Neoptolemus, habitari.

V. 38. *ἰού, ἰού*] Exclamatio est fastidientis. Tum *ταῦτα*, ut v. 36 *τάδε*, significat 'hicce'. — *ἄλλα* non abundanter additum, sed est elliptice potius dictum. Solent enim Graeci frequenter pronomen illud ibi, ubi plures res enumerantur, quae omnes ad unum quoddam genus pertinent, per attractionem quandam cum eo nomine, quo species indicatur, ita coniungere, ut notio pronominis non ad nomen, cui appositum est, sed ad illud, quo genus indicatur, nunc commemoratum a scriptoribus, nunc suppressum, referri debeat, nomenque, quocum *ἄλλος* coniunctum est, explicationem pronominis et substantivi, ad quod notio pronominis pertinet, continere existimandum sit. Itaque verba *καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται ῥάκη* in hunc sunt sensum dicta: *καὶ τοῦτό γ' ἄλλο θησαύρισμα, δηλονότι ῥάκη, ἃ θάλπεται.* Alia huius usus exempla collegerunt Schaef. ad Eur. Med. 298 ed. Pors., Elmsl. ad eundem locum, aliique.

V. 39. *νοσήλεια*] ut v. 7 *νόσος*, de sanie accipiendum, quae dicitur *βαρεῖα*, quod molesta est, taedium movet.

V. 42. *κήρ*] Et hic et infra 1166 non simpliciter *νόσον* significat, ut Schol. putat, sed 'morbum fatalem'. Fatalem autem cur putaverit morbum Philoctetae, explicat poeta ipse v. 191—200. — *προσβαίη μακράν*, 'ad locum remotum accesserit'. Prorsus eodem modo dictum O. C. 122: *προσδέρκου πανταχῇ*.

V. 43. *ἐπὶ φορβῆς νόστον ἐξ.*] 'In viam, qua victum quaereret, se contulit', i. e. breviter: ad victum quaerendum exiit. *Νόστος* pro via et itinere simpliciter saepius apud tragicos positum, ut

ἢ φύλλον εἴ τι νώδυνον κάτοιδέ που.
τὸν οὖν παρόντα πέμψον ἐς κατασκοπήν,
μὴ καὶ λάθῃ με προσπεσών· ὡς μᾶλλον ἂν
ἕλοιτό μ' ἢ τοὺς πάντας Ἀργείους λαβεῖν.
ΝΕ. ἀλλ' ἔρχεταί τε καὶ φυλάξεται στίβος.
σὺ δ' εἴ τι χρῄζεις, φράζε δευτέρῳ λόγῳ.
ΟΔ. Ἀχιλλέως παῖ, δεῖ σ' ἐφ' οἷς ἐλήλυθας
γενναῖον εἶναι μὴ μόνον τῷ σώματι,
ἀλλ' ἤν τι καινόν, ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας,
κλύῃς, ὑπουργεῖν, ὡς ὑπηρέτης πάρει.
ΝΕ. τί δῆτ' ἄνωγας; ΟΔ. τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ
ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων.

in Eurip. Iphig. A. 966. 1261. Rhes. 427, et sic etiam **νοστεῖν** in Helen. v. 474. 891. Cfr. Schaef. in Melet. cr. p. 90. HERM. Suidas: **περινοστοῦντας· περιερχομένους· νόστος κυρίως μὲν ἡ ἀπ' ἀλλοδαπῆς οἴκαδε ἄφιξις, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον.** [Fortasse tamen legendum: **'πὶ φορβὴν νῆστις**, in quibus **νῆστις** idem quod infra v. 162 **φορβῆς χρείᾳ**.]

V. 44. Schol.: **φύλλον εἴ τι νώδυνον· βοτάνην τινὰ πανσώδυνον.** Structura haec est: **ἢ ἐξελ. εἴ τι φύλλον νώδυνον κάτοιδέ που, ἐπ' αὐτὸ (ἐπὶ νόστον αὐτοῦ).**

V. 45. **τὸν οὖν παρόντα**] Schol.: **ὡς τινὸς παρισταμένου αὐτῷ.** Eiusmodi muti pedissequi, qualem Neoptolemum secum in scenam adduxisse ex hoc loco intellegimus, ubique reges vel personas primarias comitati videntur. Cfr. Lobeck. ad Ai. 1104.

V. 46. **μὴ καὶ λάθῃ με προσπεσών**] De **καί** particulae significatu ad v. 13 monuimus. Tum **προσπεσών** subitaneum significat adventum, ut v. 156. Similiter Eurip. Heracl. 338: **πρῶτα μὲν σκοποὺς πέμψω πρὸς αὐτόν, μὴ λάθῃ με προσπεσών.**

V. 47. Ne quem pronomen encliticum **μὲ** in comparatione offendat, tenendum est hoc dici a poeta: 'illico enim me comprehendat, idque lubentius quam omnes Argivos'. Ita saepe in comparatione pronomen eius, de quo potissimum sermo est, forma enclitica effertur. Vide huius fab. 347. 524. 1051. O. R. 1478.

V. 48. Schol.: **ἀπέρχεται, φησίν, ὁ θεράπων εἰς κατασκοπήν. Ἔρχεσθαι** saepius usurpatur de abeunte, ut infra v. 1183 **μὴ ἔλθῃς.** BUTTM. Et sic Ant. 99. Scilicet qui antea prope me stetit et nunc 'ire' dicitur, is profecto a me 'abire' intellegitur. Similiter **ἵστασθαι** pro **ἀνίστασθαι** usurpatur, de quo vide ad 875. — **φυλάξεται** iam schol. monuit pro **φυλαχθήσεται** esse positum.

V. 49. Verbis **δευτέρῳ λόγῳ** alterum significat Neoptolemus colloquium, quod reperto antro secum de capiendo Philocteta habiturum Ulixem esse meminerat, qui supra v. 24 dixerat **ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν κλύῃς** etc. Eodem fere sensu **δεύτερον** dictum ab Eur. Hec. 988.

V. 52 sq. **ἤν τι καινόν** etc.] Abundare **καινόν** videtur; sed confer quae ad El. 324 adnotavimus. In verbis **ὡς ὑπηρέτης πάρει** nemo haerebit, qui hoc sensu ea posita esse reputaverit: 'ut facere te, qui minister sis, convenit'.

V. 55. De locutione **δεῖ σε ὅπως ἐκκλέψεις** vide ad Ai.

ὅταν σ' ἐρωτᾷ, τίς τε καὶ πόθεν πάρει,
λέγειν, Ἀχιλλέως παῖς· τόδ' οὐχὶ κλεπτέον·
πλεῖν δ' ὡς πρὸς οἶκον, ἐκλιπὼν τὸ ναυτικὸν
στράτευμ' Ἀχαιῶν, ἔχθος ἐχθήρας μέγα,
οἵ σ' ἐν λιταῖς στείλαντες ἐξ οἴκων μολεῖν,
μόνην ἔχοντες τήνδ' ἅλωσιν Ἰλίου,
οὐκ ἠξίωσαν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων

549 sq. — In verbis λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων nihil non recte dictum. Verbum λόγοις arctissime cohaeret cum ἐκκλέπτειν, ita ut λόγοις ἐκκλέπτειν τινὰ significet, 'ficta alicui dicere, decipere aliquem'. Tum ad λέγων intellegendum λόγους hoc sensu: 'decipere debes animum Philoctetae, cum verba ad eum facies', i. e. verba eiusmodi facere ad Philoctetam debes, quibus animum eius decipias. Hinc ipse Philoctetes infra 1268: καὶ τὰ πρὶν γὰρ ἐκ λόγων καλῶν κακῶς ἔπραξα σοῖς πεισθεὶς λόγοις. De addito λέγων vide etiam 1322. Trach. 427 et de λόγῳ κλέπτειν El. 56: ὅπως λόγῳ κλέπτοντες ἡδεῖαν φάτιν φέρωμεν αὐτοῖς. Eur. Phoen. 991: πατρὸς ἐξεῖλον φόβον κλέψας λόγοισιν.

V. 57. λέγειν] Infinitivum sensu imperativi positum esse apparet ex v. 64 λέγων. Vide ad El. 9.

V. 58. πλεῖν pendet a λέγειν. De ὡς πρὸς οἶκον cfr. Krueg. I 69, 63, 4. Zeun. ad Vig. p. 567. Aristoph. Equ. 1407 κἀκεῖνον ἐκφερέτω τις ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην.

V. 59. ἔχθος ἐχθήρας μέγα] Scilicet αὐτούς. Cfr. El. 1034: οὐδ' αὖ τοσοῦτον ἔχθος ἐχθαίρω σ' ἐγώ. Debebat autem Neoptolemus infestum se Achivis simulare, quo magis Philoctetae benevolentiam captaret. Quod intellexit iam Schol. monens: οἱ γὰρ ἐξ ἑνὸς ἠδικημένοι φιλοῦσιν ἀλλήλους.

V. 60. ἐν λιταῖς] Est hoc eodem modo dictum, quo v. 102 ἐν δόλῳ et 1393 ἐν λόγοις. Solent enim Graeci pro Latinorum ablativo instrumenti saepe nunc ἐν praepositionem ponere, significaturi in ea re, cuius nomini praepositio adiuncta est, vim aut facultatem alicuius rei agendae sitam esse; nunc ἐκ praepositionem, ex aliqua re vim aut facultatem agendi proficisci; nunc ἀπό praepositionem, de vel ab aliqua re facultatem alicuius rei agendae peti vel depromi. Itaque ἐν λιταῖς στείλαντες etc. proprie sic explicandum: 'qui te Troiam adduxerint ita ut vis adducendi in precibus sita esset'; et v. 102 'cur abductio eius debet in dolo consistere?' De ἐκ vide ad v. 91. — Duobus locis Sophocles, et hic et Ant. v. 165, στέλλειν cum verbo 'veniendi' coniunxit; alibi 'arcessendi' notione solum verbum activum στέλλειν usurpavit. Sic O. R. v. 860, O. C. v. 298. — Ceterum de re narrata cfr. Hom. Od. XI 506 sqq.

V. 61. Hoc dicit poeta: 'solam habentes hanc Ilii expugnandi facultatem'. Saepenumero enim substantiva verbalia in 'σις' desinentia 'facultatem agendi' significant. Sic 691: οὐκ ἔχων βάσιν, 'non habens facultatem eundi' et El. 143, 573: Τήνδε recte explicavit scholiasta: τὸ σὲ ἐλθεῖν εἰς Ἴλιον. Sic Trach. 483: εἴ τι τήνδ' ἁμαρτίαν νέμεις.

V. 62 sq. οὐκ ἠξίωσαν — αἰτουμένῳ] Nolim dicere, quae communis omnium interpretum opinio est, infinitivum δοῦναι inutiliter additum esse. Fert enim ita Graecorum loquendi consuetudo, ut ea res, qua quis dignus dicitur, non tam genetivo substantivi, quam potius infinitivo efferatur. Neque quisquam, opinor, haesisset in hoc loco, si vulgarem secutus consuetudinem poeta dixisset: οὐκ ἠξίωσαν δοῦναί σοι ἐλθόντι τὰ

ἐλθόντι δοῦναι κυρίως αἰτουμένῳ,
ἀλλ' αὔτ' Ὀδυσσεῖ παρέδοσαν· λέγων ὅσ' ἂν
θέλῃς καθ' ἡμῶν ἔσχατ' ἐσχάτων κακά.
τούτῳ γὰρ οὐδέν μ' ἀλγυνεῖς· εἰ δ' ἐργάσει
μὴ ταῦτα, λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς.
εἰ γὰρ τὰ τοῦδε τόξα μὴ ληφθήσεται,
οὐκ ἔστι πέρσαι σοι τὸ Δαρδάνου πέδον.
ὡς δ' ἔστ' ἐμοὶ μὲν οὐχί, σοὶ δ' ὁμιλία
πρὸς τόνδε πιστὴ καὶ βέβαιος, ἔκμαθε.
σὺ μὲν πέπλευκας οὔτ' ἔνορκος οὐδενί,
οὔτ' ἐξ ἀνάγκης, οὔτε τοῦ πρώτου στόλου·
ἐμοὶ δὲ τούτων οὐδέν ἐστ' ἀρνήσιμον.
ὥστ', εἴ με τόξων ἐγκρατὴς αἰσθήσεται,
ὄλωλα, καὶ σὲ προσδιαφθερῶ ξυνών.
ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δεῖ σοφισθῆναι, κλοπεὺς
ὅπως γενήσει τῶν ἀνικήτων ὅπλων.
ἔξοιδα, παῖ, φύσει σε μὴ πεφυκότα

*Ἀχίλλεια ὅπλα κυρίως αἰτουμένῳ.* Cfr. O. C. 1496: *ὁ γὰρ ξένος σε καὶ πόλισμα καὶ φίλους ἐπαξιοῖ δικαίαν χάριν παρασχεῖν παθών.* Ai. 494: *μή μ' ἀξιώσῃς βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν.* Itaque notanda hic potius mutatio structurae vulgaris erat, substantivo, quod cum infinitivo iungendum erat, relato ad verbum finitum, ex quo infinitivus aptus est. Cfr. O. C. 1211.

V. 64. *λέγων*] Participium hoc referendum ad infinitivum, qui praecessit, *λέγειν*, imperativi sensu positum.

V. 65. *ἔσχατ' ἐσχάτων*] Recte scholiasta: *αἰσχρότατα.* Cfr. O. R. 465. O. C. 1238.

V. 67. *βαλεῖς*] Exspectaveris *ἐμβαλεῖς.* Sed vide quae ad Ai. 745 adnotavimus et cfr. Eur. Phoen. 1534 *σκότον ὄμμασι σοῖσι βαλών*, Aesch. Prom. 705 *τοὺς ἐμοὺς λόγους θυμῷ βάλε.* De *μή* particulae collocatione ad O. C. 1360 egimus.

V. 68. Schol.: *προτρεπτικῶς εἰς τὴν συμμαχίαν οὐ τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ ψιλῶς τὰ τόξα ὠνόμασεν· εἰς δὲ τὴν πόρθησιν τὸν Νεοπτόλεμον.* Cf. v. 114 sq.

V. 69. *τὸ Δαρδάνου πέδον*] Dardanus, Iovis et Electrae filius, auctor generis regum Troianorum, quem sub Ida monte Dardaniam condidisse Homerus tradit. CAMER.

V. 72 sq. Schol.: *οὔτ' ἔνορκος οὐδενί· ὤμοσαν γὰρ τῷ Τυνδάρεῳ πάντες Ἕλληνες συνελθεῖν, ἐὰν ἁρπασθῇ ἡ Ἑλένη.* Vide quae de fabula Aiac. praefati sumus. Verbis sequentibus *ἐξ ἀνάγκης πέπλευκας* non dubium est quin eo respiciatur, quod Ulixes, patefacto dolo eius, quo subterfugere expeditionem studuerat, Troiam oppugnatum proficisci coactus est. Cfr. v. 1007: *καί τοι σὺ μὲν κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγεὶς ἔπλεις ἅμ' αὐτοῖς*, ibique adnotationem. Denique de prima, quae postremo commemoratur, expeditione cfr. v. 246 sq.

V. 73. *οὔτε τοῦ πρώτου στόλου*] Est gen. possessivus ut v. 220 sq. *ποίας πάτρας* etc. Supplere licet *ὤν.*

V. 75. Schol.: *τόξων ἐγκρατής· ἔχων τὰ τόξα.*

V. 76. Non inutiliter additum est *ξυνών*, significans 'eo quod tecum sim'.

V. 79. *φύσει πεφυκότα*] Quia *πεφυκέναι* usu attritum est,

τοιαῦτα φωνεῖν, μηδὲ τεχνᾶσθαι κακά·
ἀλλ' ἡδὺ γάρ τοι κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν,
τόλμα· δίκαιοι δ' αὖθις ἐκφανούμεθα.
νῦν δ' εἰς ἀναιδὲς ἡμέρας μέρος βραχὺ
δός μοι σεαυτόν, κᾆτα τὸν λοιπὸν χρόνον
κέκλησο πάντων εὐσεβέστατος βροτῶν.
*ΝΕ.* ἐγὼ μὲν οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων,
Λαερτίου παῖ, τούσδε καὶ πράσσειν στυγῶ.
ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς,
οὔτ' αὐτός, οὔθ', ὥς φασιν, οὑκφύσας ἐμέ.

adiecto **φύσει** notio naturae magis exprimitur. Cfr. Eur. Bacch. 895 **τό τ' ἐν χρόνῳ μακρῷ νόμιμον ἀεὶ φύσει τε πεφυκός.**

V. 81. **ἡδὺ — λαβεῖν**] Quidam interpretes verba **ἡδὺ κτῆμα** praedicati loco esse, ex eoque intellegi debere subiectum **τὸ κτῆμα** putant, ita ut integra oratio haec foret **ἡδὺ κτῆμά ἐστι τὸ κτῆμα τῆς νίκης.** Cfr. Matth. ad Eurip. Androm. 181: **ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλειῶν ἔφυ.** Non improbarem hanc interpretationem, cum saepe semel id poni verbum solere, quod, plene si loqui voluissent, bis ponere poetae debebant, ipse pluribus exemplis ad v. 512 demonstrarim, si omissum verbum **λαβεῖν** esset, quod in hac interpretatione mirum quantum languet. Vehementer enim differunt, ad quae quis provocare possit, exempla ad Ant. 437 sq. a me allata. Quibus tum tantum similis hic locus esset, si huiusmodi quid positum esset, **ἡδύ τι λαβεῖν νίκη.** Itaque malim existimare, **κτῆμα λαβεῖν** pro simplici **κτᾶσθαι** positum esse, ut **νόστον λαβεῖν** (Eur. Iphig. T. 1016) pro **νοστῆσαι, μεταμέλειαν λαβεῖν** pro **μεταμέλεσθαι, πεῖραν λαβεῖν** pro **πειρᾶν, θέαν λαβεῖν** (huius fab. 536 sq., 656) pro **θεᾶσθαι, αἰδῶ λαβεῖν** (Ai. 345) pro **αἰδεῖσθαι**, et alia plurima eiusdem generis dicuntur. [Prior ratio verior videtur.]

V. 83. **εἰς ἀναιδές**] Scriptor prosaicus dixisset **εἰς ἀναίδειαν.** Sic v. 675 **τὸ νοσοῦν** et **τἀναιδές** in Eur. Iph. A. 379, **τὸ εὐγενές** in Eur. Phoen. 1623 et **τὸ σὸν γενναῖον** Soph. O. C. 569.

V. 84. Terentius Ad. V 3, 52 'da te hodie mihi'. BR.

V. 87. **Λαερτίου**] Fallitur schol., cum ait **Λαέρτιος** possessivum esse pro primitivo. Duplex forma est huius nominis, utraque primitiva. Eustath. ad Hom. p. 13 **διφορεῖται γὰρ τοῦτο. καὶ οὐ μόνον Λαέρτης λέγεται, ἀλλὰ καὶ Λαέρτιος, ὡς δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς.** Hanc formam adhibitam videmus solum, ubi alteram metri lex non admittit. BR. Usurpavit Sophocles productiorem formam his locis: v. 417, 628, 1357 et contracte **Λαρτίου** v. 401, 1286 et Ai. 1, 380. Casu recto nunquam a Sophocle **Λαέρτιος** dictum. — **τούσδε**] Nihil offensionis in hoc pronomine esse vel ex his exemplis apparebit: El. 441 **τάσδε δυσμενεῖς χοὰς οὐκ ἄν ποθ', ὃν γ' ἔκτεινε, τῷδ' ἐπέστεφεν.** Ant. 463 sq. **ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγώ, κακοῖς ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;** ibid. 645 sq. **ὅστις δ' ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα, τί τόνδ' ἂν εἴποις** etc. Trach. 23: **ἀλλ' ὅστις ἦν θακῶν ἀταρβὴς τῆς θέας, ὅδ' ἂν λέγοι.** ibid. 820: **τὴν δὲ τέρψιν, ἣν τὠμῷ δίδωσι πατρί, τήνδ' αὐτὴ λάβοι.**

V. 89. **οὔτ' αὐτός**] Adscripsit Neuius O. R. 587. O. C. 462. Platon. Protag. p. 313 D: **οὗτοι ὧν ἄγουσιν ἀγωγίμων οὔτε αὐτοὶ ἴσασιν ὅ τι χρηστὸν ἢ πο-**

ἀλλ' εἴμ' ἕτοιμος πρὸς βίαν τὸν ἄνδρ' ἄγειν,
καὶ μὴ δόλοισιν. οὐ γὰρ ἐξ ἑνὸς ποδὸς
ἡμᾶς τοσούσδε πρὸς βίαν χειρώσεται.
πεμφθείς γε μέντοι σοὶ ξυνεργάτης ὀκνῶ
προδότης καλεῖσθαι· βούλομαι δ', ἄναξ, καλῶς
δρῶν ἐξαμαρτεῖν μᾶλλον ἢ νικᾶν κακῶς.
ΟΔ. ἐσθλοῦ πατρὸς παῖ, καὐτὸς ὢν νέος ποτὲ
γλῶσσαν μὲν ἀργόν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν·
νῦν δ' εἰς ἔλεγχον ἐξιὼν ὁρῶ βροτοῖς
τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ τἄργα, πάνθ' ἡγουμένην.
ΝΕ. τί οὖν μ' ἄνωγας ἄλλο πλὴν ψευδῆ λέγειν;
ΟΔ. λέγω σ' ἐγὼ δόλῳ Φιλοκτήτην λαβεῖν.

νηρὸν περὶ τὸ σῶμα, οὔτε οἱ ὠνούμενοι παρ' αὐτῶν. p. 324 B: κολάζομεν τὸν ἀδικοῦντα, ἵνα μὴ αὖθις ἀδικήσῃ μήτε αὐτὸς οὗτος, μήτε ἄλλος ὁ τοῦτον ἰδὼν κολασθέντα.

V. 91. ἐξ ἑνὸς ποδός] Vide ad v. 60. Proprie sic explicanda haec locutio: 'non enim ex uno pede facultatem nos, qui tam multi sumus, domandi sumet'. Sic v. 88: ἐκ τέχνης κακῆς. 563: ἐκ βίας — ἢ λόγοις. 710: ἐξ ὠκυβόλων τόξων. 1268: ἐκ λόγων καλῶν κακῶς ἔπραξα.

V. 92. Ex verbo opposito ἑνός apparet τοσούσδε 'multitudinis' debere notionem habere. Significat Neoptolemus et se et chorum.

V. 93 sqq. Verba πεμφθείς γε μέντοι — βούλομαι δὲ ita pertinent ad ea quae praecedunt οὐ γὰρ — χειρώσεται, ut haec sit sententia: 'Spero nos superiores fore. Sed licet nolim qui tibi adiutor missus sim, ita rem gerere ut te prodidisse dicar, tamen honestam frustrationem victoriae cum turpitudine coniunctae praefero'. De particulis γε μέντοι cfr. infra v. 1052, de usu verbi ὀκνῶ Elmsl. ad Eur. Heracl. 244 sqq.

V. 94 sq. Schol.: καλῶς δρῶν· ἀντὶ τοῦ ἀληθεύων. νικᾶν δὲ κακῶς ἀντὶ τοῦ μετὰ ψευδολογίας, ὅ ἐστι· θέλω εἰπὼν τὸ ἀληθὲς ἀποτυχεῖν μᾶλλον, ἢ ἐξαπατᾶν τὸν ἄνδρα καὶ ἐπιτυχεῖν. Εἰσάγει δὲ αὐτὸν ὁ Σοφοκλῆς τὸν τοῦ πατρὸς λόγον λέγοντα· 'ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν, ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ βάζῃ' (Il. IX 312). De significatu verbi ἐξαμαρτάνειν ad El. 1188 monuimus.

V. 98. Schol.: εἰς ἔλεγχον ἐξιών· εἰς πεῖραν τῶν πραγμάτων· usu rerum et experientia edoctus, ut μολὼν εἰς ἔλεγχον O. C. 1297 cl. ibid. 835: τάχ' εἰς βάσανον εἶ χερῶν MATTH. Adde Eur. Alc. 640: ἔδειξας εἰς ἔλεγχον ἐξελθών.

V. 99. Schol.: τὴν γλῶσσαν οὐχὶ τἄργα· κρείσσονα τῶν ἔργων οὖσαν τὴν γλῶσσαν. διαβάλλει τοὺς καθ' ἑαυτὸν ῥήτορας ὁ ποιητής, ὡς διὰ γλώσσης πάντα κατορθοῦντας. — Schol.: πάνθ' ἡγουμένην· προηγουμένην εἰς ἅπαντα. ἀνύουσαν. Vide ad v. 15.

V. 100. In hiatu τί οὖν temere Porsonus ad Phoen. 892 offensus est. Vide Aesch. Sept. 208. 704. Pers. 787. Suppl. 306. Eum. 902, quibus omnibus locis τί οὖν optima memoria confirmatur; minus certum videtur τί ἐστιν infra 733, 753 et τί εἶπας infra 917. Trach. 1203.

V. 101. λέγω] 'Iubeo'. Cfr. nos ad O. C. 837. Quia versus legitima caesura caret, Bothius coniecit λέγω δόλῳ σε τὸν Φ. λ. Sed cfr. v. 276. 1369.

ΝΕ. τί δ' ἐν δόλῳ δεῖ μᾶλλον ἢ πείσαντ' ἄγειν;
ΟΔ. οὐ μὴ πίθηται· πρὸς βίαν δ' οὐκ ἂν λάβοις.
ΝΕ. οὕτως ἔχει τι δεινὸν ἰσχύος θράσος;
ΟΔ. ἰοὺς ἀφύκτους καὶ προπέμποντας φόνον.
ΝΕ. οὐκ ἆρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προσμῖξαι θρασύ;
ΟΔ. οὔ, μὴ δόλῳ λαβόντα γ', ὡς ἐγὼ λέγω.
ΝΕ. οὐκ αἰσχρὸν ἡγεῖ δῆτα τὰ ψευδῆ λέγειν;
ΟΔ. οὔκ, εἰ τὸ σωθῆναί γε τὸ ψεῦδος φέρει.
ΝΕ. πῶς οὖν βλέπων τις ταῦτα τολμήσει λακεῖν;
ΟΔ. ὅταν τι δρᾷς ἐς κέρδος, οὐκ ὀκνεῖν πρέπει.
ΝΕ. κέρδος δέ μοι τί τοῦτον ἐς Τροίαν μολεῖν;
ΟΔ. αἱρεῖ τὰ τόξα ταῦτα τὴν Τροίαν μόνα.
ΝΕ. οὐκ ἆρ' ὁ πέρσων, ὡς ἐφάσκετ', εἰμ' ἐγώ;
ΟΔ. οὔτ' ἂν σὺ κείνων χωρὶς οὔτ' ἐκεῖνα σοῦ.
ΝΕ. θηρατέ' οὖν γίγνοιτ' ἄν, εἴπερ ὧδ' ἔχει.
ΟΔ. ὡς τοῦτό γ' ἔρξας δύο φέρει δωρήματα.
ΝΕ. ποίω; μαθὼν γὰρ οὐκ ἂν ἀρνοίμην τὸ δρᾶν.
ΟΔ. σοφός τ' ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ' ἅμα.

V. 102. ἐν δόλῳ] V. ad v. 60.

V. 104. ἰσχύος θράσος est 'animus' sive 'fiducia, quam praebent vires'.

V. 105. προπέμποντας] De composito ad O. C. 664 monitum est.

V. 106. Schol.: οὐκοῦν οὐδὲ προσελθεῖν αὐτῷ εὐθαρσές ἐστι καὶ ἀσφαλές; Ut homo dicitur θρασύς, in quo fiducia conspicua est, ita recte θρασὺ negotium vel res dicitur, in qua fiducia conspicua est, i. e. quae fit cum fiducia. Adscripserunt iam interpretes Hom. Il. X 223: μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται. Pindar. Nem. VII 74: θρασύ μοι τόδ' εἰπεῖν. Xenoph. Hist. Gr. VI 5, 32: καὶ τὸ μὲν μὴ πρὸς τὴν πόλιν προσβαλεῖν ἂν ἔτι αὐτοὺς ἤδη τι ἐδόκει θαῤῥαλεώτερον εἶναι. Platon. Lach. p. 198 B: ἡγούμεθα δεινὰ μὲν εἶναι, ἃ καὶ δέος παρέχει, θαῤῥαλέα δέ, ἃ μὴ δέος παρέχει.

V. 110. πῶς βλέπων] 'Quo vultu, qua fronte?' Nam βλέπειν saepe usurpatur, ut lat. 'tueri', v. c. 'acerba, torva tueri'. Cfr. Aristoph. Plut. 424. Vesp. 900. Lysistr. 886. ERF. De λακεῖν cfr. Ant. 1094.

V. 111. Sententia eadem est in Soph. El. 61: δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. Nec tamen e mente Sophoclis dictum, quem consensisse potius puta cum Hesiodo Op. et D. v. 352 praecipiente: μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν. Cfr. Ant. 313 sq.

V. 113. αἱρεῖ τὰ τόξα i. e. q. τοῖς τόξοις πέπρωται αἱρεῖν. Cfr. Aesch. Prom. 513 οὐ ταῦτα ταύτῃ . . κρᾶναι πέπρωται, μυρίαις δὲ πημοναῖς δύαις τε καμφθεὶς ὧδε δεσμὰ φυγγάνω. Similiter infra v. 117 praesens φέρει constituta et parata praemia significat.

V. 117. Schol.: δωρήματα· τιμήματα. Significat hic δώρημα commodum, fructum, quem ex aliqua re percipimus. Sic O. C. 647. El. 360. — ὡς i. e. recto consilio uteris, 'nam' etc.

V. 118. De articulo ante δρᾶν posito cfr. Matth. ad Eurip. Hipp. 49 et v. infra ad v. 1213.

V. 119. Schol.: σοφὸς μὲν

ΝΕ. ἴτω, ποιήσω πᾶσαν αἰσχύνην ἀφείς.
ΟΔ. ἦ μνημονεύσεις οὖν ἅ σοι παρῄνεσα;
ΝΕ. σάφ᾽ ἴσθ᾽, ἐπείπερ εἰσάπαξ συνῄνεσα.
ΟΔ. σὺ μὲν μένων νυν κεῖνον ἐνθάδ᾽ ἐκδέχου·
ἐγὼ δ᾽ ἄπειμι, μὴ κατοπτευθῶ παρών,
καὶ τὸν σκοπὸν πρὸς ναῦν ἀποστελῶ πάλιν.
καὶ δεῦρ᾽, ἐάν μοι τοῦ χρόνου δοκῆτέ τι
κατασχολάζειν, αὖθις ἐκπέμψω πάλιν
τοῦτον τὸν αὐτὸν ἄνδρα, ναυκλήρου τρόποις
μορφὴν δολώσας, ὡς ἂν ἀγνοία προσῇ·
οὗ δῆτα, τέκνον, ποικίλως αὐδωμένου,
δέχου τὰ συμφέροντα τῶν ἀεὶ λόγων.

διὰ τὸ κλέψαι· ἀγαθὸς δὲ διὰ τὸ πορθῆσαι. Cfr. El. 1089.

V. 120. ἴτω] Recte Elmsl. ad Eur. Med. 780 multis additis exemplis monet, uti hac loquendi forma qui fortiter aliquid mali tolerare aut periculum subire decreverint.

V. 122. σάφ᾽ ἴσθι] Sc. μνημονεύσειν με τούτων, ἅ μοι παρῄνεσας. Est vulgaris locutio adfirmantium ut σαφῶς φρόνει infra v. 810. Cfr. v. 977, 980, 1296. Hoc dicit Neoptolemus, se memorem praecepti ab Ulixe dati fore, id est, se certo mandata eius exsecuturum esse, cum semel promiserit, significans non bis esse promittenda quae semel se facturum dixerit. Nam συνῄνεσα est συνεθέμην, ut explicatum iam a scholiasta est. Sic O. C. 1508. Eur. Med. 1157. Alc. 12, 525.

V. 124. παρών] 'Hic si sim', ne quis putet ex abundantia esse additum.

V. 125. ὁ σκοπός] Est is, de quo supra v. 45 et 48 dictum. MUSGR.

V. 126 sq. Schol.: ἐάν μοι δόξητε βραδύνειν· κατὰ in verbo κατασχολάζειν refertur ad τοῦ χρόνου, 'si mihi videbimini ultra iustum tempus cunctari'. HERM. Rectius Matthaei: Genetivus τοῦ χρόνου pendet a τὶ pronomine, et κατασχολάζειν τι τοῦ χρόνου est partem temporis, ad hoc negotium dati, otiando sive nihil agendo perdere.

V. 127. De αὖθις πάλιν v. ad v. 340.

V. 128. Plautus Asin. I 1, 54: nauclerico ipse ornatu per fallaciam. Et Mil. glorios. IV 4, 41: facito, uti venias ornatu ornatus huc nauclerico: causiam habeas ferrugineam, scutulam ob oculos laneam; palliolum habeas ferrugineum, nam is colos thalassicust: id connexum in humero laevo, expapillato bracchio: praecinctus aliquis adsimulato quasi gubernator sies. — ναυκλήρου τρόποις i. e. δολώσας μορφὴν τῇ τε ἐσθῆτι καὶ τῷ ὅλῳ σχήματι ναυκλήρου. BONITZ. Ceterum cum verbis μορφὴν δολώσας cfr. Verg. Aen. I 683: Tu faciem illius noctem non amplius unam falle dolo, et notos pueri puer indue vultus.

V. 129. Schol.: ὡς ἂν ἀγνοίᾳ προσῇ· ἵνα μὴ γνωσθῇ.

V. 130. Schol.: τοῦ ναυκλήρου δόλιά σοι διαλεγομένου καὶ ἀσυμφανῆ. Ceterum medium αὐδᾶσθαι pro activo et hic usurpavit Sophocles et infra 852, Ai. 772. Debebat autem falsus iste nauclerus narrationem aliquam de causis sui ad Lemnum appulsus fingere. Praecipit itaque Neoptolemo Ulixes, ut ex omni eius sermone ea potissimum arripiat, quibus consilium ipsorum adiuvari senserit.

V. 131. οἱ ἀεὶ λόγοι sunt 'omnia' verba, vel, ut accuratius nostri, 'seine jedesmaligen Worte'. Sic O. C. 1532. Xen. Cyr. VII 1

ἐγὼ δὲ πρὸς ναῦν εἶμι σοὶ παρεὶς τάδε·
Ἑρμῆς δ' ὁ πέμπων δόλιος ἡγήσαιτο νῷν
Νίκη τ' Ἀθάνα Πολιάς, ἣ σῴζει μ' ἀεί.

## ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ α'.)

Τί χρή, τί χρή με, δέσποτ', ἐν ξένᾳ ξένον
στέγειν, ἢ τί λέγειν πρὸς ἄνδρ' ὑπόπταν;
φράζε μοι. τέχνα γὰρ τέχνας ἑτέρας προύχει
καὶ γνώμα, παρ' ὅτῳ

47: ὁ ἀεὶ βασιλεύων. ERF. Cfr. Plaut. Mil. glor. IV 2 38 de meis venator verbis.

V. 133. Ἑρμῆς δ' ὁ πέμπων etc.] Vide quae ad El. 1376 sqq. adnotavimus.

V. 134. Νίκη] Schol.: οὕτως ἡ πολιοῦχος Ἀθηνᾶ Νίκη καλεῖται ἐν Ἀττικῇ. Eur. Ion 1528: Μὰ τὴν παρασπίζουσαν ἅρμασίν ποτε Νίκην Ἀθάναν Ζηνὶ γηγενεῖς ἔπι. Victoriae nomine cultae Minervae templum erat in arce, idcirco mulieres, quae arcem occupaverant, in Aristoph. Lysistr. 317 eius implorant opem. Vide Meursii Att. Lectt. I 20. Br. Adde Barn. ad Eur. Ion. 457, 1529 et Vossii Mythol. Briefe P. II p. 32. — Πολιάς· non Athenis solum, sed et alibi, ut Spartae et in Creta, colebatur Minerva Πολιὰς sive Πολιοῦχος. Commune ei erat hoc cognomen cum Iove, qui Πολιεὺς dicebatur.

V. 135. Postquam Ulixes abit, chorus propius accedit. Hunc enim nautarum chorum una cum domino scenam i. e. λογεῖον intrasse, sed per prologum remotum stetisse, et ratio docet, cum parum sit consentaneum, nautas alia via in orchestram, dominum alia in scenam venire, et ex v. 144 sqq. intellegitur, quibus Neoptolemus choro praecipit ut ipsum antrum Philoctetae adeat, postea autem, simulatque adpropinquet Philoctetes, recedat ab antro i. e. in orchestram degrediatur iustamque stationem obtineat. Cfr. v. 92.

V. 136. Schol.: ὑπόπταν· ἀντὶ τοῦ ἐμὲ φανερὸν γεγονότα, καὶ ἐλθόντα εἰς ὄψιν. Ἢ τὸν Φιλοκτήτην, τὸν ὑφ' ἡμῶν κατασκοπούμενον. Ἄλλως· πρὸς τὸν ὑφορώμενον ἡμᾶς ἄνδρα τί δεῖ λέγειν, ἢ σιωπᾶν; Ultima vera explicatio est. Dicit chorus Philoctetam 'suspicacem', quod veretur, ne ille insidias sibi fieri ab advenis suspicatur. De usu verbi στέγειν cfr. Reisig. Coni. in Arist. p. 15 sq.

V. 137—139. Schol.: τέχνα γὰρ τέχνας· τοῦτο ἐν τῷ καθόλου· ἡ γὰρ τέχνη, φησί, καὶ ἡ γνώμη τῶν βασιλέων προύχει τῶν ἄλλων τεχνῶν. Structura verborum haec est: τέχνας γὰρ ἑτέρας καὶ γνώμας προύχει τέχνα καὶ γνώμα ἐκείνου, παρ' ὅτῳ etc. De brevitate dictionis cfr. L. Doederl. de brachyl. p. 14, de omisso pronomine v. 662: ἔστι τε θέμις (σοί), ὃς etc., 957: παρέξω δαῖτα (ἐκείνοις), ὑφ' ὧν ἐφερβόμην, et 1364: ἡμᾶς τ' ἀπείργειν (τούτων), οἵ γέ σου καθύβρισαν. Ant. 36, 873, 1335. Ai. 1050. El. 1060, 1123. Trach. 350. Similiter Pindar. Nem. I 36: τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι. De altiore natura regum cfr. Hom. Il. I 278 sq.

V. 139 sq. παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται] Schol.: ὑφ' ᾧ ἔστι τὸ θεῖον σκῆπτρον. Pro eo, quod prosae orationis scriptor dixisset, παρ' ὅτῳ — ἐστιν, maluit poeta significantiore verbo ἀνάσσεται membrum finire, deflectens ab incohata structura. Sic infra 1134: ἐν μεταλλαγᾷ ἀνδρὸς ἐρέσσει. Similiter Ai. 1185. Poetica autem dictio est σκῆπτρον ἀνάσσεται,

τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται.
σοὶ δ', ὦ τέκνον, τόδ' ἐλήλυθεν
πᾶν κράτος ὠγύγιον· τό μοι ἔννεπε,
τί σοι χρεὼν ὑπουργεῖν.
ΝΕ. νῦν μὲν ἴσως γὰρ τόπον ἐσχατιαῖς
προσιδεῖν ἐθέλεις ὅντινα κεῖται,
δέρκου θαρσῶν· ὁπόταν δὲ μόλῃ
δεινὸς ὁδίτης, τῶνδ' ἐκ μελάθρων
πρὸς ἐμὴν αἰεὶ χεῖρα προχωρῶν
πειρῶ τὸ παρὸν θεραπεύειν.
(ἀντιστροφὴ α'.)
ΧΟ. μέλον πάλαι μέλημά μοι λέγεις, ἄναξ,
φρουρεῖν ὄμμ' ἐπὶ σῷ μάλιστα καιρῷ·

de qua conferendum, quod idem Sophocles O. C. 449 dixit, σκῆπτρα κραίνειν. Adde Verg. Aen. I 340: 'imperium Dido regit'. Ceterum sceptrum Iovis dicitur, quod a Iove regibus dari antiquitus putabatur. Cfr. Hom. Il. IX 38, 98, 99.

V. 141. σοὶ -- ἐλήλυθεν] Id est, 'ad te delatum est' sive 'tibi contigit'. Sic O. C. 1420 sq.: τί σοι — κέρδος ἔρχεται. ibid. 229: οὐδενὶ μοιριδία τίσις ἔρχεται. O. R. 711: χρησμὸς γὰρ ἦλθε Λαΐῳ. El. 169: τί γὰρ οὐκ ἐμοὶ ἔρχεται ἀγγελίας ἀπατώμενον; Ai. 1138: τοῦτ' εἰς ἀνίαν τοὔπος ἔρχεταί τινι.

V. 142. πᾶν κράτος] Solent Graeci in quibusdam locutionibus πᾶς pronomine uti, in quibus Latini adiectivo 'summus' potius utuntur. Ita saepe 'summa potestas' a Graecis dicitur πᾶν κράτος, veluti ab Herodot. VI 35, Plutarch. Nic. c. 15. Sic infra 397: ὕβρις πᾶσα, 1164: εὐνοίᾳ πάσᾳ. Ai. 456: πᾶσαν εὔκλειαν. Similiter εἰς πάντα κίνδυνον ἐλθεῖν dicitur, ut a Xenoph. Cyr. VII 2 22. Cfr. Dissen. ad Pind. T. II p. 475 ed. Goth. — Schol.: ὠγύγιον· τὸ ἐξ ἀρχῆς τιθέμενον. Cfr. Blomf. gl. ad Aesch. Spt. c. Th. 310. — De τό, διό significante, cfr. Krueg. II § 50 1 4.

V. 144 sq. Schol.: τόπον ἐσχατιαῖς· τὸν ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ τόπον. De dativo vide ad O. C. 309 sq. Deinde notandum est permulta verba intransitiva, quod 'tenendi vel occupandi' significatum includerent, a poetis cum simplici accusativo loci coniuncta esse. In iis et κεῖσθαι τόπον est, nobis 'einen Ort beliegen', et haec: ἕζεσθαι ζυγόν Soph. Ai. 249. ἕζεσθαι κρήνας Eur. Iph. Aul. 141. ἕζειν νάπος, βωμόν Bacch. 1048. Ion 1314. θάσσειν ἕδρας Soph. O. R. 161. Eur. Ion 91. [De ratione huius usus cfr. Krueg. gr. II § 46, 6, 2. Hic fortasse scribendum est ὅντιν' ἐνοικεῖ cfr. infra v. 153.]

V. 147 sq. δεινὸς ὁδίτης] 'Metuendus viator' dicitur Philoctetes, quia nunc in via est. De ceteris recte schol.: νῦν μέν, φησίν, εἰσελθὼν ὅρα τὸν τόπον· ἐπὰν δ' ἔλθῃ, τότε σὺ τῶν μελάθρων ἀποστὰς ὑπηρέτει μοι πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν. — Verba πρὸς ἐμὴν χεῖρα interpretatur Hermannus: 'ad manum meam, ut statim uti te possim (mihi praesto)', rectius Buttmannus: 'ad signa manu mea data'. — Denique τὸ παρὸν est 'in omni re, quae agenda est'.

V. 151. φρουρεῖν ὄμμα] Subiectum est ὄμμα, intellegendusque oculus chori est. Simillime Sophocles dixit Trach. 225 sq.: ὁρῶ, φίλαι γυναῖκες, οὐδέ μ' ὄμματος φρουρὰν παρῆλθε, τόνδε μὴ λεύσσειν στόλον.

νῦν δέ μοι λέγ᾽, αὐλὰς ποίας ἔνεδρος ναίει
καὶ χῶρον τίν᾽ ἔχει.
τὸ γάρ μοι μαθεῖν οὐκ ἀποκαίριον,
μὴ προσπεσών με λάθῃ ποθέν·
τίς τόπος, ἢ τίς ἕδρα, τίν᾽ ἔχει στίβον,
ἔναυλον ἢ θυραῖον;

*ΝΕ.* οἶκον μὲν ὁρᾷς τόνδ᾽ ἀμφίθυρον
πετρίνης κοίτης.

*ΧΟ.* ποῦ γὰρ ὁ τλήμων αὐτὸς ἄπεστιν;

*ΝΕ.* δῆλον ἔμοιγ᾽, ὡς φορβῆς χρείᾳ
στίβον ὀγμεύει τόνδε πέλας που.
ταύτην γὰρ ἔχειν βιοτῆς αὐτὸν
λόγος ἐστὶ φύσιν, θηροβολοῦντα
πτηνοῖς ἰοῖς σμυγερὸν σμυγερῶς,
οὐδέ τιν᾽ αὐτῷ
παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν.

(στροφὴ β΄.)

*ΧΟ.* οἰκτείρω νιν ἔγωγ᾽, ὅπως,

V. 152 sq. *αὐλὰς* et *ἕδραν* ad habitationem sollemnem Philoctetae, *χῶρον* et *τόπον* ad locum, in quo cum maxime versatur, referenda sunt; quare *αὐλὰς ναίει* etiam adiectum habet *ἔνεδρος*, ut incola, inhabitans. MATTH.

V. 157. *τίν᾽ ἔχει στίβον*] Id est *ποῦ στείβεται, ποῦ στείχει*. Schol.: *ἔναυλον ἢ θυραῖον· ἐντὸς ἢ ἐκτός*. — *θυραῖος* legitur etiam in Ai. 793 sq., ibique ei eodem fere sensu, quo hic *ἔναυλος*, opponitur v. 796 *σκηνῆς ὕπαυλος*. MATTH.

V. 159 sq. Recte se habet *μὲν* particula, quam Wak. delendam putavit. Nam apodosin, quam in mente habuit Neoptolemus, cum haec diceret, occupavit choragus, ipse Philoctetes ubi esset, interrogans. Similiter v. 1: *ἀκτὴ μὲν* etc. — *οἶκον ἀμφίθυρον*, i. q. v. 15 *δίστομος πέτρα*. — *οἶκον πετρίνης κοίτης* significat habitaculum quod in saxeo cubili habet Philoctetes.

V. 161. *ποῦ—ἄπεστιν*] 'Ubi ipse miser ille est, qui non est intus?' Cfr. v. 379. Ceterum haec choragus videtur dicere, postquam ad speluncam propius accessit eamque vacuam vidit.

V. 163. Schol.: *ὄγμος· ἡ ἐπὶ στίχον φυτεία· νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ ἐφεξῆς πορεύεται*. Suidas: *ὄγμος, ἡ κατὰ στίχον ἔφοδος τῶν θεριστῶν*. Hermannus: '*ὀγμεύειν στίβον* est viam deinceps prosequi, similitudine a mentibus repetita'. Immo tardum ductum sulci veram et egregiam imaginem esse tardi ductus vestigii, monet Bonitzius l. l. p. 13. M. Seyffertus confert Lucan. Phars. IV 587 qua se Bagrada lentus agit siccae sulcator arenae. — Buttm. *τόνδε πέλας που* explicat: 'hic alicubi in vicinia'. Cfr. v. 41, 42.

V. 163 sq. *ἔχειν βιοτῆς φύσιν*] 'Consuetudinem vitae habere'. — *ταύτην* pertinet ad descriptionem *θηροβολοῦντα—σμυγερῶς*. Cfr. ad v. 1326 sq.

V. 167. *παιῶνα*] 'Medicum', quo sensu saepe a poetis hoc vocabulum poni multis exemplis probavit Blomf. Aesch. Ag. gloss. 98. — *ἐπινωμᾶν* intransitivum ut v. 717 *προσενώμα*.

V. 169 sq. Schol.: *ἐλεῶ, φησίν, αὐτόν, πῶς δύναται διάγειν,*

μή του κηδομένου βροτῶν,
μηδὲν σύντροφον ὄμμ' ἔχων,
δύστανος, μόνος ἀεί,
νοσεῖ μὲν νόσον ἀγρίαν,
ἀλύει δ' ἐπὶ παντί τῳ
χρείας ἱσταμένῳ. πῶς ποτε, πῶς δύσμορος ἀντ-
έχει;
ὦ παλάμαι θεῶν,
ὦ δύστανα γένη βροτῶν,
οἷς μὴ μέτριος αἰών.

(ἀντιστροφὴ β'.)

οὗτος πρωτογόνων ἴσως
οἴκων οὐδενὸς ὕστερος,
πάντων ἄμμορος ἐν βίῳ
κεῖται μοῦνος ἀπ' ἄλλων

*μήτε συνοικῶν τινι, μήτε κηδόμενόν τινα ἔχων*. Philoctetes nullius hominis nec cura nec familiari aspectu utitur (M. Seyffert.). — De coniunctis participiis, quorum alterum casu obliquo, alterum recto elatum est, confer Trach. 291 sq.: *νῦν σοι τέρψις ἐμφανὴς κυρεῖ, τῶν μὲν παρόντων, τὰ δὲ πεπυσμένῃ λόγῳ*, et quem ibi Neuius adscripsit locum Thucyd. I 2: *τῆς ἐμπορίας οὐκ οὔσης, οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀλλήλοις*.

V. 174. Schol.: *ἀλύει δὲ ἐπὶ παντί· ἐπὶ παντὶ ἐν χρείᾳ γινομένῳ ἀπορεῖ*. Aristides T. I p. 34 (59 Dind.): *τί δ' ἂν εἴποις τὴν περιβόητον κλῆσιν ἔν τε δὴ κωμῳδίαις καὶ τραγῳδίαις καὶ πᾶσι λόγοις· ἔτι καὶ νῦν παντός, ὡς εἰπεῖν, ὦ Ἡράκλεις βοῶντος ἐπὶ ἅπαντι τῷ χρείας ἱσταμένῳ· τοῦτο δὴ τοῦ Σοφοκλέους*. Est 'quavis necessitate incidente', ut interpretatur Martinus.

V. 176 sq. *ὦ παλάμαι θεῶν*] Cfr. Pind. Pyth. I 94: *εὑρίσκοντο θεῶν παλάμαις τιμάν*. Chorus hominum inferioris ordinis de fortuna summorum virorum, quorum vita mediocritatem excedit, idem sentit quod nutrix in Eur. Med. 125 *τῶν γὰρ μετρίων πρῶτα μὲν εἰπεῖν τοὔνομα νικᾷ, χρῆσθαί τε μακρῷ λῷστα βροτοῖσιν. τὰ δ' ὑπερβάλλοντ' οὐδένα καιρὸν δύναται θνητοῖς· μείζους δ' ἄτας, ὅταν ὀργισθῇ δαίμων, οἴκοις ἀπέδωκεν*.

V. 179. Schol.: *πρωτογόνων· εὐγενῶν*. Pro *πρώτων οἴκων* dicitur *πρωτογόνων οἴκων* ut *πάνδημος πόλις* pro *πᾶσα πόλις* (Ant. 7). Numeralia et similes notiones magis definiuntur composita cum vocabulo, quod ei nomini, cum quo coniuncta sunt, *συνώνυμον* est (*δῆμος, πόλις; γένος, οἶκος*). *οἶκοι* autem saepissime a Graecis familiae dicuntur. Cfr. Ai. 204. Eur. Androm. 13. — *ἴσως* pertinet ad *οὐδενὸς ὕστερος* ut si dicas *οὐδενὸς ἂν εἴη ὕστερος*.

V. 180. Nescio, cur Buttm. *οὐδενὸς ὕστερος οἴκων* pro *οὐδενὸς ὕστερος τῶν ἐξ οἴκων* accipiendum putet, quam duriorem structuram non dedecere ait sermonem lyricum; ut videatur ad *οὐδενὸς* intellexisse *οἴκον*. At tu *οὐδενὸς* intellege *ἀνδρός*. Nam eodem modo, quo in Eur. Ion. 1073: *ἁ τῶν εὐπατριδᾶν γεγῶσ' οἴκων*, sic *ἀνὴρ πρωτογόνων οἴκων*, et proinde etiam *οὐδεὶς πρωτογόνων οἴκων*, nempe *ἀνήρ*, dictum est. HERM. — *οὐδενὸς ὕστε-*

*στικτῶν ἢ λασίων μετὰ*
*θηρῶν, ἔν τ' ὀδύναις ὁμοῦ*
*λιμῷ τ' οἰκτρός, ἀνήκεστα μεριμνήματ' ἔχων,*
*βαρεῖ.*
*ἁ δ' ἀθυρόστομος*
*ἀχὼ τηλεφανὴς πικρᾶς*
*οἰμωγᾶς ὑπόκειται.*
*ΝΕ. οὐδὲν τούτων θαυμαστὸν ἐμοί·*
*θεῖα γάρ, εἴπερ κἀγώ τι φρονῶ,*
*καὶ τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν*
*τῆς ὠμόφρονος Χρύσης ἐπέβη,*
*καὶ νῦν ἃ πονεῖ δίχα κηδεμόνων,*
*οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ θεῶν του μελέτῃ*

ρος] Sic Ant. 746: *ὦ μιαρὸν ἦθος καὶ γυναικὸς ὕστερον.*

V. 183. *στικτός* vocabulum proprium de maculosis animalibus eorumque pellibus. In *μετὰ* nihil corruptum est. Saepius enim glyconei brevi terminantur syllaba; cfr. Seidler. ad Eur. El. 207 et me in Advers. p. 117 sqq.

V. 184 sq. *ἔν τ' ὀδύναις ὁμοῦ λιμῷ τ' οἰκτρός*] Dictum est breviter pro *οἰκτρὸς ὀδύναις, ἐν αἷς ἐστιν.* Vide quae ad O. R. 17 adnotavimus. — Gravis est penuria (*λιμῷ βαρεῖ*) propter *ἀνήκεστα μεριμνήματα*, quia in summa omnium rerum inopia meditationes nihil leniminis inveniunt.

V. 186. Schol.: *ἀθυρόστομος· πολυλάλητος, μὴ εἰργομένη τοῦ φθέγγεσθαι· ἀθυρόστομον δὲ εἶπεν τὴν ἠχώ, ἐπεὶ πρὸς πάντας ἀντιφθέγγεται. Ὁ δὲ νοῦς· ἀεὶ δὴ ὀδυρομένου αὐτοῦ, ἠχὼ πρὸς τὸν ὀδυρμὸν ἀντιφθέγγεται.* Cfr. Theogn. 421 *πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται ἁρμόδιαι.* Responsione commendatur mutatio *ἀθυροστομοῦσ'*.

V. 187. *τηλεφανής* hic quae procul auditur: nam sensuum vocabula permutat poetarum acumen, ut mox 202: *προυφάνη κτύπος,* 216: *τηλωπὸς ἰωά.* BUTTM.

V. 188. Corruptum videtur *ὑπόκειται.* Certum tamen illud est, sensum loci hunc fere esse: 'et semper acerbos gemitus edit ita, ut repercussi (a rupibus, quibus cinctus erat) ex longinquo audiantur'. Cfr. 695, 1458 sq. Brunckius coniecit *ὑπακούει*, Hermannus *ὑπ' ὀχεῖται*, Pflugkius *πικρὰς οἰμωγὰς ὑποκλαίει* (maestos gemitus succinit).

V. 191. *καὶ — καὶ* sibi respondent. — *θεῖα τὰ παθήματα* sunt mala a dis immissa. Sic in Ai. 186 *θεία νόσος* morbus est a dis immissus. Cfr. huius fab. 1039, 1326. O. C. 1585. Ai. 611. Genetivus *τῆς ὠμ. Χρύσης* pendet a *παθήματα*: sic infra v. 423: *τὰ κείνων κακά*, 'mala orta ab illis'. v. 511 sq. *τὸ κείνων κακόν*. v. 1116: *πότμος δαιμόνων*. Significatur autem nomine *παθήματα* vulnus, quod serpentis morsu accepit Philoctetes aram Chrysae investigans Graecisque ostendens, de qua re v. 1326 sqq. et in argumento expositum est. — *πρὸς αὐτὸν — ἐπέβη* dixit, quod non solum accesserunt ad eum, sed eum etiam invaserunt. Cfr. O. R. 1300 et Advers. mea p. 55 sq.

V. 193. *καὶ νῦν ἃ* etc.] Quod desertus ab omnibus novem annos Lemni morbo saevissimo laboravit miserrimamque vitam degit.

V. 194. Ad *οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ*

*τοῦ μὴ πρότερον τόνδ' ἐπὶ Τροίᾳ*
*τεῖναι τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη,*
*πρὶν ὅδ' ἐξήκοι χρόνος, ᾧ λέγεται*
*χρῆναί σφ' ὑπὸ τῶνδε δαμῆναι.*

(*στροφὴ γ'.*)

*ΧΟ. εὔστομ' ἔχε, παῖ. ΝΕ. τί τόδε; ΧΟ. προυφάνη*
*κτύπος,*
*φωτὸς σύντροφος ὡς τειρομένου του,*
*ἤ που τῇδ' ἢ τῇδε τόπων.*
*βάλλει, βάλλει μ' ἐτύμα*
*φθογγά του στίβου κατ' ἀνάγ-*
*καν ἕρποντος, οὐδέ με λά-*
*θει βαρεῖα τηλόθεν αὐ-*

(cfr. Ant. 750) ex praecedentibus repetendum *πονεῖ*.

V. 195. *τοῦ μή*] Aptus est genetivus ex praecedente substantivo *μελέτῃ* [nisi potius is genetivi usus statuendus est qui habetur Thuc. I 4 *τὸ λῃστικὸν καθῄρει ἐκ τῆς θαλάσσης τοῦ τὰς προσόδους μᾶλλον ἰέναι αὐτῷ*.]

V. 196. *τεῖναι — βέλη*] Abusive dicitur, nam proprie solus arcus tenditur. Ita etiam Verg. Aen. IX 590: 'intendisse sagittas', et pleniore phrasi Hor. Od. I 29, 9: 'Doctus sagittas tendere sericas arcu paterno'. WAKEF. — *θεῶν* ad Apollinem spectat, a quo arcum et sagittas accepisse ferebatur Hercules; vid. Diod. Sic. IV 14. Apollod. II 4, 11. § 9. HERM.

V. 197. *ἐξήκοι*] 'Priusquam tempus completum foret, post quod Troiam deleri in fatis esset' i. e. priusquam omne tempus finitum esset, quod excidio Troiae antecedere deberet. Cfr. Ant. 1065 sq. *κάτισθι μὴ πολλοὺς ἔτι τρόχους ἁμιλλητῆρας ἡλίου τελεῖν, ἐν οἷσι τῶν σῶν αὐτὸς ἐκ σπλάγχνων ἕνα ἀντιδοὺς ἔσει* et *ἐν χρόνῳ μακρῷ* v. 235. — Optativus *ἐξήκοι* pertinet ad consilia eius dei, qui calamitatis Philoctetae auctor est (*θεῶν του μελέτῃ*).

V. 199. De voce *εὔστομα* Musgr. interpp. ad Herod. II 171 conferri iubet. De locutione *εὔστομα ἔχειν* confer *σῖγα ἔχειν* huius fab. 258. El. 1236.

V. 200 sq. Schol.: *φωτὸς σύντροφος· φωνῆς τῆς συντραφείσης αὐτῷ· δῆλον δέ, ὅτι κακῆς καὶ οἰμωκτικῆς, ὡς κατὰ τὸ σύνηθες αὐτοῦ τειρομένου.* Immo sensus est: 'auditus est strepitus, qualis est, qui proprius est viri alicuius laborantis etc.' Cfr. v. 33.

V. 203 sq. Male plerique editores *φθογγὰ* putarunt 'vocis' significationem hic habere; quo facto nihil haec a sqq. *οὐδέ με λάθει* etc. differrent. Immo 'strepitum' nunc significat. Ceterum verba sequentia sic putat Herm. iungenda: *τοῦ ἕρποντος κατ' ἀνάγκαν στίβου*, haec adnotans: 'Saepius *ἀνάγκη* cum genetivo consociatur rei, cuius est necessitas molestiaque intellegenda, ut *ὠδίνων ἀναγκαι*. Itaque hoc dicit: 'verus ad me accidit sonitus cuiuspiam gravi laboriosoque incessu ingredientis'. De laborioso isto incessu ipse conqueritur Philoctetes v. 290 sqq. Neuius de locutione *κατ' ἀνάγκαν στίβου* adscripsit O. C. 890: *καθ' ἡδονὴν ποδός*.

V. 206. *τηλόθεν αὐδά*] Id est *τηλόθεν οὖσα*. Sic Ai. 204: *τοῦ Τελαμῶνος τηλόθεν οἴκου*. — *τρυσάνωρ* recte Schol. expli-

δὰ τρυσάνωρ· διάσημα γὰρ θρηνεῖ.
(ἀντιστροφὴ γ΄.)
ΧΟ. ἀλλ' ἔχε, τέκνον, ΝΕ. λέγ' ὅ τι. ΧΟ. φροντίδας νέας·
ὡς οὐκ ἔξεδρος, ἀλλ' ἔντοπος ἀνήρ,
οὐ μολπὰν σύριγγος ἔχων,
ὡς ποιμὴν ἀγροβότας,
ἀλλ' ἤ που πταίων ὑπ' ἀνάγ-
κας βοᾷ τηλωπὸν ἰω-
άν, ἢ ναὸς ἄξενον αὐ-
γάζων ὅρμων· προβοᾷ τι γὰρ δεινόν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἰὼ ξένοι,
τίνες ποτ' ἐς γῆν τήνδε κἀκ ποίας τύχης
κατέσχετ', οὔτ' εὔορμον, οὔτ' οἰκουμένην;

cat: ἐπίπονος, ἡ καταπονοῦσα τὸν ἄνδρα.

V. 208 sq. Schol.: φροντίδας νέας· τὸ ἑξῆς· ἔχε φροντίδας νέας· οἷον καινότερόν τι βούλευσαι, τί πρὸς αὐτὸν ἐρεῖς.

V. 210. Schol.: οὐκ ἔξεδρος· οὐ μακράν, ἀλλ' ἐγγύς, καὶ ἐπὶ τόπου. — Ἔντοπος· ἐγγύς.

V. 211. Schol.: οὐ μολπὰν σύριγγος ἔχων· οὐ βοᾷ τερπόμενος σύριγγι, ὡς ποιμήν. Consueta tragicis locutio, qua μολπὰν ἔχειν pro μέλπεσθαι dicunt. Vide ad Ai. 532.

V. 212. ὡς ποιμὴν ἀγροβότας] Admirabili arte Sophocles, quoniam parum tragico habitu proditurus erat Philoctetes, primo Neoptolemum fecit inopem eius habitationem explorantem, deinde eam choro monstrantem, tum autem chorum miseram viri vitam describentem, quo, si tandem ipse appareret, non tam specie quam malis quae toleraret miserabilis esset. HERM.

V. 213 sq. Schol.: ἀλλὰ τάχα προσκόπτων ὑπὸ τῶν βασάνων βοᾷ. Iunge βοᾷ ὑπ' ἀνάγκας, vociferatur prae dolore. BUTTM. Matthaei de significatu locutionis ὑπ' ἀνάγκας conferri iubet Wessel. ad Diod. Sic. III 14. IV 44 et ad Herod. I 116.

V. 215. Hermannus interpretatur 'navis inhospitalem stationem, quae est in portu inhospitali'; sed interpretationem scholiastae δύσορμον τὸν λιμένα ὁρῶν i. e. 'oculos defigens in stationem navi' sive 'navigationi inhospitalem' recte se habere, et ipsum verbum αὐγάζων, quod in memoriam vocat Homericum illud ὁρόων ἐπ' ἀπείρονα πόντον (Il. I 350) vel Sophocleum ὄμμ' ἔχων (Ai. 192), et res docet, cum adventu navis alicuius non lamentationem sed laetitiam Philoctetae moveri consentaneum sit. Pro νεῶν metri causa posuit poeta ναός, qui gen. comparari potest cum ὀδύνας ἀδαής (infra v. 827), de quo vide ad Trach. 23. Lemnum Homero (Il. XXIV 753) esse ἀμιχθαλόεσσαν, monet scholiasta.

V. 216. προβοᾷ τι γάρ] Cfr. Eur. Iph. T. 1036 ὑποπτεύω τι γάρ.

V. 217. Solum Ulixem alloquitur Philoctetes in cognomine Attii fabula his verbis, quae citavit Varro p. 67 [et Festus v. Tesca]: 'Quis tu es mortalis, qui in deserta Lemnia Et tesca te apportes loca?' ERF.

ποίας πάτρας ἂν ἢ γένους ὑμᾶς ποτὲ
τύχοιμ' ἂν εἰπών; σχῆμα μὲν γὰρ Ἑλλάδος
στολῆς ὑπάρχει προσφιλεστάτης ἐμοί,
φωνῆς δ' ἀκοῦσαι βούλομαι· καὶ μή μ' ὄκνῳ
δείσαντες ἐκπλαγῆτ' ἀπηγριωμένον·
ἀλλ' οἰκτίσαντες ἄνδρα δύστηνον, μόνον,
ἔρημον ὧδε καὶ φίλων ἀλώμενον
φωνήσατ', εἴπερ ὡς φίλοι προσήκετε.
ἀλλ' ἀνταμείψασθ'· οὐ γὰρ εἰκὸς οὔτ' ἐμὲ
ὑμῶν ἁμαρτεῖν τοῦτό γ' οὔθ' ὑμᾶς ἐμοῦ.
*ΝΕ.* ἀλλ', ὦ ξέν', ἴσθι τοῦτο πρῶτον, οὕνεκα
Ἕλληνές ἐσμεν· τοῦτο γὰρ βούλει μαθεῖν.
*ΦΙ.* ὦ φίλτατον φώνημα· φεῦ τὸ καὶ λαβεῖν

V. 220 sqq. **ποίας πάτρας — εἰπών**] 'Ex qua vos patria quove ex genere esse vere dicam?' Constat verbum **τυγχάνειν** cum ab aliis poetis, tum ab Homero saepe absolute ita poni, ut 'scopum ferire' significet, similiter atque **ἁμαρτάνειν** nullo addito nomine 'scopum non ferire, aberrare a scopo' significat. Inde factum est, ut **τυγχάνειν** metaphorice dici inciperet et 'a vero non aberrare' significaret, eoque significatu cum participio coniungeretur, ita ut **τύχοιμ' ἂν εἰπών** idem esset atque Latinorum, 'verene dico'? Confer exempla a Blomf. ad Aesch. Ag. gloss. 1203 allata. Eodem modo **κυρῶ** positum El. 663: **ἦ καὶ δάμαρτα τήνδ' ἐπεικάζων κυρῶ κείνου;** Adde quae de simillimo usu verbi **ἁμαρτάνειν** ad Ai. 154 sq. adnotavi. — De genetivis **πάτρας** et **γένους** e suppresso participio **ὄντας** aptis ad v. 73 dixi.

V. 221. **Ἑλλάδος στολῆς**] i. e. **Ἑλληνικῆς**, ut mox v. 256. De significatu v. **σχῆμα** vid. Blomf. in gloss. ad Aesch. S. c. Th. 484.

V. 223 sq. **καὶ μή μ' ὄκνῳ** etc.] Iunge, quae coniungenda esse et verborum collocatio docet et Graecorum usus loquendi patitur, **ὄκνῳ δείσαντες**, collato exemplo quod ad Oed. Col. 1606 sq. ex Platone attuli, ita ut **ὄκνῳ δείσαντες** sit 'metu affecti', cum contra **ἐκπλαγῆναι τινα** significet 'perhorrescere aliquem'.

V. 224. **ἀπηγριωμένον**] 'Efferatum' Philoctetam etiam Attius in scenam produxerat, ut liquet e fragm. eius apud Nonium v. tetritudo: 'Quod te obsecro, aspernabilem ne haec tetritudo mea me inculta faxit'. Cfr. Quint. Smyrn. IX 352 sq. MATTH.

V. 226. **φίλων ἀλώμενον**] De **ἀλᾶσθαί τινος**, 'carere aliquo' cfr. Eur. Tro. 640 **ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας**, Pind. Ol. I 94 **εὐφροσύνας ἀλᾶται**.

V. 228. Non statim respondente Neoptolemo, quem pro generosa indole commotum miseri viri adspectu colligere se necesse est, ut meditata ad Ulixis monitum dicta proferat, urgens eum Philoctetes, 'at respondete', inquit. HERM. De **ἀλλά** particula confer v. 486, 950, 1165.

V. 229. **ὑμῶν ἁμαρτεῖν τοῦτό γ'**] Cfr. Krueg. II § 47, 14, 3. Eodem sensu Eur. Med. 867 **καὶ γὰρ οὖσα δυσμενὴς οὐ τἂν ἁμάρτοις τοῦδέ γ'** (i. e. **ἐμοῦ γε**), **ἀλλ' ἀκούσομαι**.

V. 232. Schol.: **θαυμαστικὸν μετ' ἐκπλήξεως τὸ φεῦ ἐνταῦθα.** De usu **φεῦ** adverbii pluribus ad El. 815 dixi. Brunckius interpretatur: 'Vah, quam iuvat vel accepisse talis viri alloquium post tam longum tempus'.

πρόσφθεγμα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἐν χρόνῳ μακρῷ.
τί σ', ὦ τέκνον, προσέσχε, τίς προσήγαγεν
χρεία; τίς ὁρμή; τίς ἀνέμων ὁ φίλτατος;
γέγωνέ μοι πᾶν τοῦθ', ὅπως εἰδῶ, τίς εἶ.
ΝΕ. ἐγὼ γένος μέν εἰμι τῆς περιρρύτου
Σκύρου· πλέω δ' ἐς οἶκον· αὐδῶμαι δὲ παῖς
Ἀχιλλέως, Νεοπτόλεμος. οἶσθα δὴ τὸ πᾶν.
ΦΙ. ὦ φιλτάτου παῖ πατρός, ὦ φίλης χθονός,
ὦ τοῦ γέροντος θρέμμα Λυκομήδους, τίνι
στόλῳ προσέσχες τήνδε γῆν πόθεν πλέων;
ΝΕ. ἐξ Ἰλίου τοι δὴ τά νῦν γε ναυστολῶ.
ΦΙ. πῶς εἶπας; οὐ γὰρ δὴ σύ γ' ἦσθα ναυβάτης
ἡμῖν κατ' ἀρχὴν τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου.
ΝΕ. ἦ γὰρ μετέσχες καὶ σὺ τοῦδε τοῦ πόνου;
ΦΙ. ὦ τέκνον, οὐ γὰρ οἶσθά μ' ὅντιν' εἰσορᾷς;
ΝΕ. πῶς γὰρ κάτοιδ' ὅν γ' εἶδον οὐδεπώποτε;
ΦΙ. οὐδ' ὄνομ' ἄρ' οὐδὲ τῶν ἐμῶν κακῶν κλέος

V. 233. ἐν χρόνῳ μακρῷ intellegentes de eo, quod intra longum tempus fieret, ita locum constituere vel explicare tentabant, ut quereretur Philoctetes se tam diu eo auditu caruisse. Atqui ἐν χρ. μακρῷ hic fortius idem valet quod χρόνῳ h. e. 'tandem aliquando', infra 360: οὐ μακρῷ χρόνῳ. 598: χρόνῳ τοσῷδε i. e. 'post longum tempus'. Cfr. Eur. El. 1154: πατρίδα δεκέτεσι σποραῖσιν ἐλθόντ' ἐμάν. Phoen. 305 utraque loquendi formula, cum ἐν et sine ἐν, coniuncta reperitur: ἰὼ τέκνον, χρόνῳ σὸν ὄμμα μυρίαις ἐν ἁμέραις προσεῖδον. BUTTM.

V. 234. Verbum προσέσχε recte Schol. interpretatur: προσορμίσαι ἐποίησεν. Similiter Eur. Alc. 479: χρεία τίς σε Θεσσαλῶν χθόνα πέμπει;

V. 237. γένος μέν εἰμι] Vix opus est, ut moneatur γένος accusativum esse. Cfr. Hom. Od XV 225: ἀτὰρ γενεήν γε Μελάμποδος ἔκγονος ἦεν. Graecos imitati poetae Latini sunt, ut Verg. Aen. I 380: 'Sum pius Aeneas — et genus ab Iove summo'. VIII 114: 'Qui genus?'

V. 239. οἶσθα δὴ τὸ πᾶν] Talia in fine narrationum adicere tragici solent. Cfr. El. 761. 938. O. C. 62. Ant. 37. MATTH. Adde infra v. 620. Ai. 480. Ant. 402. Trach. 876.

V. 241. In Scyro, insula maris Aegaei (vid. Eur. Troad. 190), Deidamia, Lycomedis, qui insulae illi imperabat, filia Achilli inter virgines latenti Neoptolemum pepererat. Vid. Apollod. III 3, 8 et Heyn. Nott. p. 302 sq. ed. pr. MATTH.

V. 242. Verbum προσέχειν sive προσίσχειν, subaudito accusativo ναῦν neutraliter vulgo usurpatum, dativum adsciscit loci, quo quis appellit. Hunc poeta in accusativum hic mutavit, qui verbis 'eundi, veniendi' addi solet. BUTTM.

V. 244. Schol.: πῶς εἶπας· θαυμάζων φησίν, ἐπεὶ μὴ εἶδεν αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς στρατευσάμενον. De οὐ γὰρ δὴ particulis ad El. 1003 monitum est.

V. 245. κατ' ἀρχὴν — στόλου] Eodem sensu dictum, quo supra v. 73: τοῦ πρώτου στόλου.

V. 248. πῶς γὰρ κάτοιδα] Sic El. 923: πῶς δ' οὐκ ἐγὼ κάτοιδ' ἅ γ' εἶδον ἐμφανῶς;

ᾔσθου ποτ' οὐδέν, οἷς ἐγὼ διωλλύμην;
ΝΕ. ὡς μηδὲν εἰδότ' ἴσθι μ' ὧν ἀνιστορεῖς.
ΦΙ. ὦ πόλλ' ἐγὼ μοχθηρός, ὦ πικρὸς θεοῖς,
οὗ μηδὲ κληδὼν ὧδ' ἔχοντος οἴκαδε,
μηδ' Ἑλλάδος γῆς μηδαμοῦ διῆλθέ που.
ἀλλ' οἱ μὲν ἐκβαλόντες ἀνοσίως ἐμὲ
γελῶσι σῖγ' ἔχοντες· ἡ δ' ἐμὴ νόσος
ἀεὶ τέθηλε κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται.
ὦ τέκνον, ὦ παῖ πατρὸς ἐξ Ἀχιλλέως,
ὅδ' εἰμ' ἐγώ σοι κεῖνος, ὃν κλύεις ἴσως
τῶν Ἡρακλείων ὄντα δεσπότην ὅπλων,
ὁ τοῦ Ποίαντος παῖς Φιλοκτήτης· ὃν οἱ
δισσοὶ στρατηγοὶ χὡ Κεφαλλήνων ἄναξ
ἔρριψαν αἰσχρῶς ὧδ' ἔρημον, ἀγρίᾳ

V. 252. ὦ πόλλ' ἐγὼ μοχθηρός] Notanda locutio est πολλὰ μοχθηρός, significans 'multum', id est 'valde miser'. Sic πολλὰ δεινός Antig. 1046. ὁ πάντα κωφός Ai. 911. ὦ πλεῖστα μῶροι El. 1326. πάντ' ἄναγνος O. R. 823.

V. 254. μηδαμοῦ διῆλθέ που] Eadem ratione dictum, qua πεσεῖν ἐν κονίαις et similia (pervenit et percrebruit). Genetivus Ἑλλάδος γῆς pendet ab adverbio loci.

V. 256. γελῶσι σῖγ' ἔχοντες] Sic infra v. 1023.

V. 257. τέθηλε] 'Auctus est morbus'. Sic El. 260: πήματα — θάλλοντα μᾶλλον ἢ καταφθίνονθ' ὁρῶ. Eadem metaphora ἀνθεῖν Trach. 1089 ad morbum transfertur. MATTH. — ἐπὶ μεῖζον ἔρχεσθαι, 'augeri'. Sic Eur. Hec. 380: κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται τῆς εὐγενείας ὄνομα τοῖσιν ἀξίοις. Simile est Soph. El. 1000: κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται, 'ad nihil redit'.

V. 258. ὦ τέκνον, ὦ παῖ] Sic Trach. 61: ὦ τέκνον, ὦ παῖ.

V. 259. κλύεις] 'Audisti'.

V. 261. Ποίαντος] Correpta syllaba prima, ut v. 329, 1261. Quod frequens in verbo ποιεῖν eiusque derivatis, rarius in aliis, ut in casibus adiectivi ποῖος paroxytonis, et in οἰωνούς apud Soph. El. 1058 in versu Ionico a minore. DINDORF.

V. 262. Κεφαλλήνων] Tirones admonendi sunt locorum Homeri, inprimis Il. II 361, unde apparet Cephallenes nomen fuisse omnium, qui insulas Ionii maris e regione Acarnaniae et Elidis incolebant; quarum maxima, Samos vel Same, sequioribus demum temporibus nomen Cephalleniae sibi vindicavit. Erant autem hi populi omnes mercaturae maxime dediti, quae antiquis temporibus cum piratica semper coniuncta erat. Atque ii, qui heroica aetate illo vitae genere prae aliis infames erant, Taphii sive Teleboae, tanquam earundem insularum omnium incolae nominantur in historia Amphitryonis et Cephali; quorum hic populi Cephallenum conditor fuisse et insulas illas debellatis Telebois insedisse dicitur. Quin Strabo X p. 456 memorat qui Taphios et Teleboas a Cephallenibus nihil diversos esse tradiderint; quales auctores secutus Stephanus Byz. Taphum urbem Cephalleniae esse refert. Haec omnia hic composui, ut appareret non sine convicio Ulixem Cephallenum regem hic audire Philoctetae, et infra 791 magis etiam amarulente ita compellari ὦ ξένε Κεφαλλήν. BUTTM.

νόσῳ καταφθίνοντα, τῆς ἀνδροφθόρου
πληγέντ' ἐχίδνης ἀγρίῳ χαράγματι·
ξὺν ᾗ μ' ἐκεῖνοι, παῖ, προθέντες ἐνθάδε
ᾤχοντ' ἔρημον, ἡνίκ' ἐκ τῆς ποντίας
Χρύσης κατέσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ.
τότ' ἄσμενοί μ' ὡς εἶδον ἐκ πολλοῦ σάλου
εὕδοντ' ἐπ' ἀκτῆς ἐν κατηρεφεῖ πέτρῳ,
λιπόντες ᾤχονθ', οἷα φωτὶ δυσμόρῳ
ῥάκη προθέντες βαιὰ καί τι καὶ βορᾶς
ἐπωφέλημα σμικρόν, οἷ' αὐτοῖς τύχοι.
σὺ δή, τέκνον, ποίαν μ' ἀνάστασιν δοκεῖς,
αὐτῶν βεβώτων, ἐξ ὕπνου στῆναι τότε;
ποῖ' ἐκδακρῦσαι; ποῖ' ἀποιμῶξαι κακά;
ὁρῶντα μὲν ναῦς, ἃς ἔχων ἐναυστόλουν,

V. 264. **τῆς ἀνδροφθόρου**] Bene se habet articulus. Non enim aliqua vipera Philoctetam momorderat, sed ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις, quae Neoptolemi verba sunt v. 1327. HERM.

V. 265. Schol.: **χαράγματι**· δήγματι· τὸ γὰρ δῆγμα τοῦ ὄφεως μόνον χαράσσει.

V. 266. **ξὺν ᾗ**] sc. νόσῳ. Cfr. v. 1022: ὅτι ζῶ σὺν κακοῖς πολλοῖς τάλας. O. R. 303: οἵᾳ νόσῳ ξύνεστιν. El. 600: κακοῖς πολλοῖς ἀεὶ ξυνοῦσα. Ceterum nihil in eo offensionis, quod pronomen relativum pluribus verbis a nomine, ad quod pertinet, seiunctum est. Cfr. Trach. 358 et Reisig. in Comm. Critt. ad O. C. 261 p. 224. — Denique de verborum collocatione cfr. O. C. 1223.

V. 267 sq. **ἐκ τῆς ποντίας Χρύσης**] Male Schol. ποντίας explicat παραθαλασσίας, Asiae urbem sine dubio significans. Intellegendam nunc Chrysen insulam esse in argumento docui.

V. 269. Iungendum **ἄσμενοι** cum verbo εἶδον. Id enim, quod Philoctetam somno viderunt oppressum, admodum opportune Atridis, qui non animadvertentem eum exponere volebant, accidere debebat. — Schol.: **σάλου**· κινήματος, πόνου. Intellegendum esse non de morbi violentia (coll. O. R. 24, Ant. 163), sed de iactatione navis, monuit Bonitzius.

V. 271. Rarus est hic adiectivi **δύσμορος** usus, ex quo de calamitate dicitur, quae in inopia victus omniumque ad vitam sustentandam rerum necessariarum posita est.

V. 272. **καί τι καὶ βορᾶς**, ut infra 308: καί πού τι καὶ βορᾶς μέρος. — Schol.: **οἷ' αὐτοῖς τύχοι**· καταρᾶται. Non tantum exsecrandi vim haec formula habet, sed simul res, de quibus sermo est, miserrimas fuisse significat. Cfr. v. 509. Similiter Aesch. Prom. 864. Nos quoque similiter: 'ich habe Leiden erduldet, wie ich sie meinen Feinden nicht wünsche'. Similiter Terent. Heaut. V 3, 13: 'au te obsecro, istuc inimicis siet'.

V. 276. **ποῖ' ἐκδακρῦσαι** etc.] Id est ποῖα δάκρυα δακρῦσαι et ποίας οἰμωγὰς κακὰς οἰμῶξαι. Vide quae in Censura Aiac. ab Lobeck. edit. p. 86 § 4 dixi.

V. 277. Adverte **μὲν** particulae collocationem. Similis locus est v. 1136. — **ἃς ἔχων ἐναυστόλουν**, 'quibuscum tum ad Troiam navigabam'. Cfr. Hom. Il. II 718.

πάσας βεβώσας, ἄνδρα δ' οὐδέν' ἔντοπον,
οὐχ ὅστις ἀρκέσειεν, οὐδ' ὅστις νόσου
κάμνοντι συλλάβοιτο. πάντα δὲ σκοπῶν
ηὕρισκον οὐδὲν πλὴν ἀνιᾶσθαι παρόν,
τούτου δὲ πολλὴν εὐμάρειαν, ὦ τέκνον.
ὁ μὲν χρόνος δὴ διὰ χρόνου προὔβαινέ μοι,
κἄδει τι βαιᾷ τῇδ' ὑπὸ στέγῃ μόνον
διακονεῖσθαι. γαστρὶ μὲν τὰ σύμφορα
τόξον τόδ' ἐξηύρισκε τὰς ὑποπτέρους
βάλλον πελείας· πρὸς δὲ τοῦθ', ὃ μοι βάλοι
νευροσπαδὴς ἄτρακτος, αὐτὸς ἂν τάλας
εἰλυόμην, δύστηνον ἐξέλκων πόδα,
πρὸς τοῦτ' ἄν· εἴ τ' ἔδει τι καὶ ποτὸν λαβεῖν,
καί που πάγου χυθέντος, οἷα χείματι,
ξύλον τι θραῦσαι, ταῦτ' ἂν ἐξέρπων τάλας

V. 279 sq. οὐχ ὅστις ἀρκέσειεν etc.] 'Neque qui opem ferret (ad victum potissimum quaerendum), neque qui laboranti in morbo curando succurreret'. Nam συλλαμβάνειν s. συλλαμβάνεσθαί τινί τινος dicitur prima significatione, qui una cum alio rem prehendit, tum qui in re aliqua alicui opitulatur, ut Arist. Vesp. 734. Pac. 437. Lysistr. 313, quos locos Br. ad h. l. attulit. MATTH.

V. 281. Verba sic ordinanda: οὐδὲν ηὕρισκον παρὸν πλὴν ἀνιᾶσθαι, τούτου δὲ (τοῦ ἀνιᾶσθαι) πολλὴν εὐμάρειαν. Musgravius hunc locum Horatium putat imitatum esse Sat. II 5 69: 'invenietque nil sibi legatum praeter plorare suisque'.

V. 283. διὰ χρόνου] Sententiam optime explanat Horatianum illud 'truditur dies die'; 'tempus igitur', inquit, 'per se ipsum procedebat', quod quidem is maxime sentit, qui horas nulla re fallere potest, ὁ χρόνῳ τρυχόμενος Ai. 603. Ovid. Trist. III 3 114: 'Non qui soletur, non qui labentia tarde tempora narrando fallat amicus adest'. M. SEYFFERT.

V. 284. Schol.: καὶ ἔδει με ἐμαυτῷ ἐξυπηρετεῖσθαι. — De vocc. διάκονος et διακονεῖν usu sollemni in apparanda mensa et victu ministrando vid. Interpp. ad Theoph. Char. c. XI, Spanhem. ad Iulian. Caes. p. 453 et Burm. ad Petron. Satir. c. 31. MATTH.

V. 285 sq. Schol.: τὰ σύμφορα· τὰ ἀναγκαῖα.

V. 286. τὰς ὑποπτέρους πελείας] Sic Ai. 140, ubi vid. Lobeck. cfr. etiam Seidl. ad Eur. Troad. 147.

V. 288. Αὐτὸς dicit, quia non, ut venatores, canem habebat, qui praedam apportaret. HERM. — De hoc ἂν particulae usu imperfectis iunctae vid. Krueg. § 54 10 3.

V. 289. δύστηνον πόδα] Cfr. v. 1377 τῷδε δυστήνῳ ποδί et Eur. Phoen. 1536 ἀλαίνων γεραιὸν πόδα.

V. 290. πρὸς τοῦτο repetitur post longiorem parenthesin.

V. 291. καί που πάγου] 'Si quando glacies diffusa erat super terram', ut in hieme fieri solet. Nam πάγος h. l. frigus glaciale, glacies, pruina; et χεῖσθαι dicitur quaecunque res, quae quocunque modo diffunditur, ut in Hom. Il. XII 284 flocci nivium, in Soph. Trach. 853 morbus. MATTH. Ceterum ξύλον θραῦσαι (ligna frangere) lignantium est.

ἐμηχανώμην· εἶτα πῦρ ἂν οὐ παρῆν,
ἀλλ' ἐν πέτροισι πέτρον ἐκτρίβων μόλις
ἔφην' ἄφαντον φῶς, ὃ καὶ σῴζει μ' ἀεί.
οἰκουμένη γὰρ οὖν στέγη πυρὸς μέτα
πάντ' ἐκπορίζει, πλὴν τὸ μὴ νοσεῖν ἐμέ.
φέρ', ὦ τέκνον, νῦν καὶ τὸ τῆς νήσου μάθε.
ταύτῃ πελάζει ναυβάτης οὐδεὶς ἑκών·
οὐ γάρ τις ὅρμος ἐστίν, οὐδ' ὅποι πλέων
ἐξεμπολήσει κέρδος, ἢ ξενώσεται.
οὐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σώφροσιν βροτῶν.
τάχ' οὖν τις ἄκων ἔσχε· πολλὰ γὰρ τάδε
ἐν τῷ μακρῷ γένοιτ' ἂν ἀνθρώπων χρόνῳ·
οὗτοί μ', ὅταν μόλωσιν, ὦ τέκνον, λόγοις
ἐλεοῦσι μέν, καί πού τι καὶ βορᾶς μέρος
προσέδοσαν οἰκτείραντες, ἤ τινα στολήν·
ἐκεῖνο δ' οὐδείς, ἡνίκ' ἂν μνησθῶ, θέλει,

V. 295. Schol.: *καλῶς εἶπεν ἄφαντον· οὐ φαίνεται γάρ, ἀλλὰ δυνάμει αὐτὸ ἔχει.* Comparant editt. Verg. Georg. I 135: 'ut silicis venis abtrusum excuderet ignem'. — *Ἀεὶ* hic dictum, ut *οἱ ἀεὶ λόγοι*, i. e. 'quoque tempore, quod tale est'. Nos 'jedesmal'. HERM.

V. 296. Schol.: *ἀντὶ τοῦ, ἡ οἰκία ἡ μετὰ πυρὸς οὖσα καλῶς διοικεῖται.*

V. 297. *πλὴν τὸ μὴ νοσεῖν ἐμέ*] Exspectaverit quispiam *τινά* pro *ἐμέ*. Verum recte monuit Buttmannus Philoctetam, sui mali cogitatione admonitum, quae universe dicere coepisset, ad se iam transferre.

V. 300 sq. *οὐδ' ὅποι πλέων ἐξ. κέρδος*] 'Neque locus, in quem navigans (supple *ναυβάτης* ex v. 299) negotiando lucrum faciat'. MATTH. — *ξενώσεται* passiva significatione, ut supra v. 46 *φυλάξεται*. Schol.: *καταχθήσεται ὡς ξένος*.

V. 303. *τάχ' οὖν τις ἄκων ἔσχε*] Ex mente Neoptolemi haec dicuntur hoc sensu: 'fortasse igitur, inquies, aliquis invitus appulerit'. Tum ad *ἔσχε* intellegendum est quod antea positum nomen est *τὸν πλοῦν*, ita ut *ἔχειν* significet 'dirigere'. Cfr. Hom. Od. III 182: *ἔγωγε Πύλονδ' ἔχον*. Herod. VI 95: *ἐνθεῦτεν δὲ οὐ παρὰ τὴν ἤπειρον εἶχον τὰς νέας*. Hom. Il. V 829: *ἀλλ' ἄγ', ἐπ' Ἄρηϊ πρώτῳ ἔχε μώνυχας ἵππους*. Soph. huius fab. 1119 sq.: *στυγερὰν ἔχε — ἀρὰν ἐπ' ἄλλοις*. — *πολλὰ γὰρ τάδε*] Quae contra hominum voluntatem accidunt. MATTH.

V. 304. *ἐν τῷ μακρῷ ἀνθρώπων χρόνῳ*] 'In longa hominum aetate s. vita'. Cfr. O. C. 7. 8. Ai. 646. Herod. V 9: *γένοιτο δ' ἂν πᾶν ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ*. Similiter Latini. Sic Plaut. Rud. IV 7 9: 'in aetate hominum plurumae fiunt transennae, [illi] ubi decipiuntur dolis'.

V. 305. *οὗτοί μ'*] Referendus pluralis ad singularem pronominis quod praecessit; de quo vide ad Ant. 703.

V. 306. Observanda alternatio praesentis et aoristi *ἔσχε — ἐλεοῦσι — προσέδοσαν — θέλει*. Praesenti tempore quod semper factum, aoristo quod aliquando factum significatur.

σῶσαί μ' ἐς οἴκους· ἀλλ' ἀπόλλυμαι τάλας
ἔτος τόδ' ἤδη δέκατον ἐν λιμῷ τε καὶ
κακοῖσι βόσκων τὴν ἀδηφάγον νόσον.
τοιαῦτ' Ἀτρεῖδαί μ' ἥ τ' Ὀδυσσέως βία,
ὦ παῖ, δεδράκασ', οἷς Ὀλύμπιοι θεοὶ
δοῖέν ποτ' αὖθις ἀντίποιν' ἐμοῦ παθεῖν.
ΧΟ. ἔοικα κἀγὼ τοῖς ἀφιγμένοις ἴσα
ξένοις ἐποικτείρειν σε, Ποίαντος τέκνον.
ΝΕ. ἐγὼ δὲ καὐτὸς τοῖσδε μάρτυς ὢν λόγοις,
ὡς εἴσ' ἀληθεῖς οἶδα, συντυχὼν κακῶν
ἀνδρῶν Ἀτρειδῶν τῆς τ' Ὀδυσσέως βίας.
ΦΙ. ἦ γάρ τι καὶ σὺ τοῖς πανωλέθροις ἔχεις
ἔγκλημ' Ἀτρείδαις, ὥστε θυμοῦσθαι παθών;
ΝΕ. θυμὸν γένοιτο χειρὶ πληρῶσαί ποτε,

V. 311. βόσκων] Ut 'alere morbum' apud Latinos, e. g. Corn. Nep. Vit. Att. c. 21 6. — ἀδηφάγον· βρωτικήν Schol., i. e. edacem, insatiabilem; aptum epitheton in genere morborum φαγεδαινικῶν, qui etiam νομαὶ appellantur. MATTH. De ἐν praepositione ad v. 60 monitum est. — Pro κακοῖσι fortasse κόποισι legendum.

V. 312. Acute poeta hic et infra 592 locutionem Homericam Αἰνείαο βίη, βίη Διομήδεος, in Ulixem potissimum transfert, ita tamen, ut non robur et fortitudinem, sed vim aliis ab illo fieri solitam cogitet collocutor. BUTTM.

V. 314. ποτ' αὖθις] Cfr. Ai. 1086 ἀντιτίσειν αὖθις. Sic dicere solent qui ultionem minitantur vel mala promittunt. Cfr. Ant. 303 χρόνῳ ποτε — δοῦναι δίκην, Aesch. Ag. 1666 ἀλλ' ἐγώ σ' ἐν ὑστέραισιν ἡμέραις μέτειμ' ἔτι, Eum. 498 πάθεα προσμένει — μεταῦθις ἐν χρόνῳ, Suppl. 732 χρόνῳ τοι κυρίῳ τ' ἐν ἡμέρᾳ — δώσει δίκην. De ποτ' αὖθις cfr. Aristoph. Ran. 705 ὑστέρῳ χρόνῳ ποτ' αὖθις εὖ φρονεῖν οὐ δόξομεν.

V. 315. ἔοικα κἀγώ] Rarus est hic primae personae ἔοικα usus, pro qua fere ubique eo sensu, quo hic usurpatum verbum illud, tertia persona poni solet. Praeivit tamen Hom. Od. XXII 348: ἔοικα δέ τοι παραείδειν ὥστε θεῷ. Sensus: 'facere non possum, quin etc.'.

V. 318 sq. συντυχὼν κακῶν ἀνδρῶν Ἀτρειδῶν etc.] 'Expertus malos viros Atridas et Ulixem'. De usu hoc verbi τυγχάνειν τινός τινος pluribus dixi in Advers. in Phil. p. 80 sqq. Neque in eo quicquam offensionis, quod eodem sensu Sophocles hoc loco συντυγχάνειν posuit. Cfr. v. 1333.

V. 322. Schol.: εἴθε γένοιτό μοι ὠργισμένῳ ὅρμησις κατ' αὐτῶν, καὶ τὴν δύναμιν ἐνδείξασθαι. — χειρὶ dativus est instrumenti; πληρῶσαι θυμόν, 'animi cupiditatem', sive ultionis sive cuiusvis alius rei, 'explere', elegans locutio est, de qua Valck. ad Eur. Hippol. 1327: Κύπρις γὰρ ἤθελ', ὥστε γίγνεσθαι τάδε, πληροῦσα θυμόν. Sophocles O. C. 778: πλήρη δ' ἔχοντι θυμὸν ὧν χρῄζοις. Sic de videndi cupiditate Eur. Androm. 1087: ὄμματ' ἐξεπίμπλαμεν. BRUNCK. Addo Platon. de rep. V p. 445 A: εἴ πού τίς τῳ θυμοῖτο, ἐν τῷ τοιούτῳ πληρῶν τὸν θυμὸν ἧττον ἐπὶ μείζους ἂν ἴοι στάσεις, et Plutarch. Lysand. c. 19: θυμοῦ δὲ μία πλήρωσις, ἀπολέσθαι τὸν ἀπεχθανόμενον.

ἵν' αἱ Μυκῆναι γνοῖεν ἡ Σπάρτη θ', ὅτι
χἠ Σκῦρος ἀνδρῶν ἀλκίμων μήτηρ ἔφυ.
ΦΙ. εὖ γ', ὦ τέκνον· τίνος γὰρ ὧδε τὸν μέγαν
χόλον κατ' αὐτῶν ἐγκαλῶν ἐλήλυθας;
ΝΕ. ὦ παῖ Ποίαντος, ἐξερῶ, μόλις δ' ἐρῶ,
ἅγωγ' ὑπ' αὐτῶν ἐξελωβήθην μολών.
ἐπεὶ γὰρ ἔσχε μοῖρ' Ἀχιλλέα θανεῖν —
ΦΙ. οἴμοι· φράσῃς μοι μὴ πέρα, πρὶν ἂν μάθω
πρῶτον τόδ', ἦ τέθνηχ' ὁ Πηλέως γόνος;
ΝΕ. τέθνηκεν, ἀνδρὸς οὐδενός, θεοῦ δ' ὕπο,
τοξευτός, ὡς λέγουσιν, ἐκ Φοίβου δαμείς.
ΦΙ. ἀλλ' εὐγενὴς μὲν ὁ κτανών τε χὼ θανών.
ἀμηχανῶ δέ, πότερον, ὦ τέκνον, τὸ σὸν
πάθημ' ἐλέγχω πρῶτον, ἢ κεῖνον στένω.
ΝΕ. οἶμαι μὲν ἀρκεῖν σοί γε καὶ τὰ σ', ὦ τάλας,

V. 323. *ἵνα — γνοῖεν*] Optativus positus propter antecedentem optativum. Vide ad Ai. 1194.

V. 325 sq. *τίνος χόλον*] 'Cuius rei iram', v. ad Vig. p. 878 sqq. [cfr. huius fab. v. 751, 1039, 1308, O. R. 697]; *χόλον ἐγκαλεῖν* autem, ut *νεῖκος ἐγκαλεῖν* in O. R. 702, est 'culpae, quae movit iram, accusare'. Itaque sensus est, si explicate enuntiare volumus: 'cuius rei culpam, quae ita tibi hanc magnam iram commovit, Atridis vitio vertens huc ades?' HERM.

V. 327. Schol.: *μόλις δ' ἐρῶ· ὑπὸ τῆς ὀργῆς.*

V. 328. *ἅγωγ' ἐξελωβήθην*] 'Quas ego iniurias accepi', dictum eadem ratione, qua *βλάπτειν τινά τι* dicitur, nisi quod *ἐκλωβᾶσθαι* sensu passivo nunc usurpatum. — Participium *μολών* significat: 'cum ego Troiam venissem'.

V. 329. *ἐπεὶ — ἔσχε μοῖρα*] 'Ubi Achillem fatum tenuit', sive 'occupavit, ut moreretur'. Cfr. Hom. Od. XVII 326: *Ἄργον δ' αὖ κατὰ μοῖρ' ἔλαβεν μέλανος θανάτοιο.* Soph. Ai. 516 sq.: *καὶ μητέρ' ἄλλη μοῖρα τὸν φύσαντά τε καθεῖλεν Ἅιδου θανασίμους οἰκήτορας*, et O. R. 713: *ὡς αὐτὸν ἕξοι μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν.*

V. 331. *ἦ τέθνηχ'*] Vix credere potest Philoctetes factum esse, quod narrat Neoptolemus. Hinc antequam, quomodo factum sit, quaerat, iterum rogat, factumne sit, quod ille factum esse narravit. Similiter v. 414, O. C. 1583, O. R. 943.

V. 332 sq. *ἀνδρὸς οὐδενός, θεοῦ δ' ὕπο*] Pendent haec a verbo *τέθνηκεν*, et coniungenda sunt *τοξευτὸς ἐκ Φοίβου δαμείς* hoc sensu, *τόξοις Φοίβου δαμείς.* De re narrata vide quae in proleg. de fab. Aiac. not. 13 exposui.

V. 334. Schol.: *εὐγενής· ἀντὶ τοῦ ἀνδρεῖος, εἴ γε καὶ γενναῖος ὁ εὐγενής.* — Verba *κτανών* et *θανών* amant tragici sic componere. Cfr. Ant. 1263 sq., Eur. Iph. T. 353 *πανδάκρυτος ἡ κτανοῦσα χὠ θανών.*

V. 336. Schol.: *ἐλέγχω· κρίνω, ἐρωτῶ.* Sic Xen. Anab. III 5 14: *ἤλεγχον τὴν κύκλῳ πᾶσαν χώραν, τίς ἑκάστη εἴη.* — *πάθημα*, id quod Philoctetes ab Atridis perpessus est.

V. 337 sq. *τὰ σ* pro *τὰ σά*, de qua elisione, quam Soph. El. 1499, Eur. El. 273, Hel. 580, Tro. 918 habent, vid. Schaef. et Elmsl. ad O. R. 329. — *τὰ τῶν πέλας* (*ἀλγήματα*) aliorum (infortunia), ut *τὰ τῶν πέλας κακά* in Ai. 1151. MATTH.

ἀλγήμαθ', ὥστε μὴ τὰ τῶν πέλας στένειν.
ΦΙ. ὀρθῶς ἔλεξας· τοιγαροῦν τὸ σὸν φράσον
αὖθις πάλιν μοι πρᾶγμ', ὅτῳ σ' ἐνύβρισαν.
ΝΕ. ἦλθόν με νηῒ ποικιλοστόλῳ μέτα
δῖός τ' Ὀδυσσεὺς χὠ τροφεὺς τοὐμοῦ πατρός,
λέγοντες, εἴτ' ἀληθές, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην,
ὡς οὐ θέμις γίγνοιτ', ἐπεὶ κατέφθιτο
πατὴρ ἐμός, τὰ πέργαμ' ἄλλον ἤ μ' ἑλεῖν.
ταῦτ', ὦ ξέν', οὕτως ἐννέποντες οὐ πολὺν
χρόνον μ' ἐπέσχον μή οὐ με ναυστολεῖν ταχύ,
μάλιστα μὲν δὴ τοῦ θανόντος ἱμέρῳ,
ὅπως ἴδοιμ' ἄθαπτον· οὐ γὰρ εἰδόμην·

V. 339. *τὸ σὸν πρᾶγμα*] Rem, quae ad te spectat, id est *πάθημα*.

V. 340. *αὖθις πάλιν*] Schol.: τὸ χ, ὅτι δὶς τὸ αὐτὸ εἶπεν, *αὖθις καὶ πάλιν*. Neuius adscripsit 127, 952, 1232.

V. 341. Schol.: *ἦλθόν με μέτα*· *μετῆλθόν με*. Cfr. Valcken. ad Eurip. Phoen. 1327. — De *ποικιλοστόλῳ* cfr. Hom. Il. II 637 *τῷ δ' ἅμα* (Ulixi) *νῆες ἕποντο δυώδεκα μιλτοπάρῃοι*. Eustath. p. 310 41: *ἡ δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ ποικιλόστολος ναῦς δαίδαλόν τι χρῆμά ἐστιν, ὡς πολλοῖς χρώμασι ποικιλλόμενον*.

V. 342. *δῖος* h. l. non laudis, sed dignitatis regiae epitheton. — *χὠ τροφεύς*, Phoenix, qui ipse Hom. Il. IX 481 — 490 suam in nutriendo puero Achille curam describit. Idem in Scyrum missus ad Neoptolemum adducendum memoratur in Philostr. Iun. Imag. I. Alii Ulixi et Diomedi has partes assignant.

V. 343. *μάτην*· *ἀντὶ τοῦ ψεῦδος*· *ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ* (El. 642) *ματαίαν βάξιν, ἤγουν ψευδῆ φήμην*· *μάταιον δέ, τῷ λόγῳ πεπλασμένον καὶ ἀνυπόστατον*. Phavor.

V. 345. *πέργαμα*, quae fere *Τροίας πέργαμα* dici solent, sic nude dixit etiam v. 1334. HERM.

V. 347. Brunckium et Musgravium, qui *ἐπέσχον* numeri singularis putabant esse, bene refutavit Buttm., sic explicans: 'haec eorum verba quam maxime me incitarunt, ut ocius navigarem, inprimis quidem cupidine ductus etc.'. Figura usitatissima Graecis est, ut negent id, cuius intellegi contrarium volunt. HERM.

V. 349. *ὅπως ἴδοιμ' ἄθαπτον*] 'Ut viderem ante sepulturam'. Ad verba *οὐ γὰρ εἰδόμην* nihil intellegendum nisi antea, quod assumendum ex verbo *ἄθαπτον*. Atque hoc, si sensum spectaveris, idem sane est atque illud, quod Schol. ad *οὐ γὰρ εἰδόμην* intellegendum putat, *ζῶντα*. — *εἰδόμην* pro *εἶδον*, ut Hom. Il. X 47, Soph. El. 892, Trach. 151. — De temporum computatione quaeri poterat. Nam si statim e Lycomedis domo ad Troiam profectus est Achilles, nondum nato filio, Neoptolemus puer esset vix decennis. Verum in huiusmodi rebus non argutandum. Multae enim antiquae fabulae, ut quae paullatim ex variis interque se dissimillimis narrationibus conflatae sint, miris modis, maximeque in temporum rationibus, sibi ipsae repugnant. Quas repugnantias callide occultare solent scriptores, ubi non in promptu est aliquid commenti, quo eas expediant. HERM. Ceterum *οὐκ εἰδόμην* etiam ad infantem puerum pertinere potest.

ἔπειτα μέντοι χὠ λόγος καλὸς προσῆν,
εἰ τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' αἱρήσοιμ' ἰών.
ἦν δ' ἦμαρ ἤδη δεύτερον πλέοντί μοι,
κἀγὼ 'π' ἄκρον Σίγειον οὐρίῳ πλάτῃ
κατηγόμην· καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς
ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ', ὀμνύντες βλέπειν
τὸν οὐκέτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν.
κεῖνος μὲν οὖν ἔκειτ'· ἐγὼ δ' ὁ δύσμορος,
ἐπεὶ 'δάκρυσα κεῖνον, οὐ μακρῷ χρόνῳ
ἐλθὼν Ἀτρείδας πρὸς φίλους, ὡς εἰκὸς ἦν,
τά θ' ὅπλ' ἀπῄτουν τοῦ πατρὸς τά τ' ἄλλ' ὅσ' ἦν.
οἱ δ' εἶπον, οἴμοι, τλημονέστατον λόγον·
ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, τἄλλα μὲν πάρεστί σοι
πατρῷ' ἑλέσθαι, τῶν δ' ὅπλων κείνων ἀνὴρ
ἄλλος κρατύνει νῦν, ὁ Λαέρτου γόνος.
κἀγὼ δακρύσας εὐθὺς ἐξανίσταμαι
ὀργῇ βαρείᾳ, καὶ καταλγήσας λέγω·
ὦ σχέτλι', ἦ 'τολμήσατ' ἀντ' ἐμοῦ τινι

V. 353. κἀγώ] De καί particulae usu vide ad Antig. 1165.

V. 355 sq. Egregie et naturae vulgi convenienter pingit desiderium Achillis conspecto filio, patris simillimo, in militibus excitatum. Huc spectat versus a Plutarcho servatus (de discr. adul. et amici p. 51 C et in Alcib. p. 208 D) οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' ἐκεῖνος αὐτὸς εἶ. Talem fere et Philostratus Neoptolemum depingit (Heroic. c. 19 p. 865 ed. Ol.) καλὸν καὶ προσεοικότα πατρί. Vid. etiam Philostr. Iun. Icon. I p. 865 et Tryphiod. v. 53. Nemo tamen saepius hanc Neoptolemi cum patre similitudinem commemorat, quam Quintus Smyrn. maxime VII 176. GED.

V. 357. ἔκειτο, 'iacebat' ita dictum est, ut Neoptolemo contigisse, ut insepultum patrem videret, inde appareat.

V. 358. οὐ μακρῷ χρόνῳ] 'Non longo tempore post'. Vide ad v. 233.

V. 361. Schol.: διὰ μέσου τὸ οἴμοι ἀποδυρόμενός φησι. Interposita haec est, quasi ingenti dolore expressa, deploratio iniuriae acceptae. Ita bonus est actor fabulae compositae ab Ulixe. CAMER. Tum τλημονέστατον λόγον est ἀναιδέστατον. Vide quae ad O. R. 1144 adnotavimus.

V. 365. δακρύσας hic parum aptum est. Poeta scripsisse videtur ἐγὼ δ' ἀκούσας, quod cum in ἐγὼ δακρύσας abiisset, coniunctio καὶ addita est.

V. 367. ω σχέτλιε] Differt hic locus ab iis, in quibus cum oratio ad plures convertitur, tamen unius tantum nomen compellatur, de quo loquendi genere Brunck. ad Arist. Ran. 1479. Lob. ad Ai. p. 248 et Huschk. ad Tibull. p. 72 sq. monuerunt. Hic enim non nomen est positum, sed adiectivum, quod primo adspectu dubium sane est, utrum ad Agamemnonem an ad Menelaum sit referendum. Nihilominus sana scriptura vulgata, cum e nexu totius loci pateat convicium ad eum spectare, qui arma Achillis Ulixi tradidisset. Eius autem iniuriae auctorem nemo non Agamemnonem habere debebat, penes quem summum esset imperium.

δοῦναι τὰ τεύχη τἀμά, πρὶν μαθεῖν ἐμοῦ;
ὁ δ' εἶπ' Ὀδυσσεύς, πλησίον γὰρ ἦν κυρῶν·
ναί, παῖ, δεδώκασ' ἐνδίκως οὗτοι τάδε.
ἐγὼ γὰρ αὔτ' ἔσωσα κἀκεῖνον παρών.
κἀγὼ χολωθεὶς εὐθὺς ἤρασσον κακοῖς
τοῖς πᾶσιν, οὐδὲν ἐνδεὲς ποιούμενος,
εἰ τἀμὰ κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτό με.
ὁ δ' ἐνθάδ' ἥκων, καίπερ οὐ δύσοργος ὤν,
δηχθεὶς πρὸς ἁξήκουσεν ὧδ' ἠμείψατο·
οὐκ ἦσθ' ἵν' ἡμεῖς, ἀλλ' ἀπῆσθ' ἵν' οὔ σ' ἔδει.
καὶ ταῦτ', ἐπειδὴ καὶ λέγεις θρασυστομῶν,
οὐ μή ποτ' ἐς τὴν Σκῦρον ἐκπλεύσῃς ἔχων.
τοιαῦτ' ἀκούσας κἀξονειδισθεὶς κακὰ
πλέω πρὸς οἴκους, τῶν ἐμῶν τητώμενος

Similiter v. 1376 sq. Agamemnonem poeta verbis τὸν Ἀτρέως ἔχθιστον υἱὸν significat.

V. 368. Schol.: πρὶν μαθεῖν ἐμοῦ· ἀντὶ τοῦ πρὶν ἐμοῦ πυθέσθαι. Id est: 'priusquam ex me quaesivissetis et cognovissetis, num vellem illi arma ista concedi'.

V. 371. ἐγὼ — παρών] De re vide quae in proleg. de fabula Aiacis adnot. 14 exposui.

V. 372. Schol.: ἤρασσον· ἔβαλλον, κατηρώμην, ὕβριζον. Soph. Ai. 724: ὀνείδεσιν ἤρασσον ἔνθεν κἄνθεν, Aristoph. Nub. 1373: ἐξαράττω πολλοῖς κακοῖς, ubi κακά ut nostro loco et 382 'convicia' significat. Ad metaphoram in verbo confer Cic. ad Div. XVI 26: 'verberavi te tacito convicio'. GED. Similiter mala a poetis Latinis dicta sunt. Ita Terent. Andr. IV 1 16: 'ingeram mala multa'.

V. 373. τοῖς πᾶσιν] 'Omnibus, quibus uti poteram'. Schol.: οὐδὲν ἐνδεὲς ποιούμενος· οὐδὲν ὕβρεως παραλιμπάνων. Cf. Eur. Phoen. 385: ἀλλ' ἐξερώτα, μηδὲν ἐνδεὲς λίπῃς.

V. 374. εἰ ἀφαιρήσοιτο] Haec ad orationem rectam pertinent, qua usus est Neoptolemus: tu scelestus es et improbus, si mihi erepturus es. Sic 353 et Ant. 414: εἴ τις τοῦδ' ἀκηδήσοι πόνου.

V. 375. ὁ δ' ἐνθάδ' ἥκων] h. e. 'in hoc statu', vel in his, quibus se circumventum videbat, angustiis. Eodem fere sensu O. R. 1158: εἰς τόδ' ἥξεις, et Ai. 1365: καὶ γὰρ αὐτὸς ἐνθάδ' ἵξομαι. GED.

V. 376. Verborum structura haec est: δηχθεὶς ἠμείψατο πρὸς ταῦτα, ἃ ἐξήκουσεν, ὧδε. Verbum δηχθείς, quod recte Schol. λυπηθείς explicat, absolute positum nihil habet offensionis. Sic Eur. Med. 817: οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα δηχθείη πόσις.

V. 380. τοιαῦτ' — κακά] Substantivo κακά 'convicia' significari apparet. Vide ad v. 372. Deinde notanda locutio ἀκούειν κακά, significans 'conviciis lacessi'. Sic v. 607: ὁ πάντ' ἀκούων αἰσχρὰ καὶ λωβήτ' ἔπη, quod recte Schol. interpretatur, ὁ ὑβριζόμενος, v. 1313: ἤκουν ἄριστα. Ai. 1320: οὐ γὰρ κλύοντές ἐσμεν αἰσχίστους λόγους τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως; Aristoph. Nub. 1329. Deinde de locutione ἐξονειδίζεσθαι κακά confer El. 288: φωνοῦσα τοιάδ' ἐξονειδίζει κακά.

V. 381 sq. Schol.: τητώμενος· ἐστερημένος. Vide quae ad El. 1307 adnotavimus. — κἀκ κακῶν, quod e Sisypho conceptus ferebatur; vid. v. 417. Ad orationis formam cfr. Arist. Ran. 731:

πρὸς τοῦ κακίστου κἀκ κακῶν Ὀδυσσέως.
κοὐκ αἰτιῶμαι κεῖνον ὡς τοὺς ἐν τέλει.
πόλις γάρ ἐστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων,
στρατός τε σύμπας· οἱ δ' ἀκοσμοῦντες βροτῶν
διδασκάλων λόγοισι γίγνονται κακοί.
λόγος λέλεκται πᾶς. ὁ δ' Ἀτρείδας στυγῶν
ἐμοί θ' ὁμοίως καὶ θεοῖς εἴη φίλος.

(στροφή.)

ΧΟ. Ὀρεστέρα παμβῶτι Γᾶ, μᾶτερ αὐτοῦ Διός,
ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὔχρυσον νέμεις,
σὲ κἀκεῖ, μᾶτερ πότνι', ἐπηυδώμαν,

**καὶ πονηροῖς κἀκ πονηρῶν**, infra 874: **εὐγενὴς κἀξ εὐγενῶν**, Eur. Andr. 590: **ὦ κάκιστε κἀκ κακῶν**.

V. 383. Neque hic, neque O. R. 567 **καὶ οὐκ** pro **ὅμως οὐκ**, vel **καίτοι οὐκ** positum esse putandum est. Sensus hic est: 'atque magis quam illum culpo eos, penes quos est imperium'.

V. 384. **εἶναί τινος** dicitur qui quasi alicuius possessio est, ab aliquo pendet. Cfr. O. R. 917.

V. 385. Schol.: **ἀκοσμοῦντες· ἄτακτα ἐργαζόμενοι**. Gramm. in Bekk. Anecd. p. 369 5: **ἀκοσμεῖν, τὸ μηδὲν ἐν κόσμῳ καὶ τάξει ποιεῖν, ἀλλὰ ἀκολασταίνειν. Σοφοκλῆς.** Quod et ad h. l. pertinet, et ad Ant. 730. HERM.

V. 389—397. Chorus cum Rheam se invocasse etiam tum ait, cum, quae modo exposita est, iniuria Neoptolemo ab Atridis inferretur, idque nunc quoque facere se adsignificat, facile intellegitur, id efficere hoc carmine studere, ut et Neoptolemi verba fidem apud Philoctetam inveniant, et ipse Atridas magno persequi odio videatur.

V. 389. Schol.: **ὀρεστέρα· ὀρεία· ἡ αὐτὴ δέ ἐστι τῇ γῇ· ἐν δὲ τοῖς ὄρεσι τὰ μυστήρια αὐτῆς γίνεται. παμβῶτι· πάντας τρέφουσα· παρὰ τὸ Ὁμηρικόν· ζείδωρος ἄρουρα. διὰ δὲ τὸ ταύτην τὴν θεὸν τιμᾶσθαι παρὰ Φρυξὶ πρὸς αὐτὴν τὸν λόγον ποιεῖται.** — Adiectivum **ὀρεστέρα** epitheton est non terrae istius, quam pedibus calcamus, sed deae Cybelae vel Rheae, quam hic *Γᾶς* nomine significat. De matre *ὀρείᾳ* vid. ad Eur. Hel. 1317. MUSGR. Strabo X p. 469: **οἱ Φρύγες καὶ τῶν Τρώων οἱ περὶ τὴν Ἴδην κατοικοῦντες Ῥέαν τιμῶσι — μητέρα καλοῦντες θεῶν.** Adde, quod culta fuit etiam in ipsa Lemno, cuius rei testis Steph. Byz. in **Λῆμνος**, qui nomen insulae factum dicit **ἀπὸ τῆς μεγάλης θεοῦ, ἣν Λῆμνόν φασι· ταύτῃ δὲ καὶ παρθένους ἔθυον.** Hinc chorus invocat deam, quae in Phrygia Neoptolemum armis spoliatum viderit, et in Lemno nunc precantibus adsit. GED. — Schol.: **μᾶτερ αὐτοῦ Διός· ὅτι ἡ αὐτή ἐστι Ῥέα καὶ Γῆ.**

V. 390. Schol.: *Πακτωλόν·* **ποταμὸς Λυδίας, ἔνθα ἡ Ῥέα τιμᾶται· χρυσᾶ δὲ ψήγματα ἀπὸ τοῦ Τμώλου τοῦ ὄρους διὰ τοῦ Πακτωλοῦ καταφέρεται.** — **ἃ — νέμεις**, possides, ut in Ai. 1016, incolis; nam etiam in Lydia colebatur Cybele. Vid. Eur. Bacch. 55 sqq., Herod. V 102, qui diserte testatur Sardibus fuisse eius templum. MATTH. Non dubito, quin verba **τὸν μέγαν** corrupta sint. Neque enim aut **μέγας** dici Pactolus potuit aut articulus commode addi. Lindemanno visum est **Τμώλιον** scribendum esse. Mihi videtur poeta scripsisse: *ἁγνὸν μέγ' ἃ* i. e. *ἃ μέγα ἁγνόν*; nam *ἁγνὸς* sollemne epitheton fluviorum est. De *ἁγνὸν μέγα* cfr. Aesch. Suppl. 141 *σεμνᾶς μέγα ματρός*.

V. 391. Schol.: **καὶ τότε σε ἐπεκαλεσάμην τιμωρήσασθαι τοὺς**

*ὅτ' ἐς τόνδ' Ἀτρειδᾶν ὕβρις πᾶσ' ἐχώρει,*
*ὅτε τὰ πάτρια τεύχεα παρεδίδοσαν,*
*ἰὼ μάκαιρα ταυροκτόνων*
*λεόντων ἔφεδρε, τῷ Λαρτίου*
*σέβας ὑπέρτατον.*

ΦΙ. *ἔχοντες, ὡς ἔοικε, σύμβολον σαφὲς*
*λύπης πρὸς ἡμᾶς, ὦ ξένοι, πεπλεύκατε,*
*καί μοι προσᾴδεθ', ὥστε γιγνώσκειν, ὅτι*
*ταῦτ' ἐξ Ἀτρειδῶν ἔργα κἀξ Ὀδυσσέως.*
*ἔξοιδα γάρ νιν παντὸς ἂν λόγου κακοῦ*
*γλώσσῃ θιγόντα καὶ πανουργίας, ἀφ' ἧς*
*μηδὲν δίκαιον ἐς τέλος μέλλοι ποιεῖν.*
*ἀλλ' οὔ τι τοῦτο θαῦμ' ἔμοιγ', ἀλλ' εἰ παρὼν*

*περὶ Ἀγαμέμνονα, ὅτε προεδίδοσαν τὰ ὅπλα τοῦ Ἀχιλλέως· καὶ νῦν δὲ καλῶ, ἵνα τούτους τιμωρήσῃ.* — *κἀκεῖ*, (ad Troiam) in Phrygia, ubi praecipue colebatur; hinc *Φρυγίας σώτειρα* in H. Orph. Cfr. Verg. Aen. VI 784 sq. MATTH.

V. 392. Schol.: *ἐς τόνδε· τὸν Νεοπτόλεμον.* — *ὕβρις πᾶσα* non est, ut putat Musgr., 'omnis illa contumelia', sed 'summa contumelia'. Vide ad 142.

V. 394. Schol.: *τὸ ἑξῆς· ὅτε τὰ πατρικὰ ὅπλα παρεδίδοσαν τῷ Λαερτίου.* Verbum *παραδιδόναι* eodem hic sensu positum, quo v. 64.

V. 395 sq. Schol.: *ἐπὶ ἅρματος γὰρ λεόντων ὀχεῖται ἡ Ῥέα.* — Orph. H. v. 26: *ταυροφόνων ζεύξασα ταχύδρομον ἅρμα λεόντων.* Cfr. Lucret. II 602, Verg. Aen. III 113, Ovid. Met. X 704, Fast. IV 215 sqq. — *ἔφεδρος λεόντων*, 'insidens leonibus', i. e. currui, cui adiunguntur leones, monente Wak. Cfr. Verg. Aen. VI 785 et XII 785. — *ταυροκτόνος, ταυροφόνος, ταυροσφάγος* (Lycophr. Cass. 47), *ταυροβόρος* (Archiae epigr. 27) sollemnia leonis epitheta. MATTH.

V. 397. Schol.: *σέβας ὑπέρτατον· ὦ Ῥέα. ἢ νοητέον τοῦτο ἐπὶ τῶν ὅπλων.* Recentiores editores posteriorem interpretationem probant, commoti sine dubio verborum collocatione, cui repugnare prior explicatio videtur. At posteriori interpretationi adversari apparet verborum *σέβας ὑπέρτατον* significationem, quae non posse nisi de dea accipi mihi quidem certum videtur. Itaque turbatum potius aliquid librariorum incuria crediderim. Ceterum eadem dea Antig. 838 *θεῶν ὑπερτάτη* appellatur.

V. 398 sq. *σύμβολον σαφὲς λύπης*] Graecis *σύμβολον* est tessera hospitalis, qua amicos peregre euntes *ξένοις* commendare solebant; vide Eurip. Med. 613 ibique Scholiastam. Hic Philoctetes iniuriam, quam ab Atridis perpessus est, symboli vicem praestare ait. Aristides T. I p. 416: *ἱκανόν ἐστι πρὸς αὐτήν, ὥσπερ ἄλλο τι σύμβολον, αὐτὸ τὸ σχῆμα τῆς ἀτυχίας.* MUSGR.

V. 400. Schol.: *καί μοι προσᾴδετε· συμφωνεῖτε.* 'Et mecum concinitis', i. e. vestrum carmen consonat cum meo, qui non secus atque ego de iniuria accepta conqueramini.

V. 404. *ἐς τέλος* est 'postremo'. Eurip. Ion. 1615: *χρόνια μὲν τὰ τῶν θεῶν πως, εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ.* HERM. — Optativus *μέλλοι* refertur ad *θιγόντα ἂν* (*θίγοι ἄν*). Cfr. 325, 529, 961.

*Αἴας ὁ μείζων ταῦθ᾽ ὁρῶν ἠνείχετο.*
ΝΕ. *οὐκ ἦν ἔτι ζῶν, ὦ ξέν᾽· οὐ γὰρ ἄν ποτε*
*ζῶντός γ᾽ ἐκείνου ταῦτ᾽ ἐσυλήθην ἐγώ.*
ΦΙ. *πῶς εἶπας; ἀλλ᾽ ἦ χοὖτος οἴχεται θανών;*
ΝΕ. *ὡς μηκέτ᾽ ὄντα κεῖνον ἐν φάει νόει.*
ΦΙ. *οἴμοι τάλας. ἀλλ᾽ οὐχ ὁ Τυδέως γόνος,*
*οὐδ᾽ οὑμπολητὸς Σισύφου Λαερτίου,*
*οὐ μὴ θάνωσι. τούσδε γὰρ μὴ ζῆν ἔδει.*
ΝΕ. *οὐ δῆτ᾽, ἐπίστω τοῦτό γ᾽, ἀλλὰ καὶ μέγα*
*θάλλοντές εἰσι νῦν ἐν Ἀργείων στρατῷ.*
ΦΙ. *τί δ᾽; οὐ παλαιὸς κἀγαθὸς φίλος τ᾽ ἐμός,*
*Νέστωρ ὁ Πύλιος, ἔστιν; οὗτος γὰρ τά γε*
*κείνων κάκ᾽ ἐξήρυκε βουλεύων σοφά.*
ΝΕ. *κεῖνός γε πράσσει νῦν κακῶς, ἐπεὶ θανὼν*

V. 406. *Αἴας ὁ μείζων*, ut distinguatur ab altero Aiace, Oilei filio. Ille, Telamonis filius Achillisque patruelis, inter Graecorum duces cognatione proxime iunctus erat Neoptolemo. GED. Aiacis hoc praedicatum Eustath. p. 275 36 commemorat ad illud Homeri, *μείων, οὔτι τόσος γε ὅσος Τελαμώνιος Αἴας*. HERM.

V. 408. Meminisse oportet ficta narrare Neoptolemum. Non enim veri simile est pugnaturum fuisse nisi armis illis sibi restitutis. Et ita Proclus ex Lesche: *καὶ Νεοπτόλεμον Ὀδυσσεὺς ἐκ Σκύρου ἀγαγὼν τὰ ὅπλα δίδωσι τὰ τοῦ πατρός*. HERM.

V. 410. *ὡς — ὄντα νόει*] *ἐν φάει εἶναι*, 'vivere', consueta tragicis locutio. Cfr. Eur. Hec. 708, 1214.

V. 411. Schol.: *ὁ Τυδέως γόνος· σὺν Ὀδυσσεῖ γὰρ αὐτὸν ἐξέβαλε Διομήδης*. Qui meminerit saepe Ulixi in administrandis rebus subdolis et fraudulentis Diomedem socium adiunctum esse ab Homero narrari, is minime poetam reprehendet, quod Philoctetes hoc loco infensum in Diomedem animum ostendat. Qui quamquam ipse bello Troiano non interfuit, tamen, quae gesta in eo erant, per homines illos, qui casu ad eum deferebantur, magnam partem cognosse statui potest.

V. 412. Schol.: *Σισύφου Λαερτίου· ἐκ Σισύφου γὰρ κύουσα ἡ Ἀντίκλεια ἐγαμήθη Λαέρτῃ· καὶ διὰ τοῦτό φησιν αὐτὸν ὥσπερ πεπρᾶσθαι, ἐπειδὴ Λαέρτης πολλὰ δοὺς χρήματα ἠγάγετο τὴν Ἀντίκλειαν*. Ignota Homero fabula a tragicis saepius in Ulixis opprobrium versa; vid. Schol. ad Ai. 190. HERM. Manifestum est *Σισύφου* pendere ab *ἐμπολητός*, coll. Schaef. Melett. cr. p. 137 sqq. et *Λαερτίου* ab *γόνος*. Vide Advers. mea p. 91 sq.

V. 413. *οὐ μὴ θάνωσι*] Apparet horum verborum sensum hunc esse debere, 'non erunt mortui, sie werden gewiss nicht todt sein'.

V. 418. *κείνων κακά*] 'Mala orta ab illis'. Vid. ad v. 193.

V. 419 sq. *θανὼν φροῦδος* eodem sensu dictum, quo supra v. 409 *οἴχεται θανών*. — Antilochus auctore Homero Od. IV 188, III 111 a Memnone interfectus est, patri pugnanti suppetias ferens. Cfr. Pind. Pyth. VI 28 sqq. MATTH. — Schol.: *οἱ μὲν γρ. μόνος, παρ᾽ ἱστορίαν φασίν· εἶχε γὰρ καὶ ἄλλους· οἱ δὲ γόνος, τῷ ποιητῇ ἀκολουθοῦντες λέγουσιν*. Neque unus Antilochus Nestoris filius erat, cuius praeter

Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδος, ὅσπερ ἦν γόνος.
ΦΙ. οἴμοι, δύ' αὖ τώδ' ἐξέδειξας, οἷν ἐγὼ
ἥκιστ' ἂν ἠθέλησ' ὀλωλότοιν κλύειν.
φεῦ, φεῦ· τί δῆτα δεῖ σκοπεῖν, ὅθ' οἵδε μὲν
τεθνᾶσ', Ὀδυσσεὺς δ' ἔστιν αὖ κἀνταῦθ', ἵνα
χρῆν ἀντὶ τούτων αὐτὸν αὐδᾶσθαι νεκρόν;
ΝΕ. σοφὸς παλαιστὴς κεῖνος· ἀλλὰ χαἰ σοφαὶ
γνῶμαι, Φιλοκτῆτ', ἐμποδίζονται θαμά.
ΦΙ. φέρ' εἰπὲ πρὸς θεῶν, ποῦ γὰρ ἦν ἐνταῦθά σοι
Πάτροκλος, ὃς σοῦ πατρὸς ἦν τὰ φίλτατα;
ΝΕ. χοὖτος τεθνηκὼς ἦν· λόγῳ δέ σ' ἐν βραχεῖ
τοῦτ' ἐκδιδάξω. πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἑκὼν
αἱρεῖ πονηρόν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί.
ΦΙ. ξυμμαρτυρῶ σοι· καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτό γε

illum sex filios Hom. Od. III 413 sq. enumerat, neque solus cum patre adversus Troiam profectus erat, sed una cum Thrasymede fratre, cuius Hom. Il. IX 81, XVI 317—321 mentionem facit. Itaque Sophocles, qui hac in re ab Homero discedere nullo pacto poterat, neque ὅσπερ ἦν μόνος, neque, quod alii coniecerunt, ὃς παρῆν μόνος (vel γόνος) scribere potuit. Nec tamen inde sequitur veram esse scripturam vulgatam, quam mire languere quivis intellegit. Verum quid scripserit poeta, nondum mihi liquet. Videntur tamen eiusmodi verba fuisse posita, quibus causa significaretur, ob quam acerbior esset huius filii mors Nestori (velut ὅσπερ ἦν γάνος vel φροῦδος ἥδιστος γόνος vel ᾧπερ ἥδετο).

V. 421. δύ' αὖ τώδ' ἐξέδειξας] Adsumendum ex sequentibus participium ὀλωλότε. Apte autem αὖ adverbium Philoctetes adiecit, quia ante (v. 331 sqq.) iam de obitu Achillis a Neoptolemo certior est factus. Exempla verbi δεικνύναι a grammaticis verbo λέγειν explicati attulit Porsonus ad Eur. Phoen. 540.

V. 422. ἂν ἠθέλησα] Sic Ai. 88: ἤθελον δ' ἂν ἐκτὸς ὢν τυχεῖν.

V. 423. Eur. Suppl. 301: ἐγὼ δέ σ', ὦ παῖ, πρῶτα μὲν τὰ τῶν θεῶν σκοπεῖν κελεύω, μὴ σφαλῇς ἀτιμάσας. Ex his versibus non solum quid sit σκοπεῖν apparet, sed etiam quid velit haec interrogatio, τί δεῖ σκοπεῖν; 'quo respicere debemus?' Reticet enim adhuc id, quod postea 446 sqq. clare eloquitur, a diis iustitiam nullam exspectandam esse. BUTTM. Similis est exclamatio Ant. 922 sq.

V. 424. αὖ refertur ad κἀνταῦθα, hoc sensu: 'si hi perierunt, Ulixes autem, ut alias, sic rursum hic quoque superstes est, ubi illorum loco eum mortuum dici oportebat. HERM.

V. 426. Schol.: σοφὸς μέν ἐστιν, ἀλλ' οὐ διόλου ἔσται· αἱ γὰρ τοιαῦται γνῶμαι καταβάλλονται εὐθέως. Sapienter et caute proeliari dicit Ulixem; et tamen cautum cautorem, ut Plautus ait, capi interdum ait, ut de inimico male ominans. CAM. Cfr. Ant. 1045.

V. 429. ὃς — τὰ φίλτατα] Id est ὁ φίλτατος. Cfr. Valcken. ad Eur. Phoen. 437.

V. 430 sqq. Cfr. frgm. 649 D. τοὺς εὐγενεῖς γὰρ κἀγαθούς, ὦ παῖ, φιλεῖ Ἄρης ἐναίρειν· οἱ δὲ τῇ γλώσσῃ θρασεῖς φεύγοντες ἄτας ἐκτός εἰσι τῶν κακῶν (l. εἰσι πημάτων). Ἄρης γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν λωτίζεται.

ἀναξίου μὲν φωτὸς ἐξερήσομαι,  
γλώσσῃ δὲ δεινοῦ καὶ σοφοῦ, τί νῦν κυρεῖ.  
ΝΕ. ποίου γε τούτου πλήν γ' Ὀδυσσέως ἐρεῖς;  
ΦΙ. οὐ τοῦτον εἶπον· ἀλλὰ Θερσίτης τις ἦν,  
ὃς οὐκ ἂν εἵλετ' εἰσάπαξ εἰπεῖν, ὅπου  
μηδεὶς ἐῴη· τοῦτον οἶσθ' εἰ ζῶν κυρεῖ;  
ΝΕ. οὐκ εἶδον αὐτόν, ᾐσθόμην δ' ἔτ' ὄντα νιν.  
ΦΙ. ἔμελλ'· ἐπεὶ οὐδέν πω κακόν γ' ἀπώλετο,  
ἀλλ' εὖ περιστέλλουσιν αὐτὰ δαίμονες·  
καί πως τὰ μὲν πανοῦργα καὶ παλιντριβῆ  
χαίρουσ' ἀναστρέφοντες ἐξ Ἅιδου, τὰ δὲ  
δίκαια καὶ τὰ χρήστ' ἀποστέλλουσ' ἀεί.  
ποῦ χρὴ τίθεσθαι ταῦτα, ποῦ δ' αἰνεῖν, ὅταν

V. 434 sq. De genetivo vid. Herm. in Mus. Stud. Ant. p. 156 sq. et ad Vig. p. 880 et Krueg. II § 47 10 6. Sic El. 317 sq., Trach. 1122. De verbi *κυρεῖ* usu adscripsit Neuius El. 1424: *Ὀρέστα, πῶς κυρεῖτε;*

V. 436. *ποίου γε τούτου — ἐρεῖς*] 'quis tandem hic, de quo quaeris, alius erit quam Ulixes?' *Γὲ* particulae vis quae sit, apparet maxime, ubi pro interrogativa sententia negativam posueris, quae latet sub interrogativa:. *οὐδείς γε ἄλλος ἐστὶν ἢ Ὀδυσσεύς.* Alia huius generis exempla attuli in Adv. p. 92 et Reisig. ad O. C. p. 322 sq.

V. 438. Schol.: *ἀντὶ τοῦ, ἃ οὐκ ἤθελέν τις ἅπαξ ἀκοῦσαι, ταῦτα πολλάκις ἔλεγεν.* Thersitae indolem describit Hom. Il. II 212, ad quem locum Eustath. haec Sophoclis verba afferens sic explicat: *οὕτω θρασὺς ἦν, ὥστε καὶ κωλυόμενός τι λέγειν, ὡς μὴ δέον ὂν λέγεσθαι, ὅδε τὸ αὐτὸ πολλάκις ἐλάλει.* — Sensus est: 'qui nollet aliquid semel dicere, ubi omnes prohiberent'. Quod more Graecorum sic elocutus est: 'ubi nemo perpeti vellet', scilicet saepius aliquid repeti. Sic in Ai. 1185. HERM.

V. 440. Schol.: *τοῦτο παρ' ἱστορίαν· λέγεται γὰρ ὑπὸ Ἀχιλλέως ἀνῃρῆσθαι, καθ' ὃν χρόνον καὶ τὴν Πενθεσίλλειαν ἀνεῖλεν· φονευθείσης γὰρ τῆς Πενθεσιλείας ὑπὸ Ἀχιλλέως, ὁ Θερσίτης δόρατι ἔπληξε τὸν ὀφθαλμὸν αὐτῆς· διὸ ὀργισθεὶς ὁ Ἀχιλλεὺς κονδύλοις αὐτὸν ἀνεῖλεν.* Fabula ex Arctino sumpta. [Consulendus Tzetzes ad Lycophr. 999. Plura dabit Bachetus ad Ovid. Epist. p. 320 Elmsl.] Vide Iacobs. ad Tzetzae Posthom. 194. Prudenter Sophocles ea dicentem fecit Neoptolemum, quae et a patre eius ignobile facinus declinarent, et egregie declararent obscuritatem Thersitae. HERM.

V. 441. Schol.: *ἔμελλεν· ἔοικεν.* Consentaneum erat, facile praevideri poterat, hunc quidem superstitem esse. Vide Ant. 458, O. C. 1635, Eur. Ion. 999. Conf. locos Hom. apud Zeun. ad Vig. p. 262. BUTTM.

V. 442. *εὖ περιστέλλουσιν*] 'Bene, diligenter protegunt s. curant'. Schol.: *περικαλύπτουσιν.* Hesych. *περιστέλλει· σκέπει, φυλάττει, περιβάλλει.* MATTH.

V. 443 sq. Schol.: *παλιντριβῆ· τετριμμένα τοῖς κακοῖς· σώζουσιν ἐξ Ἅιδου τοὺς ἐπιτρίπτους καὶ δολερούς.* Recte vidit Gedikius respici Sisyphum, qui ex Orco in vitam per dolum reversus est; de quo id ipsum etiam v. 625 commemoratur. HERM.

V. 446. *τίθεσθαι ἐν* valet

τὰ θεῖ' ἐπαινῶν τοὺς θεοὺς εὕρω κακούς;
ΝΕ. ἐγὼ μέν, ὦ γένεθλον Οἰταίου πατρός,
τὸ λοιπὸν ἤδη τηλόθεν τό τ' Ἴλιον
καὶ τοὺς Ἀτρείδας εἰσορῶν φυλάξομαι·
ὅπου θ' ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει
κἀποφθίνει τὰ χρηστὰ χὠ δεινὸς κρατεῖ,
τούτους ἐγὼ τοὺς ἄνδρας οὐ στέρξω ποτέ,
ἀλλ' ἡ πετραία Σκῦρος ἐξαρκοῦσά μοι
ἔσται τὸ λοιπόν, ὥστε τέρπεσθαι δόμῳ.
νῦν δ' εἶμι πρὸς ναῦν· καὶ σύ, Ποίαντος τέκνον,
χαῖρ' ὡς μέγιστα, χαῖρε· καί σε δαίμονες
νόσου μεταστήσειαν, ὡς αὐτὸς θέλεις.
ἡμεῖς δ' ἴωμεν· ὡς, ὁπηνίκ' ἂν θεὸς
πλοῦν ἡμὶν εἴκῃ, τηνικαῦθ' ὁρμώμεθα.
ΦΙ. ἤδη, τέκνον, στέλλεσθε; ΝΕ. καιρὸς γὰρ καλεῖ

'aliquo loco censere', ut ἐν καλῷ, 'honestum iudicare'; ἐν εὐχερεῖ infra 875; unde apparet, quid sit ποῦ χρὴ τιθ., cui accommodavit poeta etiam hoc ποῦ αἰνεῖν, quo in loco, h. e. 'quo nomine' laudare. BUTTM. ποῦ—ποῦ sic usurpatum etiam Ai. 1101 sq., ad quem locum confer quae nos adnotavimus.

V. 447. Schol.: τὰ θεῖα· ἔργα· νοσῶν δὲ δυσφημεῖ. Ceterum τὰ θεῖ' ἐπ. significat, 'cum divina cum reverentia colo, cum pius deorum cultor sum' (εὐσεβὴς ὢν πρὸς τὰ θεῶν).

V. 448 sq. ἐγὼ μέν idem fere quod ἔγωγε. Cfr. 512. — Iunctorum verborum τὸ λοιπὸν ἤδη multa exempla ex tragicis protulit Elmsl. ad Eur. Med. 1096. — τηλόθεν εἰσορῶν, 'e longinquo cernens', i. e. minime cernens. MUSGR. — εἰσορῶν φυλάττομαι eadem ratione dicitur qua εἰσορῶν ἀνέχομαι.

V. 451. ὅπου θ' etc.] Certum est τὲ copula totum membrum ὅπου ὁ χείρων — ποτέ antecedentibus adnecti, et respondere sibi ὅπου et τούτους eodem modo, quo ὅπου et ταύτην in Ai. 1082 sq.: ὅπου δ' ὑβρίζειν δρᾶν θ' ἃ βούλεται πάρα, ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν ἐς βυθὸν πεσεῖν. Adde Herodot. IX 1: ὅπου δὲ ἑκάστοτε γίνοιτο, τούτους παρελάμβανε.

V. 452. δεινὸς κρατεῖ] Patet a Neoptolemo eosdem viros significari quos supra Philoctetes v. 440 γλώσσῃ δεινοὺς καὶ σοφοὺς vocaverat. Hi autem rectissime opponuntur τῷ χρηστῷ, viro probo ac simplici. M. SEYFF. Cfr. Hesych. δεινός· κακός, πανοῦργος. — κρατεῖ· κρείσσων ἐστί.

V. 454. Proverbium apud Suidam: Ἀρχὴ Σκυρία. ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ μηδὲν λυσιτελὲς ἐχόντων, παρ' ὅσον πετρώδης καὶ λεπρὰ καὶ διὰ τοῦτο πενιχρὰ ἡ Σκῦρος, οὐδὲν φέρουσα λόγου ἄξιον.

V. 455. Verba ὥστε τέρπεσθαι δόμῳ speciose addita sunt; nam qui externas et ampliores res, quas antea admiratus erat, minus expetendas esse cognovit, is incipit suae patriae suarumque rerum exilitate non modo contentus esse, verum etiam delectari.

V. 458. Schol.: μεταστήσειαν· ἀπαλλάξειαν.

V. 460. Schol.: εἴκῃ· διδῷ, συγχωρήσῃ.

πλοῦν μὴ 'ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ 'γγύθεν σκοπεῖν.
ΦΙ. πρός νύν σε πατρὸς πρός τε μητρός, ὦ τέκνον,
πρός τ' εἴ τί σοι κατ' οἶκόν ἐστι προσφιλές,
ἱκέτης ἱκνοῦμαι, μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον,
ἔρημον ἐν κακοῖσι τοῖσδ', οἵοις θ' ὁρᾷς
ὅσοισί τ' ἐξήκουσας ἐνναίοντά με.
ἀλλ' ἐν παρέργῳ θοῦ με. δυσχέρεια μέν,
ἔξοιδα, πολλὴ τοῦδε τοῦ φορήματος·
ὅμως δὲ τλῆθι· τοῖσι γενναίοισί τοι
τό τ' αἰσχρὸν ἐχθρὸν καὶ τὸ χρηστὸν εὐκλεές.
σοὶ δ', ἐκλιπόντι τοῦτ', ὄνειδος οὐ καλόν·
δράσαντι δ', ὦ παῖ, πλεῖστον εὐκλείας γέρας,
ἐὰν μόλω 'γὼ ζῶν πρὸς Οἰταίαν χθόνα.
ἴθ', ἡμέρας τοι μόχθος οὐχ ὅλης μιᾶς.
τόλμησον, ἐμβαλοῦ μ' ὅπῃ θέλεις ἄγων,

V. 462. Schol.: *μᾶλλον ἐκ τοῦ σύνεγγυς, μὴ ἐξ ἀπόπτου τὸν πλοῦν περιμένειν*. Sic O. R. 762: *ὡς πλεῖστον εἴη τοῦδ' ἄποπτος ἄστεος*. Sensus est: 'propius ad litus accedamus necesse est, ventum secundum exspectaturi'. GED. *πλοῦν σκοπεῖν·* Eur. Hec. 901: *μένειν ἀνάγκη πλοῦν ὁρῶντας ἥσυχον*. BUTTM.

V. 463. De praepositione a nomine, ad quod pertinet, inserto pronomine diiuncta cfr. Krueg. II § 68, 5, 2.

V. 464. *πρὸς εἴ τι*] Cfr. O. Col. 250 *πρός σ' ὅ τι σοι φίλον ἄντομαι* et Krueg. II § 68, 37, 5.

V. 468. *ἐν παρέργῳ θοῦ με*] *ἐν παρέργῳ τιθέμενα* facilia sunt, quae levi opera, siue dispendio efficiuntur, quae proinde non magni facere debet is, a quo impetrantur. Eur. El. 63: *πάρεργ' Ὀρέστην κἀμὲ ποιεῖται δόμων*. BRUNCK. Schol.: *ἐν παρέργῳ· οἷον οὐκ ἐν τιμωμένῳ μέρει τῆς νεώς, ἀλλ' ὅπῃ βούλει· δηλοῖ δὲ ταῦτα ἐν τοῖς ἑξῆς*. Conf. Lucian. Herod. 8: *ἐν παρέργῳ οἱ πολλοὶ τὸν Ἡρόδοτον τιθέμενοι*. Id. Zeux. 7: *ἐν παρέργῳ τίθεσθαι τὴν ἀκρίβειαν*. BUTTM.

V. 470. Schol.: *ὅμως δὲ σῶσόν με, γιγνώσκων, ὅτι τοῖς εὐγενέσι τὸ αἰσχρὸν ἐχθρόν ἐστι, καὶ τὸ καλὸν ἔνδοξον*. Pro *εὐκλεές* Vauvillersius *εὐφιλές*, Dobraeus *εὐχερές* scribendum putarunt. Quorum neutrum aptum foret. Fecit autem brevitas dictionis, qua usus Philoctetes est, ut in verbis eius viri illi docti aliique haererent. Apparet enim ex sequentibus, *σοὶ δὲ — γέρας*, hoc eum dicere voluisse: 'honestis viris uti quod turpe factu est abominandum est ignominiamque affert, ita quod honestum est gloriam parat'. [Fortasse poeta scripsit *τό τ' αἰσχρὸν αἰσχρὸν καὶ τὸ χρηστὸν εὐκλεές*.]

V. 472. *ὄνειδος οὐ καλόν*] Non est *ὄνειδος* vocabulum medium, ut putabat etiam Reisigius Enarrat. Oed. Col. 744. Aliam enim explicationem habet Eurip. Iph. A. 305: *ΜΕ. λίαν δεσπόταισι πιστὸς εἶ. ΠΡ. καλόν γέ μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας*. Phoen. 821: *δράκοντος γένναν ὀδοντοφυῆ, Θήβαις κάλλιστον ὄνειδος*. Versus apud Diogenian. Prov. III 85: *γαστέρα μοι προφέρεις, κάλλιστον ὄνειδος ἁπάντων*. Ironicum autem est Eurip. Med. 514: *καλόν γ' ὄνειδος τῷ νεωστὶ νυμφίῳ, πτωχοὺς ἀλᾶσθαι παῖδας, ἥ τ' ἔσωσά σε*. Cfr. Matth. ad Eurip. Or. 4. NEUIUS.

V. 476. Schol.: *τὸ ἐν παρέργῳ*

εἰς ἀντλίαν, εἰς πρῷραν, εἰς πρύμνην, ὅποι
ἥκιστα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν.
νεῦσον, πρὸς αὐτοῦ Ζηνὸς ἱκεσίου, τέκνον,
πείσθητι, προσπίτνω σε γόνασι, καίπερ ὢν
ἀκράτωρ ὁ τλήμων, χωλός· ἀλλὰ μή μ' ἀφῇς
ἔρημον οὕτω χωρὶς ἀνθρώπων στίβου.
ἀλλ' ἢ πρὸς οἶκον τὸν σὸν ἔκσωσόν μ' ἄγων,
ἢ πρὸς τὰ Χαλκώδοντος Εὐβοίας σταθμά·
κἀκεῖθεν οὔ μοι μακρὸς εἰς Οἴτην στόλος
Τραχινίαν τε σπιλάδα καὶ τὸν εὔροον
Σπερχειὸν ἔσται· πατρί μ' ὡς δείξῃς φίλῳ,
ὃν δὴ παλαιὸν ἐξ ὅτου δέδοικ' ἐγὼ
μή μοι βεβήκῃ· πολλὰ γὰρ τοῖς ἱγμένοις
ἔστελλον αὐτόν, ἱκεσίους πέμπων λιτάς,

νῦν ἐνεφάνισεν. — ἐμβαλοῦ μ' ἄγων, cfr. v. 488.

V. 477. ὅποι per attractionem dictum, de qua Pors. ad Hec. 1062 ibique Schaefer.

V. 481. Schol.: ἀκράτωρ· ἀσθενής, κρατεῖν ἐμαυτοῦ μὴ δυνάμενος. Male. Hoc dicit: 'etsi non possum propter pedis morbum ad genua tua accidere'. Id est ἀκράτωρ τοῦ προσπίτνειν. HERM.

V. 484. Hom. Il. II 536: οἳ δ' Εὔβοιαν ἔχον — τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' Ἐλεφήνωρ ὄζος Ἄρηος Χαλκωδοντιάδης. Eur. Ion 59: τοῖς τε Χαλκωδοντίδαις, οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα. Monumentum huius antiqui regis in Euboea suo tempore superstes memorat Paus. IX 19. Erat autem Euboea, ut Strabonis X p. 682 verbis utar, ἀντίπορθμος τοῖς Μαλιεῦσιν. GED. Genetivus Εὐβοίας nihil habet offensionis; nam Εὐβοίας σταθμὰ dictum pro Εὐβοϊκὰ σταθμά, ut Trach. 1191: Οἴτης Ζηνὸς πάγος pro Οἰταῖος πάγος Ζηνός, et huius fab. 1430: πάτρας Οἴτης πλάκα pro Οἰταίαν πλάκα πάτρας. Alia exempla similia vid. apud Lamb. Bos. p. 697. Schaef.

V. 486. Τραχινίαν σπιλάδα] Intellegenda saxa montium puto, quae vulgo Τραχίνιαι πέτραι appellabantur. Cfr. Herodot. VII 198: περὶ δὲ τὸν χῶρον τοῦτον οὔρεα ὑψηλὰ καὶ ἄβατα περικλῄει πᾶσαν τὴν Μηλίδα γῆν, Τρηχίνιαι πέτραι καλεόμεναι.

V. 486 sq. τὸν εὔροον Σπερχειόν] Spercheus, fluvius in sinu Maliaco, memoratus ab Hom. Il. XVI 716. Aesch. Pers. 487, dicitur εὔροος i. e. ἰσχυρῶς ῥέων, ut interpretatur Hesychius; nam, ut Lucan. XVI 366, 'ferit amne citato Maliacas Sperchios aquas'. MATTH.

V. 487. Apertum est verba πατρί μ' ὡς δ. φίλῳ coniungenda esse cum illis, πρὸς οἶκον ἔκσωσόν μ' ἄγων. HERM.

V. 488 sq. ὃν δὴ παλαιὸν — βεβήκῃ] 'Quem diu est ex quo metuo ne mortuus sit', idem fere quod πάλαι ἂν βεβήκοι, id quod in codicem Laur. ex glossemate abiit. Verba παλαιόν (ἐστιν) ἐξ ὅτου interposita sunt ut παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος Ai. 600. Hesych. βέβηκεν· τέθνηκεν. Et sic El. 1151. O. C. 1678. Plenius O. R. 959 θανάσιμον βεβηκότα.

V. 490. Similiter ac supra v. 60 et Ant. 165 ἔστειλα ἱκέσθαι τινά τινι dictum vidimus, ita ut significaret aliquem per aliquem advenire iubere, hoc loco ἔστελλον αὐτὸν τοῖς ἱγμένοις πέμψαντά μ' ἐκσῶσαι δόμοις dictum, ita ut in verbo ἔστελλον dumtaxat

αὐτόστολον πέμψαντά μ' ἐκσῶσαι δόμοις.
ἀλλ' ἢ τέθνηκεν, ἢ τὰ τῶν διακόνων,
ὡς εἰκός, οἶμαι, τοὐμὸν ἐν σμικρῷ μέρος
ποιούμενοι τὸν οἴκαδ' ἤπειγον στόλον.
νῦν δ' εἰς σὲ γὰρ πομπόν τε καὐτὸν ἄγγελον
ἥκω, σὺ σῶσον, σύ μ' ἐλέησον, εἰσορῶν,
ὡς πάντα δεινὰ κἀπικινδύνως βροτοῖς
κεῖται παθεῖν μὲν εὖ, παθεῖν δὲ θάτερα.
χρὴ δ' ἐκτὸς ὄντα πημάτων τὰ δείν' ὁρᾶν,
χὤταν τις εὖ ζῇ, τηνικαῦτα τὸν βίον
σκοπεῖν μάλιστα μὴ διαφθαρεὶς λάθῃ.

(ἀντιστροφή.)

ΧΟ. οἴκτειρ', ἄναξ· πολλῶν ἔλεξεν δυσοίστων πόνων
ἄθλ', ὅσσα μηδεὶς τῶν ἐμῶν τύχοι φίλων.

iubendi vel adhortandi notio respiceretur. De πολλά significante πολλάκις ad huius fab. 1430 monuimus.

V. 491. αὐτόστολον] Navem non alienam, sed ipsius Poeantis mitti vult, quae eum domum deducat, ut interpretatur Dind. Ad πέμψαντα ex αὐτόστολον audiendum est στόλον. Ceterum videndum ne scripserit poeta δόμους.

V. 492. τὰ τῶν διακόνων graeco more dictum videtur pro οἱ διάκονοι. Sic El. 261: ἣ πρῶτα μὲν τὰ μητρός, ἥ μ' ἐγείνατο, ἔχθιστα συμβέβηκεν. Alii haec verba in medio adiecta statuunt hoc sensu: 'quod est nuntiorum'.

V. 495 sq. νῦν δ' εἰς σὲ γάρ] Id est νῦν δὲ ἐπεὶ εἰς σὲ etc. Tum εἰς σὲ ἥκω non est putandum pro πρὸς σὲ ἥκω dictum esse, quod ipsum alienum ab huius loci sententia foret, sed orationem convertere ad eum, id est supplicare ei, quo sensu ἥκειν εἴς τινα dici debuit. Sic Demosth. c. Steph. 1127 8 ἐγὼ δὲ τούτῳ μὲν χαίρειν λέγω, οὓς δ' ὁ πατήρ μοι παρέδωκε βοηθοὺς καὶ φίλους, εἰς τούτους ἥκω. — πομπόν τε καὐτὸν ἄγγελον, 'eundem et ductorem (qui me patri adducat) et nuntium'. Comparavit Schneidewinus Herod. I 79 ἐλάσας τὸν στρατὸν ἐς τὴν Λυδίην αὐτὸς ἄγγελος Κροίσῳ ἐληλύθεε, Curt. III 17 7 (Parmenio) occupato itinere idem et auctor et nuntius venit.

V. 496. Dicitur εἰσορᾶν etiam de animi cogitatione, ut in Eur. Suppl. 612: διάφορα πολλὰ θεῶν βροτοῖσιν εἰσορῶ. HERM.

V. 497 sq. ὡς (ὅτι) πάντα δεινά (ἐστι), 'omnia humana' cum mobilia nullaque constantia sint 'sollicitudinem adferunt'. — παθεῖν θάτερα i. e. κακῶς, de quo euphemismo Valck. in Diatr. p. 112 exposuit. Cfr. Ant. 667 καὶ δίκαια καὶ τἀναντία (pro καὶ ἄδικα).

V. 499 sq. Schol.: τὰ δείν' ὁρᾶν· φοβεῖσθαι καὶ εὐλαβεῖσθαι. Sic τὰ δεινά Soph. El. 26. Ant. 243. Compararunt viri docti Terent. Phorm. II 1, 11 sq. Hor. Od. II 3, 1, II 10, 13 sqq. Eur. Suppl. 176 sqq.

V. 502 sq. πόνων ἆθλα] 'Certamina laborum', id est 'conflictio cum laboribus'. Paullo alio sensu dictum Trach. 501 ed. meae ἄεθλα ἀγώνων videtur.

V. 503. ὅσσα — φίλων] De sensu huius precandi formulae vid. ad v. 272. Verbum τυγχάνειν sua ipsius vi accusativum adsciscere docui in Adv. p. 81 sq. De-

εἰ δὲ πικρούς, ἄναξ, ἔχθεις Ἀτρείδας,
ἐγὼ μὲν τὸ κείνων κακὸν τῷδε κέρδος
μετατιθέμενος, ἔνθαπερ ἐπιμέμονεν,
ἐπ' εὐστόλου ταχείας νεὼς
πορεύσαιμ' ἂν ἐς δόμους, τὰν θεῶν
νέμεσιν ἐκφυγών.

ΝΕ. ὅρα σύ, μὴ νῦν μέν τις εὐχερὴς παρῇς,
ὅταν δὲ πλησθῇς τῆς νόσου ξυνουσίᾳ,
τότ' οὐκέθ' αὑτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῇς.

ΧΟ. ἥκιστα. τοῦτ' οὐκ ἔσθ' ὅπως ποτ' εἰς ἐμὲ
τοὔνειδος ἕξεις ἐνδίκως ὀνειδίσαι.

ΝΕ. ἀλλ' αἰσχρὰ μέντοι σοῦ γέ μ' ἐνδεέστερον
ξένῳ φανῆναι πρὸς τὸ καίριον πονεῖν.
ἀλλ', εἰ δοκεῖ, πλέωμεν, ὁρμάσθω ταχύς·
χἠ ναῦς γὰρ ἄξει κοὐκ ἀπαρνηθήσεται.
μόνον θεοὶ σῴζοιεν ἔκ τε τῆσδε γῆς

nique de forma ὅσσα vide Lob. ad Ai. 185 sq. ed. sec.

V. 505 sq. Verba τὸ κείνων κακόν Brunckius et Buttmannus interpretantur 'illorum damnum', rectius Hermannus 'iniuriam tibi Philoctetaeque ab iis factam'. Vide ad v. 103. — ἐπιμέμονεν scil. πορεύεσθαι.

V. 508. ἐπ' εὐστόλου ταχείας νεώς] Neuius adscripsit Ai. 710: θοᾶν ὠκυάλων νεῶν, ad quem locum vide quae in edit. nostra adnotata sunt.

V. 509 sq. τὰν θεῶν νέμεσιν ἐκφυγών] 'Vindictam deorum effugiens', quae nos manet, si supplicis Philoctetae preces repudiamus. Editores comparant Verg. Aen. I 542.

V. 511 sq. εὐχερὴς παρῇς, 'promptus adsis', paratus sis ad opem ferendam. — πλησθῆναί τινος hic significat 'ad taedium usque satiari, taedio alicuius rei affici'. Ex quo apparet genetivum τῆς νόσου non a nomine ξυνουσίᾳ pendere, sed a verbo πλησθῇς, sensumque esse: 'ubi vero taedio morbi affectus eris societate'. Ad ξυνουσίᾳ autem supplendum τῆς νόσου. Sic Ai. 7: εὖ δέ σ' ἐκφέρει κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις. El. 1026: εἰκὸς γὰρ ἐγχειροῦντα καὶ πράσσειν κακῶς. Eur. Or. 413: οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους. Herc. F. 335: ἥξω πρὸς ὑμᾶς νερτέρᾳ δώσων χθονί.

V. 513. Sensus est: οὐκέτι ὁ αὐτὸς σοὶ τῷ ταῦτα λέγοντι. Res pro homine posita, ut in comparatione.

V. 516. Schol.: ἀλλ' αἰσχρόν ἐστιν ἐνδεέστερόν σου εἶναί με ἐν τῷ βοηθεῖν τοῖς φίλοις. ἢ οὕτως· αἰσχρόν ἐστιν, εἰ ἐνδεέστερόν σου διατεθήσομαι περὶ τὴν εἰς τοὺς ξένους εὐεργεσίαν· οὐ παραιτήσομαι οὖν. Hermannus totum locum sic explicat: 'Turpe est segniorem me quam te esse labore hospitis causa ad id, quod fieri tempestivum est, suscipiendo'. αἰσχρὰ pro αἰσχρὸν ut saepe apud poetas, cfr. v. 628, 987, 1395.

V. 518. ὁρμάσθω ταχύς] Vide quae ad v. 1062 adnotavimus.

V. 519. χἠ ναῦς γάρ] Ita saepius καὶ γὰρ interpositis aliis verbis seiunguntur. Cfr. Ai. 1161. Eur. Orest. 1089.

V. 520. μόνον — σῴζοιεν] Sic Trachin. 596: μόνον παρ' ὑμῶν εὖ στεγοίμεθα.

ἡμᾶς ὅποι τ' ἐνθένδε βουλοίμεσθα πλεῖν.
ΦΙ. ὦ φίλτατον μὲν ἦμαρ, ἥδιστος δ' ἀνήρ,
φίλοι δὲ ναῦται, πῶς ἂν ὑμὶν ἐμφανὴς
ἔργῳ γενοίμην, ὥς μ' ἔθεσθε προσφιλῆ;
ἴωμεν, ὦ παῖ, προσκύσαντε τὴν ἔσω
ἄοικον εἰσοίκησιν, ὥς με καὶ μάθῃς
ἀφ' ὧν διέζων, ὥς τ' ἔφυν εὐκάρδιος.
οἶμαι γὰρ οὐδ' ἂν ὄμμασιν μόνην θέαν
ἄλλον λαβόντα πλὴν ἐμοῦ τλῆναι τάδε·
ἐγὼ δ' ἀνάγκῃ προὔμαθον στέργειν κακά.
ΧΟ. ἐπίσχετον, μάθωμεν· ἄνδρε γὰρ δύο,
ὁ μὲν νεὼς σῆς ναυβάτης, ὁ δ' ἀλλόθρους,
χωρεῖτον, ὧν μαθόντες αὖθις εἴσιτον.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ἀχιλλέως παῖ, τόνδε τὸν ξυνέμπορον,

V. 521. Optativus *βουλοίμεσθα* ex praegresso optativo pendet. Vide ad v. 404. Verba *ὅποι βουλοίμεσθα πλεῖν* ambigua sunt, cum et ad patriam et ad Troiam pertinere possint.

V. 522. *φίλτατον μὲν — ἥδιστος δὲ*] Vide Elmsl. ad Med. 1039. De nominativo cum vocativo composito cfr. 867, 986 et quae ad Ai. 73 adnotavimus.

V. 523 sq. De *πῶς ἂν* cum optativo optandi sensu cfr. v. 794, 1214, Ai. 389, El. 660, O. R. 765, O. Col. 1457. — *ὥς μ' ἔθεσθε προσφιλῆ*. Musgr. recte et h. l. et infra 558 *προσφιλῆ* explicat 'amicum, gratum'. *τίθεσθαί τινα προσφιλῆ* valet beneficiis aliquem sibi reddere amicum, obstringere. MATTH.

V. 525 sq. In verbis *ἴωμεν — προσκύσαντε* participium *προσκύσαντε* vim sententiae continet ut *μαθόντες* v. 540: 'proficiscamur venerati' i. e. antequam proficiscamur, veneremur. Schol.: *προσκύσαντες· ἀσπασάμενοι τὴν ἑστίαν*, unde suspiceris poetam scripsisse *προσκύσαντε γῆς ἕδος ἄοικον εἰς οἴκησιν*. Conf. El. 1374 *χωρεῖν ἔσω, πατρῷα προσκύσανθ' ἕδη θεῶν*, infra v. 1408. Schol.: *ἄοικον· δύσοικον, ὥσπερ ἀτυχὴς ὁ δυστυχής*. Sic Ai. 665 *ἄδωρα δῶρα*.

V. 527. Schol.: *εὐκάρδιος· καρτερικός*. Cfr. Ai. 364.

V. 528. Schol.: *ἐγὼ γὰρ ὑπολαμβάνω μηδένα ἄλλον τὴν θέαν τῶν ἐνθάδε ἐνεγκεῖν, πόσῳ μᾶλλον εἰσοίκησιν*; Sensus est: 'puto enim ne oculis quidem alium aspicere praeter me quemquam facile sustinere haec'. Coniungendum enim *λαβόντα* cum *τλῆναι* ea ratione, de qua Krueg. II § 56, 6, 1 exposuit, pendetque *τάδε* a notione, quae verbis *θέαν λαβεῖν* subest, *θεάσασθαι*. Huius autem locutionis *θέαν λαβεῖν* pro *θεάσασθαι*, exempla ad v. 81 huius fab. attulimus.

V. 530. In *προμανθάνειν* ut in *προδιδάσκειν* (v. 1015) praepositionem *πρὸ* non otiosam esse, sed notionem proficiendi exhibere post Ellendtium monuit Bonitzius.

V. 531. Eur. Hipp. 567 *ἐπίσχετ', αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω*. Hom. Il. VI 340 *ἐπίμεινον, Ἀρήϊα τεύχεα δύω*. Vide de hac ratione loquendi diss. de ellipsi et pleonasmo in Mus. stud. ant. Vol. I p. 182 et Elmsl. ad Heracl. 559. HERM.

V. 534. Is, qui inter personas

ὃς ἦν νεὼς σῆς ξὺν δυοῖν ἄλλοιν φύλαξ,
ἐκέλευσ' ἐμοὶ σε ποῦ κυρῶν εἴης φράσαι,
ἐπείπερ ἀντέκυρσα, δοξάζων μὲν οὔ,
τύχῃ δέ πως πρὸς ταὐτὸν ὁρμισθεὶς πέδον.
πλέων γὰρ ὡς ναύκληρος οὐ πολλῷ στόλῳ
ἀπ' Ἰλίου πρὸς οἶκον ἐς τὴν εὔβοτρυν
Πεπάρηθον, ὡς ἤκουσα τοὺς ναύτας ὅτι
σοὶ πάντες εἶεν οἱ νεναυστοληκότες,
ἔδοξέ μοι μὴ σῖγα, πρὶν φράσαιμί σοι,
τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι, προστυχόντι τῶν ἴσων.
οὐδὲν σύ που κάτοισθα τῶν σαυτοῦ πέρι,

colloquentes hic indicatur vocabulo **Ἔμπορος**, ut ex Ulixis verbis supra 127 sqq. apparet, idem ille est minister, qui speculatorem antea egerat. Hunc enim nunc naucleri habitu in scenam misit Ulixes, ut qui fortuito ad Lemnum appulerit. Fingit autem se esse ex numero eorum, qui commeatum Graecis et vina ex insulis vicinis subvectarent. Schol.: **οὗτος ὁ ἔμπορος διαπέπλασται ὑπὸ Ὀδυσσέως ναύκληρος, πραγματευτής, εἰωθὼς τοῖς Ἕλλησι τὰ ἐπιτήδεια ἐπάγειν· ἐοικὼς δὲ καὶ ὡς οἶνον αὐτὸν διατυπούμενος πραγματευτήν.** Idem verisimilitudinis causa alium e sociis Neoptolemi, qui custodiendae navis causa ad litus remanserant, tanquam viae ad Neoptolemum indicem secum ducit. Hunc **ξυνέμπορον** vocat, quod cave ad ipsum tanquam **ἔμπορον** referas; sed est **ξυνέμπορος** Neoptolemi, h. e. 'itineris comes', socius, hic ut Trach. 317, Plat. Phaed. p. 108 B, ex antiquiore ét Homerico vocis **ἔμπορος** sensu, quo simpliciter 'viatorem', et in navi 'vectorem, nautam' significat; vid. O. C. 25 et aliquoties; Hom. Od. II 319 et ibi Schol. Alter autem ille personatus nauclerus **ἔμπορος** vulgata 'mercatoris' significatione vocatur non in verbis poetae, sed in externo tantum dramatis schematismo. BUTTM.

V. 537. **δοξάζων μὲν οὔ**] De **οὐ** particulae collocatione ad Ant. 96 sq. diximus.

V. 541. Schol.: **Πεπάρηθον· δῆμος τῆς Ἀττικῆς, καὶ μία τῶν Κυκλάδων νήσων.** Est insula in mari Aegaeo, ante Magnetas haud procul a Scyro sita, vino nobilitata (vid. Plin. XIV 7, 9), quam inde antiquitus Euoenum appellabant teste Plin. IV 12, 23. Cfr. Aristoph. apud Athen. I p. 29 A, Hermipp. ib. F., Heracl. Pont. Rep. c. 13: **αὕτη ἡ νῆσος εὔοινός ἐστι καὶ εὔδενδρος καὶ σῖτον φέρει.** Demosthen. adv. Lacrit. p. 935, 7. Adde interpp. ad Thucyd. III 89. MATTH.

V. 542. **σοὶ** pron. possessivum est. Itaque Dobraei emendatio **συννεναυστοληκότες** inutilis.

V. 544. Recte Brunck. perspexit sensum verborum esse: 'visum mihi est non tacito vela dare, priusquam te convenissem, consecutus quod aequum est', i. e. praemio aliquo propter ea quae nuntiassem affectus. **Ἴσα** enim sunt **τὰ δίκαια**, quae sic dicuntur, quia praemium, quod iustum sit, par esse debet accepto beneficio. Eum morem fuisse, ut hoc genus hominum mercedem aliquam nuntii peterent, notum est; apteque conferri iubet Brunckius O. R. 1005 sq. et Trach. 190 sq. Confirmat hanc interpretationem responsum Neoptolemi v. 557. Illud vero non opus est, ut, quod ipsi placet, scribatur, **προστυχών τι τῶν ἴσων.** Construendum est **προστυχόντι** cum **ἔδοξέ μοι.** HERM.

ἃ τοῖσιν Ἀργείοισιν ἀμφὶ σοῦ νέα
βουλεύματ᾽ ἐστί· κοὐ μόνον βουλεύματα,
ἀλλ᾽ ἔργα δρώμεν᾽, οὐκέτ᾽ ἐξαργούμενα.
*ΝΕ.* ἀλλ᾽ ἡ χάρις μὲν τῆς προμηθίας, ξένε,
εἰ μὴ κακὸς πέφυκα, προσφιλὴς μενεῖ·
φράσον δ᾽ ἅπερ γ᾽ ἔλεξας, ὡς μάθω, τί μοι
νεώτερον βούλευμ᾽ ἀπ᾽ Ἀργείων ἔχεις.
*ΕΜ.* φροῦδοι διώκοντές σε ναυτικῷ στόλῳ
Φοῖνιξ ὁ πρέσβυς οἵ τε Θησέως κόροι.
*ΝΕ.* ὡς ἐκ βίας μ᾽ ἄξοντες ἢ λόγοις πάλιν;
*ΕΜ.* οὐκ οἶδ᾽· ἀκούσας δ᾽ ἄγγελος πάρειμί σοι.
*ΝΕ.* ἦ ταῦτα δὴ Φοῖνίξ τε χοἰ ξυνναυβάται
οὕτω καθ᾽ ὁρμὴν δρῶσιν Ἀτρειδῶν χάριν;
*ΕΜ.* ὡς ταῦτ᾽ ἐπίστω δρώμεν᾽, οὐ μέλλοντ᾽ ἔτι.

V. 548. Schol.: ἐξαργούμενα· ἀναβολὴν ἔχοντα.

V. 549. Buttm.: 'χάρις προσφιλής, pleonasmus ob affectum: nam χάρις per se est μνεία προσφιλής, sed sensu per quotidianum usum evanescente.' Nempe χάρις hic beneficium significat, ut nullus sit pleonasmus. Pro gratia et praemio scholiasta videtur accepisse, qui scribat: ἔσται σοι χάρις τῆς προμηθείας ὕστερον. HERM. Sententia 'beneficium gratum manebit' parum probatur. Exspectamus ἡ χάρις μὲν τῆς προμηθίας .. πρὸς κέρδει vel μισθῷ μενεῖ. Cfr. O. R. 232: τὸ γὰρ κέρδος τελῶ 'γὼ χἡ χάρις προσκείσεται.

V. 551. φράσον δ᾽ ἅπερ γ᾽ ἔλεξας] Vid. not. ad O. R. 655.— Particula γὲ cum nec commodum locum habeat et in optimo libro desit, ex correctura metro succurrente repetenda videtur. Hartungius coniecit ἅπερ προὔλεξας. Fortasse sufficit scribere ἃ περί μ᾽ ἔλεξας, quae ad me pertinentia tetigisti, cl. Plat. Gorg. p. 490 C περὶ σιτία λέγεις καὶ ποτὰ καὶ ἰατροὺς καὶ φλυαρίας.

V. 552. νεώτερον] Comparativi notio non urgenda, sed ponitur fere pro positivo. Cfr. Eur. Phoen. 709. Hipp. 1160. Bacch. 214. De verbi ἔχειν usu ad Ant. 9 monitum est.

V. 554. Schol.: Θησέως κόροι· Ἀκάμας καὶ Δημοφῶν, ὧν οὐ μέμνηται Ὅμηρος ἐν τῷ καταλόγῳ. Homerus Menestheum ducem Atheniensium ad Troiam facit. Sed in aliis de bello Troiano memoriis sat antiquis et illis Theseidae inter primores Graecorum erant. Et inter epicos quidem antiquiores Arctinus Milesius, ut ex Procli chrestomathia novimus, in cyclico poemate, cui Ἰλίου πέρσις nomen, eos introduxerat: certe constantem de illis famam fuisse tragicorum loci, ut noster Sophoclis, et nobilior alter Eur. Hec. 123 ostendunt. De Sophocle autem cyclicos poetas quam maxime auctores sequente vid. Athen. VI p. 277 E. Lob. ad Ai. 70. Iam quomodo diversas has relationes inter se conciliarint scriptores et in iustam historiae formam redegerint, vid. apud schol. Eurip. l. c. et Plut. in Thes. c. 32—35. BUTTM.

V. 555. πάλιν coniungendum cum ἄξοντες, 'reducturi'.

V. 558. οὕτω καθ᾽ ὁρμήν, μετὰ τοσαύτης σπουδῆς, cfr. v. 556. καθ᾽ ὁρμὴν ut κατὰ τάχος, κατὰ κράτος dictum, cfr. v. 578.

V. 559. Iungenda verba ἐπίστω ταῦτα ὡς δρώμενα, et dictum ὡς eadem ratione, qua supra 253: ὡς μηδὲν εἰδότ᾽ ἴσθι μ᾽ ὧν ἀνιστορεῖς.

ΝΕ. πῶς οὖν Ὀδυσσεὺς πρὸς τάδ' οὐκ αὐτάγγελος
πλεῖν ἦν ἕτοιμος; ἢ φόβος τις εἶργέ νιν;
ΕΜ. κεῖνός γ' ἐπ' ἄλλον ἄνδρ' ὁ Τυδέως τε παῖς
ἔστελλον, ἡνίκ' ἐξανηγόμην ἐγώ.
ΝΕ. πρὸς ποῖον αὖ τόνδ' αὐτὸς οὐδυσσεὺς ἔπλει;
ΕΜ. ἦν δή τις — ἀλλὰ τόνδε μοι πρῶτον φράσον,
τίς ἐστιν· ἂν λέγῃς δὲ μὴ φώνει μέγα.
ΝΕ. ὅδ' ἔσθ' ὁ κλεινός σοι Φιλοκτήτης, ξένε.
ΕΜ. μή νύν μ' ἔρῃ τὰ πλείον', ἀλλ' ὅσον τάχος
ἔκπλει σεαυτὸν ξυλλαβὼν ἐκ τῆσδε γῆς.
ΦΙ. τί φησιν, ὦ παῖ; τί με κατὰ σκότον ποτὲ
διεμπολᾷ λόγοισι πρός σ' ὁ ναυβάτης;
ΝΕ. οὐκ οἶδά πω, τί φησι· δεῖ δ' αὐτὸν λέγειν
ἐς φῶς ὃ λέξει πρὸς σὲ κἀμὲ τούσδε τε.
ΕΜ. ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, μή με διαβάλῃς στρατῷ
λέγονθ' ἃ μὴ δεῖ· πόλλ' ἐγὼ κείνων ὕπο

V. 560. αὐτάγγελος hic significare videtur 'ipse ultro operam suam pollicitus (selbst sich meldend)', nisi poeta aliud quid scripsit velut αὐτάγρετος, αὐθαίρετος vel quod coniecit Nauckius αὐτόστολος.

V. 562. ἐπ' ἄλλον ἄνδρα] Philoctetam significari ex sequentibus apparet.

V. 563. ἔστελλον, ut saepius, non 'mittebant', sed 'ire parabant'. Diomedem cum Ulixe ad reducendum Philoctetam profectos fecit Euripides. Diomedem solum nominavit Lesches in Iliade parva. HERM.

V. 564. Pronomine αὐτὸς Ulixes Phoenici eiusque comitibus opponitur et huic expeditioni, quam praetulit Ulixes, plus gravitatis tribuitur.

V. 568. τὰ πλείονα] Sic O. C. 36: πρὶν νῦν τὰ πλείον' ἱστορεῖν. Trach. 731 σιγᾶν ἂν ἁρμόζοι σε τὸν πλείω λόγον, Eur. Med. 609 ὡς οὐ κρινοῦμαι τῶνδέ σοι τὰ πλείονα.

V. 569. σεαυτὸν ξυλλαβών] 'te corripiens'. Cfr. O. R. 1290: ὡς ἐκ χθονὸς ῥίψων ἑαυτόν.

V. 570 sq. κατὰ σκότον] ut paullo ante 566: καθ' ὁρμήν adverbialiter dictum. — Schol.: διεμπολᾷ· λάθρα ἀπατᾷ. Rectius prodit, verbo alludente ad artem mercatoris. GED. Cfr. πέπραμαι infra 978 et Ant. 1036: ἐξημπόλημαι. Nomen λόγοισι autem eodem modo verbo διεμπολᾷ additum, quo supra 55: λόγοισιν ἐκκλέψεις dictum.

V. 573. εἰς φῶς apte respondet verbis κατὰ σκότον. Similiter O. R. 1229: τὰ δ' αὐτίκ' εἰς τὸ φῶς φανεῖ κακά. Matth. comparat Herod. II 132, 10: ἐκφέρειν ἐς τὸ φῶς. Soph. El. 640: ἀναπτύξαι πρὸς φῶς.

V. 575 sq. Schol.: πόλλ' ἐγω κείνων ὕπο· ὑπ' ἐκείνων εὐεργετούμενος ἀντευεργετῶ αὐτούς, ὡς δύναται πένης εὐεργετεῖν, δηλονότι ὑπηρετῶν. Immo ἐκείνους εὐεργετῶν πολλὰ ἀντευεργετοῦμαι ὑπ' αὐτῶν οἷα εἰκὸς ἄνδρα πένητα ἀντευεργετεῖσθαι, multa et bona ab iis accipio quae accipere pauperem hominem consentaneum est. De locutione πολλὰ χρηστά τε confer Aeschyl. Spt. c. Th. 338: πολλὰ γάρ, εὖτε πτόλις δαμασθῇ, ἒ ἔ, δυστυχῆ τε πράσσει.

δρῶν ἀντιπάσχω χρηστά θ', οἷ' ἀνὴρ πένης.
ΝΕ. ἐγώ εἰμ' Ἀτρείδαις δυσμενής· οὗτος δέ μοι
φίλος μέγιστος, οὕνεκ' Ἀτρείδας στυγεῖ.
δεῖ δή σ' ἔμοιγ' ἐλθόντα προσφιλῆ λόγων
κρύψαι πρὸς ἡμᾶς μηδέν' ὧν ἀκήκοας.
ΕΜ. ὅρα, τι ποιεῖς, παῖ. ΝΕ. σκοπῶ κἀγὼ πάλαι.
ΕΜ. σὲ θήσομαι τῶνδ' αἴτιον. ΝΕ. ποιοῦ λέγων.
ΕΜ. λέγω· 'πὶ τοῦτον ἄνδρε τώδ', ὥπερ κλύεις,
ὁ Τυδέως παῖς ἥ τ' Ὀδυσσέως βία,
διώμοτοι πλέουσιν, ἦ μὴν ἢ λόγῳ
πείσαντες ἄξειν, ἢ πρὸς ἰσχύος κράτος.
καὶ ταῦτ' Ἀχαιοὶ πάντες ἤκουον σαφῶς
Ὀδυσσέως λέγοντος. οὗτος γὰρ πλέον
τὸ θάρσος εἶχε θατέρου δράσειν τάδε.
ΝΕ. τίνος δ' Ἀτρεῖδαι τοῦδ' ἄγαν οὕτω χρόνῳ
τοσῷδ' ἐπεστρέφοντο πράγματος χάριν,
ὅν γ' εἶχον ἤδη χρόνιον ἐκβεβληκότες;
τίς ὁ πόθος αὐτοὺς ἵκετ' ἢ θεῶν βία
καὶ νέμεσις, οἵπερ ἔργ' ἀμύνουσιν κακά;
ΕΜ. ἐγώ σε τοῦτ', ἴσως γὰρ οὐκ ἀκήκοας,
πᾶν ἐκδιδάξω. μάντις ἦν τις εὐγενής,
Πριάμου μὲν υἱός, ὄνομα δ' ὠνομάζετο

V. 578. *φίλος μέγιστος*] Sic rursus Ai. 1331, El. 46.

V. 581 sq. Schol.: *ὅρα, τί ποιεῖς, παῖ; ταῦτα πλαγίως νοητέον.*

V. 582. Schol.: *σὲ θήσομαι τῶνδ' αἴτιον· αἴτιόν σε ποιήσω τῶν πραττομένων.* Eodem sensu quo *θήσομαι*, in responsione Neoptolemi positum est *ποιοῦ*, coll. Ant. 188—190, ita ut *ποιοῦ λέγων* idem sit atque *ποιοῦ με αἴτιον, μόνον λέγε.* Simillime Ant. 1061: *κίνει, μόνον δὲ μὴ 'πὶ κέρδεσιν λέγων.* Ceterum altercatio commendat repetitionem eiusdem verbi, ut forma minus sollemnis *τίθου* (cfr. *ἴστω* v. 893) usitatiori verbo *ποιοῦ* cessisse videatur: *σὲ θήσομαι τῶνδ' αἴτιον. — τίθου λέγων.*

V. 586. *πρὸς ἰσχύος κράτος* similiter dictum atque supra v. 104: *ἰσχύος θράσος*, 'cum robore virium', i. e. ea cum vi, quam inferre Philoctetae per vires, quibus praediti sunt, eis licet.

V. 590 sq. Schol.: *τίνος πράγματος χάριν διὰ τοσούτου χρόνου ἐπεστράφησαν καὶ φροντίδα ἐποιήσαντο τοῦ Φιλοκτήτου οἱ Ἀτρεῖδαι, τοῦ πάλαι ἐξ αὐτῶν ἀποβληθέντος;* De sensu dativi *χρόνῳ τοσῷδε* supra ad v. 235 dictum.

V. 592. *εἶχον ἐκβεβληκότες*] Rarius *ἔχειν* cum participio praesentis vel perfecti coniungitur. Cfr. Krueg. II §56, 3, 8. O. R. 701. infra v. 1362.

V. 593. *ὁ πόθος αὐτους ἵκετ'*] Notae sunt locutiones Homericae, *ὕπνος, γῆρας ἱκάνει τινά, Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν*, valde diversae ab eo, quod olim huius fab. 141 legebatur, *σὲ ἐλήλυθεν πᾶν κράτος*, male a Neuio huic loco comparatum.

Ἕλενος, ὃν οὗτος, νυκτὸς ἐξελθὼν μόνος,
ὁ πάντ' ἀκούων αἰσχρὰ καὶ λωβήτ' ἔπη
δόλιος Ὀδυσσεὺς εἷλε, δέσμιόν τ' ἄγων
ἔδειξ' Ἀχαιοῖς ἐς μέσον, θήραν καλήν·
ὃς δὴ τά τ' ἄλλ' αὐτοῖσι πάντ' ἐθέσπισε
καὶ τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' ὡς οὐ μήποτε
πέρσοιεν, εἰ μὴ τόνδε πείσαντες λόγῳ
ἄγοιντο νήσου τῆσδ', ἐφ' ἧς ναίει τὰ νῦν.
καὶ ταῦθ' ὅπως ἤκουσ' ὁ Λαέρτου τόκος
τὸν μάντιν εἰπόντ', εὐθέως ὑπέσχετο
τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς τόνδε δηλώσειν ἄγων·
οἴοιτο μὲν μάλισθ' ἑκούσιον λαβών,
εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα· καὶ τούτων κάρα
τέμνειν ἐφεῖτο τῷ θέλοντι μὴ τυχών.
ἤκουσας, ὦ παῖ, πάντα· τὸ σπεύδειν δέ σοι
καὐτῷ παραινῶ κεἴ τινος κήδει πέρι.

ΦΙ. οἴμοι τάλας· ἦ κεῖνος, ἡ πᾶσα βλάβη,
ἔμ' εἰς Ἀχαιοὺς ὤμοσεν πείσας στελεῖν;

V. 599. Schol.: ὁ πάντ' ἀκούων· ὁ ὑβριζόμενος. Vide ad v. 380.

V. 601. Schol.: οὐχ ἁπλῶς εἶπεν τὴν θήραν καλήν, ἀλλὰ διὰ τὴν πόρθησιν τῆς Ἰλίου· αὐτὸς γὰρ ἑρμηνεύει τὸν τρόπον τῆς πορθήσεως.

V. 603 sq. Optativus futuri non aoristi in ὡς οὐ μήποτε πέρσοιεν defenditur infinitivo futuri Eur. Phoen. 1590 σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας οὐ μή ποτε σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος εὖ πράξειν πόλιν. Cfr. Krueg. I § 53, 7, 6.

V. 605. ἄγοιντο νήσου τῆσδε] Notandus genetivus, ex simplici verbo ἄγεσθαι aptus. Eiusdem generis apud Sophoclem haec reperiuntur, huius fab. v. 630: νεὼς ἄγοντα, 1002: πέτρας πεσών, O. R. 142: ἡμεῖς μὲν βάθρων ἵστασθε τούσδ' ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους, Ant. 418: χθονὸς τυφὼς ἀείρας, (Oppian. Cyneg. IV 186 αἰρόμενος χθονός), El. 324: ὡς δόμων ὁρῶ τὴν σὴν ὅμαιμον — ἐντάφια χεροῖν φέρουσαν.

V. 608. Schol.: δηλώσειν· δείξειν. Cfr. v. 492, 609, 630.

V. 609. De optativo οἴοιτο vide Krueg. I § 54, 6, 4. — οἴοιτο μὲν μάλισθ' ἑκούσιον λαβών i. e. μάλιστα μὲν (am liebsten) ἑκούσιον λαβών, ὅπερ οἴοιτο ἔσεσθαι.

V. 610 sq. Homerum respicit, qui Il. II 259: μηκέτ' ἔπειτ' Ὀδυσσῆϊ κάρη ὤμοισιν ἐπείη—, εἰ μὴ ἐγώ σε etc. WAK. Cfr. Od. XVI 102. — Schol.: ἐφεῖτο· ὑπέσχετο, ἐπηγγείλατο. — τούτων μὴ τυχών, id est εἰ μὴ τούτων τύχοι. Ceterum similiter Ai. 1145 sq., ad quem locum de suppresso etiam pronomine ἑαυτῷ monitum est.

V. 613. τινος κήδει πέρι ut est Ant. 283 πρόνοιαν ἴσχειν τοῦδε τοῦ νεκροῦ πέρι utque προνοεῖσθαι περί τινος occurrit.

V. 614 sq. ἡ πᾶσα βλάβη] 'Merum scelus'. Eodem modo El. 301: ὁ πάντ' ἄναλκις οὗτος, ἡ πᾶσα βλάβη, ubi schol.: ὁ πανταχόθεν βλαβερός. Similiter infra v. 927: πᾶν δεῖμα. GED. — Schol.: στελεῖν· πέμψειν.

πεισθήσομαι γὰρ ὧδε κἀξ Ἅιδου θανὼν
πρὸς φῶς ἀνελθεῖν, ὥσπερ οὐκείνου πατήρ.
ΕΜ. οὐκ οἶδ' ἐγὼ ταῦτ'· ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἶμ' ἐπὶ
ναῦν· σφῷν δ' ὅπως ἄριστα συμφέροι θεός.
ΦΙ. οὔκουν τάδ', ὦ παῖ, δεινά, τὸν Λαερτίου
ἔμ' ἐλπίσαι ποτ' ἂν λόγοισι μαλθακοῖς
δεῖξαι νεὼς ἄγοντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις;
οὒ θᾶσσον ἂν τῆς πλεῖστον ἐχθίστης ἐμοὶ
κλύοιμ' ἐχίδνης, ἥ μ' ἔθηκεν ὧδ' ἄπουν.
ἀλλ' ἔστ' ἐκείνῳ πάντα λεκτά, πάντα δὲ

V. 617. *οὑκείνου πατήρ*· ὁ Σίσυφος· μέλλων γὰρ τελευτᾶν παρήγγειλε τῇ γυναικὶ αὐτὸν ἄθαπτον καταλιπεῖν· καὶ κατελθὼν εἰς Ἅιδου, τῶν γε νενομισμένων μὴ τυχών, κατηγόρησε τῆς γυναικὸς παρὰ τῷ Ἀϊδωνεῖ, ἠξίου τε ἀνελθεῖν καὶ τὴν γυναῖκα τιμωρήσασθαι· ἀνελθὼν δὲ οὐκέτι ὑπέστρεψεν, ἕως μετ' ἀνάγκης κατῆλθεν· ἐκ πατρὸς οὖν πανοῦργος Ὀδυσσεύς. Vide Theogn. 702, Schol. ad Il. VI 153, Pherecyd. fr. 41. — *Ὧδε* non ad *ὥσπερ* referendum, sed ad ea, quae nuntius narraverat: 'ut Ulixes me ad revisendum Graecorum exercitum adducet, ita credam me post mortem ab inferis rediturum, sicut patrem illius': i. e. non magis illuc ibo, quam mortuus in vitam revertar. HERM.

V. 619. *ὅπως* a poetis interdum superlativis praemittitur ut alias *ὡς*. Aristoph. Pac. 207: *ὅπως ἀνωτάτω*. Theogn. 429 (Bekk. 427): *ὅπως ὤκιστα*. Aesch. Agam. 600: *ὅπως δ' ἄριστα*. 605: *ὅπως τάχιστα*. Origo huius loquendi generis intellegitur ex Trach. 330. — *συμφέροι*] Brunck. latine vertit 'vobis optima conferat deus'. Atqui formula *ὅπως ἄριστα* aliter quam sensu adverbii poetam uti potuisse non puto. Suspicor itaque *συμφέρειν* personaliter hic dictum esse eadem ratione, qua alias impersonale verbum *συμφέρει*. Certe ut ex Thucyd. affertur *οἱ καιροὶ ξυνενηνόχασι τοῖς ἐχθροῖς*, et ut mox noster 659: *ὁποῖον ἄν σοι ξυμφέρῃ*, sic poeta videtur dicere potuisse *ὁ θεὸς ξυμφέρει ὑμῖν*, 'conducit' vobis, utilis, beneficus est. BUTTM. Hermannus explicat: 'quam optime vobiscum conspiret deus', afferens Eur. Med. 13: *πάντα συμφέρουσ' Ἰάσονι*, in rebus omnibus se accommodans illi, et Soph. El. 1464: *συμφέρειν τοῖς κρείσσοσιν*. Sed equidem assentior Buttmanno. Ceterum valde similis nostro loco Aesch. Choeph. 781 sq.: *ἀλλ' εἶμι καὶ σοῖς ταῦτα πείσομαι λόγοις. γένοιτο δ' ὡς ἄριστα σὺν θεῶν δόσει.*

V. 622. *νεὼς ἄγοντα*] 'A navi'. Vide ad Vig. p. 881. Quod Buttmanno placet, *νεὼς* significare *ἐν νηΐ*, nec comprobari potest exemplis illis, quibus utitur, neque omnino mea sententia Graece dictum foret. HERM. *νεὼς ἄγοντα* Philoctetes addit indigni spectaculi depingendi causa. Cfr. v. 608.

V. 623. Schol.: *τάχιον ἂν πεισθείην τῇ ἐχίδνῃ ἢ τῷ Ὀδυσσεῖ*. De superlativo *πλεῖστον* ante superl. posito vid. Krueg. II § 49, 10, 4, de genetivo *οὗ* ad huius fab. v. 678.

V. 624. *ἄπουν*] 'Sine pede', pro inutili pede, ut v. 534 *ἄοικος*. WAK.

V. 625 sq. Plene: *πάντα μὲν λεκτὰ, πάντα δὲ τολμητά*. Sollemnis usus particularum *μὲν* et *δέ*, ubi adiect. *πᾶς* repetitur. Xen. Hier. VII 1: *οἱ ἄνθρωποι πάντα μὲν πόνον ὑποδύονται, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομένουσι. Μέν* autem passim omitti sequente *δέ* satis notum est. SCHAEF.

τολμητά. καὶ νῦν οἶδ' ὁθούνεχ' ἵξεται.
ἀλλ', ὦ τέκνον, χωρῶμεν, ὡς ἡμᾶς πολὺ
πέλαγος ὁρίζῃ τῆς Ὀδυσσέως νεώς.
ἴωμεν· ἥ τοι καίριος σπουδή, πόνου
λήξαντος, ὕπνον κἀνάπαυλαν ἤγαγεν.
ΝΕ. οὐκοῦν ἐπειδὰν πνεῦμα τοὐκ πρῴρας ἀνῇ,
V. 878. Quod cod. Harl. habet *λόγων*, tum dici potuisset, si magnum quid aut infandum dixisset Neoptolemus. At non hoc ille fecerat, sed ostenderat dubitatione sua se aliquid volvere animo, quod quid sit nescit Philoctetes. Quare hic ita interroget necesse est: 'quonam tendit oratio tua?' i. e. si quem genetivum intellegere volumus, *ποῖ διανοίας καὶ φροντί-*

ΝΕ. οὐκ οἶδ', ὅποι χρὴ τἄπορον τρέπειν ἔπος.
ΦΙ. ἀπορεῖς δὲ τοῦ σύ; μὴ λέγ', ὦ τέκνον, τάδε.
ΝΕ. ἀλλ' ἐνθάδ' ἤδη τοῦδε τοῦ πάθους κυρῶ.
ΦΙ. οὐ δή σε δυσχέρεια τοῦ νοσήματος
ἔπεισεν, ὥστε μή μ' ἄγειν ναύτην ἔτι;
ΝΕ. ἅπαντα δυσχέρεια, τὴν αὑτοῦ φύσιν
ὅταν λιπών τις δρᾷ τὰ μὴ προσεικότα.
ΦΙ. ἀλλ' οὐδὲν ἔξω τοῦ φυτεύσαντος σύ γε
δρᾷς, οὐδὲ φωνεῖς, ἐσθλὸν ἀνδρ' ἐπωφελῶν.
ΝΕ. αἰσχρὸς φανοῦμαι· τοῦτ' ἀνιῶμαι πάλαι.
ΦΙ. οὔκουν ἐν οἷς γε δρᾷς, ἐν οἷς δ' αὐδᾷς, ὀκνῶ.
ΝΕ. ὦ Ζεῦ, τί δράσω; δεύτερον ληφθῶ κακός,
κρύπτων θ' ἃ μὴ δεῖ καὶ λέγων αἴσχιστ' ἐπῶν;

δος ἐξέβης λόγῳ. Nam ποῖ ἐξέβης ad meditationem refertur, ut v. 805: ποῦ ποτ' ὢν κυρεῖς; et apud Eur. Iph. T. 781: ἐξέβην γὰρ ἄλλοσε. Et tantum abest, ut ἐκβῆναί ποι λόγων dici potuerit Neoptolemus, ut ipse iis, quae respondet, se non habere declaret, ὅποι ἐκβήσεται. HERM.

V. 879. Schol.: ἀδημονεῖ ἐννοῶν, ὅτι μέλλει ἐξαπατᾶν τὸν Φιλοκτήτην, καὶ ἀπάγειν εἰς τὴν Ἴλιον, οὐκέτι ἐπὶ τὴν πατρίδα, καθάπερ ἐπηγγέλλετο.

V. 880. Postquam Neoptolemus secum loquens dixerat: nescio, quo vertam difficilem sermonem s. rem difficilem, ex qua quomodo me expediam non video, nunc tamen sermone explicandam, Phil. audita voce ἄπορον illi reponit: ἀπορεῖς δὲ τοῦ σύ; 'haesitas vero qua in re tu?' MATTH. Similiter dictum El. 1174: ποῖ λόγων ἀμηχανῶν ἔλθω; Tum ἀπορεῖν τινος significare 'aliqua in re consilii inopem esse' notum est.

V. 881. Schol.: πάθους λέγει τῆς ἀπορίας, ἀντὶ τοῦ ἀπορῶν τυγχάνω. De ἐνθάδε cum genetivo iuncto cfr. Plato de Rep. p. 343 A ἐπειδὴ οὖν ἐνταῦθα ἦμεν τοῦ λόγου.

V. 882. De οὐ δή particularum usu ad El. 1191 exposuimus.

V. 884. ἅπαντα δυσχέρεια] Vide ad O. C. 880.

V. 886. ἔξω τοῦ φυτεύσαντος] 'Extra genitorem', id est alienum a genitoris moribus. Libanius Vol. I p. 574: τοῦ τῆς πόλεως ἤθους καὶ τῆς ἐμῆς πολιτείας ἔξω τὸ πρᾶγμα εἶναι δοκεῖ. Aristid. T. I p. 386: ἔξω τῶν εἰωθότων. MUSGR.

V. 887. δρᾷς, οὐδὲ φωνεῖς] Similiter O. R. 72: τί δρῶν ἢ τί φωνῶν. Alia eiusdem generis exempla attulit Blomf. ad Aesch. Prom. 680.

V. 889. ὀκνῶ] sc. μὴ αἰσχρὸς φαίνῃ. Nam ὀκνεῖν plane ut φοβεῖσθαι non solum a poetis usurpatur, sed etiam a prosaicis, ut a Xen. Anab. II 4, 22 ὀκνοῦντες, μὴ οἱ Ἕλληνες μείνειαν.

V. 890 sq. ληφθῶ] Coniunctivum dubitativum esse apparet. Tum quid sit δεύτερον, a nemine explicatum est. Mea sententia primum sibi visus erat Neoptolemus pravus fuisse, cum sagittarum Philoctetae consequendarum causa mendaciis benevolentiam eius sibi conciliaret diceretque velle se eum navi ex insula abducere. Iterum pravus sibi nunc videtur futurus esse, si deducens Philoctetam in navem reticeat, quod non debet amplius reticeri, non in patriam, quo sperat Philoctetes, iter suscipi, ideoque turpissimo eum mendacio fallat, dicens domum se eum reducturum esse, cum Troiam renaviget. Atque hunc esse sensum puto

ΦΙ. ἀνὴρ ὅδ᾽, εἰ μὴ ᾽γὼ κακὸς γνώμην ἔφυν,
προδούς μ᾽ ἔοικεν κἀκλιπὼν τὸν πλοῦν στελεῖν.
ΝΕ. λιπὼν μὲν οὐκ ἔγωγε· λυπηρῶς δὲ μὴ
πέμπω σε μᾶλλον, τοῦτ᾽ ἀνιῶμαι πάλαι.
ΦΙ. τί ποτε λέγεις, ὦ τέκνον; ὡς οὐ μανθάνω.
ΝΕ. οὐδέν σε κρύψω· δεῖ γὰρ ἐς Τροίαν σε πλεῖν
πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ τὸν Ἀτρειδῶν στόλον.
ΦΙ. οἴμοι, τί εἶπας; ΝΕ. μὴ στέναζε, πρὶν μάθῃς.
ΦΙ. ποῖον μάθημα; τί με νοεῖς δρᾶσαί ποτε;
ΝΕ. σῶσαι κακοῦ μὲν πρῶτα τοῦδ᾽, ἔπειτα δὲ
ξὺν σοὶ τὰ Τροίας πεδία πορθῆσαι μολών.
ΦΙ. καὶ ταῦτ᾽ ἀληθῆ δρᾶν νοεῖς; ΝΕ. πολλὴ κρατεῖ
τούτων ἀνάγκη· καὶ σὺ μὴ θυμοῦ κλύων.
ΦΙ. ἀπόλωλα τλήμων, προδέδομαι. τί μ᾽, ὦ ξένε,
δέδρακας; ἀπόδος ὡς τάχος τὰ τόξα μοι.
ΝΕ. ἀλλ᾽ οὐχ οἷόν τε· τῶν γὰρ ἐν τέλει κλύειν
τό τ᾽ ἔνδικόν με καὶ τὸ συμφέρον ποιεῖ.
ΦΙ. ὦ πῦρ σὺ καὶ πᾶν δεῖμα καὶ πανουργίας

verborum κρύπτων—ἐπῶν. Nec dissentire a me scholiasta videtur monens: κρύπτων θ᾽ ἃ μὴ δεῖ· τὰ ἀληθῆ. λέγων αἴσχιστ᾽ ἐπῶν· ἀπατῶν.

V. 892. Schol.: εἰ μὴ ᾽γὼ κακὸς γνώμην ἔφυν· εἰ μὴ κακῶς καὶ ἀνοήτως βουλεύομαι. Similiter El. 472 sq.: εἰ μὴ ᾽γὼ παράφρων μάντις ἔφυν καὶ γνώμας λειπομένα σοφᾶς.

V. 893. προδούς μ᾽ — στελεῖν] De usu verbi προδιδόναι ad v. 741 monuimus. De locutione τὸν πλοῦν στελεῖν cfr. Ai. 1045: τόνδε πλοῦν ἐστείλαμεν, huius fab. v. 1037: στόλον ἐπλεύσατ᾽ ἂν τόνδε, et quae in censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 39 sq. et p. 51 exposui.

V. 894. Schol.: οὐχ ὅτι καταλείψω σε, ἄχθομαι, ἀλλ᾽ ὅτι λυπηρῶς καὶ οὐ κατὰ τὴν σὴν γνώμην μέλλω σε ἄγειν· ἐπὶ Τροίαν δὲ φησίν. Ad λιπὼν audi στελῶ τὸν πλοῦν.

V. 902. De locutione τὰ Τροίας πεδία dictum ad v. 1407.

V. 903. καὶ ταῦτ᾽ ἀληθῆ etc.] De καί particulae usu ad El. 1456 monitum est. Tum insolentius positum ἀληθῆ pro ἀληθῶς, de quo v. Krueg. gr. I § 61, 8, 1.

V. 903 sq. Schol.: πολλὴ κρατεῖ τούτων ἀνάγκη· πολλὴ γάρ ἐστιν ἀνάγκη ταῦτα διαπράξασθαι. Attulit Matth. Plut. Num. c. 16: ἀνάγκη ἀδικίας ἢ ἀπορία.

V. 907 sq. τῶν γὰρ ἐν τέλει — ποιεῖ] Nota haec verbi ποιεῖν significatio est, non multum ab usu vocabuli ἀναγκάζειν differentis. Sic El. 622 sq.: ἥ σ᾽ ἐγὼ καὶ τἄμ᾽ ἔπη καὶ τἄργα τἀμὰ πόλλ᾽ ἄγαν λέγειν ποιεῖ.

V. 909. Schol.: ὦ πῦρ σύ. παρὰ τὸ ὄνομα. καλεῖται γὰρ Πύρρος. Eadem fuit Eustathii sententia p. 1187, 21, 1465, 34. Puerilem istum esse lusum recte sensit Gedikius. Sed vel propterea non cogitavit Sophocles quicquam huiusmodi, quod non Pyrrhum hunc tragici, sed Neoptolemum vocant. Pro καὶ πᾶν δεῖμα temere Valck. ad Hipp. 406 παιπάλημα coniecit. Sensus est, 'qui totus es terror'. Sic supra 622: ἡ πᾶσα βλάβη. Τέχνημα recte

δεινῆς τέχνημ' ἔχθιστον, οἷά μ' εἰργάσω,
οἷ' ἠπάτηκας· οὐδ' ἐπαισχύνει μ' ὁρῶν
τὸν προστρόπαιον, τὸν ἱκέτην, ὦ σχέτλιε;
ἀπεστέρηκας τὸν βίον τὰ τόξ' ἑλών.
ἀπόδος, ἱκνοῦμαί σ', ἀπόδος, ἱκετεύω, τέκνον.
πρὸς θεῶν πατρῴων, τὸν βίον με μἀφέλῃς.
ὤ μοι τάλας. ἀλλ' οὐδὲ προσφωνεῖ μ' ἔτι,
ἀλλ' ὡς μεθήσων μήποθ', ὧδ' ὁρᾷ πάλιν.
ὦ λιμένες, ὦ προβλῆτες, ὦ ξυνουσίαι
θηρῶν ὀρείων, ὦ καταρρῶγες πέτραι,
ὑμῖν τάδ', οὐ γὰρ ἄλλον οἶδ' ὅτῳ λέγω,
ἀνακλαίομαι παροῦσι τοῖς εἰωθόσιν,
οἷ' ἔργ' ὁ παῖς μ' ἔδρασεν οὑξ Ἀχιλλέως·
ὀμόσας ἀπάξειν οἴκαδ' ἐς Τροίαν μ' ἄγει·
προσθείς τε χεῖρα δεξιὰν τὰ τόξα μου

Brunck. non sic accipiendum monet, ut instrumentum Ulixis dicatur Neoptolemus, sed ut ipse intellegatur τεχνίτης πανουργίας. Eodem modo nos: 'du bist ein Gewebe von Betrug'. HERM. Videtur ignis veteribus audaciae et impudentiae symbolum fuisse. Eur. Hec. 607: ναυτική τ' ἀναρχία κρείσσων πυρός. Androm. 271: ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω. Aristoph. Equit. 384: ἦν ἄρα πυρός γ' ἕτερα θερμότερα. Lysistr. 1015: οὐδὲ πῦρ, οὐδ' ὧδ' ἀναιδὴς οὐδεμία πάρδαλις. In gnomis: θάλασσα καὶ πῦρ καὶ γυνὴ κακὰ τρία. MUSGR.

V. 910. Non recte Elmsleius ad Eur. Med. 1319 sq. propter sequens ἠπάτηκας scribendum εἴργασαι putavit. Primum enim constat saepe perfecta et aoristos coniungi (veluti Ant. 1228 sqq.), ita ut aoristo simpliciter aliquid factum esse significetur sic, ut ad id, quod factum consecutum sit, non respiciatur, contra perfecto et factum nunc aliquid esse significetur et id, quod facto illo effectum sit, perpetuum esse indicetur. Deinde recte tempora illa hic coniuncta esse ex eo apparet, quod priore membro nonnisi male se tractatum a Neoptolemo esse Philoctetes conqueritur, posteriore autem et privatum se dolo armis ab eodem esse, et carere nunc iis dicere vult. Quapropter v. 931 ἀπεστέρηκας, et 949 ἠπάτημαι dixit, quod dicere extrema fabula, cum reddita ei arma essent, non potuisset, sed 940: οἷ' ἔργ' ὁ παῖς μ' ἔδρασεν, quod etiam extrema fabula, ubi reconciliatus Neoptolemo erat, dicere potuisset.

V. 915. τὸν βίον] Cfr. 1126: τὰν ἐμὰν τροφάν. Vid. et Arist. Eccles. 563: μηδ' ἀφέλῃς μου τὸν βίον.

V. 917. ὁρᾷ πάλιν] 'Vultum avertit'. Adscripsit Neuius v. 975, Vig. p. 440, Il. III 427, V 836, VIII 399. Eurip. Hec. 958: φύρουσι δ' αὐτὰ θεοὶ πάλιν τε καὶ πρόσω.

V. 918. προβλῆτες] Apud Homerum aliquoties plene προβλῆτες ἀκταί. Adiectivum solum aliis quoque elliptice eo sensu usurpatum vide ap. Lamb. Bos. et Schaef. in v. ὄρος. Vid. et infra 1455. BUTTM.

V. 920. Alium non novi, cui dicam, sc. cum spe miserationis ciendae. Nemo enim queritur iis, quos se querimoniis moturum desperat. MUSGR.

V. 924 sq. χεῖρα δεξιάν]

λαβὼν τοῦ Ζηνὸς Ἡρακλέους ἔχει,
τοῖσιν Ἀργείοισι φήνασθαι θέλει.
ἄνδρ' ἑλὼν ἰσχυρὸν ἐκ βίας μ' ἄγει·
οἶδ' ἐναίρων νεκρόν, ἢ καπνοῦ σκιάν,
λον ἄλλως· οὐ γὰρ ἂν σθένοντά γε
ν μ'· ἐπεὶ οὐδ' ἂν ὧδ' ἔχοντ', εἰ μὴ δόλῳ.
νῦν δ' ἠπάτημαι δύσμορος. τί χρή με δρᾶν;
ἀλλ' ἀπόδος· ἀλλὰ νῦν ἔτ' ἐν σαυτῷ γενοῦ.
τί φής; σιωπᾷς. οὐδέν εἰμ' ὁ δύσμορος.
ὦ σχῆμα πέτρας δίπυλον, αὖθις αὖ πάλιν
εἴσειμι πρὸς σὲ ψιλός, οὐκ ἔχων τροφήν·
ἀλλ' αὐανοῦμαι τῷδ' ἐν αὐλίῳ μόνος,
οὐ πτηνὸν ὄρνιν, οὐδὲ θῆρ' ὀρειβάτην

i. e. 'fidem dextrae'. Cfr. El. 47 ὅρκον προστιθείς. Meminit Philoctetes id quod v. 813 factum est. — **τὰ τόξα μου — ἔχει**] Vel ex verborum collocatione facile apparet genetivum τοῦ Ἡρακλέους aptum esse ex adiectivo ἱερά, ita ut ἱερὰ τοῦ Ἡρακλέους appositionis loco ad τὰ τόξα μου additum sit, hoc significans 'arcum meum, qui Herculis, filii Iovis, sacer est'. De genetivo Ζηνὸς cfr. v. 1023 et quae ad O. C. 622 adnotavimus.

V. 926. **φήνασθαι**] Rarior haec aoristi forma media pro φῆναι. Vide ad Ai. 628.

V. 928. Schol.: **ἐναίρων νεκρόν**· σφάττων νεκρόν· κατὰ τὴν παροιμίαν. Proverbialis locutio. Vide Ant. 1029, Diog. Laert. in Mened. II 135: Βίωνός τε ἐπιμελῶς κατατρέχοντος τῶν μάντεων, νεκροὺς αὐτὸν ἐπισφάττειν ἔλεγε. BRUNCK. **Καπνοῦ σκιά** itidem est proverbiale dictum; Ant. 1170: τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πριαίμην. BUTTM.

V. 929. Vocem **ἄλλως**, quae idem quod μάτην valet, Attici etiam substantivis addunt eo sensu, quo Homerus adiectivum ἐτώσιος. Itaque ut ille Il. XVIII 104: ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης de homine inerte, sic Plat. Theaet. p. 176 D γῆς ἄλλως ἄχθη. Latine autem verti potest 'nil nisi'. Sic apud Demosthenem ὄχλος ἄλλως, ἄλλως ὕθλον καὶ φλυαρίαν. Vide Vig. p. 373, Ruhnk. ad Tim. p. 199. BUTTM.

V. 929 sq. Sensus verborum hic est: 'non enim valentem cepisset, qui ne aegrotum quidem cepisset, nisi dolo'. — **ἐπεὶ οὐδ' ἂν ὧδ' ἔχοντ'**] De omisso verbo finito, ad quod spectat ἂν particula, cfr. El. 365: οὐδ' ἂν σύ, σώφρων γ' οὖσα.

V. 932. Schol.: **ἐν σαυτῷ γενοῦ**· φρόνιμος ἔσο. De priore ἀλλά ad v. 228 monitum est. De altero 'saltem' significante v. ad v. 1023. Cfr. El. 411 συγγένεσθέ γ' ἀλλὰ νῦν.

V. 934. **σχῆμα πέτρας**] Vide v. 16.

V. 935. Non est putandum **πρὸς σὲ** pro εἰς σὲ positum esse; sed quemadmodum Homerus εἰς Ἀχιλῆα dicit ire eum, qui tentorium intrat Achillis, ita Philoctetes venuste πρὸς τὸ αὔλιον se iturum rursus dicit, quod antrum veluti pro homine, quocum conversetur, habet. Cfr. 1084 sqq., 1453.

V. 935. Schol.: **τόξων γυμνός**· τὴν διὰ τῶν τόξων μοι γινομένην οὐκ ἔχων τροφήν· ἄνευ τροφῆς οὖν, ἀντὶ τοῦ <ἄνευ> τῶν τόξων.

V. 936. Schol.: **αὖ θανοῦμαι**· γρ. αὐανοῦμαι, ἀντὶ τοῦ ξηρανθήσομαι. Soph. El. 819: αὐανῶ βίον.

τόξοις ἐναίρων τοισίδ᾽· ἀλλ᾽ αὐτὸς τάλας
θανὼν παρέξω δαῖθ᾽ ὑφ᾽ ὧν ἐφερβόμην,
καί μ᾽ οὓς ἐθήρων πρόσθε θηράσουσι νῦν·
φόνον φόνου δὲ ῥύσιον τίσω τάλας
πρὸς τοῦ δοκοῦντος οὐδὲν εἰδέναι κακόν.
ὄλοιο μή πω, πρὶν μάθοιμ᾽, εἰ καὶ πάλιν
γνώμην μετοίσεις· εἰ δὲ μή, θάνοις κακῶς.
*ΧΟ.* τί δρῶμεν; ἐν σοὶ καὶ τὸ πλεῖν ἡμᾶς, ἄναξ,
ἤδη ᾽στί, καὶ τοῖς τοῦδε προσχωρεῖν λόγοις.
*ΝΕ.* ἐμοὶ μὲν οἶκτος δεινὸς ἐμπέπτωκέ τις
τοῦδ᾽ ἀνδρὸς οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλὰ καὶ πάλαι.
*ΦΙ.* ἐλέησον, ὦ παῖ, πρὸς θεῶν, καὶ μὴ παρῇς
σαυτοῦ βροτοῖς ὄνειδος ἐκκλέψας ἐμέ.
*ΝΕ.* οἴμοι, τί δράσω; μήποτ᾽ ὤφελον λιπεῖν
τὴν Σκῦρον· οὕτω τοῖς παροῦσιν ἄχθομαι.

V. 938 sq. *ἀλλ᾽ αὐτὸς — ἐφερβόμην*] Construenda verba necessario ita sunt: *ἀλλ᾽ αὐτὸς θανοῦμαι καὶ παρέξω δαῖτα ἐκείνοις, ὑφ᾽ ὧν ἐφερβόμην*. At non a feris, tanquam a nutrice, nutritum se esse Philoctetes dicere hic potuit, sed feris i. e. ferarum carne nutritum se esse et vult et debet dicere. Itaque non dubium est, quin scribendum sit *ἀφ᾽ ὧν*, quod facillime mutari in scripturam vulgatam potuit, ita ut *ἐφερβόμην* non iam passivum, sed medium sit. De usu *ἀπό* praepositionis ad v. 60 (Plato Protag. p. 313 C *τῶν ἀγωγίμων, ἀφ᾽ ὧν ψυχὴ τρέφεται*), de omisso pronomine *ἐκείνοις* ad v. 139 exposui.

V. 941 sq. Schol.: *ῥύσιον τίσω· ἐνέχυρον, ἀμοιβὴν ἐκτίσω. Ὅμηρος· ῥύσι᾽ ἐλαυνόμενος* (Il. XI 674). Recte hunc versum Brunck. interpretatus est ita: 'caedisque poenas caede luam miser mea'; id est 'propter occisionem ferarum occidar' *πρὸς τοῦ δοκοῦντος οὐδὲν εἰδέναι κακόν*, 'ab eo' vel potius 'per eum, qui omnis mali ignarus videbatur'. Posuit autem poeta non *ὑπό*, sed *πρός*, quia non ab ipso Neoptolemo occiditur, sed per eum, sagittis ab eo ablatis, quibus privatus vitam servare non potest. Eadem de causa Luc. D. D. XIV dixit: *τέθνηκε γάρ, εἰπέ μοι, ὁ Ὑάκινθος; — Καὶ μάλα. — Πρὸς τίνος, ὦ Ἄπολλον;*

V. 943. Schaeferus post *ὄλοιο* lineam posuit, signum abruptae corrigendaeque orationis, idemque fecit Trach. 383. Non opus esse hac distinctione iam Reisig. Coni. p. 64 monuit allatis his verbis ex Eur. Med. 82: *ὄλοιτο μὲν μή. — πρὶν μάθοιμ᾽*] Optativus est positus propter optativum membri absoluti, ex quo hoc aptum est. Sic Trach. 655: *μὴ σταίη —, πρὶν — ἀνύσειεν*. O. R. 505: *οὔποτ᾽ ἔγωγ᾽ ἄν, πρὶν ἴδοιμ᾽ ὀρθὸν ἔπος, μεμφομένων ἂν καταφαίην*. Similem usum optativi ad v. 323 notavimus.

V. 945. *ἐν σοί*] 'Penes te est.'

V. 948. *καὶ πάλαι*] De usu horum verborum ad Ant. 289 sqq. expositum est.

V. 950. De *σαυτοῦ ὄνειδος* vide ad v. 735, nisi si ex uno codice *σαυτὸν* scribendum est, de *ἐκκλέψας* ad v. 55.

V. 951. De *μὴ* cum *ὤφελον* coniuncto v. Krueg. gr. I § 67, 2, 2 et cfr. Eur. Cycl. 186 *μηδαμοῦ — ὤφελε*, Hom. Od. XI 548 *ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν*.

ΦΙ. οὐκ εἶ κακὸς σύ· πρὸς κακῶν δ' ἀνδρῶν μαθὼν
ἔοικας ἥκειν αἰσχρά. νῦν δ' ἄλλοισι δοὺς
οἷς εἰκὸς ἔκπλει τἀμά μοι μεθεὶς ὅπλα.
ΝΕ. τί δρῶμεν, ἄνδρες; ΟΔ. ὦ κάκιστ' ἀνδρῶν, τί δρᾷς;
οὐκ εἶ μεθεὶς τὰ τόξα ταῦτ' ἐμοὶ πάλιν;
ΦΙ. οἴμοι, τίς ἀνήρ; ἆρ' Ὀδυσσέως κλύω;
ΟΔ. Ὀδυσσέως, σάφ' ἴσθ', ἐμοῦγ', ὃν εἰσορᾷς.
ΦΙ. οἴμοι· πέπραμαι, κἀπόλωλ'. ὅδ' ἦν ἄρα
ὁ ξυλλαβών με κἀπονοσφίσας ὅπλων.
ΟΔ. ἐγώ, σάφ' ἴσθ', οὐκ ἄλλος· ὁμολογῶ τάδε.
ΦΙ. ἀπόδος, ἄφες μοι, παῖ, τὰ τόξα. ΟΔ. τοῦτο μὲν
οὐδ' ἢν θέλῃ δράσει ποτ'· ἀλλὰ καὶ σὲ δεῖ
στείχειν ἅμ' αὐτοῖς, ἢ βίᾳ στελοῦσί σε.
ΦΙ. ἔμ', ὦ κακῶν κάκιστε καὶ τολμήστατε,
οἵδ' ἐκ βίας ἄξουσιν; ΟΔ. ἢν μὴ ἕρπῃς ἑκών.
ΦΙ. ὦ Λημνία χθών, καὶ τὸ παγκρατὲς σέλας
Ἡφαιστότευκτον, ταῦτα δῆτ' ἀνασχετά,
εἴ μ' οὗτος ἐκ τῶν σῶν ἀπάξεται βίᾳ;
ΟΔ. Ζεύς ἐσθ', ἵν' εἰδῇς, Ζεὺς ὁ τῆσδε γῆς κρατῶν,
Ζεύς, ᾧ δέδοκται ταῦθ', ὑπηρετῶ δ' ἐγώ.

V. 953 sq. *μαθὼν ἔοικας ἥκειν αἰσχρά*] Nos brevius diceremus: *αἰσχρὰ μαθεῖν ἔοικας*. Sed amant ita dicere tragici. Sic Ant. 1172: *τί δ' αὖ τόδ' ἄχθος βασιλέων ἥκεις φέρων;*

V. 954 sq. Recte schol. *νῦν δὲ ἄλλοις δοὺς τὰ κακὰ (τὰ αἰσχρὰ) οἷς εἰκὸς ἔκπλει τὰ ἐμὰ ἐμοὶ δούς*. Wakefieldo corrigendum videbatur *ἄλλοις σε δούς* eodem sensu dictum quo supra v. 84 *δός μοι σεαυτόν*, ut *ἄλλοι* Atridis Ulixique opponantur.

V. 956 sq. Bene Triclinius: *μετανοήσας ὁ Νεοπτόλεμος ἤθελε δοῦναι τῷ Φιλοκτήτῃ τὰ ὅπλα αὐτοῦ· ἐλθὼν δὲ ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ θεασάμενος αὐτὸν ταῦτά φησιν· οὐκ εἶ κ. τ. λ.*

V. 957. *οὐκ εἶ — πάλιν*] 'Quin retro cedis?' Cfr. Herm. ad Vig. p. 740.

V. 960. *πέπραμαι*] Confer v. 579 et Ant. 1036. De formula *ἦν ἄρα* conferri Hermannus Heind. ad Plat. Phaed. p. 54 iubet. V. Krueg. I § 53, 2, 6.

V. 965. *αὐτοῖς* scil. *τοῖς τόξοις*. — *στελοῦσι* scil. pedissequi quos compellat v. 1003.

V. 966. De forma *τολμήστατε* vid. Buttm. Gr. ampl. T. I p. 267.

V. 968. Pind. Nem. IV 101 *πῦρ παγκρατές*. De nominativo cum vocativo consociato ad v. 522, de Lemnio igne ad v. 783 expositum est.

V. 970. Schol.: *ἐκ τῶν σῶν· λείπει κόλπων*. Recte de inepta ista ellipsi iudicavit Schaef. ad L. Bos. p. 228. HERM. De medio *ἀπάξεται* cfr. v. 1029: *τί μ' ἄγετε, τί μ' ἀπάγεσθε;*

V. 972. *ᾧ ὑπηρετῶ* scil. *ταῦτα*: cfr. 1024 et ad v. 15.

ΦΙ. ὦ μῖσος, οἷα κἀξανευρίσκεις λέγειν·
θεοὺς προτείνων τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τίθης.
ΟΔ. οὔκ, ἀλλ' ἀληθεῖς. ἡ δ' ὁδὸς πορευτέα.
ΦΙ. οὔ φημ' ἔγωγε. ΟΔ. φημί. πειστέον τάδε.
ΦΙ. οἴμοι τάλας. ἡμᾶς μὲν ὡς δούλους σαφῶς
πατὴρ ἄρ' ἐξέφυσεν, οὐδ' ἐλευθέρους.
ΟΔ. οὔκ, ἀλλ' ὁμοίους τοῖς ἀρίστοισιν, μεθ' ὧν
Τροίαν σ' ἑλεῖν δεῖ καὶ κατασκάψαι βίᾳ.
ΦΙ. οὐδέποτέ γ'· οὐδ' ἢν χρῇ με πᾶν παθεῖν κακόν,
ἕως ἂν ᾖ μοι γῆς τόδ' αἰπεινὸν βάθρον.
ΟΔ. τί δ' ἐργασείεις; ΦΙ. κρᾶτ' ἐμὸν τόδ' αὐτίκα
πέτρᾳ πέτρας ἄνωθεν αἱμάξω πεσών.
ΟΔ. ξυλλάβετέ γ' αὐτόν· μὴ 'πὶ τῷδ' ἔστω τάδε.
ΦΙ. ὦ χεῖρες, οἷα πάσχετ' ἐν χρείᾳ φίλης
νευρᾶς ὑπ' ἀνδρὸς τοῦδε συνθηρώμεναι.
ὦ μηδὲν ὑγιὲς μηδ' ἐλεύθερον φρονῶν,
οἷ' αὖ μ' ὑπῆλθες, ὥς μ' ἐθηράσω λαβὼν
πρόβλημα σαυτοῦ παῖδα τόνδ' ἀγνῶτ' ἐμοί,
ἀνάξιον μὲν σοῦ, κατάξιον δ' ἐμοῦ,
ὃς οὐδὲν ᾔδει πλὴν τὸ προσταχθὲν ποιεῖν,
δῆλος δὲ καὶ νῦν ἐστιν ἀλγεινῶς φέρων

V. 973. ὦ μῖσος] Sic Ant. 760: ἄγε τὸ μῖσος, i. e. Antigonam. Tum ἐξανευρίσκειν cum infinitivo λέγειν, non cum participio, coniunctum est propterea, quod, qualem fingat Ulixes orationem, adverti Philoctetes ab auditoribus vult, non qualia in oratione fingat.

V. 979. Schol.: οὔκ, ἀλλ' ὁμοίους· ἀντὶ τοῦ, οὐ δοῦλον, ἀλλ' ἄριστον, καὶ μετὰ ἀρίστων, τὴν Τροίαν δεῖ σε πορθῆσαι· τοῦτο δὲ προτρεπτικόν.

V. 982. Ai. 135: Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον. ibid. 860: ὦ πατρῷον ἑστίας βάθρον. BUTTM.

V. 983. Accusativus κρᾶτα neutrius generis est hic et alibi. — Schol.: κρᾶτ' ἐμὸν τόδ' αὐτίκα· πρὸς τῇ πέτρᾳ ἐναιμάξω τὴν κεφαλήν μου, ἄνωθεν πεσὼν ἀπὸ πέτρας. De genetivo πέτρας ad v. 605 egimus, de repetitione eiusdem nominis ad Ant. 13.

V. 985. Hoc dicit Ulixes: 'comprehendite certe eum', id est, hoc certe cavebimus, ne te morti des; nisi scribendum est ξυλλάβετον de G. Bernhardyi coniectura.

V. 986. Sensus hic est: 'o manus, qualia patimini, quae, cum sitis arcu destitutae, comprehensae ab hoc viro teneamini!'

V. 987. Schol.: συνθηρώμεναι· ἁλοῦσαι καὶ συλλαμβανόμεναι. Non vinculis constrictus, sed manibus apprehensus esse Philoctetes a pedissequis Ulixis censendus est.

V. 989. αὖ pertinet ad priorem dolum, quem Ulixes initio fabulae exposuit. — De ὑπῆλθες vid. ad O. R. 381.

V. 993 sq. Verba ἀλγεινῶς s. χαλεπῶς φέρειν cum dativo iunguntur, quod simplicem notionem 'dolere, dolore affici' multo usu acceperunt. Exempla huius locutionis vid. apud Krueg. I § 48, 14, 7.

οἷς τ' αὐτὸς ἐξήμαρτεν οἷς τ' ἐγὼ 'παθον.
ἀλλ' ἡ κακὴ σὴ διὰ μυχῶν βλέπουσ' ἀεὶ
ψυχή νιν ἀφυῆ τ' ὄντα κοὐ θέλονθ' ὅμως
εὖ προυδίδαξεν ἐν κακοῖς εἶναι σοφόν.
καὶ νῦν ἔμ', ὦ δύστηνε, συνδήσας νοεῖς
ἄγειν ἀπ' ἀκτῆς τῆσδ', ἐν ᾗ με προυβάλου
ἄφιλον, ἔρημον, ἄπολιν, ἐν ζῶσιν νεκρόν.
φεῦ.
ὄλοιο· καί σοι πολλάκις τόδ' ηὐξάμην·
ἀλλ' οὐ γὰρ οὐδὲν θεοὶ νέμουσιν ἡδύ μοι,
σὺ μὲν γέγηθας ζῶν, ἐγὼ δ' ἀλγύνομαι
τοῦτ' αὔθ', ὅτι ζῶ σὺν κακοῖς πολλοῖς τάλας,
γελώμενος πρὸς σοῦ τε καὶ τῶν Ἀτρέως
διπλῶν στρατηγῶν, οἷς σὺ ταῦθ' ὑπηρετεῖς.
καίτοι σὺ μὲν κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγεὶς

V. 995. *Διὰ μυχῶν*, ut fera, quae delitescens praedae suae insidiatur. WAKEF.

V. 996. Schol.: *ἀφυῆ τ' ὄντα· ἄκακον ἀπὸ φύσεως.* Melius M. Seyffert. 'natura non ad id factum', *ἐπὶ τὸ σοφὸν εἶναι ἐν κακοῖς.*

V. 997. *προυδίδαξεν*] Vide ad v. 530.

V. 998. *ὦ δύστηνε*] 'O sceleste!' De quo huius adiectivi significatu ad O. R. 1144 monuimus. — *συνδήσας νοεῖς*] Participium *συνδήσας* de conatu et voluntate ligandi intellegendum. Nam Philoctetes, ira incensus, graviore verbo utitur, cumque nunc manibus tantum satellitum comprehensus teneatur, ita loquitur, ac si iam sibi etiam vincula sint iniecturi. HERM.

V. 1000. Dicit se, etsi spirantem, tamen mortui instar esse. Cfr. 1030. Sic Caecilius apud Gell. N. A. II 33 senem facit loquentem: 'egomet vivo mortuus inter vivos'; et chorus in Eur. Suppl. 969 *οὔτ' ἐν τοῖς φθιμένοις οὔτ' ἐν ζῶσιν κρινομένη.* MATTH. Adde Ant. 1167 *ἔμψυχον νεκρόν.*

V. 1001. Non intellexerunt sensum huius et qui sequuntur versuum qui *καίτοι* pro *καί σοι* scribendum putarunt. Sententia haec est: 'Utinam perieris; et saepe quidem hoc tibi precatus sum; verum non modo non peris, sed adeo dulcem vitam agis'.

V. 1002. Nexus: *ἀλλὰ σὺ μέν, οὐ γὰρ — μοι.* Cfr. v. 81. Nihil autem dulce cum sibi a dis tribui ait, non exaudiri preces suas, Ulixi interitum imprecantis, significat.

V. 1003 sq. In verbis *σὺ μὲν γέγηθας ζῶν* quemadmodum participium *ζῶν*, ut saepe, primariam continet notionem, sensusque hic est: 'tu vivis vitaque gaudes', ita verborum etiam, *ὅτι ζῶ σὺν κακοῖς π. τάλας*, hanc esse debere sententiam: 'quod vivo vitamque aerumnosam vivo', ex verbis *ἀλγύνομαι τοῦτ' αὐτό* patet. De locutione *ζῆν σὺν κακοῖς* dictum ad v. 266.

V. 1005. *γελώμενος* etc.] Vid. v. 257 sq.: *ἀλλ' οἱ μὲν ἐκβαλόντες ἀνοσίως ἐμὲ γελῶσι σῖγ' ἔχοντες.* — *τῶν Ἀτρέως διπλ. στρ.* similiter dictum ut supra 943: *τοῦ Ζηνὸς Ἡρακλέους.*

V. 1006. *οἷς σὺ ταῦθ' ὑπηρετεῖς*] Vide quae ad v. 15 adnotavimus.

V. 1007. Schol.: *κλοπῇ· ἀπά-*

ἔπλεις ἅμ᾽ αὐτοῖς· ἐμὲ δὲ τὸν πανάθλιον,
ἑκόντα πλεύσανθ᾽ ἑπτὰ ναυσὶ ναυβάτην,
ἄτιμον ἔβαλον, ὡς σὺ φῄς, κεῖνοι δὲ σέ.
καὶ νῦν τί μ᾽ ἄγετε; τί μ᾽ ἀπάγεσθε; τοῦ χάριν;
ὃς οὐδέν εἰμι καὶ τέθνηχ᾽ ὑμῖν πάλαι.
πῶς, ὦ θεοῖς ἔχθιστε, νῦν οὐκ εἰμί σοι
χωλός, δυσώδης; πῶς θεοῖς ἔξεστ᾽, ἐμοῦ
πλεύσαντος, αἴθειν ἱερά, πῶς σπένδειν ἔτι;
αὕτη γὰρ ἦν σοι πρόφασις ἐκβαλεῖν ἐμέ.
κακῶς ὄλοισθ᾽· ὀλεῖσθε δ᾽ ἠδικηκότες
τὸν ἄνδρα τόνδε, θεοῖσιν εἰ δίκης μέλει.
ἔξοιδα δ᾽, ὡς μέλει γ᾽· ἐπεὶ οὔποτ᾽ ἂν στόλον
ἐπλεύσατ᾽ ἂν τόνδ᾽ εἵνεκ᾽ ἀνδρὸς ἀθλίου,
εἰ μή τι κέντρον θεῖον ἦγ᾽ ὑμᾶς ἐμοῦ.
ἀλλ᾽, ὦ πατρῴα γῆ, θεοί τ᾽ ἐπόψιοι,

τῃ· καὶ Ὅμηρος· κλέπτε νόῳ. ζυγεὶς δέ, ὑποταγείς· ὁ δὲ νοῦς· καίτοι σὺ μὲν ἀναγκασθεὶς στρατεύῃ· προσποιούμενον γὰρ αὐτὸν μαίνεσθαι Παλαμήδης ἐξήλεγξεν. Id narratum fuisse in carminibus Cypriis a Proclo accepimus. Κλοπὴ fallacia a Palamede inventa intellegitur. HERM. Rem narrant Hygin. 95, Ovid. Met. XIII 34 sqq. Adde Cic. de off. III 26, 27.

V. 1009. ἑπτὰ ναυσὶ ναυβάτην] Vid. Hom. Il. II 718 sq.

V. 1010. Non usurpasset, puto, poeta ἔβαλον pro ἐξέβαλον, nisi de exposito Philocteta sermonem esse iam 1017 sq. declaratum esset. Schol.: κεῖνοι δὲ σέ· ὡς σὺ φῄς, οἱ Ἀτρεῖδαί με ἐξέβαλον· ὡς δὲ φασὶν ἐκεῖνοι, σύ. Σὺ μέν, φησίν, ἐκείνους αἰτιᾷ, ἐκεῖνοι δὲ σέ.

V. 1011. τί μ᾽ ἄγετε, quod comprehensae manus eius sunt, τί μ᾽ ἀπάγεσθε, quid me hinc ad vos abducitis. Cfr. v. 988.

V. 1014 sq. Schol.: πῶς θεοῖς· τοῦτο γὰρ προφασισαμένου Ὀδυσσέως, ὅτι θῦσαι οὐκ ἔστι, τούτου ἐπιστενάζοντος, ἐξέθηκαν αὐτόν. Cfr. v. 8 sqq.

V. 1017 sqq. κακῶς ὄλοισθ᾽ — μέλει γ᾽] Similiter dixit Sophocles Trach. 808 sqq. ὧν σε ποίνιμος Δίκη τίσαιτ᾽ Ἐρινύς τ᾽. εἰ θέμις δ᾽, ἐπεύχομαι. θέμις δ᾽, ἐπεί μοι τὴν ἔριν σὺ προὔβαλες.

V. 1018. τὸν ἄνδρα τόνδε] Hoc est ἐμέ.

V. 1019. ἔξοιδα δ᾽, ὡς μέλει γε] Facit γὲ particula, ut hic sit sensus: 'esse autem revera curae certo scio'. De locutione στόλον ἐπλεύσατε vide ad v. 893.

V. 1021. κέντρον θεῖον ἐμοῦ] Recte Gedikius et Wakefieldus genetivum illum causae agnoverunt, κέντρον ἐμοῦ, qualis fuit supra v. 327: τίνος χόλον. BUTTM. Θεῖον est 'divinitus immissum'. Vide ad v. 192.

V. 1022. Soph. El. 67: ἀλλ᾽ ὦ πατρῴα γῆ, θεοί τ᾽ ἐγχώριοι. Schol.: θεοί τ᾽ ἐπόψιοι· οἱ ἐφορῶντές με δυστυχοῦντα. Rectius Buttm.: ἐπόψιοι, 'qui omnia vident'. Apollon. II 1124: ἀντόμεθα πρὸς Ζηνὸς ἐποψίου, et 1181: Ζεὺς τὰ ἕκαστ᾽ ἐπιδέρκεται. Soph. El. 175: Ζεύς, ὃς ἐφορᾷ πάντα καὶ κρατύνει. Aesch. Ag. 1578: φαίην ἂν ἤδη νῦν βροτῶν τιμαόρους θεοὺς ἄνωθεν γῆς ἐποπτεύειν ἄγη.

τίσασθε, τίσασθ᾽ ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ποτὲ
ξύμπαντας αὐτούς, εἴ τι κἄμ᾽ οἰκτείρετε.
ὡς ζῶ μὲν οἰκτρῶς· εἰ δ᾽ ἴδοιμ᾽ ὀλωλότας
τούτους, δοκοῖμ᾽ ἂν τῆς νόσου πεφευγέναι.
ΧΟ. βαρύς τε καὶ βαρεῖαν ὁ ξένος φάτιν
τήνδ᾽ εἶπ᾽, Ὀδυσσεῦ, κοὐχ ὑπείκουσαν κακοῖς.
ΟΔ. πόλλ᾽ ἂν λέγειν ἔχοιμι πρὸς τὰ τοῦδ᾽ ἔπη,
εἴ μοι παρείκοι· νῦν δ᾽ ἑνὸς κρατῶ λόγου·
οὗ γὰρ τοιούτων δεῖ, τοιοῦτός εἰμ᾽ ἐγώ·
χὤπου δικαίων κἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίσις,
οὐκ ἂν λάβοις μου μᾶλλον οὐδέν᾽ εὐσεβῆ.
νικᾶν γε μέντοι πανταχοῦ χρῄζων ἔφυν,
πλὴν εἰς σέ· νῦν δὲ σοί γ᾽ ἑκὼν ἐκστήσομαι.
ἄφετε γὰρ αὐτόν, μηδὲ προσψαύσητ᾽ ἔτι.
ἐᾶτε μίμνειν. οὐδὲ σοῦ προσχρῄζομεν,
τά γ᾽ ὅπλ᾽ ἔχοντες ταῦτ᾽, ἐπείπερ ἔστι μὲν

V. 1023. *ἀλλά*] 'Saltem'. Cfr. Herm. ad Vig. p. 811 n. 273 et Elmsl. ad Eur. Heracl. 363. De *τῷ χρόνῳ* vid. Lob. ad Ai. 305.

V. 1025 sq. Apposite Camer. comparavit Hom. Il. VI 284 sq.: *εἰ κεῖνόν γε ἴδοιμι κατελθόντ᾽ Ἄϊδος εἴσω, φαίην κεν φρέν᾽ ἀτέρπου ὀϊζύος ἐκλελαθέσθαι.*

V. 1026. *τῆς νόσου πεφευγέναι*] Ad similitudinem formatum Homerici Od. I 18: *οὐδ᾽ ἔνθα πεφυγμένος ἦεν ἀέθλων.* Ea enim perfecti graeci potestas est, ut *πέφευγα* non tam 'effugi' quam 'liber sum' significet. Valde igitur erraverit, qui ex hoc loco concluserit verbum *φεύγειν* omnino cum genetivo a poetis coniunctum esse.

V. 1030. Schol.: *εἴ μοι παρείκοι· εἰ καιρὸς ἐπιτρέψειέ μοι.* Verbum impersonale est *παρείκει.* Plat. Leg. V p. 734 B: *τὸν βουλόμενον ἡδέως ζῆν οὐκέτι παρείκει ἑκόντα γε ἀκολάστως ζῆν.* Symp. p. 187 extr.: *καθ᾽ ὅσον παρείκει, φυλακτέον ἑκάτερον τὸν ἔρωτα.* BUTTM. — Schol.: *νῦν δ᾽ ἑνὸς κρατῶ λόγου· νῦν δὲ σιωπῶ.* Huic interpretationi *ἑνὸς* non convenit, quamobrem Schneidewinus *ἑνὸς* mutabat in *ἑκών.* Sed apte *ἑνὸς λόγου* opponitur verbis *πολλὰ λέγειν.* Sententia est: 'nunc vero unius verbi potestas mihi est'. Cum autem hic usus verbi *κρατῶ* loco O. R. 408 *εἰ καὶ τυραννεῖς, ἐξισωτέον τὸ γοῦν ἴσ᾽ ἀντιλέξαι· τοῦδε γὰρ κἀγὼ κρατῶ* non satis defendatur, videtur *κρατῶ* corruptum esse ex *καιρός.*

V. 1031 sq. *οὗ γὰρ τοιούτων δεῖ*] Perperam schol. *νῦν δὲ σιωπῶ· οἶδα γὰρ τοῦτο ποιεῖν ὅπου δεῖ.* Nam *γὰρ* non causam addit verborum *κρατῶ λόγου,* sed explicationem unius orationis quam Ulixes conviciis Philoctetae opponit (*ἑνὸς λόγου*). *τοιούτων* autem i. e. 'talium qualis nunc ego sum' per euphemismum quendam dicitur pro *δολίων καὶ πανούργων ἀνδρῶν.* De *μου* pronomine enclitico post comparativum posito Advers. in Soph. Phil. p. 49 dixi.

V. 1034. *νικᾶν χρῄζων ἔφυν*] De locutione *χρῄζων ἔφυν* ad Ant. 499 diximus.

V. 1035. O. R. 370: *ἀλλ᾽ ἔστι, πλὴν σοί· σοὶ δὲ τοῦτ᾽ οὐκ ἔστ᾽.* Xen. Anab. I 8, 6: *πάντες πλὴν Κύρου· Κῦρος δὲ* etc.

Τεῦκρος παρ' ἡμῖν, τήνδ' ἐπιστήμην ἔχων,
ἐγώ θ', ὃς οἶμαι σοῦ κάκιον οὐδὲν ἂν
τούτων κρατύνειν, μηδ' ἐπιθύνειν χερί.
τί δῆτα σοῦ δεῖ; χαῖρε τὴν Λῆμνον πατῶν.
ἡμεῖς δ' ἴωμεν, καὶ τάχ' ἂν τὸ σὸν γέρας
τιμὴν ἐμοὶ νείμειεν, ἣν σὲ χρῆν ἔχειν.
**ΦΙ.** οἴμοι, τί δράσω δύσμορος; σὺ τοῖς ἐμοῖς
ὅπλοισι κοσμηθεὶς ἐν Ἀργείοις φανεῖ;
**ΟΔ.** μή μ' ἀντιφώνει μηδέν, ὡς στείχοντα δή.
**ΦΙ.** ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, οὐδὲ σοῦ φωνῆς ἔτι
γενήσομαι προσφθεγκτός, ἀλλ' οὕτως ἄπει;
**ΟΔ.** χώρει σύ, μὴ πρόσλευσσε, γενναῖός περ ὤν,
ἡμῶν ὅπως μὴ τὴν τύχην διαφθερεῖς.
**ΦΙ.** ἦ καὶ πρὸς ὑμῶν ὧδ' ἔρημος, ὦ ξένοι,
λειφθήσομαι δή, κοὐκ ἐποικτερεῖτέ με;
**ΧΟ.** ὅδ' ἐστὶν ἡμῶν ναυκράτωρ ὁ παῖς· ὅσ' ἂν
οὗτος λέγῃ σοι, ταῦτά σοι χἠμεῖς φαμέν.
**ΝΕ.** ἀκούσομαι μὲν, ὡς ἔφυν οἴκτου πλέως,
πρὸς τοῦδ'· ὅμως δὲ μείνατ', εἰ τούτῳ δοκεῖ,

V. 1038 sqq. *ἐπείπερ ἔστι μὲν* etc.] Notandum anacoluthon, quod est in verbis *ἔστι μὲν Τεῦκρος—ἐγώ τε.* Sic rursus v. 1136 sq.: *ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας στυγνόν τε φῶτα.* v. 1424 sq.: *πρῶτον μὲν νόσου παύσει λυγρᾶς ἀρετῇ τε πρῶτος* etc. et alibi saepissime. Cfr. Matth. ad Eur. Or. 24, [nostram adnot. ad Eur. Med. 125].

V. 1039. Schol.: *οὐ μόνον Τεῦκρός ἐστι τοξότης, ἀλλὰ κἀγὼ ὑπολαμβάνω ἐμαυτὸν τούτων ἔμπειρον εἶναι, οὐχ ἧττον σοῦ. Ὅμηρος* (Od. VIII 215)· *εὖ μὲν τόξον οἶδα ἐΰξοον ἀμφαφάασθαι.* Vide ad Aiac. 1093 sqq.

V. 1040 sq. *ὃς οἶμαι — χερί*] Notum est post verba putandi Graecos consuevisse nunc *οὐ* nunc *μή* particulam infinitivo apponere, cum saepe nihil interesset, utrum ad verbum finitum putandi, an ad infinitivum negatio referretur. Nihil igitur in eo offensionis est, quod hic primum *οὐ*, deinde *μή* particula posita est, eo aptior loco secundo, quo magis eam coniungere cum infinitivo auditores cogebantur. Simillime Plato Protagor. p. 319 B: *ὅθεν δὲ αὐτὸ ἡγοῦμαι οὐ διδακτὸν εἶναι μηδ' ὑπ' ἀνθρώπων παρασκευαστὸν ἀνθρώποις, δίκαιός εἰμι εἰπεῖν.*— De addito substantivo *χερί* cfr. ad Ai. 710 sq.

V. 1049. Schol.: *προσφθεγκτός· προσφωνηθῆναι ἄξιος.* De genetivo ex hoc nom. pendente cfr. O. R. 1437: *μηδενὸς προσήγορος* et Krueg. II § 47, 26, 7.

V. 1050. Vox *γενναῖος* e latiore suo significatu saepe misericordiae potissimum notionem induit. Vide supra v. 799, O. R. 1510. BUTTM.

V. 1056. Schol.: *τὸ ἑξῆς· ἀκούσομαι πρὸς τοῦδε, ὡς εἰμὶ οἴκτου μεστός· οἷον, καταγνωσθήσομαι ὡς ἥττων οἴκτου.* De verbi *ἀκούειν* usu ad v. 380 admonuimus.

V. 1057. *τοῦδε*, Ulixis; *τούτῳ*, Philoctetae. *δοκεῖ* scil. *μεῖναι*

χρόνον τοσοῦτον, εἰς ὅσον τά τ' ἐκ νεὼς
στείλωσι ναῦται, καὶ θεοῖς εὐξώμεθα.
χοὗτος τάχ' ἂν φρόνησιν ἐν τούτῳ λάβοι
λῴω τίν' ἡμῖν. νὼ μὲν οὖν ὁρμώμεθον
ὑμεῖς δ', ὅταν καλῶμεν, ὁρμᾶσθαι ταχεῖς.

(στροφὴ α'.)

ΦΙ. Ὦ κοίλας πέτρας γύαλον
θερμὸν καὶ παγετῶδες, ὥς σ' οὐκ ἔμελλον ἄρ', ὦ τάλας,
λείψειν οὐδέποτ', ἀλλά μοι
καὶ θνήσκοντι συνοίσει.

**ὑμᾶς**, quod optasse videtur Philoctetes v. 1070 sq. Cfr. infra v. 1178 sqq.

V. 1058. Schol.: *τά τ' ἐκ νεώς*· *τὰ ἐπὶ τῆς νεώς*. Recte; nam *τὰ ἐκ νεὼς στείλωσι* ex vulgari dicendi ratione dictum est pro *τὰ ἐπὶ νεὼς ἐκ νεὼς στείλωσι*, id quod maxime ad malum erigendum (*στήσασθαι ἱστὸν ἐκ νεώς*) armamentaque tollenda pertinere vidit Herm. in retractationibus adnot. ad S. Ph. p. 15.

V. 1061. *ὁρμώμεθον*] Eadem primae personae dualis forma occurrit El. 950 *λελείμμεθον*. Antiquissimum exemplum huius formae habetur Hom. Il. XXIII 485 *περιδώμεθον*, ubi quidem alii libri *περιδώμεθα* cum hiatu exhibent. Non satis causae est quod cum Elmsleio faciamus hanc formam ab Alexandrinis grammaticis fictam esse putante (ad Arist. Ach. 733).

V. 1062. *ὁρμᾶσθαι ταχεῖς*] De adiectivo, pro quo adverbium exspectaveris, confer 526: *ὁρμάσθω ταχύς*, 808: *νόσος ταχεῖ' ἀπέρχεται*, 1223: *ἕρπεις ταχύς*, Ai. 1266 sq.: *χάρις ταχεῖα διαρρεῖ*, Ant. 231: *τοιαῦθ' ἑλίσσων ἤνυτον σχολῇ βραδύς*, 1215: *ἴτε ὠκεῖς*. De infinitivo pro imperativo posito cfr. ad v. 57.

V. 1063—1138. *ὦ κοίλας — βιόδωρος αἶα*] Postquam Ulixes cum Neoptolemo discessit, Philoctetes arcu spoliatus de summa calamitate, in quam Ulixis fraude coniectus sit, conqueritur. In eius autem calamitatis cogitatione ita defixus haeret, ut, quae chorus admonet v. 1077 — 1081, 1096 — 1100, 1117 — 1122, nihil omnino advertat, nec quicquam ad ea respondeat. Vide quae ad Ai. 359 adnotavimus. Ceterum qui consideraverit quae antea prolata a Philocteta sunt (v. 1004—1065), is valde errare intelleget eos interpretes, qui, si quando Philoctetes in hoc loco de fraude iniuriaque sibi illata queritur non addito nomine hominis, a quo profecta sit, Neoptolemum significari putant. Immo luculentissime ex antecedentibus apparet nonnisi in Ulixem omnia illa convicia dici.

V. 1065. *θερμὸν καὶ παγετῶδες*] Recte vidit Thudichum molestias et caloris nimii et frigoris significari, quae perferendae antri habitatori sunt. De adiectivo *παγετῶδες* cfr. v. 293 sqq.

V. 1067. Schol.: *ἀλλά μοι καὶ θνήσκοντι συνοίσει*· *ἀντὶ τοῦ καὶ ἀπολλυμένῳ μοι σύμφορον ἔσῃ καὶ ὠφέλιμον, καὶ δέξῃ με ἀποθανόντα. Ἢ οὕτω· σὺν ἐμοὶ ἔσῃ καὶ ὄψει με ἀποθανόντα. ὑπερβολικῶς· οἷον καὶ μετὰ θάνατον συνελεύσῃ μοι, καὶ οὐ καταλείψεις με.* Certum hoc est, verborum *ἀλλά μοι καὶ θν. σ.* hunc fere sensum esse debere: 'sed etiam morienti mihi habitaculum eris', id est 'sed etiam apud te' (appellat enim antrum ut socium) 'moriar'. Sed illud incertum est, scripseritne Sophocles *συνοίσει*, 'conveniens,

ὤμοι μοί μοι.
ὦ πληρέστατον αὔλιον
λύπας τᾶς ἀπ' ἐμοῦ τάλαν,
τίπτ' αὖ μοι τὸ κατ' ἆμαρ
ἔσται; τοῦ ποτε τεύξομαι
σιτονόμου μέλεος πόθεν ἐλπίδος;
εἴθ' αἰθέρος ἄνω
πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος
ἕλωσί μ'· οὐ γὰρ ἔτ' ἰσχύω.
*ΧΟ.* σύ τοι, σύ τοι κατηξίωσας, ὦ βαρύποτμ', οὐκ
ἄλλοθεν ἁ τύχα ἅδ' ἀπὸ μείζονος,

idoneum, commodum eris', an quod ab Reiskio vel Elmsleio inventum est aptiusque videtur *συνείσει*, 'etiam mortem meam videbis'. De hoc usu verbi *συνειδέναι*, scire de aliquo, cfr. Ant. 266.

V. 1069 sq. *πληρέστατον αὔλιον λύπας*] I. e. 'antrum plenum gemitus', dolore extorti. Cfr. 936—939. Sententiae valde commodum sit *τάλαν* leviter mutatum in *πάλαι*.

V. 1071. Schol.: *τί ποτ' αὖ μοι τὸ κατ' ἦμαρ· τί ἄρα τρόφιμόν μοι καθ' ἡμέραν ἔσται;* — *Τίπτε*, id est *τί ποτε*, 'quid tandem'. Sic Soph. El. 823 *ποῦ ποτε*, 'ubi tandem', et ibid. 930. — *τὸ κατ' ἦμαρ*, 'victus quotidianus'. Plenius Soph. O. C. 1364: *τὸν καθ' ἡμέραν βίον*. Alio sensu *τὸ κατ' ἦμαρ* Eurip. El. 145, 183 dixit.

V. 1072 sq. *τοῦ ποτε — ἐλπίδος*] De duplici interrogatione in unum membrum contracta cfr. 243 sq. Tum *ἐλπὶς σιτονόμος* significat *ἐλπὶς διανομῆς σίτου*. Cfr. Lobeck. ad Ai. p. 231 ed. sec. [et quae nos ad Eur. Med. 1010 adnotavimus].

V. 1074 sqq. *εἴθ' αἰθέρος*] Vehementer haec corrupta sunt. Ex scholiis, in quibus variae lectiones *πτωχάδες, πρωτάδες, δρομάδες* et interpretationes *δρομάδες· αἱ καταιγίδες, πτωκάδες· αἱ Ἅρπυιαι ἐπιθετικῶς διὰ τὸ ἐπεμπίπτειν ἢ διὰ τὴν φωνήν* adferuntur, nihil lucramur. Nam ipsum vocabulum *πτωκάδες* si quid aliud genuinum videtur idque nullo modo convenit ventis. Neque ad opinionem eorum interpretum qui hunc sensum statuunt: 'utinam vento in nubes abripiar', quem in sensum certe haec requirantur: *εἴθ' αὖραί μ' ἄνω — ἕλοιεν· οὐδ' ἔτ' ἀρκῶ*, vocabulum *πτωκάδες* accommodatum est. Rectius alii sententiam ad inopiam victus referunt. In aves autem, de quibus cogitant, illud epitheton non cadit; cadit vel maxime in leporem, *πτῶκα* vel *πτάκα* (cfr. *θῆρ' ὀρειβάτην* v. 955) et fortasse scripsit poeta haec: *εἰ θῆρες πλάνοι | πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος | ἐλῶσιν· οὐκέτ' ἴσχω*, 'cum vagae ferae fugaces per stridentem auram ferentur me non detinente'. Verba *ὀξυτόνου διὰ πνεύματος* ad celeritatem depingendam apta sunt.

V. 1077 sq. Schol.: *σύ τοι, σύ τοι κατηξίωσας· σὺ σαυτῷ περιεποίησας τὴν νόσον· σὺ σαυτῷ τούτων πρόξενος γέγονας, ὦ δυστυχέστατε· σὺ σαυτῷ κατηξίωσας, καὶ οὐκ ἀπό τινος ταύτῃ τῇ τύχῃ ἐνέχῃ ἀπὸ μείζονος σοῦ· διὸ μηδένα ἄλλον αἰτιῶ, ἀλλὰ σαυτόν· ἐξῆν γάρ σοι ἀκολουθήσαντι τὰ κακὰ διαφυγεῖν.* Recte schol. vidit verbis *ἀπὸ μείζονος* accuratiorem adverbii *ἄλλοθεν* explicationem contineri. Ceterum tradita verba horum versuum valde suspecta sunt; *ἁ τύχα ἅδ'* positum est pro *ἔχει τύχα τᾷδ'* de Dindorfii coniectura haud satis certa.

ταρὸν φρονῆσαι,
. δαίμονος εἷλου τὸ κάκιον εὑρεῖν. 1100

(ἀντιστροφὴ α'.)

..ων. τλάμων ἄρ' ἐγὼ
..χθῳ λωβατός, ὃς ἤδη μετ' οὐδενὸς ὕστε-
ρον 1104
. ρῶν εἰσοπίσω τάλας
... ον ἐνθάδ' ὀλοῦμαι,
..αι, αἰαῖ,
οὐ φορβὰν ἔτι προσφέρων,
οὐ πτανῶν ἀπ' ἐμῶν ὅπλων
κραταιαῖς μετὰ χερσὶν
ἴσχων· ἀλλά μοι ἄσκοπα 1111
κρυπτά τ' ἔπη δολερᾶς ὑπέδυ φρενός.
ἰδοίμαν δέ νιν,
τὸν τάδε μησάμενον, τὸν ἴσον χρόνον
ἐμὰς λαχόντ' ἀνίας.

V. 1080. εὖτέ γε] 'Cum quidem'. Vide ad O. C. 84. — παρὸν φρονῆσαι, cum tibi liceret sapere, i. e. meliora eligere.

V. 1081. Schol.: τοῦ λῴονος δαίμονος· τοῦ συμφέροντος. λείπει ἡ ἀντί. Male; genetivus aptus est ex notione comparativi, quae inest in verbo εἷλου, ita ut sensus sit: μᾶλλον τὸ κάκιον ἢ λῴονα δαίμονα ἐβούλου εὑρεῖν. De locutione αἱροῦμαι εὑρεῖν τι, 'malo mihi parare quid', confer El. 1304: κοὐδ' ἂν σε λυπήσασα δεξαίμην βραχὺ αὐτὴ μέγ' εὑρεῖν κέρδος, coll. Comm. mea de scholiorum in Soph. tragg. auctoritate p. 18 sq. et quae de usu verbi εὑρεῖν ad Trach. 25 adnotavimus.

V. 1083. Schol.: ὃς ἤδη μετ' οὐδενός· τὸ ἑξῆς· ὃς ἤδη ἐνθάδε ὀλοῦμαι, μετ' οὐδενὸς ὕστερον ἀνδρὸς εἰσοπίσω τάλας ναίων· ὁ δὲ νοῦς· ἄρα ἐγὼ δύστηνος ἐνταῦθα ἀπολοῦμαι ἀνθρώπων κεχωρισμένος;

V. 1088. Schol.: οὐ φορβὰν ἔτι προσφέρων· ἀντὶ τοῦ προσφερόμενος· ἐνίοτε δὲ ἔμπαλιν φησὶ διακονούμενος ἀντὶ τοῦ διακονῶν, καὶ στιβαδοποιούμενος ἀντὶ τοῦ στιβαδοποιῶν.

V. 1090 sq. Male Brunck. ad κρατ. μετὰ χερσὶν intellegi ὄντων iubet. Μετὰ χερσὶν est 'in manibus'. Ad ἴσχων repetendum φορβάν.

V. 1091 sq. Schol.: ἀλλά μοι ἄσκοπα· ἀπροσδόκητα, δόλια, ἃ οὐκ ἔστι προσκέψασθαι. γρ. δὲ καὶ ἄψοφα, ἀπὸ τοῦ μὴ ψοφεῖν, ἀντὶ τοῦ λαθραῖα. Ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κολυμβώντων (hoc pertinet ad ὑπέδυ). Κρυπτὰ δὲ ἔπη φησὶ τὰ τοῦ Ὀδυσσέως. Εἰς τὸ αὐτό· ἀλλά μοι τὰ ἀφανῆ καὶ κρυπτὰ δολίας φρενὸς ὑπέδυ με· τὸ δὲ ἑξῆς· ἀλλά μοι ὑπέδυ ἄσκοπα κρυπτά τε ἔπη δολερᾶς φρενός. Male scholiasta μὲ supplet. Nec debebat Buttmannum locutio ὑπέδυ μοι offendere. Cfr. Trach. 298: ἐμοὶ γὰρ οἶκτος δεινὸς εἰσέβη. Herodot. VI 138: καί σφίσι βουλευομένοισι δεινόν τι ἐσέδυνε. Plato de Rep. p. 330 D: εἰσέρχεται αὐτῷ δέος καὶ φροντίς. De vocabulo ἄσκοπος ad El. 848 diximus.

ΧΟ. πότμος, πότμος σε δαιμόνων τάδ', οὐδὲ σέ γε
δόλος
ἔσχ' ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς. στυγερὰν ἔχε
δύσποτμον ἀρὰν ἐπ' ἄλλοις·
καὶ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο μέλει, μὴ φιλότητ' ἀπώσῃ.

(στροφὴ β'.)

ΦΙ. οἴμοι μοι· καί που πολιᾶς
πόντου θινὸς ἐφήμενος
γελᾷ μου, χερὶ πάλλων

V. 1096 sq. Schol.: *πότμος σε δαιμόνων· λείπει ἡ ἐξ· ἐκ θεῶν γὰρ τύχη τις τοῦτο κεκλήρωκεν, καὶ οὐχ ὑπ' ἐμοῦ δεδόλωσαι· κατὰ κοινοῦ τὸ ἔσχεν. Τὸ δὲ ἑξῆς· πότμος σε δαιμόνων τάδ' ἔσχεν· οὐδέ σε δόλος ἔσχεν ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς· ὁ δὲ νοῦς· παῦσαι τῶν καταρῶν τούτων, μὴ διὰ τούτων κτήσῃ ἡμᾶς ἐχθρούς· θεὸς γὰρ τῆς δυστυχίας ταύτης παραίτιος, οὐχ ἡμεῖς γεγόναμεν, οὔτε δόλῳ ὑπεισελθόντες, οὔτ' ἄλλῳ τινὶ πράγματι.* Male scholiasta *ἐξ* praepositionem supplet; *πότμος δαιμόνων* est *θεία μοῖρα*. Similiter Verg. Aen. II 257: 'fatisque deum defensus iniquis — laxat claustra Sinon'. Ceterum praegnanter dictum *τάδε πότμος δαιμόνων σε ἔσχε*, significans: *τάδε ἐστὶ πότμος δαιμόνων ἃ ἔσχε σε*, 'hoc quod te tenuit fatum deorum est'. Simillime Aesch. Pers. 750: *πῶς τάδ' οὐ νόσος φρενῶν εἶχε παῖδ' ἐμόν;*

V. 1097. *σέ γε*] Recte Buttmannus epicam esse hanc formam loquendi monet, qua in sermone bimembri pronomen subiecti vel obiecti communis in posteriore membro non necessarium quidem, sed cum vi ponatur, addita plerumque *γὲ* particula, veluti Hom. Il. V 184: *ὅγ' ἀνήρ*, III 409: *ἤ ὅγε*, X 237: *μηδὲ σύ γε — σὺ δέ*. Rarissime tamen poetae tragici hanc epicorum formam loquendi imitati sunt, neque fecerunt id nisi in carminibus melicis. Apud Sophoclem unus praeter hunc locum exstat eiusdem generis, O. R. 1102: *τίς σε, τέκνον, τίς σ' ἔτικτε τῶν μακραιώνων ἄρα, Πανὸς ὀρεσσιβάτα πατρὸς πελασθεῖσ', ἤ σέ γ' εὐνάτειρα Λοξίου;* Cui simillimum est quod legimus apud Homer. Od. VIII 488: *Δημόδοκ', ἔξοχα δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων, ἢ σέ γε Μοῦσ' ἐδίδαξε, Διὸς παῖς, ἤ σέ γ' Ἀπόλλων.*

V. 1097 sq. *ἔσχ' ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς*] Dictum ita propter membrum oppositum pro eo, quod exspectaveris, *οὐδὲ ἐσχέθης δόλῳ ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς*. Monuit iam Buttm.

V. 1098 sq. *στυγερὰν ἔχε — ἐπ' ἄλλοις*] 'Dirige diras in alios' ('non in me': nihil aliud enim *ἐπ' ἄλλοις* dicit nec certi quidam intellegendi sunt). De usu verbi *ἔχειν* ad v. 303 diximus.

V. 1100. Recte schol.: *παῦσαι τῶν καταρῶν τούτων, ὦ Φιλοκτῆτα, μὴ διὰ τούτων κτήσῃ ἡμας ἐχθρούς.* Fieri enim non potest, quin Philoctetes chori etiam, qui Ulixis causam agat, ab se animum diris, quibus virum illum exsecratur, abalienet.

V. 1101 sq. Nota *πολιᾶς πόντου θινός*, quod dici debebat *πολιοῦ πόντου θινός*, ut apud Hom. Il. I 350: *θῖν' ἐφ' ἁλὸς πολιῆς*. Ita solent tragici epitheta nominibus non suis applicare, dummodo notiones, quibus opus est, in tota verborum complexione adsint. Vide Eur. Herc. f. 396 et Lobeck. ad Ai. 7. HERM.

V. 1103. Schol.: *γελᾷ· ὁ Ὀδυσσεύς*. Notandus autem usus rarissimus verbi simplicis *γελᾶν*

*τὰν ἐμὰν μελέου τροφάν,*
*τὰν οὐδείς ποτ' ἐβάστασεν.*
*ὦ τόξον φίλον, ὦ φίλων*
*χειρῶν ἐκβεβιασμένον,*
*ἦ που ἐλεινὸν ὁρᾷς, φρένας εἴ τινας*
*ἔχεις, τὸν Ἡράκλειον*
*ἄρθμιον ὧδέ σοι*
*οὐκέτι χρησόμενον τὸ μεθύστερον·*
*ἀλλ' ἐν μεταλλαγᾷ*
*πολυμηχάνου ἀνδρὸς ἐρέσσει,*
*ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας,*
*στυγνόν τε φῶτ' ἐχθοδοπόν,*

cum genetivo coniuncti. Vulgo tantum *καταγελᾶν* ita dicitur. Sed vide quae ad Ai. 745 adnotavimus.

V. 1104. *τροφάν*, i. e. *τόξα*. Vide v. 931, 933.

V. 1106. *φίλων χειρῶν* Homerico dicendi genere.

V. 1109 sqq. Schol.: *ἀντὶ τοῦ ἐμέ, τὸν τοῦ Ἡρακλέους διάδοχον.* Hesychius: *ἄρθμιοι· φίλοι, παρὰ τὸ ἡρμόσθαι, καὶ συμφωνεῖν ἡμῖν.* Conferatur Philostr. Iun. in Icon. p. 889 ed. Olear.: *θεράπων δὴ γενέσθαι τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Φιλοκτήτης ἐκ νηπίου, ὅτε καὶ φορεὺς εἶναί οἱ τῶν τόξων, ἃ δὴ καὶ ὕστερον μισθὸν λαβεῖν παρ' αὐτοῦ τῆς εἰς τὴν πυρὰν ὑπουργίας.*

V. 1112. Genetivus *ἀνδρὸς* pendet ab *μεταλλαγᾷ*, totiusque loci hic est sensus: 'in mutata possessione', i. e. 'in alius possessione viri vafri gestaris'. Vide ad v. 139 sq. Cum autem mancum esse versum ex metro versus antistrophici appareat et cum *ἐν μεταλλαγᾷ ἐρέσσει* parum probetur, videndum est ne quod vocabulum interciderit unde genetivus *πολυμηχάνου ἀνδρὸς* aptus esset, velut *χεροῖν δ' ἐν μεταλλαγᾷ π. α. ἐρέσσει.* Neque vero, ut monet M. Seyff., remigandi imago in arcus usum qualemcunque vis quadrat, ut fortasse pro *ἐρέσσει* scribendum sit *ἑλίσσει*.

V. 1114. *ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας*] Ad Ulixem haec, non ad Neoptolemum pertinere primum ex eo apparet, quod Philoctetes in toto hoc carmine, quod post Ulixis et Neoptolemi discessum canit, de Ulixe tantum conqueritur et conqueri debet, ut cuius solius vi et iniuria armis suis, quae Neoptolemus iam redditurus erat (974 sqq.), in perpetuum destitutus sit. Vide ad v. 1063 sqq. adnotata. Deinde cum et antecedentia *πολυμηχάνου ἀνδρὸς* necessario ad Ulixem referri debeant et sequentia *στυγνόν τε φῶτ'* etc., inque his ipsis Philoctetes verbo *αἰσχρῶν* fraudem, qua privatus sit arcu, ex Ulixe esse ortam declararit: profecto verba *αἰσχρὰς ἀπάτας* et ad eandem illam iniuriam debere referri, cum aliam non sit expertus fraudem, neque ad alium posse quam ad Ulixem pertinere certissimum est. Postremo participium etiam praesentis *ὁρῶν* satis superque ostendit verba *αἰσχρὰς ἀπάτας στυγνόν τε φῶτ' ἐχθ.* poetarum more in hunc sensum esse dicta: 'turpes fraudes invisi hostis', i. e. 'videns, qui turpes commisit fraudes, invisum hostem'. Ceterum de collocatione *μὲν* particulae cfr. v. 279 sq.: *ὁρῶντα μὲν ναῦς —, πάσας βεβώσας, ἄνδρα δ' οὐδέν' ἔντοπον.*

V. 1115 sq. Participium *ἀνατέλλοντα* active dictum pro *ἀναπέμποντα*, ita ut sensus hic sit: 'innumera ex turpibus malis exoriri facientem'. Post *ἐμήσατο* in

μυρί' ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλλονθ', ὅσ' ἐφ' ἡμῖν
κάκ' ἐμήσατο . . . .
ΧΟ. ἀνδρός τοι τὸ μὲν εὖ δίκαιον εἰπεῖν,
εἰπόντος δὲ μὴ φθονερὰν
ἐξῶσαι γλώσσας ὀδύναν.
κεῖνος δ' εἷς ἀπὸ πολλῶν
ταχθεὶς τῶνδ' ἐφημοσύνᾳ
κοινὰν ἤνυσεν ἐς φίλους ἀρωγάν.
(ἀντιστροφὴ β'.)
ΦΙ. ὦ πταναὶ θῆραι, χαροπῶν τ'
ἔθνη θηρῶν, οὓς ὅδ' ἔχει
χῶρος οὐρεσιβώτας,

libris additur Ὀδυσσεύς, quod nomen interpreti deberi et metro et sensu admonemur. Fortasse Ὀδυσσεύς inepta interpretatio est Homerici Οὖτις, ut poeta scripsisse videatur ὅσ' ἐφ' ἡμῖν κάκ' ἐμήσατ' οὔτις, 'innumera mala ex turpibus facinoribus procreantem quot nemo in me machinatus est'. De οὔτις cfr. Ai. 424, Aesch. Eum. 666. Addit Hermannus: 'Turpia mala, quae iam est machinatus Ulixes, in eo posita sunt, quod et exposuit Philoctetam et nunc arcu privavit; mala autem, quae ex his excitare eum dicit, sunt carentis arcu multo miserabilior vita'. Ceterum de μὲν — τὲ particulis ad v. 1038 sq. admonuimus.

V. 1117 sq. ἀνδρός τοι — ὀδύναν] Certissimum mihi videtur verba εὖ δίκαιον aliquid vitii contraxisse. Fortasse scriptum fuit τὸ μὲν οὐ δίκαιον εἰπεῖν vel potius τὸ μὲν ἔκδικον κατειπεῖν. Illud quidem non dubito, quin istiusmodi quid positum fuerit, ut sensus hic esset: 'viri boni est libere dicere quidquid iniustum putet esse, sed ubi dixerit, dictis acerbis invidiaeque plenis abstinere'. Concedit chorus Philoctetae esse, quod de fraude sibi illata conqueratur, sed admonet simul, ne acerbis malignisque verbis in Ulixem invehatur, quippe qui, id quod sequentibus explicat, non malevolentia quadam ductus aut sui commodi causa, sed amicorum saluti ut prospiceret id, quod molestum Philoctetae sit, suscipiendum faciendumque putarit. De ἀνδρός significatu ad Ai. 512 dixi. Deinde nihil offensionis est in genetivo εἰπόντος, pro quo poterat poeta εἰπόντα dicere, sed metri gratia posuit εἰπόντος, praecedenti genetivo ἀνδρός accommodatum. Denique verbis φθονερὰν ἐξῶσαι γλώσσας ὀδύναν nihil significatur nisi γλώσσαλγον εἶναι, sive, ut recte scholiasta interpretatur, πικραίνεσθαι. Cfr. Eur. Med. 525: δεῖ μ' — ὑπεκδραμεῖν τὴν σὴν στόμαργον, ὦ γύναι, γλωσσαλγίαν. Androm. 689: ἢν δ' ὀξυθυμῇς, σοὶ μὲν ἡ γλωσσαλγία μείζων, ἐμοὶ δὲ κέρδος ἡ προμηθία.

V. 1121. τῶνδε ad πολλῶν referendum est.

V. 1123 sq. Schol.: ὦ πτηναὶ θῆραι· ἀντὶ τοῦ ὦ ἄγραι· ἀγρεύει γὰρ καὶ πτηνά. Similiter Romani verbum 'venationis', quod idem proprie atque θήρα significat, notione rei, quae capitur vel capta est, usurparunt. Cfr. Liv. XXXV 49: 'cum miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa et varia venatio etc.'.

V. 1124 sq. Οὓς — οὐρ. poetice dictum pro: 'qui hic in montibus pascimini'. Conferendum vocabulum οἰοβώτης, quo usus poeta est Ai. 614.

φυγᾷ μ' οὐκέτ' ἀπ' αὐλίων
πελᾶτ'· οὐ γὰρ ἔχω χεροῖν
τὰν πρόσθεν βελέων ἀλκάν,
ὢ δύστανος ἐγὼ τανῦν·
ἀλλ' ἀνέδην ὅδε χῶρος ἐρύκεται,
οὐκέτι φοβητὸς ὑμῖν,
ἕρπετε, νῦν καλὸν
ἀντίφονον κορέσαι στόμα πρὸς χάριν
ἐμᾶς σαρκὸς αἰόλας.
ἀπὸ γὰρ βίον αὐτίκα λείψω.
πόθεν γὰρ ἔσται βιοτά;
τίς ὧδ' ἐν αὔραις τρέφεται,
μηκέτι μηδενὸς κρατύνων ὅσα πέμπει βιόδωρος
αἶα;

ΧΟ. πρὸς θεῶν, εἴ τι σέβει, ξένον πέλασσον

V. 1126 sq. Schol.: *φυγᾶ μ' οὐκέτ' ἀπ' αὐλίων· ἀντὶ τοῦ οὐκέτι φεύξεσθέ με, οὐκέτι μετὰ φυγῆς καὶ φόβου προσπελάσετέ μοι.* Similiter atque *φυγῇ φεύγειν* hoc loco dictum est *φυγῇ — πελάζειν*, significans 'ita appropinquare, ut statim rursus aufugias'. Sensus enim totius loci hic est: 'opportunum iam est, o ferae, appropinquare a lustris vestris ad me, ut me petatis et carne mea vos satietis, non, ut antea fecistis, ut me fugiatis'. De verbo *πελάζειν* cum accusativo coniuncto cfr. infra v. 1163, Eur. Androm. 1167 *δῶμα πελάζει*, Rhes. 13 *τὰς ἡμετέρας κοίτας πλάθουσι.* De futuri forma *πελᾶτε* cfr. quae Elmsl. ad O. Col. 1060 attulit. Ceterum non haberet sententia aliquid tumidi et a Sophocle alieni, ut nunc habet, si scriptum esset: *φυγᾷ μηκέτ' ἀπ' αὐλίων* (ab antro meo) *πλάζεσθ'· οὐ γὰρ κτἑ.*

V. 1128. Non puto *ἀλκὰν* a Sophocle scriptum esse; neque enim spondeus ferri hic potest. Herm. coniecit *ἀκμάν.*

V. 1130 sqq. *ἀλλ' — νῦν καλόν*] Particula *ἀλλά* iungenda est cum *ἕρπετε, νῦν καλόν* etc., verbis mediis *ἀνέδην — ἡμῖν* ita adiectis, ut pro membro causali sint. Vulgo eo sensu adici *γάρ* particula solet.

V. 1130. Schol.: *ἀλλ' ἀνέδην ὅδε χῶρος· ἐπ' ἐξουσίας ὁ τόπος ὑμῖν οὗτος ἀνεῖται, ἀντὶ τοῦ ἀδείᾳ ὑπὸ τῶν θηρῶν ὁ τόπος κατασχεθήσεται.* De forma orationis Neuius conferri O. R. 997 iubet.

V. 1131. Responsionis causa verba transponenda videntur: *φοβητὸς οὐκέθ' ὑμῖν.*

V. 1132. *καλόν ἐστι* significat 'opportunum est'. Cfr. fr. 152 Dind.: *ἀλλ' ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστίν, οὐ μένειν καλόν*, El. 384: *νῦν γὰρ ἐν καλῷ φρονεῖν.*

V. 1133 sq. *ἀντίφονον στόμα*] 'Os quod caedem pro caede reddit'. Sic *δίκαι ἀντίφονοι* in Soph. El. 248. MATTH. *Πρὸς χάριν*, 'ut volupe est'. Genetivus *σαρκὸς* pendet a *κορέσαι.* Cfr. Krueg. II § 47, 16, 1. Denique *αἰόλας* recte Musgr. propter ulcus, non propter vulnera a feris facta additum vidit.

V. 1137. Schol.: *τίς ὧδ' ἐν αὔραις τρέφεται· τίς τρέφεται ἐξ ἀνέμων, μηδενὸς τῶν ἐκ γῆς τροφίμων εὐπορῶν;* De *ἐν* praepositione ad v. 60 diximus. Cfr. Plato de Legg. X p. 887 D *ἐν γάλαξι τρεφόμενοι.*

V. 1139 sq. *πρὸς θεῶν —*

εὐνοίᾳ πάσᾳ πελάταν.
ἀλλὰ γνῶθ', εὖ γνῶθ', ὅτι σὸν
κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν·
οἰκτρὰ γὰρ βόσκειν, ἀδαὴς δ'
ἔχειν μυρίον ἄχθος, ὃ ξυνοικεῖ.

('Ανομοιόστροφα.)

ΦΙ. πάλιν, πάλιν παλαιὸν ἄλγημ' ὑπέμνασας, ὦ
λῷστε τῶν πρὶν ἐντόπων.
τί μ' ὤλεσας; τί μ' εἴργασαι;
ΧΟ. τί τοῦτ' ἔλεξας;
ΦΙ. εἰ σὺ τὰν ἐμοὶ στυγερὰν
Τρῳάδα γᾶν μ' ἤλπισας ἄξειν.
ΧΟ. τόδε γὰρ νοῶ κράτιστον.
ΦΙ. ἀπό νύν με λείπετ' ἤδη.
ΧΟ. φίλα μοι, φίλα ταῦτα παρήγγειλας ἑκόντι τε πράσσειν.
ἴωμεν, ἴωμεν,
ναὸς ἵν' ἡμῖν τέτακται.
ΦΙ. μή, πρὸς ἀραίου Διός, ἔλθῃς, ἱκετεύω.
ΧΟ. μετρίαζε.

**πέλασσον**] 'Per deos, si quid tibi religioni habes, obfer te hospiti qui summa benevolentia se tibi obfert'. Hanc sententiam, quam etiam M. Seyff. proposuit, voluisse poetam, ratio docet quam inter **πέλασσον** et **πελάταν** intercedere apparet. Cum verbis **εἴ τι σέβει** cfr. v. 468 sq., de accusativo **ξένον** v. ad v. 1126 sq., de forma **πέλασσον** cfr. **ὅσσα** v. 509 et formam **μέσσος**, qua Sophocles alibi usus est.

V. 1141. De **ἀλλὰ** particula v. ad v. 228.

V. 1142. **κῆρα τάνδ'**] Morbus cur **κήρ** appellatus sit, ad v. 42 explicavimus.

V. 1143 sq. Sensus est: 'hic morbus miserabilis est ad alendum eum, et nescius sustinere infinita mala, quae cum eo coniuncta sunt'. Id est: maior est hic morbus, quam ut qui eo affectus sit tanta mala perferre queat. HERM. De verbo **βόσκειν** confer v. 313: **βόσκων τὴν ἀδηφάγον νόσον**, de **ξυνοικεῖ** (scil. **αὐτῇ**) quae ad v. 266 adnotata sunt.

V. 1145. Schol. ad v. 1165 recte adnotat: **Οὗτος δὲ ταῦτα λεγόντων συνίησιν, ὅτι παραινοῦσιν αὐτῷ εἰς Ἴλιον ἐλθεῖν· πρὸς ὃ ἀνακράζει, πάλιν, πάλιν μοι.**

V. 1146. Schol.: **ὦ λῷστε τῶν πρὶν ἐντόπων· ὦ βέλτιστε τῶν πλησιασάντων μοι πάλαι.**

V. 1153. Schol.: **φίλα μοι· ἐμοὶ βουλομένῳ ἡδέως ἀποπλεῦσαι κελεύεις.** Sensus est: 'iucunda mihi haec, quae praecepisti, sunt, et paratus sum ea facere'. Cfr. Aesch. Prom. 277 **οὐκ ἀκούσαις ἐπεθώυξας τοῦτο.**

V. 1155. **ἵνα ναὸς ἡμῖν τέτακται** est: 'qua in parte navis cuique nostrum sua est statio'. HERM.

V. 1156. Schol.: **μή, πρὸς ἀραίου· ἀρὰ ἡ εὐχή· ἀραῖος οὖν, ᾧ πάντες προσευχόμεθα, ἢ ὃν ἐπικαλούμεθα ἀρώμενοι· ὥσπερ δὲ ἱκέσιον λέγουσι τοῦ τοὺς ἱκέτας ἐποπτεύοντος, οὕτως**

ΦΙ. ὦ ξένοι,
μείνατε, πρὸς θεῶν. ΧΟ. τί θροεῖς;
ΦΙ. αἰαῖ, αἰαῖ· δαίμων, δαίμων.
ἀπόλωλ' ὁ τάλας.
ὦ πούς, πούς, τί σ' ἔτ' ἐν βίῳ
τεύξω τῷ μετόπιν τάλας;
ὦ ξένοι, ἔλθετ' ἐπήλυδες αὖθις.
ΧΟ. τί ῥέξοντες ἀλλοκότῳ
γνώμᾳ τῶν πάρος, ὧν προύφαινες;
ΦΙ. οὔτοι νεμεσητὸν
ἀλύοντα χειμερίῳ
λύπᾳ καὶ παρὰ νοῦν θροεῖν.
ΧΟ. βᾶθί νυν, ὦ τάλαν, ὥς σε κελεύομεν.
ΦΙ. οὐδέποτ', οὐδέποτ', ἴσθι τόδ' ἔμπεδον,
οὐδ' εἰ πυρφόρος ἀστεροπητὴς
βροντᾶς αὐγαῖς μ' εἶσι φλογίζων.
ἐρρέτω Ἴλιον, οἵ θ' ὑπ' ἐκείνῳ
πάντες, ὅσοι τόδ' ἔτλασαν ἐμοῦ ποδὸς
ἄρθρον ἀπῶσαι. ἀλλ', ὦ ξένοι,
ἕν γέ μοι, ἕν γέ μοι εὖχος ὀρέξατε.

ἀραίου τοῦ τοὺς ἀρωμένους ἐπισκοποῦντος. ἔλθῃς· ἀντὶ τοῦ ἀπέλθῃς. Diras imprecatur Philoctetes choro, si abeat. De sensu verbi ἔλθῃς vide ad v. 48.

V. 1162. Schol.: τεύξω· ποιήσω (quid tibi faciam?) μετόπιν· μετὰ ταῦτα, μετόπισθεν.

V. 1163. ἐπήλυδες αὖθις est 'revertentes'. Iam enim abibant. HERM.

V. 1164 sq. Schol.: τί πράξοντες ἐναντίᾳ γνώμῃ, ἕτερον παρὰ τὸ πρότερον. Sensus hic est: 'quid aliud facturi (revertamur) diverso a prioribus quae edicebas consilio tuo?' i. e. numquid consilium mutavisti? non videris. Genetivus τῶν πάρος pendet ab ἀλλοκότῳ ut ab ἄλλος, ἕτερος, διάφορος.

V. 1166. οὔτοι νεμεσητόν] Sic Hom. Il. IX 523: πρὶν δ' οὔτι νεμεσσητὸν κεχολῶσθαι, ubi schol.: πρότερον δὲ οὐ μεμπτὸς ὑπῆρχες ὀργιζόμενος. — De verbo ἀλύοντα confer Il. V 352 (de Venere vulnerata): ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσετο, τείρετο δ' αἰνῶς, ubi schol.: ἀδημονοῦσα, καὶ οἷον λύσιν μὴ εὑρίσκουσα τῶν κακῶν.

V. 1167 sq. Schol.: χειμερίῳ λύπᾳ· ταραχώδει πάθει, μεταφορικῶς· οὐκ ἔστι, φησί, μεμπτὸν τῷ δυστυχοῦντι καὶ παραφθέγγεσθαι. Frequentant χειμάζω 'turbandi' vel 'iactandi' sensu poetae. O. R. 101. Eur. Hippol. 315. MUSGR.

V. 1170. Schol.: τοῦτο γίνωσκε, ὅτι οὐκ ἔρχομαι, οὐδ' εἰ αὐτὸς ὁ Ζεὺς μετέλθοι με ταῖς βρονταῖς, τουτέστιν, οὐδ' εἰ κεραυνοῖ με ὁ Ζεύς, ἂν μὴ ἔλθω.

V. 1171. πυρφόρος ἀστεροπητής] Vide quae ad v. 1426 adnotavimus.

V. 1175. Brunck., ut integer esset tetrameter dactylicus, ἀλλ' ὦ ξεῖνοι, Herm. ἀλλὰ τόδ', ὦ ξένοι scripserunt. Fortassis ἀλλ' ἄγετ', ὦ ξένοι scriptum fuit.

ΧΟ. ποῖον ἐρεῖς τόδ᾽ ἔπος; ΦΙ. ξίφος, εἴ ποθεν,
ἢ γένυν ἢ βελέων τι προπέμψατε.
ΧΟ. ὡς τίνα δὴ ῥέξῃς παλάμαν ποτέ;
ΦΙ. κρᾶτ᾽ ἀπὸ πάντα καὶ ἄρθρα τέμω χερί·
φονᾷ, φονᾷ νόος ἤδη.
ΧΟ. τί ποτε; ΦΙ. πατέρα ματεύων.
ΧΟ. ποῖ γᾶς; ΦΙ. ἐς Ἅιδου.
οὐ γὰρ ἐν φάει γ᾽ ἔτι.
ὦ πόλις, ὦ πόλις πατρία,
πῶς ἂν εἰσίδοιμ᾽ ἄθλιός σ᾽ ἀνήρ,
ὅς γε σὰν λιπὼν ἱερὰν
λιβάδ᾽ ἐχθροῖς [ἔβαν] Δαναοῖς
ἀρωγὸς ἔτ᾽ οὐδέν εἰμι.
ΧΟ. Ἐγὼ μὲν ἤδη καὶ πάλαι νεὼς ὁμοῦ
στείχων ἂν ἦ σοι τῆς ἐμῆς, εἰ μὴ πέλας

V. 1177. εἴ ποθεν] Elliptice pro εἴ ποθεν λαβεῖν δύνασθε; et sic pro ὁπόθεν δή. Sic Ai. 885: εἴ ποθι λεύσσων pro ὅπου δὴ λεύσσων. BUTTM.

V. 1179. Schol.: παλάμην· πρᾶξιν· ὅθεν καὶ παλαμᾶσθαι· ἢ τέχνην.

V. 1180. κρᾶτα πάντα absurde dicitur. Herm. χρῶτ᾽ ἀπὸ πάντα, Bergk. κρᾶτα καὶ ἄρθρ᾽ ἀπὸ πάντα scribendum putavit. Fortasse πάντα corruptum est ex τᾷδε (χερί). Coniunctivus τέμω pendet ex praegresso ὡς.

V. 1181. Schol.: φονᾷ· θανατᾷ, θανάτου ἐπιθυμεῖ. Galenus in glossis Hippocrateis: φονᾷ, φονεύειν ἐπιθυμεῖ. Quod rectius videtur Hermanno, monenti: Neque enim ut vivere desinat optat, sed vult sese occidere.

V. 1182. Hermanno ματεύων constructione referendum ad τέμω videtur. At multo aptius referetur ad sententiam verborum φονᾷ νόος ἤδη.

V. 1187 sq. Schol.: ὅς γε σὰν λιπών· ὅστις ποτὲ καταλιπών σε ἐπὶ τὸ βοηθεῖν τοῖς Ἕλλησιν οὐκέτι οὐδὲν εἰμί, unde apparet scholiastam non habuisse ἔβαν. Haec igitur interpretatio delenda est, ut versus hunc in modum scribendi videantur: ὅς γε σὰν λιπὼν ἱερὰν λιβάδ᾽ ἐχ- | θροῖς Δαναοῖσιν ἀρωγὸς ἔτ᾽ οὐδέν εἰμι. — Schol.: Λιβάδα· τὴν τοῦ ἐπιχωρίου ποταμοῦ. Significat Sperchium.

V. 1190. Quod scholiasta dicit, ἐντεῦθεν διπλοῦν ἐστι τὸ ἐπεισόδιον, eo spectat, quod in hac scena non, ut plerumque, una, sed duae personae adveniunt. Philoctetes interea se in antrum suum recipit, ut ex v. 1263 sqq. intellegitur. HERM.

V. 1190. Schol.: ὁμοῦ· ἐγγύς. Phot. Lex.: ὁμοῦ· ἀντὶ τοῦ ἐγγύς· ἔστι δὲ τοῦτο πολὺ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Μένανδρος· ἤδη γὰρ τοῦ τίκτειν ὁμοῦ. Soph. Ant. 1180: καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ. Aristoph. Pac. 513: καὶ μὴν ὁμοῦ ᾽στιν ἤδη. BUTTM. De καὶ πάλαι ad v. 948 monitum est.

V. 1191 sq. Locutione στείχων ἂν ἦ, quam non esse poeticam tantum periphrasin idem significantem atque ἔστειχον ἂν luculenter ex hoc loco apparet, in quo metri causa ἔστειχον ἂν scribi licuit, hoc significatur: 'in itinere essem ad navem meam'. Cfr. Aristoph. Ran. 35 ἐγγὺς τῆς θύρας ἤδη βαδίζων εἰμὶ τῆσδε.

Ὀδυσσέα στείχοντα τόν τ' Ἀχιλλέως
γόνον πρὸς ἡμᾶς δεῦρ' ἰόντ' ἐλεύσσομεν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐκ ἂν φράσειας, ἥντιν' αὖ παλίντροπος
κέλευθον ἕρπεις ὧδε σὺν σπουδῇ ταχύς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

λύσων ὅσ' ἐξήμαρτον ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ.
ΟΔ. δεινόν γε φωνεῖς· ἡ δ' ἁμαρτία τίς ἦν;
ΝΕ. ἣν σοὶ πιθόμενος τῷ τε σύμπαντι στρατῷ.
ΟΔ. ἔπραξας ἔργον ποῖον ὧν οὔ σοι πρέπον;
ΝΕ. ἀπάταισιν αἰσχραῖς ἄνδρα καὶ δόλοις ἑλών.
ΟΔ. τὸν ποῖον; ὤ μοι, μῶν τι βουλεύει νέον;
ΝΕ. νέον μὲν οὐδέν· τῷ δὲ Ποίαντος τόκῳ
ΟΔ. τί χρῆμα δράσεις; ὥς μ' ὑπῆλθέ τις φόβος.
ΝΕ. παρ' οὗπερ ἔλαβον τάδε τὰ τόξ', αὖθις πάλιν
ΟΔ. ὦ Ζεῦ, τί λέξεις; οὔτι που δοῦναι νοεῖς;
ΝΕ. αἰσχρῶς γὰρ αὐτὰ κοὐ δίκῃ λαβὼν ἔχω.
ΟΔ. πρὸς θεῶν, πότερα δὴ κερτομῶν λέγεις τάδε;
ΝΕ. εἰ κερτόμησίς ἐστι τἀληθῆ λέγειν.
ΟΔ. τί φής, Ἀχιλλέως παῖ; τίν' εἴρηκας λόγον;
ΝΕ. δὶς ταὐτὰ βούλει καὶ τρὶς ἀναπολεῖν μ' ἔπη;
ΟΔ. ἀρχὴν κλύειν ἂν οὐδ' ἅπαξ ἐβουλόμην.
ΝΕ. εὖ νῦν ἐπίστω πάντ' ἀκηκοὼς λόγον.

In proximo versu repetitum στείχοντα' parum aptum et ex σπεύδοντα depravatum videtur.

V. 1194. Schol.: ἥντιν' αὖ παλίντροπος κέλευθον ἕρπεις· ἀντὶ τοῦ εἰς ποῖον τόπον ἀπέρχῃ. Τοῦτο δὲ ὁ Νεοπτόλεμος, ἀποδοῦναι βουλόμενος τὰ τόξα τῷ Φιλοκτήτῃ, ἐπιπλήσσεται ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως. — De locutione κέλευθον ἕρπειν in censura Ai. ab Lob. edit. p. 51 exposui.

V. 1198. ἣν] Volebat addere ἥμαρτον vel ἔπραξα, ut mox ad v. 1200 mente repetendum ἔπραξα ἁμαρτίαν et ad v. 1204 δοῦναι νοῶ e v. 1205.

V. 1199. Hoc dicit: ποῖον ἔπραξας ἔργον τούτων, ἃ σε πρᾶξαι οὔ σοι πρέπον, ut in O. R. 862: οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἂν ὧν οὐ σοὶ φίλον.

V. 1201. Cum Neoptolemus ἄνδρα infinite dixerit, tanto cupidius Ulixes, de Philocteta eum cogitare sentiens, quis iste vir sit interrogat. HERM. Cfr. Eur. Med. 37: δέδοικα δ' αὐτὴν μή τι βουλεύσῃ νέον.

V. 1207. πότερα] Vide quae de usu huius particulae ad Ai. 452 adnotavimus.

V. 1210. Schol.: ἀναπολεῖν· τὰ αὐτὰ λέγειν· ἀπὸ τῶν δεύτερον ἀναπολούντων τὴν ἠροτριαμένην γῆν. Vide quae ad Ant. 847 sqq. adnotata sunt, et cfr. Plat. Phileb. p. 60 A εὖ δ' ἡ παροιμία δοκεῖ ἔχειν, τὸ καὶ δὶς καὶ τρὶς τό γε καλῶς ἔχον ἐπαναπολεῖν τῷ λόγῳ δεῖν.

V. 1212. Usitatis verbis πάντ' ἀκήκοας λόγον proprie significantibus stare sententiam nec retractari posse dicta (cfr. Ai. 480)

ΟΔ. ἔστιν τις, ἔστιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν.
ΝΕ. τί φῄς; τίς ἔσται μ' οὑπικωλύσων τάδε;
ΟΔ. ξύμπας Ἀχαιῶν λαός, ἐν δὲ τοῖς ἐγώ.
ΝΕ. σοφὸς πεφυκὼς οὐδὲν ἐξαυδᾷς σοφόν.
ΟΔ. σὺ δ' οὔτε φωνεῖς, οὔτε δρασείεις σοφά.
ΝΕ. ἀλλ' εἰ δίκαια, τῶν σοφῶν κρείσσω τάδε.
ΟΔ. καὶ πῶς δίκαιον, ἅλαβες βουλαῖς ἐμαῖς,
πάλιν μεθεῖναι ταῦτα; ΝΕ. τὴν ἁμαρτίαν
αἰσχρὰν ἁμαρτὼν ἀναλαβεῖν πειράσομαι.
ΟΔ. στρατὸν δ' Ἀχαιῶν οὐ φοβεῖ πράσσων τάδε;
ΝΕ. ξὺν τῷ δικαίῳ τὸν σὸν οὐ ταρβῶ φόβον.
ἀλλ' οὐδέ τοι σῇ χειρὶ πείθομαι τὸ δρᾶν.
ΟΔ. οὔ τἄρα Τρωσίν, ἀλλὰ σοὶ μαχούμεθα.
ΝΕ. ἔστω τὸ μέλλον. χεῖρα δεξιὰν ὁρᾷς
κώπης ἐπιψαύουσαν; ΟΔ. ἀλλὰ κἀμέ τοι
ταὐτὸν τόδ' ὄψει δρῶντα κοὐ μέλλοντ' ἔτι.

Neoptolemus usus sic respondet Ulixi ut huius quasi pacandi gratia dicat, iam nihil esse quod ei audiendum sit quoniam tam invitus suam orationem audiat.

V. 1213. De κωλύσει τὸ δρᾶν cfr. Krueg. II § 55, 3, 19.

V. 1215. ξύμπας — ἐν δὲ τοῖς ἐγώ] Cfr. O. C. 742: πᾶς σε Καδμείων λεὼς καλεῖ δικαίως, ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγώ et quae ad eum locum adnotavimus.

V. 1221. ἀναλαβεῖν] Proprie 'resumere'; hinc resumere aliquid, ut corrigas et emendes, idem fere, quod nobis 'zurücknehmen', et hoc loco et in Demosth. Mid. p. 550, 14 Reisk.: ἀναλαμβάνειν ταῦτα καὶ μεταγιγνώσκειν. MATTH. Eodem sensu etiam Eur. Ion 426.

V. 1223. τὸν σὸν φόβον] 'Terrorem, quem tu mihi narras, minas tuas'.

V. 1224. Non posse Ulixi hunc versum assignari manifestum est. Neque tamen Neoptolemo convenit. Nam si τὸ δρᾶν, quod Graecorum consuetudo loquendi postulare videtur ut 1241 de redditione armorum intellegimus, sensus hic est: 'sed ne tua quidem manu adducor, ut reddam arma Philoctetae', quod neque ab Ulixe dici potuit, neque a Neoptolemo, cui sic tantum aliqua ratione hic versus conveniret, si in hunc sensum acciperetur: 'sed ne manu quidem tua (i. e. ne vi quidem a te adhibita) adducor, ut faciam quod me facere vis, ut non reddam Philoctetae arma'. Sed hoc a Sophocle iis, quae scripta sunt, verbis dici non potuisse apparet. Itaque in eam inclino sententiam, ut ab interprete additum hunc versum censeam. Accedit quod duo versus Neoptolemo tributi dialogi aequalitatem evertunt. [Alii cum Hermanno post v. 1228 lacunam statuunt unius versus Ulixis, cuius haec fere sententia fuerit: 'at meam fortasse manum timebis'. Sed haec non verbis, sed manu Ulixes docuisse putandus est, ut cum actio intercedat stichomythiae ratio non videatur eversa. Magnopere autem vereor ne δρᾶν interpretationis causa additum sit, Sophocles autem scripserit πείθομαι τὸ μὴ οὐ].

V. 1226. Pro ἔστω sensus postulat ἴτω cfr. supra ad v. 120.

V. 1228. Schol.: κοὐ μέλλοντ' ἔτι· οὐ βραδύνοντα. Sic Trach. 75: Εὐβοΐδα χώραν φασὶν ἐπιστρατεύειν αὐτόν, ἢ μέλλειν ἔτι.

καίτοι σ' ἐάσω· τῷ δὲ σύμπαντι στρατῷ
λέξω τάδ' ἐλθών, ὅς σε τιμωρήσεται.

ΝΕ. ἐσωφρόνησας· κἂν τὰ λοίφ' οὕτω φρονῇς,
ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα.
σὺ δ', ὦ Ποίαντος παῖ, Φιλοκτήτην λέγω,
ἔξελθ' ἀμείψας τάσδε πετρήρεις στέγας.

ΦΙ. τίς αὖ παρ' ἄντροις θόρυβος ἵσταται βοῆς;
τί μ' ἐκκαλεῖσθε; τοῦ κεχρημένοι, ξένοι;
ὤ μοι· κακὸν τὸ χρῆμα. μῶν τί μοι νέα
πάρεστε πρὸς κακοῖσι πέμποντες κακά;

ΝΕ. θάρσει· λόγους δ' ἄκουσον, οὓς ἥκω φέρων.

ΦΙ. δέδοικ' ἔγωγε· καὶ τὰ πρὶν γὰρ ἐκ λόγων
καλῶν κακῶς ἔπραξα, σοῖς πεισθεὶς λόγοις.

ΝΕ. οὔκουν ἔνεστι καὶ μεταγνῶναι πάλιν;

ΦΙ. τοιοῦτος ἦσθα τοῖς λόγοισι χὤτε μου
τὰ τόξ' ἔκλεπτες, πιστός, ἀτηρὸς λάθρᾳ.

ΝΕ. ἀλλ' οὔτι μὴν νῦν· βούλομαι δέ σου κλύειν,
πότερα δέδοκταί σοι μένοντι καρτερεῖν,
ἢ πλεῖν μεθ' ἡμῶν. ΦΙ. παῦε, μὴ λέξῃς πέρα.
μάτην γὰρ ἂν εἴπῃς γε πάντ' εἰρήσεται.

V. 1230. Ulixes cum *τιμωρήσεται* dixit, abit e scena.

V. 1232. *ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχειν πόδα* frequens poetarum dictio pro *ἐκτὸς κλαυμάτων* (i. e. *πημάτων*) *εἶναι*. Sic Aeschyl. Prom. 263: *ὅστις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει*, ad quem locum multa huius generis Blomf. in Gloss. attulit. De usu verbi *κλαίειν* et substantivi *κλαῦμα* ad Ant. 230 monitum est.

V. 1235. De locutione *ἱστάναι βοήν* monuerunt Kuster. ad Aristoph. Thesmoph. 704 et Elmsl. ad Eurip. Heracl. 656.

V. 1237. *χρῆμα* dixit, respiciens verbum *κεχρημένοι*, proprio significatu: 'mala res, qua opus sit vobis'. Dicit autem haec verba conspecto Neoptolemo. Nam quae praecedunt nondum viso dicuntur. HERM.

V. 1238. Et sensui et Philoctetae menti accommodatius videtur *κλέπτοντες* Cfr. Ai. 1137 *πόλλ' ἂν καλῶς λάθρᾳ σὺ κλέψειας κακά*.

V. 1240 sq. *ἐκ λόγων καλῶν* etc.] 'Per blandos sermones' vel 'blandis sermonibus in calamitatem incidi'. Vide ad v. 91 sq.

V. 1243. *τοιοῦτος ἦσθα*] Referendum *τοιοῦτος* est ad sequentia *πιστός, ἀτηρὸς λάθρᾳ*. Sic Hom. Il. XXI 108: *οὐχ ὁρᾳᾷς, οἷος καὶ ἐγὼ καλός τε μέγας τε;* Soph. fr. 707 Dind. *καὶ τὸν θεὸν τοιοῦτον ἐξεπίσταμαι, σοφοῖς μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων ἀεί, σκαιοῖς δὲ φαῦλον κἀν βραχεῖ διδάσκαλον*. De dativo *τοῖς λόγοις* vide quae ad O. R. 25 adnotavi. Denique *χὤτε* est *καὶ τότε, ὅτε*.

V. 1245. *ἀλλ' οὔτι μὴν νῦν*] Scilicet *εἰμὶ τοιοῦτος*. De particularum usu confer El. 817: *ἀλλ' οὔτι μὴν ἔγωγε τοῦ λοιποῦ χρόνου ξύνοικος ἔσομαι*.

V. 1248. *εἴπῃς γε*] Vanis dictis particula *γὲ* res et facta opponit.

ΝΕ. οὕτω δέδοκται; ΦΙ. καὶ πέρα γ' ἴσθ' ἢ λέγω.
ΝΕ. ἀλλ' ἤθελον μὲν ἄν σε πεισθῆναι λόγοις
ἐμοῖσιν· εἰ δὲ μή τι πρὸς καιρὸν λέγων
κυρῶ, πέπαυμαι. ΦΙ. πάντα γὰρ φράσεις μάτην.
οὐ γάρ ποτ' εὔνουν τὴν ἐμὴν κτήσει φρένα,
ὅστις γ' ἐμοῦ δόλοισι τὸν βίον λαβὼν
ἀπεστέρηκας, κᾆτα νουθετεῖς ἐμὲ
ἐλθών, ἀρίστου πατρὸς αἴσχιστος γεγώς.
ὄλοισθ', Ἀτρεῖδαι μὲν μάλιστ', ἔπειτα δὲ
ὁ Λαρτίου παῖς, καὶ σύ. ΝΕ. μὴ 'πεύξῃ πέρα·
δέχου δὲ χειρὸς ἐξ ἐμῆς βέλη τάδε.
ΦΙ. πῶς εἶπας; ἆρα δεύτερον δολούμεθα;
ΝΕ. ἀπώμοσ' ἁγνὸν Ζηνὸς ὑψίστου σέβας.
ΦΙ. ὦ φίλτατ' εἰπών, εἰ λέγεις ἐτήτυμα.
ΝΕ. τοὔργον παρέσται φανερόν. ἀλλὰ δεξιὰν
πρότεινε χεῖρα καὶ κράτει τῶν σῶν ὅπλων.
ΟΔ. ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ γ', ὡς θεοὶ ξυνίστορες,
ὑπέρ τ' Ἀτρειδῶν τοῦ τε σύμπαντος στρατοῦ.
ΦΙ. τέκνον, τίνος φώνημα, μῶν Ὀδυσσέως,
ἐπῃσθόμην; ΟΔ. σάφ' ἴσθι· καὶ πέλας γ' ὁρᾷς,
ὅς σ' ἐς τὰ Τροίας πεδί' ἀποστελῶ βίᾳ,
ἐάν τ' Ἀχιλλέως παῖς, ἐάν τε μὴ θέλῃ.

V. 1249. *πέρα ἢ λέγω*] 'Supra quam dico'. Quibus verbis indicat Philoctetes etiam firmius sibi quam dicat certum esse manere, adeo ut, si se vi abstrahere velint, potius mortem sibi consciscere constituerit. HERM. Hyperbolicam locutionem exemplis apte illustravit Fritzsch. in Qu. Lucian. p. 121.

V. 1254. *τὸν βίον*] Vide v. 931.

V. 1257. *μὲν μάλιστα*] Vide quae de usu horum verborum ad Ant. 327 adnotata sunt.

V. 1258. Bene Nauckius *σὺ* cum oratione Neoptolemi coniungi vult: *καὶ — ΝΕ. σὺ μὴ 'πεύξῃ πέρα.*

V. 1261. Proprie dicitur *ἀπώμοσα*, cum Neoptolemus neget se Philoctetam *δολοῦν*. SCHAEF. De aoristi significatione Herm. ad Vig. n. 209 et Krueg. II § 53, 6, 2 conferantur. *Ζηνὸς σέβας* dictum pro *Ζῆνα σεβάσμιον*.

V. 1265. Schol.: *μαρτύρομαι τοὺς θεούς, ὅτι ὃ ποιῶ εἰς χάριν καὶ σωτηρίαν ποιῶ τῶν Ἀτρειδῶν.* Hic videtur *ὡς* non cum *θεοὶ ξυνίστορες*, sed cum *ὑπὲρ Ἀτρ.* construxisse, quae incommoda et difficilis constructio est. Formula ista *θεοὶ ξυν.* fere significat: 'sciunt di'. Sic Ant. 542, Eur. Suppl. 1174. Idem dicitur etiam *ἴσασιν* Eur. Med. 1372. Atque ut in eadem fab. 476 scriptum est: *ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι ταὐτὸν συνεισέβησαν Ἀργῷον σκάφος*, ita ego quidem hic etiam *ὡς θεοὶ ξυνίστορες* dictum puto: 'ego vero veto, uti di sciunt, pro Atridis universoque exercitu'. Sic Demosth. p. 1471, 9. HERM.

V. 1266. *ὑπέρ τ' — τοῦ τε*] De *τὲ* particulae collocatione ad O. C. 33 admonuimus.

ΦΙ. ἀλλ' οὔτι χαίρων, ἢν τόδ' ὀρθωθῇ βέλος.
ΝΕ. ἆ, μηδαμῶς, μή, πρὸς θεῶν, μεθῇς βέλος.
ΦΙ. μέθες με, πρὸς θεῶν, χεῖρα, φίλτατον τέκνον.
ΝΕ. οὐκ ἂν μεθείην. ΦΙ. φεῦ· τί μ' ἄνδρα πολέμιον
ἐχθρόν τ' ἀφείλου μὴ κτανεῖν τόξοις ἐμοῖς;
ΝΕ. ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ καλὸν τόδ' ἐστὶν οὔτε σοί.
ΦΙ. ἀλλ' οὖν τοσοῦτόν γ' ἴσθι, τοὺς πρώτους στρατοῦ,
τοὺς τῶν Ἀχαιῶν ψευδοκήρυκας, κακοὺς
ὄντας πρὸς αἰχμήν, ἐν δὲ τοῖς λόγοις θρασεῖς.
ΝΕ. εἶεν. τὰ μὲν δὴ τόξ' ἔχεις, κοὐκ ἔσθ' ὅτου
ὀργὴν ἔχοις ἂν οὐδὲ μέμψιν εἰς ἐμέ.
ΦΙ. ξύμφημι. τὴν φύσιν δ' ἔδειξας, ὦ τέκνον,
ἐξ ἧς ἔβλαστες· οὐχὶ Σισύφου πατρός,
ἀλλ' ἐξ Ἀχιλλέως, ὃς μετὰ ζώντων θ' ὅτ' ἦν
ἤκου' ἄριστα, νῦν δὲ τῶν τεθνηκότων.
ΝΕ. ἥσθην πατέρα τὸν ἀμὸν εὐλογοῦντά σε
αὐτόν τέ μ'· ὧν δέ σου τυχεῖν ἐφίεμαι,
ἄκουσον· ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν

V. 1271. *οὔτι χαίρων*] Explicata locutio haec ad Ant. 230 est.

V. 1273. *μέθες με χεῖρα*] Schema quod vocant *καθ' ὅλον καὶ μέρος*. Vide Krueg. II § 46, 16, 3.

V. 1275. *ἀφείλου μὴ κτανεῖν*] *Ἀφαιρεῖσθαι* sequente infinitivo poetis usurpatur sensu 'potestatem auferendi', h. e. 'impediendi'. Eur. Hipp. 1207: *ὥστ' ἀφῃρέθη Σκείρωνος ἀκτὰς ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾶν*. Eo autem sensu, sicut alia verba negationem rei continentia, particulam *μὴ* pleonastice adsciscit fere, ut apud eundem Eur. Troad. 1146: *ἀφείλετ' αὐτὴν παῖδα μὴ δοῦναι τάφῳ*. BUTTM. Apparet, haec antequam diceret Philoctetes, Ulixem discessisse.

V. 1277 sq. Schol.: *ἀλλ' οὖν τοσοῦτον· ἀλλ' οὐ γενναῖον ἄνδρα φονεύσω· πάντες γὰρ οἱ κήρυκες τῶν Ἑλλήνων ἀσθενεῖς εἰσι, καὶ ἡ ἀνδρεία αὐτῶν ἄχρι τοῦ λέγειν*. Hoc dicit: 'at hoc tamen scito, primarios illos in exercitu viros, Achivorum illos mendaciorum praecones, ignavos ad pugnam, lingua vero feroces esse'. HERM. Invidiose dicit Ulixem praeconem eumque praeconem mendaciorum ut auctorem eorum quae adversus Philoctetam ficta sunt.

V. 1280. *εἶεν*] Dictum de usu huius verbi ad O. C. 1303 est.

V. 1284 sq. *μετὰ ζώντων θ' — νῦν δέ*] De particulis sibi oppositis *τὲ — δέ* ad Trach. 140 diximus. Tum verbo *ἀκούειν* usum ad v. 380 huius fab. notavimus.

V. 1286. *ἥσθην εὐλογοῦντά σε*] Vide Krueg. II § 56, 6, 4 et Lobeck. ad Ai. p. 130 sq. ed. sec.

V. 1288 sq. *τὰς ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας*] Alibi brevius *δῶρα θεῶν* dicuntur. Cfr. Ruhnk. et Mitscherl. ad Hom. hymn. in Cer. 147 sq. Adde Aesch. Pers. 293: *ὅμως δ' ἀνάγκη πημονὰς βροτοὺς φέρειν, θεῶν διδόντων*

τύχας δοθείσας ἔστ' ἀναγκαῖον φέρειν·
ὅσοι δ' ἑκουσίοισιν ἔγκεινται βλάβαις,
ὥσπερ σύ, τούτοις οὔτε συγγνώμην ἔχειν
δίκαιόν ἐστιν, οὔτ' ἐποικτείρειν τινά.
σὺ δ' ἠγρίωσαι, κοὔτε σύμβουλον δέχει,
ἐάν τε νουθετῇ τις εὐνοίᾳ λέγων,
στυγεῖς πολέμιον δυσμενῆ θ' ἡγούμενος.
ὅμως δὲ λέξω· Ζῆνα δ' ὅρκιον καλῶ·
καὶ ταῦτ' ἐπίστω, καὶ γράφου φρενῶν ἔσω·
σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θείας τύχης,
Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ
σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις·
καὶ παῦλαν ἴσθι τῆσδε μήποτ' ἂν τυχεῖν
νόσου βαρείας, ἕως ἂν οὗτος ἥλιος

et Herodot. IX 13: *ὅ τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ.*

V. 1293. Observa in *κοὔτε* priorem copulam *καὶ* complecti sequentia omnia usque ad *ἡγούμενος*, quae iterum in duo distinguuntur per *οὔτε* et *τέ*. BUTTM.

V. 1296. *Ζῆνα δ' ὅρκιον*] Qui iurisiurandi sanctitatem tuetur et periurium ulciscitur. Vid. Eur. Med. 170, Pausan. V 24, 2, Lucian. Tim. c. 1, ibique Hemsterh. MATTH.

V. 1297. *καὶ γράφου φρενῶν ἔσω*] Apte Erf. cum alios locos, tum Soph. Triptol. fr. 535 Dind. comparavit: *θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους.*

V. 1298. *ἐκ θείας τύχης*] Vide ad v. 191.

V. 1299. *Χρύσης*] I. e. nymphae, non Minervae, de qua scholiasta cogitat; vide ad argumentum p. 6. De genetivo *φύλακος* ex *πελασθείς* apto cfr. Ai. 709 sq. *πελάσαι νεῶν* et in (Eur.) Rhes. 911 *λεχέων πλαθεῖσα*, ad quem locum plura huius constructionis exempla Musgr. attulit. Ceterum amant Graeci cum pronomine relativo iungere nomen, quod in priore membro a nobis poni solet. Cfr. El. 160 sqq. *ὃν — Ὀρέσταν.* Denique in *φύλακος ὃς φυλάσσει* nihil offensionis. Similiter Eurip. Iph. A. 1027 *ἡμεῖς σε φύλακες οὐ χρεὼν φυλάσσομεν.*

V. 1299 sq. *τὸν ἀκαλυφῆ σηκόν*] Hesych. *ἀκαλυφῆ· ἄστεγον, ὑπαιθρον.* Ita dixit, quoniam non templum ibi, sed ara tantum sub dio erat. BUTTM. *Σηκὸν* Valcken. in Diatr. Eurip. p. 132 male interpretatur saepimentum, quo altare ab agro reliquo pro more istius aevi separatum fuerit. Immo id significat, ad quod accedere nefas est, id est altare, quod in Chrysae honorem aedificatum erat. Nam eo sensu *σηκὸν* dici nonnunquam ex iis patet, quae Valck. ad Ammon. L. II C. XIX p. 153 sqq. exposuit. Denique epitheton *οἰκουρῶν* traductum est, ut monet Matthaei, ab Atheniensium arcis Cecropiae serpente, de quo Herod. VIII 41 *οἰκουρὸς ὄφις οἳ λέγουσι Ἀθηναῖοι φύλακα τῆς ἀκροπόλιος ἐνδιαιτᾶσθαι ἐν τῷ ἱρῷ* (in aede Minervae).

V. 1302. Apte Brunckius comparat Aristidis responsum ad Mardonii legatos, quod sic refert Plutarchus Aristid. c. 10: *τοῖς δὲ παρὰ Μαρδονίου τὸν ἥλιον δείξας, ἄχρις ἂν οὗτος, ἔφη, ταύτην πορεύηται τὴν πορείαν, Ἀθηναῖοι πολεμήσουσι Πέρσαις,* et Herod. VIII 143: *νῦν δὲ ἀπάγγελλε τῷ Μαρδονίῳ, ὡς Ἀθη-*

ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν,
πρὶν ἂν τὰ Τροίας πεδί' ἑκὼν αὐτὸς μόλῃς,
καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐντυχὼν Ἀσκληπιδῶν
νόσου μαλαχθῇς τῆσδε, καὶ τὰ πέργαμα
ξὺν τοῖσδε τόξοις ξύν τ' ἐμοὶ πέρσας φανῇς.
ὡς δ' οἶδα ταῦτα τῇδ' ἔχοντ', ἐγὼ φράσω·
ἀνὴρ γὰρ ἡμῖν ἔστιν ἐκ Τροίας ἁλούς,
Ἕλενος ἀριστόμαντις, ὃς λέγει σαφῶς,
ὡς δεῖ γενέσθαι ταῦτα· καὶ πρὸς τοῖσδ' ἔτι,
ὡς ἔστ' ἀνάγκη τοῦ παρεστῶτος θέρους
Τροίαν ἁλῶναι πᾶσαν· ἢ δίδωσ' ἑκὼν
κτείνειν ἑαυτόν, ἢν τάδε ψευσθῇ λέγων.
ταῦτ' οὖν ἐπεὶ κάτοισθα, συγχώρει θέλων.
καλὴ γὰρ ἡ 'πίκτησις, Ἑλλήνων ἕνα
κριθέντ' ἄριστον τοῦτο μὲν παιωνίας

ναῖοι λέγουσι, ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ, τῇπερ καὶ νῦν ἔρχεται, μήποτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ.

V. 1303. Recte Musgr. αἴρῃ sensu passivi vel neutrius dictum putat, ut ipsum usitatius ἀνίσχειν.

V. 1305. Sophocles verbum ἐντυγχάνειν cum genetivo ita construxisse videtur, ut ei 'inveniendi' vel 'consequendi' potestatem tribueret. Est autem ἐντυχὼν Ἀσκλ., 'ubi inveneris', sive 'consecutus eris Aesculapii filios', ex usu Graecorum dictum pro: 'per Aesculapii filios'. Sic supra v. 719 sq.: νῦν δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν παιδὸς ὑπαντήσας εὐδαίμων ἀνύσει καὶ μέγας ἐκ κείνων. Cfr. Hom. Il. I 67. De veritate scripturae Ἀσκληπιδῶν non debebat dubitari. Sic qui Homero Il. II 541 dicitur Χαλκωδοντιάδης ab Euripide Ion 50 Χαλκωδοντίδης appellatur. Cfr. etiam Etym. M. p. 210, 11: οἱ δὲ ποιηταὶ πολλάκις ἀποβάλλουσι τὸ α, οἷον Ἐριχθονιάδης, Ἐριχθονίδης· Τελαμωνιάδης, Τελαμωνίδης.

V. 1306. Genetivus νόσου pendet a notione, quae verbo μαλάσσεσθαι subest, 'levari' vel 'liberari'. Simillime Eur. Orest. 43: χλανιδίων δ' ἔσω κρυφθείς, ὅταν μὲν σῶμα κουφισθῇ νόσου, ἔμφρων δακρύει.

V. 1309. Sapienter fecit Sophocles, quod ita loquentem hic introduxit Neoptolemum, ut nullo verbo ad ea respiceret, quae falsus iste nauclerus, qui ad decipiendum Philoctetam erat missus, 604 sqq. de Heleni vaticinio dixerat. Non poterat enim eius rei mentionem inicere, nisi ut animum Philoctetae ad memoriam turpissimae fraudis illius sine ulla necessitate revocaret. Ceterum patet orationem hanc Neoptolemi paullisper inversam esse, sensumque hunc esse: 'Helenus enim, vates celeberrimus, quem ex Troia captum nos habemus, haec ita fieri debere dicit'.

V. 1313 sq. ἢ δίδωσ'] 'Aut', id est 'alioqui, nisi hoc ita fiat'.

V. 1316. ἐπίκτησις lucrum est, quod ad alia commoda adicitur. Id continetur eo, quod praeter liberationem a morbo expugnationemque urbis unus omnium optimus vir habebitur. HERM. Auget εἷς vim superlativi, ut in O. R. 1380. Sic etiam 'unus' apud Latinos. MATTH.

V. 1317 sq. τοῦτο μὲν — εἶτα ut Ant. 61 sqq. τοῦτο μὲν — ἔπειτα.

εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, εἶτα τὴν πολύστονον
Τροίαν ἑλόντα κλέος ὑπέρτατον λαβεῖν.
ΦΙ. ὦ στυγνὸς αἰών, τί μ' ἔτι δῆτ' ἔχεις ἄνω
βλέποντα, κοὐκ ἀφῆκας εἰς Ἅιδου μολεῖν;
οἴμοι, τί δράσω; πῶς ἀπιστήσω λόγοις
τοῖς τοῦδ', ὃς εὔνους ὢν ἐμοὶ παρῄνεσεν;
ἀλλ' εἰκάθω δῆτ'; εἶτα πῶς ὁ δύσμορος
εἰς φῶς τάδ' ἔρξας εἶμι; τῷ προσήγορος;
πῶς, ὦ τὰ πάντ' ἰδόντες ἀμφ' ἐμοῦ κύκλοι,
ταῦτ' ἐξανασχήσεσθε, τοῖσιν Ἀτρέως
ἐμὲ ξυνόντα παισίν, οἵ μ' ἀπώλεσαν;
πῶς τῷ πανώλει παιδὶ τῷ Λαερτίου;
οὐ γάρ με τἄλγος τῶν παρελθόντων δάκνει·
ἀλλ' οἷα χρὴ παθεῖν με πρὸς τούτων ἔτι
δοκῶ προλεύσσειν· οἷς γὰρ ἡ γνώμη κακῶν

V. 1320 sq. Notanda abundantia in verbis **ἔχεις ἄνω βλέποντα**, 'retines apud superos viventem', quanquam **ἄνω** apte propter sequentia **ἀφῆκας εἰς Ἅιδου** adiectum patet. Simillime Eur. Helen. 530: **φησὶ δ' ἐν φάει πόσιν τὸν ἀμὸν ζῶντα φέγγος εἰσορᾶν**, quem locum non debuisse tentari multis docui exemplis similibus in Advers. p. 52 sq. De **βλέπειν** vide ad Ai. 935.

V. 1322. **ἀπιστήσω**] Diximus de usu huius verbi ad Trachin. 1208 sq.

V. 1324. **εἰκάθω**] Coniunctivus deliberativus est. Ceterum cfr. Ai. 466 sqq.: **ἀλλὰ δῆτ' ἰὼν πρὸς ἔρυμα Τρώων, ξυμπεσὼν μόνος μόνοις, καὶ δρῶν τι χρηστόν, εἶτα λοίσθιον θάνω**; El. 537 sq.: **ἀλλ' ἀντ' ἀδελφοῦ δῆτα Μενέλεω κτανὼν τἄμ', οὐκ ἔμελλε τῶνδέ μοι δώσειν δίκην**; et Eurip. Or. 781: **ἀλλὰ δῆτ' ἔλθω**;

V. 1325. **εἰς φῶς εἶμι**] 'In lucem' i. e. 'in hominum conspectum prodibo?' Cfr. supra 581, El. 640, Xen. Ages. 9, 1, Cic. de Senect. c. 4: 'nec ille vero in luce modo atque in oculis civium magnus, sed intus domique praestantior'. MATTH. Schol.: **τῷ προσήγορος· ἀντὶ τοῦ τίς με προσαγορεύσει**; Hic sensus potius **τοῦ**, quod coniecit Schaeferus Melett. critt. p. 137, requirere videtur comparanti O. R. 1437 **μηδενὸς προσήγορος** (cfr. supra v. 1066). Atque ipsa sententia commendat activam significationem **διαλεγόμενος**, ut Philoctetes dicat **τίνα βλέψω; τίνα προσαγορεύσω**; similiter atque Oedipus O. R. 1338 **τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτὸν ἢ στερκτὸν ἢ προσήγορον ἔτ' ἔστ' ἀκούειν ἡδονᾷ, φίλοι**;

V. 1326 sq. Recte Camerarius **κύκλοι** de oculis accipiendum esse monuit, ita ut sensus sit: 'o qui omnia, quae in me commissa sunt, vidistis oculi'. De locutione **ταῦτα ἐξανασχήσεσθε, ἐμὲ ξυνόντα** etc. Matth. (Gr. § 472 c) apte cum hoc loco confert Aristoph. Nub. 380: **τουτί μ' ἐλελήθειν, ὁ Ζεὺς οὐκ ὤν, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ Δῖνος νυνὶ βασιλεύων.** Neque haerendum in numero plurali **ταῦτα**. Cfr. El. 100, 131, 400, 1334, 1343, Ant. 468, 931, Trach. 600, 710.

V. 1332 sq. **οἷς γὰρ — κακούς**] Non dubium est, quin hoc dicat Philoctetes, 'male facere solere, qui mala natura sint'. Cfr. Demosth. Aristogit. p. 774, 11: **ἡ μὲν οὖν φύσις, ἐὰν ᾖ πονηρά, πολλάκις φαῦλα βούλεται.** De

μήτηρ γένηται, τἄλλα παιδεύει κακούς.
καὶ σοῦ δ' ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τόδε·
χρῆν γάρ σε μήτ' αὐτόν ποτ' ἐς Τροίαν μολεῖν,
ἡμᾶς τ' ἀπείργειν, οἵ γέ σου καθύβρισαν
πατρὸς γέρας συλῶντες, οἳ τὸν ἄθλιον
Αἴανθ' ὅπλων σοῦ πατρὸς ὕστερον δίκῃ
Ὀδυσσέως ἔκριναν, εἶτα τοῖσδε σὺ
εἶ ξυμμαχήσων, κἄμ' ἀναγκάζεις τάδε;
μὴ δῆτα, τέκνον· ἀλλ' ἅ μοι ξυνώμοσας,

locutione **γνώμη κακῶν μήτηρ ἐστί** cfr. Ai. 173: **ὦ μεγάλα φάτις, ὦ μᾶτερ αἰσχύνας ἐμᾶς.** Denique nota locutio est, **παιδεύειν τινὰ κακόν, σοφόν, γενναῖον.** Sic O. C. 919: **καίτοι σε Θῆβαί γ' οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν.**

V. 1334. **θαυμάσας ἔχω**] Frequens Graecorum, maxime tragicorum dictio. Cfr. huius fab. v. 600, O. R. 577, 699, Ant. 22, 32, 77, 192, 1058, O. C. 817, 1140 et vid. Herm. ad Vig. p. 753 et Krueg. II § 56, 3, 8.

V. 1335 sq. **χρῆν γάρ σε — ἀναγκάζεις τάδε**] Tranquillo sedatoque animo si locutus esset, ita verba extulisset: **χρῆν γάρ σε μήτ' αὐτόν ποτ' ἐς Τροίαν μολεῖν, ἡμᾶς τ' ἀπείργειν, καὶ μὴ ξυμμαχεῖν ἐκείνοις, οἵ σου καθύβρισαν, πατρὸς γέρας συλῶντες, μήτ' ἐμὲ ἀναγκάζειν.** Verum crescente indignatione ex oratione affirmativa in interrogativam transit.

V. 1337 sqq. Frustra olim in Advers. p. 20 sqq. contra Brunckium verba **οἳ τὸν ἄθλιον Αἴανθ' ὅπλων σοῦ πατρὸς ὕστερον δίκῃ Ὀδυσσέως ἔκριναν** Sophoclis esse defendi. Nunc ut spuria crederem esse, his causis adductus sum. Primum ex initio fabulae (254—415) apparet Philoctetam litem Ulixis cum Aiace de armis Achillis, id quod Brunck. iam monuit, prorsus ignorare, itemque compertum habuisse (vid. 410—415) Aiacem, si non ante Achillem, certe una cum illo occidisse. Si ulla adferri causa idonea posset, ob quam Sophocles tam repugnantia loquentem Philoctetam introduxisset, illiusque rei mentio huic loco perquam accommodata esset, interpolationis suspicio aliquantum certe minueretur. Nunc vero, cum recte observante Iacobo Aiacis illa commemoratio etiam aliena ab hoc loco sit, cum Philoctetes ob eam potissimum causam ab Atridarum partibus Neoptolemum abstrahere studeat, quod ipse sit eorum iniuriam expertus, cumque postremo ne apte quidem verba ista antecedentibus adnexa sint, quae non dubium est quin Sophocles particula copulativa usus additurus fuerit: in ea sum et ero sententia, ut ab interpolatore profecta credam. [Contra dici potest Aiacis armorumque et gloriam coniunctam fuisse, ut ait Ovidius (Metam. XIII 96), et contumeliam, ut ipsi Achilli mortuo iniuria illata videretur armis Ulixi decretis. Quod autem Philoctetes hic plura scit quam ei supra oratione Neoptolemi prodita sunt, hoc nihil offensionis habet in re quae non pertineat ad ipsum fabulae decursum, in enarratione causarum quae invisos efficiant Neoptolemo Achaeos. Cfr. quae supra ad v. 411 disputata sunt. Atque ei qui illis verbis expulsis enuntiato **οἵ γε — συλῶντες** continuant verba **εἶτα τοῖσδε κτέ.**, videant ne quid concinnitatis desiderent. Construenda esse verba apparet hoc modo: **Αἴαντα ἔκριναν ὕστερον Ὀδυσσέως δίκῃ (κρίσει) ὅπλων σοῦ πατρός.**]

πέμψον πρὸς οἴκους· καὐτὸς ἐν Σκύρῳ μένων
ἔα κακῶς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι κακούς.
χοὔτω διπλῆν μὲν ἐξ ἐμοῦ κτήσει χάριν,
διπλῆν δὲ πατρός· κοὐ κακοὺς ἐπωφελῶν
δόξεις ὅμοιος τοῖς κακοῖς πεφυκέναι.
ΝΕ. λέγεις μὲν εἰκότ'· ἀλλ' ὅμως σε βούλομαι
θεοῖς τε πιστεύσαντα τοῖς τ' ἐμοῖς λόγοις
φίλου μετ' ἀνδρὸς τοῦδε τῆσδ' ἐκπλεῖν χθο-
νός.
ΦΙ. ἦ πρὸς τὰ Τροίας πεδία καὶ τὸν Ἀτρέως
ἔχθιστον υἱὸν τῷδε δυστήνῳ ποδί;
ΝΕ. πρὸς τοὺς μὲν οὖν σε τήνδε τ' ἔμπυον βάσιν
παύσοντας ἄλγους κἀποσώσοντας νόσου.
ΦΙ. ὦ δεινὸν αἶνον αἰνέσας, τί φῄς ποτε;
ΝΕ. ἃ σοί τε κἀμοὶ λῷσθ' ὁρῶ τελούμενα.
ΦΙ. καὶ ταῦτα λέξας οὐ καταισχύνει θεούς;
ΝΕ. πῶς γάρ τις αἰσχύνοιτ' ἂν ὠφελούμενος;
ΦΙ. λέγεις δ' Ἀτρείδαις ὄφελος ἢ 'π' ἐμοὶ τόδε;
ΝΕ. σοί που, φίλος γ' ὤν, χὠ λόγος τοιόσδε μου.
ΦΙ. πῶς ὅς γε τοῖς ἐχθροῖσί μ' ἐκδοῦναι θέλεις;
ΝΕ. ὦ τᾶν, διδάσκου μὴ θρασύνεσθαι κακοῖς.

V. 1341. De collocatione verborum *κακῶς κακούς*, vel *κακοὺς κακῶς* vid. Elmsl. ad Eurip. Med. 787. HERM.

V. 1342. Duplicem gratiam dicit, ob reductum Philoctetam et derelictos Atridas. BUTTM.

V. 1346. Schol.: *θεοῖς τε πιστεύσαντα· διὰ τὴν Ἑλένου μαντείαν.*

V. 1347. *φίλου μετ' ἀνδρὸς τοῦδε*] I. e. *μετ' ἐμοῦ.*

V. 1348 sq. *τὸν Ἀτρέως ἔχθιστον υἱόν*] I. e. *Ἀγαμέμνονα.* Vide quae ad v. 367 monuimus.

V. 1354. Sensus est: 'Et haec dixisse non deorum te pudet?' i. e. et haec mihi suadere, ut Troiam ad Atridas revertar, non deorum te pudet? Cfr. Xen. Anab. VII 7, 9: *καὶ ταῦτα λέγων οὔτε θεοὺς αἰσχύνει οὔτε τόνδε τὸν ἄνδρα, ὃς νῦν* etc.

V. 1355. *πῶς γάρ τις — ὠφελούμενος*] 'Quonam enim modo quemquam pudeat lucrum facere?' Sic v. 111: *ὅταν τι δρᾷς ἐς κέρδος, οὐκ ὀκνεῖν πρέπει,* et El. 61: *δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν.* Haec autem sententia cum non conveniat eis quae sequuntur, poeta aliud quid scripsisse videtur ut *ἄλλον ὠφελῶν* vel *ὠφελῶν λόγῳ.*

V. 1356. De praepositione *ἐπὶ* ad *Ἀτρείδαις* etiam referenda vide Krueg. I § 68, 9, 2.

V. 1357. *σοί που* i. e. *ἐπὶ σοί που ὄφελος λέγω*, ita tamen ut *λέγω* nihil nisi constructionem verborum fulciat et Neoptolemus sentiat: *σὸν ἂν εἴη ὄφελος ὃ λέγω· φίλος γάρ εἰμί σοι καὶ ὁ λόγος μου ὡς φίλου ἐστί.* De *που* cfr. quod supra ad v. 179 de *ἴσως* monuimus.

V. 1359. Schol.: *μάνθανε, φησί, μὴ ἐν τοῖς κακοῖς ἐπαίρεσθαι.* Cfr. O. C. 592: *ὦ μῶρε, θυμὸς δ' ἐν κακοῖς οὐ ξύμφορον.*

*ΦΙ.* ὀλεῖς με, γιγνώσκω σε, τοῖσδε τοῖς λόγοις.
*ΝΕ.* οὔκουν ἔγωγε· φημὶ δ' οὔ σε μανθάνειν.
*ΦΙ.* ἐγὼ οὐκ Ἀτρείδας ἐκβαλόντας οἶδά με;
*ΝΕ.* ἀλλ' ἐκβαλόντες εἰ πάλιν σώσουσ', ὅρα.
*ΦΙ.* οὐδέποθ', ἑκόντα γ' ὥστε τὴν Τροίαν ἰδεῖν.
*ΝΕ.* τί δῆτ' ἂν ἡμεῖς δρῷμεν, εἰ σέ γ' ἐν λόγοις
πείσειν δυνησόμεσθα μηδὲν ὧν λέγω;
ὡς ῥᾷστ' ἐμοὶ μὲν τῶν λόγων λῆξαι, σὲ δὲ
ζῆν, ὥσπερ ἤδη ζῇς, ἄνευ σωτηρίας.
*ΦΙ.* ἔα με πάσχειν ταῦθ', ἅπερ παθεῖν με δεῖ·
ἃ δ' ᾔνεσάς μοι δεξιᾶς ἐμῆς θιγών,
πέμπειν πρὸς οἴκους, ταῦτά μοι πρᾶξον, τέκνον,
καὶ μὴ βράδυνε, μηδ' ἐπιμνησθῇς ἔτι
Τροίας· ἅλις γάρ μοι τεθρήνηται γόοις.
*ΝΕ.* εἰ δοκεῖ, στείχωμεν. *ΦΙ.* ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος.
*ΝΕ.* ἀντέρειδε νῦν βάσιν σήν. *ΦΙ.* εἰς ὅσον γ' ἐγὼ σθένω.
*ΝΕ.* αἰτίαν δὲ πῶς Ἀχαιῶν φεύξομαι; *ΦΙ.* μὴ φροντίσῃς.
*ΝΕ.* τί γάρ, ἐὰν πορθῶσι χώραν τὴν ἐμήν; *ΦΙ.* ἐγὼ παρὼν

V. 1364. Sensus est: 'nunquam ita me liberabunt morbo, ut sponte Troiam veniam;' i. e. nunquam ego sponte Troiam ibo eo consilio, ut ab Atridis morbo liberer.

V. 1365. De *ἐν* praepositionis usu cfr. quae ad v. 60 monuimus.

V. 1366. De insolito futuri infinitivo, quem attractione quadam propter futurum *δυνησόμεσθα* positum esse Herm. monet, cfr. Schaefer. ad poesin gnom. p. 16, Lobeck. ad Phryn. p. 747, interpretes ad Thuc. I 27, II 29.

V. 1367 sq. *ὡς ῥᾷστα — ζῇς*] I. e. *ὡς ῥᾷστον ἐμοὶ λῆξαι λόγων σοῦ ζῶντος ὥσπερ ἤδη ζῇς*, nam facillimum mihi dicendi finem facere ita ut te sinam vivere ut vivis.

V. 1374. Schol.: *στείχωμεν· ἐπὶ τὴν πατρίδα· ἀπατᾷ δέ, καὶ θέλει ἄξαι εἰς τὴν Τροίαν.* Minime. Egregie Neoptolemus, ut iniuriam, qua Ulixis suasu Philoctetam affecit, omni ex parte expiet, adeo domum eum, cum nullis precibus commoveri potuerit, ut Troiam secum proficisceretur, deducere paratus est, nihil metuens odium et periculum, quod ab Atridis sibi ex ea re imminere videt, omnemque abiciens cupiditatem gloriae, quam sibi ex Troiae expugnatione parare se posse certo scit. — In neglecta caesura non debebat offendi; vide Herm. Elem. doctr. metr. p. 37 et 82. [Fortasse tamen poeta aliud quid scripsit ut *εἰ δοκεῖ, στείχωμεν ὧδε. ΦΙ. κεδνὸν εἰρηκὼς ἔπος*].

V. 1375. *ἀντέρειδε τὴν βάσιν σήν*] Hoc dicere videtur: 'ita progredere, ut in me innitare'.

*ΝΕ.* τίνα προσωφέλησιν ἕρξεις; *ΦΙ.* βέλεσι τοῖς Ἡρακλέους
*ΝΕ.* πῶς λέγεις; *ΦΙ.* εἴρξω πελάζειν. *ΝΕ.* στεῖχε προσκύσας χθόνα.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Μήπω γε, πρὶν ἂν τῶν ἡμετέρων
ἀΐῃς μύθων, παῖ Ποίαντος·
φάσκειν δ' αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους
ἀκοῇ τε κλύειν, λεύσσειν τ' ὄψιν.
τὴν σὴν δ' ἥκω χάριν, οὐρανίας
ἕδρας προλιπών,
τὰ Διός τε φράσων βουλεύματά σοι,
κατερητύσων θ' ὁδόν, ἣν στέλλει·
σὺ δ' ἐμῶν μύθων ἐπάκουσον.
καὶ πρῶτα μέν σοι τὰς ἐμὰς λέξω τύχας,
ὅσους πονήσας καὶ διεξελθὼν πόνους
ἀθάνατον ἀρετὴν ἔσχον, ὡς πάρεσθ' ὁρᾶν.
καὶ σοί, σάφ' ἴσθι, τοῦτ' ὀφείλεται παθεῖν,
ἐκ τῶν πόνων τῶνδ' εὐκλεᾶ θέσθαι βίον.
ἐλθὼν δὲ σὺν τῷδ' ἀνδρὶ πρὸς τὸ Τρωϊκὸν
πόλισμα, πρῶτον μὲν νόσου παύσει λυγρᾶς,
ἀρετῇ τε πρῶτος ἐκκριθεὶς στρατεύματος,
Πάριν μέν, ὃς τῶνδ' αἴτιος κακῶν ἔφυ,
τόξοισι τοῖς ἐμοῖσι νοσφιεῖς βίου,
πέρσεις τε Τροίαν, σκῦλά τ' εἰς μέλαθρα σὰ
πέμψεις, ἀριστεῖ' ἐκλαβὼν στρατεύματος,

V. 1379. Verba inter πελάζειν et στεῖχε in codicibus addita: σῆς πάτρας. *ΝΕ.* ἀλλ' εἰ δρᾷς ταῦθ', ὥσπερ αὐδᾷς ut grammatici explicationes delevit Dindorfius.

V. 1380. Herculis persona in θεολογείῳ conspicitur.

V. 1383. φάσκειν] 'Dic'; vid. ad v. 57 adnotata.

V. 1390. Ut hic Hercules ab anapaestis transit ad trimetros iambicos, ita Diana ab Euripide in Hippolyto in scenam producitur primum anapaestos (1283—1295), deinde trimetros iambicos recitans. Ceterum λέξω τύχας est: meae ortunae te admonebo.

V. 1392. ἀρετὴν gloriam significare aiunt Suidas et grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 443, 33 appositeque Musgr. affert Plat. Symp. p. 208 D: ἀλλ' οἶμαι ὑπὲρ ἀρετῆς ἀθανάτου καὶ τοσαύτης δόξης εὐκλεοῦς πάντες πάντα ποιοῦσιν. Cui Martinus addit Pindari verba Ol. VII 163: ἄνδρα τε πὺξ ἀρετὰν εὑρόντα. Scilicet ἀρετὴ est excellentia. HERM. Rectius interpreteris ἀθάνατον ἀρετήν 'virtutem quae immortalitatis honore digna esset'. — ὡς πάρεσθ' ὁρᾶν] Ex vultus utique splendore totiusque speciei. Verg. Aen. II 589 et Eur. Ion 1550. WAKEF.

*Ποίαντι πατρὶ πρὸς πάτρας Οἴτης πλάκα.*
*ἃ δ' ἂν λάβῃς σὺ σκῦλα τοῦδε τοῦ στρατοῦ,*
*τόξων ἐμῶν μνημεῖα πρὸς πυρὰν ἐμὴν*
*κόμιζε. καὶ σοὶ ταῦτ', Ἀχιλλέως τέκνον,*
*παρῄνεσ'· οὔτε γὰρ σὺ τοῦδ' ἄτερ σθένεις*
*ἑλεῖν τὸ Τροίας πεδίον οὔθ' οὗτος σέθεν·*
*ἀλλ' ὡς λέοντε συννόμω φυλάσσετον*
*οὗτος σὲ καὶ σὺ τόνδ'. ἐγὼ δ' Ἀσκληπιὸν*
*παυστῆρα πέμψω σῆς νόσου πρὸς Ἴλιον.*
*τὸ δεύτερον γὰρ τοῖς ἐμοῖς αὐτὴν χρεὼν*
*τόξοις ἁλῶναι. τοῦτο δ' ἐννοεῖθ', ὅταν*
*πορθῆτε γαῖαν, εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς.*

V. 1403. Duo sunt, quae dicit, eaque haec: 'quae tu spolia virtutis tuae praemia acceperis, ad Poeantem mittes; quae vero spolia ab exercitu acceperis, ut sint telorum meorum monumenta, ea ad rogum meum abduc'. Demonstrativum *τοῦδε* alienum est ab hoc loco ut aut *τοῦδε* aut *στρατοῦ* corruptum videatur. Hermannus coniecit *τοῦδε τοῦ στόλου*, fortasse legendum *τοῦδε τοῦ κράτους* i. e. huius victoriae quam armis meis adipisceris.

V. 1405. Negat Buttmannus *ταῦτα* ad sequentia posse referri, quia sic *σοὶ δὲ ταῦτα* dici debuisset. Verum hoc esset, si sequentia, ad quae negant *ταῦτα* referendum esse, opposita iis essent, quae antecedunt. At pergit Hercules narrare, quae Philoctetae ad Troiam facienda sint, appellato nunc nomine Neoptolemi, quia ad eum quoque quae addit spectant. Neque enim ad solum Neoptolemum, sed simul ad Philoctetam pertinent, ita ut ne potuerit quidem apte *σοὶ δὲ* dici. Sensus enim hic est et esse debet: *καὶ ἐπεὶ οὔτε σύ, Ἀχιλλέως τέκνον, ἄτερ τοῦδε σθένεις ἑλεῖν τὸ Τροίας πεδίον, οὔθ' οὗτος ἄτερ σέθεν, σοὶ ταῦτα παρῄνεσα* (i. e. tibi simul suadeo), *ὡς λέοντε συννόμω φυλάσσετον οὗτος σὲ καὶ σὺ τόνδε.*

V. 1407. *τὸ Τροίας πεδίον*] Sollemnis Graecorum dictio, significans civitatem Troianam, i. e. et urbem et agros intra territorium sitos, nobis: 'das Gebiet Troia's'. Cfr. Soph. O. C. 1312: *ξὺν ἑπτὰ λόγχαις τὸ Θήβης πεδίον ἀμφεστᾶσι πᾶν*, et Xen. Anab. VII 8, 7: *εἶτα παρὰ θάλατταν πορευόμενοι τῆς Λυδίας εἰς Θήβης πεδίον.*

V. 1409. Iacobus in Quaest. Soph. p. 313 hunc locum interpolatum putat, quia mendacii arguatur Helenus, quo auctore supra 1333 ab Aesculapii filiis sanatum iri Philoctetam retulerit Neoptolemus. Recte ad haec respondet Buttmannus, illa non sic relata a Neoptolemo esse, ut si Helenus diserte Aesculapii filios nominasset; sed cum ille sanatum iri a medico Philoctetam dixisset, Neoptolemum id de claris illis, qui in exercitu essent, medicis esse interpretatum; Herculem autem nunc, quo certius illi de restituenda valetudine persuadeat, ipsum ab se Aesculapium missum iri significare; divina enim arte opus esse ad expugnandum virus hydrae Lernaeae. Machaonis cura restitutum esse Philoctetam Lesches in Iliade parva narraverat. HERM.

V. 1413. Schol.: *εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς· αἰνίττεται τοῦτο εἰς Νεοπτόλεμον· ἐν γὰρ τῇ Ἰλίου ἁλώσει ἀπέκτεινε τὸν Πρίαμον, προσφυγόντα τῷ βωμῷ τοῦ ἑρκίου Διός.* Eius autem sceleris poenaeque insecutae, Neoptolemo quoque postea ad aram Apollinis obtruncato, magna fama

ὡς τἄλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ
Ζεύς· οὐ γὰρ ηὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς·
[κἂν ζῶσι κἂν θάνωσιν, οὐκ ἀπόλλυται]
ΦΙ. ὦ φθέγμα ποθεινὸν ἐμοὶ πέμψας,
χρόνιός τε φανείς,
οὐκ ἀπιθήσω τοῖς σοῖς μύθοις.
ΝΕ. κἀγὼ γνώμην ταύτῃ τίθεμαι.
ΗΡ. μή νυν χρόνιοι μέλλετε πράσσειν·
καιρὸς καὶ πλοῦς
ὅδ' ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμνην.
ΦΙ. φέρε νυν στείχων χώραν καλέσω.
χαῖρ', ὦ μέλαθρον ξύμφρουρον ἐμοί,
Νύμφαι τ' ἔνυδροι λειμωνιάδες,
καὶ κτύπος ἄρσην πόντου προβολῆς·

inter Graecos erat, et proverbium inde ductum *Νεοπτολέμειος τίσις*. Vide Pausan. IV 17, 4. BUTTM. Saepe Sophocles pietatem adversus deos commendare solet. Cfr. O. R. 863 sqq., O. C. 278 sqq. et Ant. 1348: **χρὴ δὲ τά γ' εἰς θεοὺς μηδὲν ἀσεπτεῖν.**

V. 1415 sq. **εὐσέβεια**] Hic 'laus pietatis' est, ut El. 968 **πρῶτον μὲν εὐσέβειαν ἐκ πατρὸς κάτω θανόντος οἴσει.** Versum qui sequitur spurium esse iam alii ante me suspicati sunt. [Lud. et Guil. Dindorfii tres versus **ὡς τἄλλα — ἀπόλλυται** ab interpolatore additos esse iudicant, quia Herculis oratio verbis **τοῦτο δ' ἐννοεῖθ'.. θεούς** aptissime et gravissime finiatur. Atque illud **εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς**, quo vetantur Graeci divina humanaque iura permiscere, aliud est atque haec **εὐσέβεια**, quae pietas in virtute cultuque deorum posita est.]

V. 1420. Cfr. Isae. de Ciron. hered. § 46 **ἣ δίκαιόν ἐστι, ταύτῃ τὴν ψῆφον τίθεσθε.**

V. 1424 sq. Etsi **πλοῦς** proprie 'opportunitatem navigandi' tantum significat, tamen, cum ea in vento potissimum secundo posita sit, non est mirum saepe ita usurpari, ut venti notio aut praecipue aut sola respicienda sit. Cfr. 465: **ὡς, ὁπηνίκ' ἂν θεὸς πλοῦν ἡμὶν εἴκῃ, τηνικαῦθ' ὁρμώμεθα**, et 466: **καιρὸς γὰρ καλεῖ πλοῦν μὴ 'ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ 'γγύθεν σκοπεῖν.** Eodemque modo hic **πλοῦν** de vento secundo accipiendum esse apparet ex verbis **ἐπείγει κατὰ πρύμνην.** Cfr. Thucyd. II 97: **αὕτη περίπλους ἐστὶν ἡ γῆ τὰ ξυντομώτατα, ἢν ἀεὶ κατὰ πρύμναν ἱστῆται τὸ πνεῦμα, νηὶ στρογγύλῃ τεσσάρων ἡμερῶν καὶ ἴσων νυκτῶν.** Itaque sensus hic est: 'Urget enim iam tempus opportunum et ventus secundum puppim spirans'. De **ὅδε** 'iam' significante vide ad v. 771. De collocatione **γάρ** particulae cfr. Schaefer. Melett. critt. p. 76 et Meinek. ad Men. p. 7.

V. 1424. De coniunctivo **καλέσω** vide Krueg. I § 54, 2, 1.

V. 1425. Schol.: **ξύμφρουρον ἐμοί· τὸ φρουρῆσάν με καὶ φυλάξαν.** Proprie, ut recte monet Matthaei, **φρουρὸν συνὸν ἐμοί.**

V. 1426. Similiter ut supra v. 1198 **πυρφόρος ἀστεροπητής** Iupiter dictus est 'ignifera fulmina mittens', Nymphae hic **ἔνυδροι λειμωνιάδες** dicuntur, i. e. 'irrigua prata tenentes'. Similia haec sunt O. Col. 150 **δυσαίων μακραίων**, 1082 **ἀελλαία ταχύρρωστος πελειάς**, Trach. 1202 **ἀραῖος βαρύς.**

V. 1427. Scripsi cum Hermanno

οὗ πολλάκι δὴ τοὐμὸν ἐτέγχθη
κρᾶτ' ἐνδόμυχον πληγαῖσι νότου,
πολλὰ δὲ φωνῆς τῆς ἡμετέρας
Ἕρμαιον ὄρος παρέπεμψεν ἐμοὶ
στόνον ἀντίτυπον χειμαζομένῳ.
νῦν δ', ὦ κρῆναι Λύκιόν τε ποτόν,
λείπομεν ὑμᾶς, λείπομεν ἤδη,
δόξης οὔ ποτε τῆσδ' ἐπιβάντες.

**προβολῆς** pro **προβλῆς**, quanquam veram hanc scripturam esse non contenderim. Maris enim potius fragorem, quam montis in mare prominentis, quo sensu **πόντου προβολῆς** accipiendum est (vide Quint. Smyrn. IX 377 et Iacobs. ad Anthol. tom. VIII p. 98), commemorare Philoctetes videtur debuisse, ut supra 689: *ἀμφιπλήκτων ῥοθίων μόνος κλύων*. Placeret mihi omnino illa coniectura, si ea recepta hic esse loci sensus posset: 'et fragor vehemens fluctuum promunturio illisorum'. [Idque posse videtur, si modo ut *στέρνων κτύπος* ita *πόντου* (gen. subi.) *ἄρσην κτύπος προβολῆς* (gen. obi.) dictum putamus. Alii cum Musgravio **προβλῆς θ'** scribunt cl. v. 936.]

V. 1428 sq. *Οὗ* necessario ad regionem, cui valedicit Philoctetes, referendum est, non ad *μέλαθρον*, quod interiectis verbis *Νύμφαι — προβολῆς* per linguae leges fieri nequit. Neque refragatur explicationi meae verbum *ἐνδόμυχον*. Hoc enim dicit Philoctetes: 'ubi saepe caput meum cum tectum esset antro', i. e. 'cum in antro essem, verberibus noti', i. e. 'imbribus noti flatu in antrum iniectis, madefactum est'.

V. 1430. **πολλὰ δέ**] Vel ex praecedente **πολλάκι** satis apparet **πολλά** hoc loco 'crebro' sive 'saepe' significare. Sic Hom. Il. II 798: *ἦ μὲν δὴ μάλα πολλὰ μάχας εἰσήλυθον ἀνδρῶν*. Adde huius fab. 494. El. 415, 520, 1377. Trach. 1192.

V. 1431. Schol.: *δύναται πάντα τὰ ὄρη Ἕρμαια καλεῖσθαι, ὅτι νόμιος ὁ θεὸς καὶ ὄρειος ὁ Ἑρμῆς· ἔστι δὲ καὶ Ἕρμαιον οὕτως ἐν Λήμνῳ καλούμενον· ἐμοὶ δέ, φησί, πολλὰ βοῶντι καὶ τὸ Ἕρμαιον ὄρος ἀντεφθέγξατο.*

V. 1432. De verbo **χειμαζομένῳ**, quo morbi impetu afflictus Philoctetes significatur, vid. ad v. 1167.

V. 1433. Schol.: *Λύκιόν τε ποτόν· ἡ οὕτω καλουμένη κρήνη ἐν Λήμνῳ Λυκίου Ἀπόλλωνος, ἢ οἷον ἐν ἐρημίᾳ ὑπὸ λύκων πινόμενον.* Suidas: *Λυκεῖον ποτόν· ἤτοι ἀπὸ κρήνης τῆς ὑπὸ Ἀπόλλωνος εὑρεθείσης ὑπὸ λύκων πινομένης. ἀπὸ οἴνου καὶ μέλιτος προπερισπωμένος.* Eadem, sed omissa ultima voce, Hesychius. Similiter Zenobius IV 99 et appendix Vat. II 59. Scholiastae si quis credere nolit, ei *γλυκύ ἐν τε ποτόν* plene satisfacturum ait Lobeck. ad Phryn. p. 541. Recte Buttmannum iudicare puto, fontem Lemni *Λύκιον* ab antiquis scriptoribus commemoratum esse. Nec falsa esse puto quae de vino et melle isti grammatici referunt. Credibile est enim ab aliquo poetarum cycliorum ac fortasse ab Lesche in Iliade parva proditum esse, tolerabiliore usum esse Philoctetam conditione vitae, vinum ei et mel suggerente Apolline. HERM.

V. 1435. Eustathius p. 774, 3: *δόξης δ' οὔ ποτε τῆσδ' ἐπιβάντες, ἀντὶ τοῦ οὔποτε τοῦτο δοξάσαντες.* Cfr. Hom. Il. VIII 285: *τὸν καὶ τηλόθ' ἐόντα ἐϋκλείης ἐπίβησον*, et Od. XXII 424: *τάων δώδεκα πᾶσαι ἀναιδείης ἐπέβησαν.* Herodot. I 46: *ἐνέβησε δὲ ἐς φροντίδα.* Maxime probabilis est coniectura Hermanni paroemiacum restituentis: *λείπο-*

χαῖρ', ὦ Λήμνου πέδον ἀμφίαλον,
καί μ' εὐπλοίᾳ πέμψον ἀμέμπτως,
ἔνθ' ἡ μεγάλη Μοῖρα κομίζει,
γνώμη τε φίλων, χὡ πανδαμάτωρ
δαίμων, ὃς ταῦτ' ἐπέκρανεν.
ΧΟ. χωρῶμεν δὴ πάντες ἀολλεῖς,
Νύμφαις ἁλίαισιν ἐπευξάμενοι
νόστου σωτῆρας ἱκέσθαι.

μεν οὐ δὴ | δόξης ποτὲ τῆσδ' ἐπιβάντες.

V. 1437. ἀμέμπτως, sine reprehensione, quod insula quae saepissime diras preces in Achaeos et Atridas audiverit, ad eos ipsos illum redeuntem videat. Inconstantiam igitur deprecatur Philoctetes excusans necessitatem et amicorum voluntatem. Cfr. v. 986 sqq.

V. 1439. Schol.: γνώμη τε φίλων· ἢ τοῦ Ἡρακλέους, ἢ τοῦ Νεοπτολέμου. Et Neoptolemum et Herculem intellegendos puto.

V. 1440. Schol.: δαίμων· τινὲς τὸν Ἡρακλέα, ἔνιοι τὴν τύχην. Neque τύχην, quod post mentionem τῆς μοίρας non placet, neque Herculem, cui inter deos vix puto tribui potuisse epitheton πανδαμάτωρ, sed Iovem cum Gedikio intellegendum puto; cfr. Eur. Troad. 49, ubi Minerva Neptunum μέγαν δαίμονα vocat, et Rhes. 241, ubi πόντιος δαίμων est idem. Itaque is δαίμων, cui omnia parent, est ὁ πανδαμάτωρ δαίμων, isque recte dicitur πάντα ταῦτα ἐπικρᾶναι. BUTTM. Cfr. Eur. El. 1247: τἀντεῦθεν δὴ χρὴ πράσσειν, ἃ μοῖρα Ζεύς τ' ἔκρανε σοῦ πέρι. Apte autem Philoctetes Iovem πανδαμάτορα appellat, ut a quo sua etiam pertinacia domita esset. Cfr. v. 1415.

V. 1441. ἀολλεῖς dicit chorus laetus, quod Philoctetes non remanet, sed una cum ceteris Troiam proficiscitur.

V. 1443. σωτῆρας] Referendum hoc ad nymphas esse apparet. Cfr. O. R. 81: τύχῃ σωτῆρι.

---

# APPENDIX.

## I. EMENDATIONES ET CONIECTURAE.

V. 35 κυρεῖ pro κυρῇ Schaefer. 58 πλεῖν pro πλεῖς Blaydes. 66 τούτῳ pro τούτων Buttmann. 79 καὶ pro καὶ Erfurdt.

116 θηρατέ' οὖν pro θηρατέα Triclinius. 121 μνημονεύσεις pro μνημονεύεις Herwerden. 134 Ἀθάνα pro Ἀθηνᾶ Eustath. p. 758, 44. 135 με δέσποτ' pro δέσποτα με Triclinius. 147 verba τῶνδ' ἐκ μελάθρων eicit Wunder. 151 φρουρεῖν pro τὸ σὸν φρουρεῖν Triclinius. 156 μὴ προσπεσων με λάθῃ pro μή με λάθῃ προσπεσὼν Hermann. 166 σμυγερὸν σμυγερῶς pro στυγερὸν στυγερῶς Brunck. 171 μηδὲν pro μὴ vel μηδὲ Wecklein. 176 θεῶν pro θνητῶν Lachmann. 185 βαρεῖ· ἃ δ' pro βαρεῖα δ' Boeckh. 186 ἀθυροστομοῦσ' Wecklein. 191 παθήματα κεῖνα pro παθήματ' ἐκεῖνα Brunck. 194 ὡς pro ὅπως Porson.

201 του addidit Porson. 207 θρηνεῖ pro θροεῖ Dindorf. 216 τι γὰρ pro γάρ τι Wunder. 218 κἀκ ποίας τύχης pro κἀκ ποίας πάτρας Nauck. 220 ἂν ᾖ γένους ὑμᾶς pro ἂν ὑμᾶς ἢ γένους Triclinius. 226 καὶ φίλων ἀλώμενον pro κἄφιλον καλούμενον Wecklein. 229 τοὐδέ γ' vult Wunder. 234 τί σ' pro τίς σ' Wakefield. 243 δὴ τὰ νῦν pro δῆτα νῦν Buttmann. 249 ἄρ' addidit Erfurdt. 264 τῆς pro τῆσδ' Auratus. 289 δύστηνον pro δύστηνος Canter.

311 κόποισι Wecklein. 314 αὖθις pro αὐτοῖς Wecklein. 317 ὢν pro ἐν Gernhard. 322 θυμὸν γένοιτο χειρί pro θυμῷ γένοιτο χεῖρα Brunck. 347 οὐ addendum esse monuit M. Seyffert. 353 'π' ἄκρον pro πικρόν Burges. 365 ἐγὼ δ' ἀκούσας Wecklein (κἄγωγ' ἀκούσας Bothe). 368 verba πρὶν μαθεῖν ἐμοῦ suspecta Wundero. 369 ἣν κυρῶν pro ὧν κύρει Brunck. 390 ἁγνὸν μέγ' ἃ Wecklein.

416 τί δ'; οὐ pro τί δ' ὁ vel τί δ' ὅς Burges. 420 γάνος Unger, ἥδιστος γόνος Heimsoeth, ὥσπερ ἥδετο Blaydes. 421 δύ' αὖ τώδ' ἐξέδειξας pro δύ' αὔτως δεῖν' ἔλεξας γρ. δύ' αὐτὼ δ' ἐξέδειξας Porson. 429 ὃς σοῦ pro ὅς σοι Hemsterh. 430 σ' ἐν pro σε Erf. In frgm. 649 in adnot. allato πημάτων Wecklein. 466 θ' addidit Wecklein. 482 πρύμνην pro πρύμναν Elmsley. 486 τε σπιλάδα pro τε δειράδα Wecklein praeeunte Meinekio. (Τραχίνιόν τε πρῶνα Wunder.) 488 παλαιὸν pro πάλαι ἂν vel παλαί' ἂν Triclinius. 491 δόμους Wunder.

506 μετατιθέμενος pro μέγα τιθέμενος schol. ἐπιμέμονεν pro ἐπεὶ μέμονεν Turnebus. 509 τὰν θεῶν pro τὰν ἐκ θεῶν Hermann. 520 ἔκ τε pro ἐκ δὲ vel ἔκ γε Gernhard. 525 sq. γῆς ἕδος Wecklein, εἰς οἴκησιν Bergk. 546 σοῦ νέα pro σ' οὕνεκα Auratus. 550 sq. πρὸς κέρδει vel μισθῷ et ἃ περί μ' Wecklein. 564 αὖ pro ἂν et 576 θ' pro γ' Dobraeus. 579 λόγων pro λόγον Burges. 590 τίθου Wecklein. 592 γ' pro τ' Erfurdt.

623 οὔ θᾶσσον pro οὔ· θᾶσσον Welcker. 628 ὀρίζῃ pro ὀρίζοι Brunck. 631 ἀνῇ pro ἄγῃ Pierson. 634 οἶδ' ἀλλὰ Doederlein. 647 ἀλλ' ἔστ', ἀλλ' ἃ ex Laur. γ., alii libri ἀλλ' ἔσθ' ἃ vel ἄλλα γ' ἔσθ' ἅ. 663—665 auctore Dindorfio uncis inclusit Wunder. 669 τῶν addidit Porson. 670 ἄμπυκας ὡς ἔβαλεν δρομάδας Wecklein. ἔβαλ(εν) pro ἔλαβ' Wakefield. 675 ὢν ἴσοις pro ἐν ἴσοις Schultz. 676 ὠλέκεθ' pro ὤλλυθ' Dindorf, ἀτίμως pro ἀναξίως Erfurdt. 677 τόδε δ' αὖ pro τόδε Wunder, μ' ἔχει pro ἔχει με Erfurdt. 684 sq. βαρυβρῶτα πόδα κλαύσειεν Wecklein (τὸν βαρυβρῶτα πόδα κλαύσειεν Bergk) pro βαρυβρῶτ' ἀποκλαύσειεν. 686 ὃς pro οὐδ' ὃς Hermann. 688 sq. εἴ τιν' ἐμπέσοι Brunck, ἐκ γαίας Dindorf, εἴ τι συμπέσοι .. ἔκ γε γᾶς M. Seyffert; φάρμακον ἐκτεμεῖν πόθος Wecklein. 690 εἶρπε pro ἕρπει Bothe. 695 πόρου pro πόρον Wakefield, ἐξανείη pro ἐξανίησι Hermann. 699 sq. πτανοῖς ἰοῖς ἀνύσειε pro πτανῶν ἀνύσειε πτανοῖς Erfurdt.

709 πατρίαν pro πατρῴαν Porson. 711 ὄχθας pro ὄχθαις Dindorf. 720 ὦ θεοί pro ἰὼ θεοί et ὧδ' pro οὕτως, quod deest in melioribus libris anonymus in Lond. Class. Journ. I p. 337. 738 In libris οὐκ οἶδα Philoctetae, πῶς οὐκ οἶσθα Neoptolemo tribuuntur: correxit Bothe. 742 ἴσοις pro ἴσως cum Bothio, interpunctione ante πλάνοις (non post ἴσοις) posita Wecklein. 765 δέδοικα δ' ὦ παῖ pro ἀλλὰ δέδοικ' ὦ παῖ Neue, μὴ ἀτελὴς εὐχὴ τύχῃ pro μή μ' ἀτελὴς εὐχή Wunder, μὴ μάτην εὔχῃ τάδε Wecklein (μὴ μάτην εὔχῃ, τέκνον iam Camerarius). 769 ἐργάζει Wecklein. 781 δύνᾳ pro δύνῃ Porson. 795 θεμίστ' pro θέμις γ' Wunder, ἐμοὖστι pro ἐμοί 'στι Hermann.

801 μεθίημ' εἴ τι pro μεθίημι τί Hermann. 811 εὐαὲς pro εὐαής Hermann. 813 ἀντίσχοις pro ἀντέχοις Brunck, ἀμπίσχοις conicit Wunder. 817 ποῖ δὲ τἀνθένδε βάσει φροντίδος Wecklein. 825 ἔργ' Wecklein (idem conicit Blaydes). 836 sq. ταὐτὸν pro ταὐτὰν et πυκινοῖς pro πυκινοῖσιν ἐνιδεῖν Wunder. 843 sq. ἀλλά τις ὡς pro ἀλλ' ὥς τις et ὅρα, βλέπ' εἰ, nisi verba ὁρᾷ βλέπει interpretationis causa adscripta sint, Wunder, καίρια φθέγγου eiectis verbis ὁρᾷ βλέπει Wecklein; idem quattuor hexametros restituit. 854 εὐφόρως vel εὐπετῶς pro εὐπόρως Brunck. 877 δῆτ' ἂν pro δῆτα Schaefer.

915 με μὴ ἀφέλῃς (vel ἀφέλῃ) pro μή μ' ἀφέλῃς Elmsley. 936 ἀνανοῦμαι pro αὖ θανοῦμαι ex schol. 939 ἀφ' ὧν Wunder. 974 τίθῃς pro τιθεὶς vel τιθεῖς Porson. 989 οἷ' αὖ pro οἷά Hermann.

1014 ἔξεστ' pro εὔξεσθ' Pierson. 1017 ὀλεῖσθε pro ὄλοισθε Brunck. 1030 κρατῶ Wecklein. 1038 ἐπείπερ ἔστι pro ἐπεὶ πάρεστι Wunder. 1044 ἦν σὲ χρῆν pro ἦν σ' ἐχρῆν Wunder. 1053 λει-

φθήσομαι δὴ pro λειφθήσομ' ἤδη Wakefield. 1070 πάλαι Wecklein. 1071 τίπτ' pro τί ποτ' Bothe, ἆμαρ pro ἦμαρ Dindorf. 1074 sqq. εἰ θῆρες πλάνοι Wecklein, ἑλῶσιν· οὐκέτ' ἴσχω Dissen, οὐδ' ἔτ' ἀρκῶ cl. Suidae glossa ἀρκῶ· ἰσχύω, ὑπομεῖναι δύναμαι et Soph. El. 186 Wunder. 1078 βαρύποτμ' pro βαρύποτμε Erfurdt. 1081 λωϊτέρου pro τοῦ λῴονος et εὑρεῖν pro ἑλεῖν Wunder. 1096 alterum πόμος addidit Erfurdt.

1103 χερὶ pro χειρί Turnebus. 1108 ἐλεινὸν pro ἐλεεινὸν Brunck. 1110 ἄρθμιον pro ἄθλιον Erfurdt. 1112 χεροῖν δ' ἐν iam Hartung. 1113 ἑλίσσει Wecklein. 1116 ἐμήσατ' οὔτις Wecklein (ἐμήσατ' οὐδείς Arndt). 1117 οὐ δίκαιον εἰπεῖν vel ἔκδικον κατειπεῖν Wecklein. 1121 τῶνδ' pro τοῦδ' Thudichum. 1126 sq. μηκέτ'.. πλάζεσθ' Wecklein. 1128 ἀκὰν conicit Wunder. 1131 φοβητὸς οὐκέθ' ὑμῖν Wecklein. 1175 ἀλλ' ἄγετ', ὦ ξένοι Wunder. 1141 σὸν pro σοὶ Dindorf. 1172 βροντᾶς αὐγαῖς pro βρονταῖς αὐταῖς schol. 1179 δὴ addidit Hermannus. 1180 πάντα τε τἄρθρα Wunder, τάδε Wecklein. 1184 γὰρ pro γάρ ἐστ' Hermann. 1186 εἰσίδοιμ' ἄθλιός σ' pro εἰσίδοιμί σ' ἄθλιός γ' Dindorf. 1180 ἔβαν delevit Wecklein. 1191 ῃ pro ἦν Elmsley. 1192 σπεύδοντα Wecklein.

1217 σοφὰ pro σοφὸν Brunck. 1219 ἅλαβες pro ἅ γ' ἔλαβες Dindorf. 1237 νέα pro μέγα Bergk. 1238 κλέπτοντες Wecklein. 1247 παῦε pro παῦσαι Triclinius. 1256 αἴσχιστος pro ἔχθιστος Pierson. 1260 ἆρα pro οὐκ ἄρα Porson. 1261 ἀγνὸν pro ἀγνοῦ Wakefield. 1272 ἅ pro ἅ ἅ Turnebus. 1276 τόδ' pro τοῦτ' Brunck. 1280 ὅτου pro ὅπου Turnebus. 1286 ἀμὸν pro ἐμόν Triclinius.

1301 ἂν τυχεῖν pro ἐντυχεῖν Porson. 1302 ἕως ἂν pro ὡς ἂν Wunder (ἔστ' ἂν Brunck), οὗτος pro αὐτὸς Brunck. 1333 κακοὺς pro κακὰ Dobraeus. 1336 οἷ γε pro οἷ τε Brunck. 1338 κᾀμ' pro καί μ' Brunck. 1351 κἀποσώσοντας pro κἀποσώζοντος Heath. 1353 λῷσθ' pro καλῶς Dindorf. 1355 ἄλλον ὠφελῶν Nauck. 1358 ἐχθροῖσί μ' pro ἐχθροισῖν Brunck. 1362 ἐγὼ οὐκ pro ἔγωγ' οὐκ Dindorf. 1378 Ἡρακλέους pro Ἡρακλείοις Brunck. 1380 μήπω τι vult Wunder.

1401 ἐκλαβὼν pro ἐκβαλὼν Turnebus. 1403 κράτους Wecklein. 1412 ἐννοεῖθ' pro ἐννοεῖσθ' Elmsley. 1415 οὐ γὰρ ηὐσέβεια pro ἡ γὰρ εὐσέβεια Brunck. 1420 γνώμην pro γνώμῃ Toup. 1421 πράσσειν pro πράττειν Brunck. 1423 πρύμνην pro πρύμναν et 1441 δὴ pro ἤδη Hermann.

Ceterum ubique scripsi vel cum libris vel contra libros σῴζειν, ηὗρισκον, εἵνεκα praepositionis loco. Cfr. curae epigraph. p. 33, p. 36, p. 45.

---

## II. METRA QUIBUS SOPHOCLES IN HAC FABULA USUS VIDETUR.

Vss. 1—134 trimetri iambici.

V. 135—143.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – trim. iam.

⏓ –́, –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – – phalaec. hendecas. (Herm. El. p. 562, Ep. p. 138, 200).

–́ ⏑ – ⏑ –, –́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, – –́ monom. troch. hyperc. et glyconicus.

–́ – –́ ⏑ ⏑ – spond. et chori.

⏑ –́ –́ ⏑ –́, – ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́ dim. dochm.

⏓ –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconicus (Herm. El. p. 564).

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏓ dim. iamb. cat.

Vss. 144—149, vss. 159—168 et vss. 189—198 tria efficiunt systemata anapaestica, quae constant dimetris, duobus interpositis monometris.

Vss. 169—178.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́
–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ } glyconei.
–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – – glyc. cat. (pherecrateus).

⏑́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑́ glyconeus.

⏑́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconeus.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ trim. chor. cum basi et iamb.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ – logaoed.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconeus.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – – pherecrateus.

Vss. 199—207.

–́ ⏑ ⏑ ⏑ –, ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – trim. troch. cat.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – – dim. chori. hyp. cum basi.

–́ –́, –́ –, –́ ⏑ ⏑ – glyconeus.

– –́ –, –́ ⏑ ⏑ – moloss. et choriambus.

–́ –́, –́ ⏓, –́ ⏑ ⏑ –
–́ ⏑́, –́ ⏓, –́ ⏑ ⏑ – } glyconei, de quibus cfr. Herm. El. p. 548 cl. p. 525, Ep. p. 189, 194.
–́ ⏑́, –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ –

– –́ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ –́ ⏓ moloss., chori., antispast.

Vss. 217—388 trimetri iambici, excepto vs. 217, qui est monometer iambicus.

Vss. 389—397.

⏓ –́ ⏑ –, – –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, –́ ⏑ ⏓ dim. iamb. et dim. cret.

trimeter iambicus.

⏓ ⏑́⏑ –́ ⏓ –́ – ⏑́⏑ –́ – –́ dimeter dochmiac.

⏑ –́ –, ⏑ –́ –, ⏑ –́ –, ⏑ –́ – tetram. bacch.

⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ –́, ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏓́ dim. dochm.

⏓ –́ ⏑ –, ⏑ –́ –́ ⏑ –́ dip. iamb. et dochmius.

⏑ –́ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ –́ dim. dochm.

⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ ⏓́ dochmius.

Vss. 398—501 et 511—667 trimetri iambici.

Vss. 668—681.

⏑ –́ ⏑ –, ⏓ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ ⏓ trim. iamb.

–́ ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.

corruptus est.

⏒ –́ ⏑ –, ⏑ –́ – dim. iamb. cat.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ –, –́ – tetram. chor. brachyc. cum basi.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏓ qualis vs. 136.

⏑ –́ –, –́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – bacchius et dim. troch. cat. (cfr. Christ. Metr. § 393).

–́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – chori. et diiambus.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – logaoed.

⏑ ⏑ –́, –́ ⏑ ⏑ – anapaest. et chori.

–́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –
–́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏓ } una periodus choriamb. et diiamb. constans, in diiamb. cat. desinens.

Vss. 696—704.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ –, –́ – trim. chori. brachyc. cum basi.

idem.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –́ – idem.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –́, ⏑ –́ ⏑ – – chori. cum basi et penthem. iamb.

–́ ⏑ ⏑ –, –́ – chori. et spondeus.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ qualis 175.

– –́ ⏒, –́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ moloss. et glycon.

– –́ ⏑ ⏑ – – adonius cum anacrusi.

Vss. 714—809 trimetri iambici, exceptis vss. 716, 723, 734, 768, 770, 773, 779, 787.

Vss. 810—821.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ tetram. dactyl.

– ⏑́ ⏑, – –́ –́ – iamb. et antispast.

– –́ – –, – –́ – – dim. anapaest.

– ⏑́ ⏑ –́ – –́ dochmius.

– –́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –́ qualis 141.

⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ –́ –́ – iamb. et antisp.

– ⏑́ ⏑ ⏑ – –, –́ – dipod. iamb. hyperc. et troch.

–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ –, –́ – dim. epitr. et troch.

– ⏑́ ⏑, ⏑ –́ –́ – iamb. et antisp.

– ⏑́ ⏑, ⏑ –́ –́ – idem.

– –́ –, – –́ –, – – – tres molossi.

⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́ creticus et dochm.

Vss. 822—825 hexametri dactylici.

Vss. 838—846.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ pherecrateus.

– –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ qualis 141.

⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑́ ⏑ idem.

–́ ⏑́, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ pherecrateus.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – tetram. dact.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ idem.

⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ – – – metrum dubium.

⏑ ⏑ –́, ⏑ ⏑ ⏑ –́, –́ ⏑ ⏑ – anap., paeon qu., chori.

⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – ⏑ dim. troch.

Vss. 847—1062 trimetri iambici.

Vss. 1063—1081.

–́ –́, –́ –, –́ ⏑ ⏑ – glyconeus, qualis 204 sqq.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́, –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ diglyconeus.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconeus.

–́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏒ pherecrateus.

– –́ –́ – antispastus.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́<br>–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ } glyconei.

–́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ pherecrateus.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconeus.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.

⏒ –́ – ⏑ –́ dochmius (v. v. 1093).

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ – dim. iamb. cat. (v. v. 1095).

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏓ (?) dim. iamb. et dochm.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dactyl.

– ⏑́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ – dim. iamb. cat.

–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ – tetram. chori. cat.

**Vss. 1101—1122.**

–́ –́, –́ –, –́ ⏑ ⏑ – } glyconei.
–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ }

⏓́ ⏓́, –́ ⏑ ⏑ – – pherecrateus.

⏓́ ⏓́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ }
⏓́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ } glyconei.
–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ }
–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓́ }

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏓ dim. iamb. cat.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ dim. dact.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.

⏑ –́ –, ⏑ –́ ⏑ – (v. vs. 1134) bacchius et diiambus sive dim. iamb. syncop.

⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑ –́ – dim. anap. cat.

⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – diiamb. et chori.

⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – idem.

–́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏓ pentam. chori. cat., nisi quod in antistr. pro secundo chori. positus est diiambus.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏓ qualis 136.

–́ –́, –́ ⏓, –́ ⏑ ⏑ –́ } quales 204 sqq.
–́ –́, –́ –, –́ ⏑ ⏑ – }

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – – pherecrateus.

–́ –́, –́ ⏓, –́ ⏑ ⏑́ – qualis 204 sqq.

⏓́ –́, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – – qualis 136.

**Vss. 1145—1189.**

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, –́ ⏑ – qualis 389.

–́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – dim. troch. cat.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – dim. iamb.

⏑ –́ ⏑ – ⏑ monom. iamb. hyperc.

–́ ⏑́, –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ – qualis 204 sqq.

–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – – chor. et adon.

⏑ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ anacreonteus.

idem.

⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – tres anap. duo dact. et troch.

⏑ –́ ⏑ ⏑ – – adonius cum anacrusi.

–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ – – chori. et ditrochaeus.

–́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ tetram. chori. hyperc.

–́ ⏑ – creticus.

–́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – dim. chori.

– –́ – –, – –́ – – qualis 812.

1160 ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – monom. anap.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconeus.

idem.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – tetram. dact. cat

–́ –́, –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ – qualis 204 sqq.

1165 –́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, – –́ ⏑ glyconicus.

– –́ ⏑ ⏑ – ⏑ adonius cum anacrusi.

–́ ⏑́, –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ – qualis 204 sqq.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconeus.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.

1170—80 iidem (de vs. 1175 v. commentarium).

1181 ⏑ –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ – – amphibr. et adonius.

⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ –́ – dim. iamb. cat.

– –́ ⏑ – ⏒ monom. iamb. hyp.

–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏒ dim. troch. cat.

1185 –́ ⏑ ⏑, – ⏑, –́ ⏑ ⏑ – dact., troch., chori.

–́ ⏑ – ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ – duae tripod. troch. cat.

–́ ⏑́, –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ – qualis 204 sqq.

⏑́ ⏑ –́, –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ – (?) idem.

⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ logaoedicus cum anacrusi.

Vss. 1190—1373 trimetri iambici.

Vss. 1374—1379 tetrametri troch. catalectici.

Vss. 1380—1389 systema anapaesticum, quod constat dimetris, uno interposito monometro.

Vss. 1390—1416 trimetri iambici.

Vss. 1417—1443 tria systemata anapaestica, quae constant dimetris, duobus interpositis monometris.

# SOPHOCLIS
# TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

**EDUARDUS WUNDERUS.**

---

VOL. I. SECT. II.

CONTINENS

# OEDIPUM REGEM.

---

EDITIO QUINTA,

QUAM CURAVIT

**N. WECKLEIN.**



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXX.

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEUBNERI.

## ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

# ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ.

---

## ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ΙΕΡΕΥΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΧΟΡΟΣ *ἐκ γερόντων Θηβαίων.*
ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.
ΙΟΚΑΣΤΗ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΘΕΡΑΠΩΝ *Λαΐου.*
ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Egit utrumque Oedipum Polus, histrio nobilissimus, indicante Arriano apud Stobaeum S. XCVII 28. De Polo vide A. Gell. VII 5 et quae Moses du Soul ad Luciani, qui saepe eius mentionem facit, Iov. tragoed. 3 T. II p. 645 attulit. HERM.

## ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΟΙΔΙΠΟΔΟΣ ΤΥΡΑΝΝΟΥ.

*Λιπὼν Κόρινθον Οἰδίπους, πατρὸς νόθος*
*πρὸς τῶν ἁπάντων λοιδορούμενος ξένος,*
*ἦλθεν πυθέσθαι Πυθικῶν θεσπισμάτων,*
*ζητῶν ἑαυτὸν καὶ γένους φυτοσπόρον.*
*εὑρὼν δὲ τλήμων ἐν στεναῖς ἁμαξιτοῖς*
*ἄκων ἔπεφνε Λάϊον γεννήτορα.*
*Σφιγγὸς δὲ δεινῆς θανάσιμον λύσας μέλος*
*ᾔσχυνε μητρὸς ἀγνοουμένης λέχος.*
*λοιμὸς δὲ Θήβας εἷλε καὶ νόσος μακρά·*
*Κρέων δὲ πεμφθεὶς Δελφικὴν πρὸς ἑστίαν,*
*ὅπως πύθοιτο τοῦ κακοῦ παυστήριον,*
*ἤκουσε φωνῆς μαντικῆς θεοῦ πάρα*
*τὸν Λαΐειον ἐκδικηθῆναι φόνον.*
*ὅθεν μαθὼν ἑαυτὸν Οἰδίπους τάλας*
*πόρπαισι δισσὰς ἐξανάλωσεν κόρας,*
*αὐτὴ δὲ μήτηρ ἀγχόναις διώλετο.*

Hoc argumentum metricum scriptoris esse multo quam Aristophanes Byzantius recentioris Dindorfius iudicat. At vide Ad. Kiessling. Anal. Catull. Gryphisw. 1877 p. 87 sq.

V. 2. In verbis *πρὸς τῶν ἁπάντων* nescio an vitium insit. Magis accommodatum fuerit *πρός του πολιτῶν* vel *πρὸς συμποτῶν του*. Cfr. tragoediae v. 779.

---

## ΔΙΑ ΤΙ ΤΥΡΑΝΝΟΣ ΕΠΙΓΕΓΡΑΠΤΑΙ.

*Ο ΤΥΡΑΝΝΟΣ ΟΙΔΙΠΟΥΣ ἐπὶ διακρίσει θατέρου ἐπιγέγραπται. χαριέντως δὲ ΤΥΡΑΝΝΟΝ ἁπλῶς τινες αὐτὸν ἐπέγραφον, ὡς ἐξέχοντα πάσης τῆς Σοφοκλέους ποιήσεως, καίπερ ἡττηθέντα ὑπὸ Φιλοκλέους, ὥς φησι Δικαίαρχος.*[1]) *εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ΠΡΟ-*

ΤΕΡΟΝ αὐτόν, οὐ ΤΥΡΑΝΝΟΝ ἐπιγράφοντες δια τοὺς χρόνους τῶν διδασκαλιῶν καὶ διὰ πράγματα· ἀλήτην γὰρ καὶ πηρὸν Οἰδίποδα τὸν ἐπὶ Κολωνῷ εἰς τὰς Ἀθήνας ἀφικνεῖσθαι.[2]) ἴδιον δέ τι πεπόνθασιν οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ τοὺς πρὸ τῶν Τρωϊκῶν βασιλεῖς ΤΥΡΑΝΝΟΥΣ προσαγορεύοντες, ὀψέ ποτε τοῦδε τοῦ ὀνόματος εἰς τοὺς Ἕλληνας διαδοθέντος, κατὰ τοὺς Ἀρχιλόχου χρόνους, καθάπερ Ἱππίας ὁ σοφιστής φησιν. Ὅμηρος γοῦν τὸν πάντων παρανομώτατον Ἔχετον βασιλέα φησὶ καὶ οὐ τύραννον (σ 84)·

Εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα.

προσαγορευθῆναι δέ φασι τὸν τύραννον ἀπὸ τῶν Τυρρηνῶν· χαλεποὺς γάρ τινας περὶ λῃστείαν τούτους γενέσθαι. ὅτι δὲ νεώτερον τὸ τοῦ τυράννου ὄνομα, δῆλον. οὔτε γὰρ Ὅμηρος οὔτε Ἡσίοδος οὔτε ἄλλος οὐδεὶς τῶν παλαιῶν τύραννον ἐν τοῖς ποιήμασιν ὀνομάζει. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν Κυμαίων πολιτείᾳ τοὺς τυράννους φησὶ τὸ πρότερον αἰσυμνήτας[3]) προσαγορεύεσθαι. εὐφημότερον γὰρ ἐκεῖνο τοὔνομα.

1) „Dicaearchus Siculus fuit, Aristotelis auditor, philosophus, orator, geometres, qui plura scripsit, de quibus Suidas et Menag. ad Diog. Laert. III 4." Ita I. M. Heusingerus ad Cic. Off. II 5, 4, quo loco Dicaearchus audit Peripateticus magnus et copiosus. Cfr. argumentum Aiacis. BOTHIUS.

2) Quosdam fuisse dicit, qui Oedipum priorem, non Regem, drama hoc inscripserint, habita ratione tam temporis quo fuit editum, quam rerum in eo exhibitarum. Quippe diu ante alterum Oedipum, quem Sophocles extrema in senectute fecit, in scenam inducta fuit haec fabula; et Colonum adiit Oedipus longo tempore postquam se ipse occaecaverat. BR.

3) Disputat Aristoteles de *αἰσυμνητείᾳ* Polit. III 11.

---

## ΑΛΛΩΣ.

Ὁ Τύραννος Οἰδίπους πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἐν τῷ Κολωνῷ ἐπιγέγραπται. τὸ κεφάλαιον δὲ τοῦ δράματος γνῶσις τῶν ἰδίων κακῶν Οἰδίποδος πήρωσίς τε τῶν ὀφθαλμῶν καὶ δι' ἀγχόνης θάνατος Ἰοκάστης.

---

## ΧΡΗΣΜΟΣ ΔΟΘΕΙΣ ΛΑΙῼι.

*Λάϊε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς.*
*δώσω τοι φίλον υἱόν· ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστὶν*
*παιδὸς ἑοῦ χείρεσσι λιπεῖν φάος. ὧς γὰρ ἔνευσε*
*Ζεὺς Κρονίδης Πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας,*
*οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν· ὃ δ' ηὔξατό σοι τάδε πάντα.*

V. 2 sq. In argumento Euripidis Phoenissarum haec leguntur: *τέξεις μὲν φίλον υἱόν, ἀτὰρ τόδε σοι μόρος ἔσται παιδὸς ἑοῦ χείρεσσι λιπεῖν βίον.* Cetera eadem sunt.

---

## ΤΟ ΑΙΝΙΓΜΑ ΤΗΣ ΣΦΙΓΓΟΣ.

*Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς καὶ τετράπον, οὗ μία φωνή,*
*καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν*
*ἑρπετὰ κινεῖται ἀνά τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον.*
*ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐρειδόμενον ποσὶ βαίνῃ,*
*ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.*

---

## ΛΥΣΙΣ ΤΟΥ ΑΙΝΙΓΜΑΤΟΣ.

*Κλῦθι καὶ οὐκ ἐθέλουσα, κακόπτερε Μοῦσα θανόντων,*
*φωνῆς ἡμετέρης σὸν τέλος ἀμπλακίης.*
*ἄνθρωπον κατέλεξας, ὅς, ἡνίκα γαῖαν ἐφέρπει,*
*πρῶτον ἔφυ τετράπους νήπιος ἐκ λαγόνων·*
*γηραλέος δὲ πέλων τρίτατον πόδα βάκτρον ἐρείδει,*
*αὐχένα φορτίζων, γήραϊ καμπτόμενος.*

De hac solutione aenigmatis ipsoque aenigmate commentantem vid. Iacobs. Animadv. ad Anthol. Gr. Vol. III P. II p. 360 sqq. ERF.

---

De fabulae Oedipodeae varietate et vicissitudine exposuerunt cum alii tum Henr. Blümnerus „de Sophoclis Oedipo Rege". Lipsiae 1788, Schützius Exc. ad Aesch. Sept. c. Theb. Halae 1809 p. 372—375, Welckerus Aesch. Trilog. p. 354 sqq., Car. Frid. Hermannus „de discrimine artis ac temporis, quo Sophocles atque Euripides Oedipi Regis fabulam tractasse videntur", in Quaest. Oedip. Marb. 1837, Frid. Guil. Schneidewinus „die Sage vom Oedipus" in actis societatis literarum Gottingensis a. 1852 p. 159—206, novissime H. Geist „de fabula Oedipodea" in progr. schol. Büdigensi a. 1879.

Antiquissima fabulae forma ex Homero repetenda est. Oedipi nomen duobus locis occurrit his:

Od. XI 271 *μητέρα τ' Οἰδιπόδαο ἴδον, καλὴν Ἐπικάστην,*
*ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀιδρείῃσι νόοιο,*
*γημαμένη ᾧ υἷι· ὃ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας*
*γῆμεν· ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν.*
*ἀλλ' ὃ μὲν ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ ἄλγεα πάσχων*
*Καδμείων ἤνασσε θεῶν ὀλοὰς διὰ βουλάς·*
*ἣ δ' ἔβη εἰς Ἀίδαο πυλάρταο κρατεροῖο,*
*ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου,*
*ᾧ ἄχεϊ σχομένη· τῷ δ' ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσσω*
*πολλὰ μάλ', ὅσσα τε μητρὸς ἐρινύες ἐκτελέουσιν.*

Il. XXIII 678 *Μηκιστέος υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος,*
*ὅς ποτε Θήβασδ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο*
*ἐς τάφον· ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.*

Praeterea expeditionis adversus Thebas susceptae, Polynicis, Eteoclis, Tydei mentio fit Il. IV 376 sqq., VI 222 sq., V 801 sqq., X 285 sqq., Capanei IV 403, Adrasti II 572, Eriphylae et Amphiarai Od. XI 326 sqq., XV 244 sqq., expeditionis epigonorum Il. IV 404 sqq.

Secundum Homerum igitur Epicasta mater Oedipi nubit inscia filio qui patrem interfecit. Mox autem incesto deorum opera detecto Epicasta laqueo perit, Oedipus vivit et regnat matris furiis exagitatus, mortuo denique ludi funebres fiunt.

Ex his lineamentis parum definitis cognoscitur, fabulam Oedipodeam iam Homeri aetate satis notam et vulgatam fuisse; alioqui enim quae paucis poeta delineat, difficilia intellectu fuissent. Nobis non constat, quid eis quae aperte Homerus dicit adicienda sint, nisi quod quae de matrimonio proferuntur, infantem Oedipum ad necem expositum requirunt. Id autem perspicitur, ab Homero

ignorari liberos ex matre Oedipo prognatos, ignorari exilium Oedipi, ignorari etiam oculos ablatos. Nam quod illa verba *ἄλγεα πάσχων, ἄλγεα κάλλιπε* ad effossos oculos a viris doctis relata sunt, monendum est filios quos etiam Ilias Oedipo tribuit, ex alia uxore natos esse oportere, caeco homini autem parum convenire matrimonium. Quid vero illud *δεδουπότος* significet, quod de armatorum in acie cadentium strepitu usurpari Aristarchus monuit, non liquet.

Thebaidis cyclicae duo supersunt fragmenta, quibus Oedipus iniuriis vexatus filios exsecratur. Unum servavit Athenaeus XI p. 465, qui haec habet: *ὁ δὲ Οἰδίπους δι' ἐκπώματα τοῖς υἱοῖς κατηράσατο, ὡς ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκώς φησιν, ὅτι αὐτῷ παρέθηκεν ἔκπωμα ὃ ἀπηγορεύκει λέγων οὕτως:*

*αὐτὰρ ὁ διογενὴς ἥρως ξανθὸς Πολυνείκης*
*πρῶτα μὲν Οἰδίποδι καλὴν παρέθηκε τράπεζαν*
*ἀργυρέην, Κάδμοιο θεόφρονος· αὐτὰρ ἔπειτα*
*χρύσεον ἔμπλησεν καλὸν δέπας ἡδέος οἴνου.*
*αὐτὰρ ὅ γ' ὡς φράσθη παρακείμενα πατρὸς ἑοῖο*
*τιμήεντα γέρα, μέγα οἱ κακὸν ἔμπεσε θυμῷ·*
*αἶψα δὲ παισὶ ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπαρὰς*
*ἀργαλέας ἠρᾶτο, θεῶν δ' οὐ λάνθαν' Ἐρινύν,*
*ὡς οὐχ οἱ πατρῷα ἐνὶ φιλότητι δάσαιντο,*
*ἀμφοτέροισι δ' αἰεὶ εἶεν πόλεμοί τε μάχαι τε.*

Alterum fragmentum exstat apud schol. Soph. O. C. 1375: *οἱ περὶ Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην δι' ἔθους ἔχοντες τῷ πατρὶ Οἰδίποδι πέμπειν ἐξ ἑκάστου ἱερείου μοῖραν τὸν ὦμον, ἐκλαθόμενοί ποτε εἴτε κατὰ ῥᾳστώνην εἴτε ἐξ ὁτουοῦν, ἰσχίον αὐτῷ ἔπεμψαν· ὃ δὲ . . ἀρὰς ἔθετο κατ' αὐτῶν δόξας κατολιγωρεῖσθαι· ταῦτα ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα ποιήσας ἱστορεῖ οὕτως:*

*ἰσχίον ὡς ἐνόησε, χαμαὶ βάλεν εἶπέ τε μῦθον·*
*ὤ μοι ἐγώ, παῖδες μὲν ὀνειδείοντες ἔπεμψαν·*
*εὖκτο Διὶ βασιλῆι καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι,*
*χερσὶν ὑπ' ἀλλήλων καταβήμεναι Ἄιδος εἴσω.*

Tertiam exsecrationem ad Thebaidem refert Welckerus (ep. Cycl. II p. 335) illam quam habet Euripides Phoen. 63 sqq., 872 sqq. narrans Oedipum a filiis turpitudinis celandae causa inclusum his dira imprecatum esse, ut ferro rem familiarem dividerent (*θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε*). At haec exsecratio iam illis verbis continetur *ὡς οὐχ οἱ πατρῷα ἐνὶ φιλότητι δάσαιντο κτἑ.* Cfr. Aesch. Sept. 788. Verum recte oculos excaecatos Welckerus (Schulzeit. 1832 II p. 127) Thebaidis Oedipo tribuisse videtur. Nam cum illis iniuriis filiorum vis et ratio desit nisi caeco patri inferri dicuntur iniuriaeque non oculis, sed animo a patre cognoscantur (*φράσθη, ἐνόησε*), tum argumento sunt versus quidam

ignoti auctoris quos idem scholium O. Col. addit, quibus illa exsecratio Thebaidis per ridiculum detorquetur.

Hesiodus bellum de patrimonio Oedipi contra Thebas gestum commemorat paucis Op. et Di. 160 sqq.; idem Sphingem Chimaerae et Orthri filiam Thebanis exitium fuisse dicit Theog. 360 sq. Praeterea schol. Il. XXIII 679 haec memoriae prodidit: *καὶ Ἡσίοδος δέ φησιν ἐν Θήβαις αὐτοῦ* (scil. *Οἰδίποδος*) *ἀποθανόντος Ἀργείαν τὴν Ἀδράστου σὺν ἄλλοις ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν κηδείαν αὐτοῦ.*

Secundum Oedipodeam cuius auctor Cinaethon fuisse perhibetur, ex Euryganea, Hyperphantis filia, Oedipo quattuor liberos procreatos esse narrat Pausanias IX 5, 5 illius loci Odysseae illustrandi causa: *παῖδας ἐκ τῆς Ἐπικάστης οὐ δοκῶ τῷ Οἰδίποδι γενέσθαι μάρτυρι Ὁμήρῳ χρώμενος. πῶς γὰρ ἀνάπυστα ἐποίησαν ἄφαρ, εἰ δὴ τέσσαρες ἐκ τῆς Ἐπικάστης ἐγένοντο παῖδες τῷ Οἰδίποδι· ἐξ Εὐρυγανείας δὲ τῆς Ὑπέρφαντος ἐγεγόνεσαν· δηλοῖ δὲ καὶ ὁ τὰ ἔπη ποιήσας ἃ Οἰδιποδίαν ὀνομάζουσι· καὶ Ὀνασίας Πλαταιᾶσιν ἔγραψε κατηφῆ τὴν Εὐρυγάνειαν ἐπὶ τῇ μάχῃ τῶν παίδων.* Ceteris rebus ut oraculo Laio dato, educatione Oedipi, causa et occasione parricidii, aenigmate Sphingis fabulam ab auctore Oedipodeae exornatam esse magis credi quam argumentis comprobari potest. Eam quidem oraculi formam quam supra p. 5 legimus, ab illo carmine alienam esse inde apparet, quod raptus Chrysippi Pelopis filii Laio causa divinae irae fuisse dicitur; nam puerorum amores et ab heroicae aetatis moribus et ab antiquis carminibus epicis abhorrere monuerunt viri docti. Alius formae initium commemorat schol. Pind. Ol. II 70 *ἐν τοῖς Παιᾶσιν εἴρηται περὶ τοῦ χρησμοῦ τοῦ ἐκπεσόντος Λαΐῳ, καθὰ καὶ Μνασέας ἐν τῷ περὶ χρησμῶν γράφει·*

*Λάϊε Λαβδακίδη, ἀνδρῶν περιώνυμε πάντων.*

Ceterum in antiqua fabulae forma Polybum regem Sicyonis fuisse (Paus. II 6, 5, schol. Od. XI 271, schol. Phoen. 26) et a Sophocle coepisse regem Corinthi fingi probavit Schneidewinus (cfr. l. l. p. 168 et 192 sq.). De Sphinge Oedipodeae cfr. schol. Phoen. 1760.

Etiam is qui Cypria scripsit Oedipum commemoravit in digressione (cfr. Welcker. ep. Cycl. II p. 98).

Poetarum lyricorum inprimis eos hanc fabulam attigisse consentaneum est, ad quorum memoriam domesticam illa pertinebat, Boeotos et Sicyonios. Atque de Corinna Pindari aemula, Pindaro, Praxilla Sicyonia testimonia eius rei exstant. Corinnam apud schol. Eur. Phoen. 26 legimus narravisse, per Oedipum non solum Sphingem, sed etiam vulpem Teumesiam perisse. Pindarus commemorat *αἴνιγμα παρθένου ἐξ ἀγριᾶν γνάθων* fragm. 156 ed. Bgk., oraculum Laio datum (schol. Ol. II 70), laudat *τὰν Οἰδιπόδα σοφίαν* Pyth. IV 263, mala gentis Labdacidarum persequitur Ol. II 38 his verbis:

*ἐξ οὗπερ ἔκτεινε Λᾷον μόριμος υἱὸς*
*συναντόμενος, ἐν δὲ Πυθῶνι χρησθὲν*
*παλαίφατον τέλεσσεν·*
*ἰδοῖσα δ' ὀξεῖ' Ἐρινὺς*
*ἔπεφνέ οἱ σὺν ἀλλαλοφονίᾳ γένος ἀρήιον.*

Praxilla raptum Chrysippi alicui poemati intulit, de qua re Athenaeus XIII p. 603 A haec habet: *ἄλλοι φασὶ τῶν τοιούτων ἐρώτων κατάρξασθαι Λάιον ξενωθέντα παρὰ Πέλοπι καὶ ἐρασθέντα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Χρυσίππου, ὃν καὶ ἁρπάσαντα καὶ ἀναθέμενον εἰς ἅρμα εἰς Θήβας φυγεῖν. Πράξιλλα δὲ ἡ Σικυωνία ὑπὸ Διός φησιν ἁρπασθῆναι τὸν Χρύσιππον.* In his *ὑπ' Οἰδίποδος* pro *ὑπὸ Διὸς* scribendum esse Valckenarius coniecit probabiliter; nam facile perspicitur, ad Praxillam illam fabulam pertinere, de qua scholiasta Phoen. 66 haec memoria prodidit: *τινὲς δέ φασιν ὅτι Λάιος ἀνῃρέθη ὑπὸ Οἰδίποδος ὅτι ἀμφότεροι ἤρων Χρυσίππου.*

Praeter hos lyricos poetas Mimnermum in aliquo carmine illam fabulam attigisse ex eis quae Salustius in argumento Soph. Ant. narrat: *Μίμνερμος δέ φησι τὴν μὲν Ἰσμήνην προσομιλοῦσαν τῷ Θεοκλυμένῳ ὑπὸ Τυδέως κατὰ Ἀθηνᾶς ἐγκέλευσιν τελευτῆσαι*, quibuscum conferenda sunt quae infra ex Pherecydis historia adferentur.

Memorabilia videntur quae schol. Phoen. 1760 ex Pisandro refert qui quis fuerit nescimus: *ἱστορεῖ Πείσανδρος ὅτι κατὰ χόλον τῆς Ἥρας ἐπέμφθη ἡ Σφὶγξ τοῖς Θηβαίοις ἀπὸ τῶν ἐσχάτων μερῶν τῆς Αἰθιοπίας, ὅτι τὸν Λάιον ἀσεβήσαντα εἰς τὸν παράνομον ἔρωτα τοῦ Χρυσίππου, ὃν ἥρπασεν ἀπὸ τῆς Πίσης, οὐκ ἐτιμωρήσαντο. ἦν δὲ ἡ Σφὶγξ ὥσπερ γράφεται τὴν οὐρὰν ἔχουσα δρακαίνης, ἀναρπάζουσα δὲ μικροὺς καὶ μεγάλους κατήσθιεν, ἐν οἷς καὶ Αἵμονα τὸν Κρέοντος παῖδα καὶ Ἵππιον τὸν Εὐρυνόμου τοῦ τοῖς Κενταύροις μαχεσαμένου. ἦσαν δὲ Εὐρύνομος καὶ Ἠϊονεὺς υἱοὶ Μάγνητος τοῦ Αἰολίδου καὶ Φυλοδίκης. ὁ μὲν οὖν Ἵππιος καὶ ξένος ὢν ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς ἀνῃρέθη, ὁ δὲ Ἠϊονεὺς ὑπὸ τοῦ Οἰνομάου, ὃν τρόπον καὶ οἱ ἄλλοι μνηστῆρες. πρῶτος δὲ ὁ Λάιος τὸν ἀθέμιτον ἔρωτα τοῦτον ἔσχεν. ὁ δὲ Χρύσιππος ὑπὸ αἰσχύνης ἑαυτὸν διεχειρίσατο τῷ ξίφει. τότε μὲν οὖν ὁ Τειρεσίας ὡς μάντις εἰδὼς ὅτι θεοστυγὴς ἦν ὁ Λάιος ἀπέτρεπεν αὐτὸν τῆς ἐπὶ τὸν Ἀπόλλωνα ὁδοῦ, τῇ δὲ Ἥρᾳ μᾶλλον τῇ γαμοστόλῳ θεᾷ θύειν ἱερά. ὃ δὲ αὐτὸν ἐξεφαύλιζεν· ἀπελθὼν τοίνυν ἐφονεύθη ἐν τῇ σχιστῇ ὁδῷ αὐτὸς καὶ ὁ ἡνίοχος αὐτοῦ, ἐπειδὴ ἔτυψε τῇ μάστιγι τὸν Οἰδίποδα. κτείνας δὲ αὐτοὺς ἔθαψε παραυτίκα σὺν τοῖς ἱματίοις, ἀποσπάσας τὸν ζωστῆρα καὶ τὸ ξίφος τοῦ Λαΐου καὶ φορῶν, τὸ δὲ ἅρμα ὑποστρέψας ἔδωκε τῷ Πολύβῳ, εἶτα ἔγημε τὴν μητέρα λύσας τὸ αἴνιγμα. μετὰ δὲ ταῦτα θυσίας τινὰς ἐπιτελέσας ἐν τῷ Κιθαιρῶνι κατήρ-*

*χετο ἔχων καὶ τὴν Ἰοκάστην ἐν τοῖς ὀχήμασι. καὶ γενομένων αὐτῶν περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον τῆς σχιστῆς ὁδοῦ ὑπομνησθεὶς ἐδείκνυε τῇ Ἰοκάστῃ τὸν τόπον καὶ τὸ πρᾶγμα διηγήσατο καὶ τὸν ζωστῆρα ἔδειξεν. ἣ δὲ δεινῶς φέρουσα ὅμως ἐσιώπα. ἠγνόει γὰρ υἱὸν ὄντα. καὶ μετὰ ταῦτα ἦλθέ τις γέρων ἱπποβουκόλος ἀπὸ Σικυῶνος, ὃς εἶπεν αὐτῷ τὸ πᾶν, ὅπως τε αὐτὸν εὗρε καὶ ἀνείλετο καὶ τῇ Μερόπῃ ἔδωκε· καὶ ἅμα τὰ σπάργανα αὐτῷ ἐδείκνυε καὶ τὰ κέντρα ἀπῄτει τε αὐτὸν τὰ ζωάργια. καὶ οὕτως ἐγνώσθη τὸ ὅλον· φασὶ δὲ ὅτι μετὰ τὸν θάνατον τῆς Ἰοκάστης καὶ τὴν αὐτοῦ τύφλωσιν* (!) *ἔγημεν Εὐρυγάνην παρθένον ἐξ ἧς αὐτῷ γεγόνασιν οἱ τέσσαρες παῖδες. ταῦτά φησι Πείσανδρος.*

Ab epica quam cognovimus forma fabulae non longe absunt quae ex Pherecydis historia apud schol. Phoen. 53 commemorantur: *Φερεκύδης τὰ κατὰ τοὺς Οἰδίποδος παῖδας καὶ τὰς γημαμένας οὕτως ἱστορεῖ· Οἰδίποδι, φησί, Κρέων δίδωσι τὴν βασιλείαν καὶ τὴν γυναῖκα Λαΐου, μητέρα δ' αὐτοῦ Ἰοκάστην, ἐξ ἧς γίνονται αὐτῷ Φράστωρ καὶ Λαόνυτος οἳ θνήσκουσιν ὑπὸ Μινυῶν καὶ Ἐργίνου· ἐπεὶ δὲ ἐνιαυτὸς παρῆλθε* (i. e. ex suspendio Iocastae), *γαμεῖ ὁ Οἰδίπους Εὐρυγάνειαν τὴν Περίφαντος, ἐξ ἧς γίνονται αὐτῷ Ἀντιγόνη καὶ Ἰσμήνη, ἣν ἀναιρεῖ Τυδεὺς ἐπὶ κρήνης, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἡ κρήνη Ἰσμήνη καλεῖται. υἱοὶ δὲ αὐτῷ ἐξ αὐτῆς Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης. ἐπεὶ δὲ Εὐρυγάνεια ἐτελεύτησε, γαμεῖ ὁ Οἰδίπους Ἀστυμέδουσαν τὴν Σθενέλου. τινὲς δὲ Εὐρυγάνειαν ἀδελφὴν λέγουσιν εἶναι Ἰοκάστης, τῆς μητρὸς Οἰδίποδος.*

Primus in tragoediae formam redegit fabulam Oedipodeam Aeschylus in tetralogia quam docuit primo anno Ol. 78, cuius fabulae fuerunt *Λάιος Οἰδίπους Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις Σφίγξ* (*σατυρική*). Cfr. Argum. Aesch. Sept. Seriem malorum per tria deinceps aeva continuatam repetivisse Aeschylum ex noxa Laii quia oraculum ab Apolline Delphico ter repetitum, quo progeniem gignere vetitus esset, intemperantia neglexisset, discimus ex his versibus Sept. adv. Th. 740 sqq.

*πόνοι δόμων νέοι παλαιοῖσι συμμιγεῖς κακοῖς·*
*παλαιγενῆ γὰρ λέγω*
*παρβασίαν ὠκύποινον·*
*αἰῶνα δ' ἐς τρίτον μένει,*
*Ἀπόλλωνος εὖτε Λάιος*
*βίᾳ τρὶς εἰπόντος ἐν*
*μεσομφάλοις Πυθικοῖς*
*χρηστηρίοις θνᾴσκοντα γέννας ἄτερ σῴζειν πόλιν,*
*κρατηθεὶς ἐκ φίλων ἀβουλιᾶν*
*ἐγείνατο μὲν μόρον αὐτῷ*
*πατροκτόνον Οἰδιπόδαν, ὅστε ματρὸς ἁγνὰν*
*σπείρας ἄρουραν ἵν' ἐτράφη,*

*ῥίζαν αἱματόεσσαν,*
*ἔτλα· παράνοια συνᾶγε*
*νυμφίους φρενώλης.*

Inde Apollinis ira Lai stirpem exagitat et persequitur progeniem usque ad internecionem. Cfr. Sept. 809

*τὰς δ' ἑβδόμας ὁ σεμνὸς ἑβδομαγέτης*
*ἄναξ Ἀπόλλων εἵλετ' Οἰδίπου γένει*
*κραίνων παλαιὰς Λαΐου δυσβουλίας.**

Alterius fabulae argumentum fuisse gravissimam fortunae conversionem cognitione incestarum nuptiarum effectam, documento sunt versus qui mox sequuntur (771):

*τίν' ἀνδρῶν γὰρ τοσόνδ' ἐθαύμασαν*
*ὀθνεῖοι ξυνέστιοι*
*πόλεος ὅ πολύβατός τ' ἀγὼν βροτῶν,*
*ὅσον τότ' Οἰδίπουν τίον,*
*τὰν ἁρπαξάνδραν*
*κῆρ' ἀφελόντα χώρας;*
*ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων*
*ἐγένετο μέλεος ἀθλίων*
*γάμων, ἐπ' ἄλγει δυσφορῶν*
*μαινομένᾳ κραδίᾳ*
*δίδυμα κάκ' ἐτέλεσεν·*
*πατροφόνῳ χερὶ τῶν*
*κρεισσοτέκνων ὀμμάτων ἐπλάγχθη,*
*τέκνοισιν δ' ἀρὰς*
*ἐφῆκεν ἐπικότους τροφᾶς.*

Unum huius fabulae fragmentum conservavit schol. qui ad Soph. Oed. R. 733 haec adnotavit: *περὶ Δαυλίδα φησὶ τὴν σχιστὴν ὁδόν· ὁ δὲ Αἰσχύλος περὶ Ποτνίας οὕτως*

*ἐπῆμεν τῆς ὁδοῦ τροχήλατον*
*σχιστῆς κελεύθου τρίοδον, ἔνθα συμβολὰς*
*τριῶν κελεύθων Ποτνιάδων ἠμείβομεν.*

Ex his cognoscitur, Aeschylum antiquam, ut apparet, fabulae formam secutum locum, quo Oedipus patrem occidisset, ad Potnias civitatem prope Thebas inter hanc urbem et Plataeas sitam po-

---

* Falso interpretatur haec Schneidewinus l. l. p. 179: „Apollo selbst ist es, der das siebente Thor, wo die feindlichen Brüder gegen einander kämpfen, zu erstürmen Hand anlegt." Nam *εἵλετο* non est „cepit", sed „in se recepit", non vero ut tutaretur — *εἵλετο* per *ἔσωσεν* explicat scholiasta —, sed ut in illa porta vindex esset incontinentiae insipientiaeque.

suisse.* Id Sophocles mutavit ad rationes actionis melius informandas, ut eluceat, inter Aeschyleum et Sophocleum Oedipum eandem fere intercessisse rationem atque inter Choephoros et Electram.

---

* Cfr. quae Androtion in Atthide narravit apud schol. ad Hom. Od. XI 271 commemorata: *Λάιος παρὰ Φοίβου μαντείαν λαβὼν ὅτι τικτόμενος παῖς ἀπ' αὐτοῦ ἀναιρεῖ αὐτόν, Ἐπικάστην γήμας γεννᾷ Οἰδίποδα καὶ τοῦτον ἐκτίθησιν· Σικυώνιοι δ' ἱπποφορβοὶ ἀναλαβόντες ἔτρεφον αὐτόν· ἡλικίας δὲ γενόμενος ὁ Οἰδίπους ἦλθεν εἰς Θήβας ἐπιζητῶν τοὺς γονέας· ἀποκτείνας δὲ ἀκουσίως τὸν πατέρα λαμβάνει πρὸς γάμον οὐκ εἰδὼς τὴν μητέρα.* Quod ex his Schneidewinus l. l. p. 184 collegit, Androtionem discrepare ab Aeschylo in eo quod Laium antequam Epicastam in matrimonium duxisset, oraculum ab Apolline accepisse narraverit, recte H. Otte „de fab. Oed. apud Soph.“ Berol. 1879 p. 6 nihil aliud in illis verbis invenit nisi haec: „quamquam Apollo Laio illud oraculum ediderat, tamen ex Epicasta uxore Oedipum sustulit“.

---

# ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ.

---

## ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

*Ὦ τέκνα, Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφή,*
*τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε*
*ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι,*

V. 1 sqq. Cum vehementissima peste laboraret civitas Thebana, ex pueris selegit qui duce sacerdote Iovis supplices ad aram ante aedes regias positam accederent et ab Oedipo rege opem salutemque peterent. Quos ubi advenisse cognovit Oedipus, ipse ex aede regia procedit, ad quam rem auxilium suum imploretur sciscitaturus. — Ceterum adverte praeclare poetam ita exorsum esse fabulam, ut eximium et paternum Oedipi in populum studium pariter atque pium gratumque populi in regem suum animum ostenderet. Quo factum est, ut auditores non possent non maxima misericordia ac sollicitudine commoveri, cum Oedipum, quem egregiis virtutibus praeditum nossent, in sceleris suspicionem vocari et in summum adduci discrimen viderent. — *Κάδμου τροφή* dicuntur pueri ut cives Thebani ab Euripide Phoen. 815 *Καδμογενὴς γέννα*, Athenienses a Sophocle Ai. 202 *Ἐρεχθεῖδαι*, Oed. Col. 1066 *Θησεῖδαι*, ab Aeschylo Eum. 1011 *παῖδες Κραναοῦ* vocantur. Eodem referendum est, quod urbs Thebarum hac ipsa in fabula v. 29 *δῶμα Καδμεῖον* et civitas Thebana Ant. 1155 *Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος* appellatur. Addo Verg. Aen. VIII 134 *Dardanus, Iliacae primus pater urbis et auctor*, 146 *gens eadem, quae te, crudeli Daunia (i. e. Rutuli) bello insequitur.* — Denique notanda locutio rarior est, *τροφή τινος*, progenies alicuius. Conferre licet Soph. Ant. 918 *παιδείου τροφῆς*, Philoct. 4 *τραφείς τινος*, natus aliquo, et Eurip. Cycl. 189 *μηκάδων ἀρνῶν τροφαί.*

V. 2. *τίνας—θοάζετε*] Ex more Graecorum breviter dictum pro *τίνες εἰσὶν αἵδε αἱ ἕδραι, ἃς θοάζετε*, quod est, *διὰ τί τάσδε τὰς ἕδρας κάθησθε*. Cfr. O. C. 1166 *τίς δῆτ' ἂν εἴη τήνδ' ὁ προσθακῶν ἕδραν*; Eurip. Heracl. 55 *ἤπου καθῆσθαι τήνδ' ἕδραν καλὴν δοκεῖς*; Herc. 1214 *σὲ τὸν θάσσοντα δυστήνους ἕδρας αὐδῶ.* Quibus in locis pariter atque in hoc loco et v. 13 *ἕδρα* non locum, sed actionem sedendi sive sessionem significat, ita ut *ἕδραν θοάζειν* eadem ratione atque *ὁδὸν ἐλθεῖν*, itionem ire, dictum sit. Illud enim in Aiac. ab Lobeck. iterum edit. censura, quae prodiit Lipsiae apud Reclamum, p. 104 sqq. planum feci, *θοάζειν* non festinandi, sed sedendi significatum hic habere. Cf. Krueg. II § 46, 6, 2. Numerus pluralis *ἕδρας* ad numerum sedentium pertinet.

V. 3. *κλάδοι ἱκτήριοι* sive *ἱκέσιοι* sunt rami olivae, lana obvoluti, quos manibus gestabant

πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων;
ἁγὼ δικαιῶν μὴ παρ' ἀγγέλων, τέκνα,
ἄλλων ἀκούειν, αὐτὸς ὧδ' ἐλήλυθα,
ὁ πᾶσι κλεινὸς Οἰδίπους καλούμενος.
ἀλλ', ὦ γεραιέ, φράζ', ἐπεὶ πρέπων ἔφυς
πρὸ τῶνδε φωνεῖν, τίνι τρόπῳ καθέστατε,

qui ad aras deorum supplices accedebant, a scriptoribus vulgo uno nomine dicti ἱκτηρίαι ut ab Herodoto VII 41. Cfr. Plut. Thes. c. 18, Aesch. Eum. 43, Suppl. 22, 191. Iidem illi rami etiam στέφη et στέμματα a poetis dicuntur, ut a Sophocle infra v. 913, ab Euripide Suppl. 36, 359, 470. Simulatque autem qui supplicabant ad aras consederant, ramos illos in aris iuxta se deponebant, ita ut, si promissum erat quod petebant auxilium, ablatis rursus, sin repudiatum, relictis ramis discederent. Cfr. Eur. Heracl. 124, Suppl. 258, 359, Aesch. Suppl. 241, 344, 481, 506, Soph. h. fab. 142. Quia rami etiam depositi ad supplices pertinebant haud secus ac si manibus tenerent, et arae et supplices ἐξεστέφθαι κλάδοις dici poterant. Cfr. Aesch. Suppl. 333 cum v. 241, 344.

V. 4. sq. Schol.: πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων· οἱ μὲν μηδὲν πεπονθότες ἐπὶ ἀποτροπῇ τοῦ κακοῦ θύουσι καὶ παιᾶνας ᾄδουσιν· οἱ δὲ ἐπταικότες ἐπὶ τοῖς οἰκείοις κακοῖς ἀποιμώζουσιν. Ita Iocasta, Apollini averruncandi quod imminebat mali causa supplicatura, non solum ramos olivae lana ornatos, sed etiam θυμιάματα, suffimenta, secum fert, huius fab. v. 913 sqq. Adde El. 632 sqq.

V. 6. ἁγὼ etc.] Pronomen ἃ non ad supplicationem ipsam, sed ad causam supplicationis referri, quae continetur verbis τίνας ποθ' etc., significantibus διὰ τί ποτε etc., facile quivis intelleget. Cfr. O. C. 1502 μή τις Διὸς κεραυνός; quae verba respondent ad τίς αὖ παρ' ὑμῶν κοινὸς ἠχεῖται κτύπος;

V. 6 sq. παρ' ἀγγέλων—ἄλλων] Ab aliis et quidem nuntiis. Sic Eur. Or. 531 τί μαρτύρων ἄλλων ἀκούειν δεῖ μ' ἅ γ' εἰσορᾶν πάρα; Xenoph. Cyrop. I 6, 2 ὅπως μὴ δι' ἄλλων ἑρμηνέων τὰς τῶν θεῶν συμβουλίας συνείης, ἀλλ' αὐτὸς γιγνώσκοις. Vide quae ad Philoct. 38 adnotavi. De hiatu τέκνα ἄλλων vide O. C. 1263 sq. θρεπτήρια· ἁγώ. Trach. 324 sq. ἐλάσσονα. ἀλλ'. ibid. 934 sq. οὕνεκα ἄκουσα.

V. 8. Spectare videntur ad hunc versum quae in prologo O. C. v. 3 eundem Oedipum poeta dicentem facit: τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν κτέ. Schol. πιθανῶς δὲ τὸ ὄνομα τοῦ προλογίζοντος ἐδήλωσεν· ἅμα δὲ καὶ εἰς ἐπιθυμίαν φέρει τὸν θεατὴν τῶν περὶ τοῦ Οἰδίποδος.

V. 9. ὦ γεραιέ] Qui sacerdos Iovis fuit, ut ex v. 18 apparet. De locutione πρέπων ἔφυς ad Ant. 499 diximus.

V. 10 sq. τίνι τρόπῳ — στέρξαντες] Verbis τίνι τρόπῳ καθέστατε non dubium est quin hoc significetur, τίς τρόπος τῆς ἕδρας sive τῆς ἀφίξεως ἐστὶν (coll. v. 99), id est, ποία ἐστὶν ἡ ἕδρα sive ἡ ἄφιξις; De verbi καθεστάναι usu cfr. O. C. 23. Itaque repetit Oedipus quod paulo ante iam quaerere instituit, τίνας ποθ' — θοάζετε, nisi quod id ipsum quod quaerit accuratius explicat, addens δείσαντες, ἢ στέρξαντες. Duplici enim causa commoti supplices accedere ad aras poterant, aut ut vim adversarii persequentis defenderent, ergo praesentis periculi metu ad-

δείσαντες ἢ στέρξαντες, ὡς θέλοντος ἂν
ἐμοῦ προσαρκεῖν πᾶν. δυσάλγητος γὰρ ἂν
εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν.

ΙΕΡΕΥΣ.

ἀλλ', ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς,
ὁρᾷς μὲν ἡμᾶς ἡλίκοι προσήμεθα
βωμοῖσι τοῖς σοῖς, οἳ μὲν οὐδέπω μακρὰν
πτέσθαι σθένοντες, οἳ δὲ σὺν γήρᾳ βαρεῖς,

ducti (δείσαντες) et tutelam quaerentes, aut ut ipsi ope eius, ad quem confugiebant, adiuti adversarium aggrederentur, ergo malum, quod futurum putabant, oppugnaturi et ad eam rem auxilium petentes (στέρξαντες). Ita δείσασαι καθεστάναι sive τοῖς βωμοῖς προσῆσθαι dici debebant Danai filiae, cum apud Aeschylum supplicare Pelasgo narrantur, contra στέρξασαι mulieres Argivae, cum Aethrae, matri Thesei, apud Euripidem supplicant, ut in redimendis corporibus ducum Argivorum, qui ad Thebas ceciderant, adversus Thebanos sese adiuvaret. Hoc loco qui ad Oedipi regiam accesserant, cum id orarent, ut reperto pestis saevissimae remedio futurum a se malum, mortem et interitum totius civitatis, defenderet, στέρξαντες potissimum erant. Hinc Oedipus v. 58 sq. γνωτά, inquit, κοὐκ ἄγνωτά μοι προσήλθεθ' ἱμείροντες.

V. 11 sq. ὡς θέλοντος — πᾶν] Id est, νομίσας, ὅτι ἐγὼ ἐθέλοιμι ἂν πᾶν προσαρκεῖν. Vide quae de hoc ὡς particulae usu ad Trachin. 391 adnotavi et cf. Krueg. I 69, 63, 3.

V. 12 sq. δυσάλγητος — ἕδραν] Particulae μὴ οὐ pro simplici μὴ positae sunt post δυσάλγητος i. e. οὐχ οἷος ἀλγεῖν eadem ratione atque post negationem infra 221 οὐ . . ἴχνευον μὴ οὐκ ἔχων, O. C. 359 ἥκεις γὰρ οὐ κενή γε, μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ φέρουσά τι. Cfr. Krueg. I 67, 12, 9.

V. 16. βωμοῖσι τοῖς σοῖς] i. e. „arae pro foribus tuarum aedium positae". Intellegenda est ara Apollinis quae v. 919 commemoratur. Huius dei arae cum ante aliorum hominum nobiliorum, tum ante regum aedes poni solebant. Cfr. El. 635, 1376, Eur. Phoen. 274, Aristoph. Vesp. 875, Plaut. Bacch. II 1, 3 *saluto te, vicine Apollo, qui aedibus propinquos nostris adcolis*, Poll. IV 123 ἐπὶ δὲ τῆς σκηνῆς καὶ ἀγυιεὺς ἔκειτο βωμὸς πρὸ τῶν θυρῶν. Adde quae ad El. 624 exposuimus. De numero plurali cfr. Krueg. II 44, 3, 2—6, Eur. Iph. T. 1314 ἡ νεᾶνις ἢ 'νθάδε βωμοῖς ἐφίστατο et infra ad v. 361.

V. 17. Schol.: πτέσθαι· ἀντὶ τοῦ βαδίσαι. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν νεοττῶν. Ita saepe pueri sive infantes νεοσσοί a tragicis dicuntur. Cf. Monk. ad Eurip. Alc. 414. — σὺν γήρᾳ βαρεῖς] Id est σὺν γήρᾳ ὄντες καὶ τούτῳ βαρεῖς, sive γήρᾳ, ᾧ σύνεισι (vide ad Philoct. 266), βαρεῖς. Ita infra v. 1112 sq. dictum: ἔν τε γὰρ μακρῷ γήρᾳ ξυνᾴδει τῷδε τἀνδρὶ σύμμετρος, id est, ἔν τε γὰρ μακρῷ γήρᾳ ἐστὶ καὶ τούτῳ ξυνᾴδει etc. Aiac. 1017 ἐν γήρᾳ βαρύς. O. C. 1663 σὺν νόσοις ἀλγεινός. Philoct. 185 sq. ἔν τ' ὀδύναις ὁμοῦ λιμῷ τ' οἰκτρός. Similiter poetae Latini, ut Vergilius Aen. VI 359 *madida cum veste gravatum* et Aen. V 37 *horridus in iaculis*. Ceterum οἳ δὲ . . βαρεῖς, ut scholiasta monet ἐφ' ἑαυτοῦ τῷ πληθυντικῷ ἐχρήσατο, de uno sacerdote concinnitatis causa universe dicitur.

ἱερεὺς ἐγὼ μὲν Ζηνὸς οἵδε τ' ᾐθέων
λεκτοί· τὸ δ' ἄλλο φῦλον ἐξεστεμμένον
ἀγοραῖσι θακεῖ πρός τε Παλλάδος διπλοῖς
ναοῖς ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ.
πόλις γάρ, ὥσπερ καὐτὸς εἰσορᾷς, ἄγαν
ἤδη σαλεύει κἀνακουφίσαι κάρα
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου,
φθίνουσα μὲν κάλυξιν ἐγκάρποις χθονός,

V. 18. *βαρεῖς, ἱερεὺς ἐγὼ μὲν* pro *βαρεῖς ἱερεῖς, ἐγὼ μὲν* restituit Bentleius. Praeterea de Nauckii coniectura *ἔγωγε* scribendum videtur. — In proximis quod optimus liber a prima manu habere dicitur *οἱ δεπ' ἠϊθέων*, id nobis *π* ex *τι* ortum iudicantibus ad pravam scripturam *οἵδε τ' ἰηθέων* referendum, quam etiam Hesychius exhibet: *ἰήθεος· ἔφηβος, ἄγαμος*.

V. 19. Schol.: *λεκτοί· τὸ λεκτοὶ τάχα μὲν εἰς σύστασιν τῶν παίδων, τάχα δὲ καὶ δημοσίαν ἐκφαίνει τὴν ἐκπομπήν, ὡς ἐπιλεχθεῖσαν καὶ πεμφθεῖσαν παρὰ τοῦ κοινοῦ.* Idem adiectivum *λεκτόν* adsumendum etiam ad sequentia verba est *τὸ δ' ἄλλο φῦλον*. De participii *ἐξεστεμμένον* significatu ad v. 3 diximus.

V. 20. *ἀγοραῖσι*] i. e. in publicis areis. De dativo cfr. Krueg. II 46, 2. Schol.: *πρός τε Παλλάδος διπλοῖς ναοῖς· δύο ἱερὰ ἐν ταῖς Θήβαις ἵδρυνται τῇ Ἀθηνᾷ, τὸ μὲν Ὄγκας, τὸ δὲ Ἰσμηνίας. οἱ δὲ οὕτω, τὸ μὲν Ἀλαλκομενίας, τὸ δὲ Καδμείας. τινὲς δὲ τὸν τῆς Ἀλαλκομενίας οὐκ ἐν Θήβαις εἶναι, ἀλλ' ἐν κώμῃ.* De Minerva Onca, cui ad urbem, non in urbe ara cum statua posita fuisse narratur, vid. Pausanias IX 12, 2, scholiasta Pindar. Olymp. II 39, Aeschyli Sept. c. Th. 164. 487, ad quem locum (v. 483) Blomf. gloss. conferatur. Ismeniam non commemorat Pausanias, sed IX 10, 2 Minervae et Mercurii *προνάων* statuas ante templum Ismenii Apollinis vidit.

V. 21. Schol.: *ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ· καὶ γάρ ἐστι παρὰ τῷ Ἰσμηνῷ Ἀπόλλωνος ἱερόν· διὸ φησὶ μαντείᾳ σποδῷ. τοῦτο δὲ ἀντὶ τοῦ βωμῷ, ὅτι διὰ τῶν ἐμπύρων ἐμαντεύοντο οἱ ἱερεῖς, ὡς φησὶ Φιλόχορος.* Notum est Apollini Ismenio templum Thebis propter Ismenum fluvium exstructum fuisse. Cf. Herodot I 52. 92. V 59. VIII 134, Pausanias IX 10, 2 sqq. Ad id templum non dubium est quin delecti illi cives Thebani accessisse significentur, Apollini supplicaturi, cum sedisse dicuntur *ἐπ' Ἰσμ. μ. σποδῷ*. Neque tamen quisquam animum inducet, ut verbis *μαντείᾳ σποδῷ* templum ipsum significatum arbitretur. Immo recte scholiasta monuit verbis illis aram significari, in qua ex flamma victimarum mactatarum futura praedicta essent. Factum autem id esse narravit Herodotus VIII 134.

V. 22 sqq. *πόλις — σαλεύει*] Schol. ad Aristoph. Vesp. 29 *ἀεὶ οἱ ποιηταὶ τὰς πόλεις πλοίοις παραβάλλουσι, καὶ Σοφοκλῆς* (Ai. 1082 sq., Ant. 163. 994). Praeterea conferenda quae ad Ai. 343 sq. de hoc loco dixi.

V. 24. *ἔτ' οὐχ οἵα τε*] I. e. *οὐκέτι οἵα τε*.

V. 25. Descriptionem hanc pestis, iterum aliis verbis retractatam v. 168 sqq., poetae, ni fallor, suggessit celebris illa Atheniensium calamitas, Thucydidi II 49 diligenter enarrata, deinde et Lucretio lib. VI. MUSGR.

Ibid. *φθίνουσα κάλυξιν ἐγκ. χθονός*] Dativus, a *φθίνουσα* pendens, simillime positus videtur

φθίνουσα δ' ἀγέλαις βουνόμοις τόκοισί τε
ἀγόνοις γυναικῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
σκήψας ἐλαύνει, λοιμὸς ἔχθιστος, πόλιν,
ὑφ' οὗ κενοῦται δῶμα Καδμεῖον, μέλας δ'
Ἅιδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται.
θεοῖσι μέν νυν οὐκ ἰσούμενόν σ' ἐγὼ
οὐδ' οἵδε παῖδες ἑζόμεσθ' ἐφέστιοι,
ἀνδρῶν δὲ πρῶτον ἔν τε συμφοραῖς βίου

atque in Aiac. 474 *κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται.* Poetice enim civitas perire dicitur in folliculis ita, ut perire significetur eo, quod folliculi pereant. Cfr. Krueg. I 48, 15, 15. Illud facile apparet, terrae folliculi frugiferi cum perire dicuntur, hoc significari, fruges sive grana, antequam emergant e folliculis, in iis inclusa iam perire. Postremo *κάλυκες χθονός* similiter dictum atque in Philoct. 707 *ἱερᾶς γᾶς σπόρος.*

V. 26. *ἀγέλαις βουνόμοις*] Quamvis, singulas notiones si urgemus, sic explicandum videatur: *ἀγέλαις βοῶν νεμομένων,* coll. Matth. § 446, 3c, tamen, si similium adiectivorum usum comparamus, veluti adiectivi *ἀγρονόμος*, de quo ad Ant. 780 dixi, facile intellegitur *βουνόμοις ἀγέλαις* nihil significari nisi 'armenta boum'. Tum *τόκοι ἄγονοι γυναικῶν* sunt 'partus sive fetus mulierum nondum editi', qui inclusi in ventribus mulierum eodem modo perire dicuntur, quo *κάλυκες ἔγκαρποι χθονός* interire paulo ante dicti sunt. Atque verbis *τόκοις ἀγόνοις* etiam magis explicatur id quod minus aperte dictum est *ἀγέλαις βουνόμοις.* Sensus enim est hic: *φθίνουσα τόκοις ἀγόνοις ἀγελῶν τε βουνόμων καὶ γυναικῶν.* Cfr. v. 270 sq. et Herodot. VI 139 *ἀποκτείνασι δὲ τοῖσι Πελασγοῖσι τοὺς σφετέρους παῖδάς τε καὶ γυναῖκας οὔτε γῆ καρπὸν ἔφερε οὔτε γυναῖκές τε καὶ ποίμναι ὁμοίως ἔτικτον καὶ πρὸ τοῦ.*

V. 27. *ἐν δ'*] Male hoc explicant *πρὸς τούτοις δέ, ἐν αὐτοῖς δέ.* Immo tmesis est, ut recte monet Reisig. ad O. C. p. XXXVII, pertinetque *ἐν* ad *σκήψας*, ut sit *ἐνσκήψας.* Vide Krueg. II 68, 48, 4.

Ibidem. Schol.: *ὁ πυρφόρος θεός· ὁ λοιμὸς ὁ πυρετοφόρος, τὸν γὰρ πυρετὸν πῦρ καλοῦσι, καὶ τὸ ἐναντίον.* Ὅμηρος (*X* 31)· *καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν.* Deus qui intellegendus sit, declarat poeta ipse v. 190. Ceterum Thucydides de peste, quae a. 430 a. Chr. n. Athenis saevire coepit, agens II 49 *τὰ ἐντὸς οὕτως ἐκάετο, ὥστε μήτε τῶν πάνυ λεπτῶν ἱματίων καὶ σινδόνων τὰς ἐπιβολὰς μηδ' ἄλλο τι ἢ γυμνοὶ ἀνέχεσθαι ἥδιστά τε ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν.*

V. 28. *ἐλαύνει*] 'agitat, vexat'. Cfr. Ai. 275 *κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ.* Trach. 1045. Eur. Androm. 31 et Blomf. ad Aeschyl. Pers. 777 gloss. Adde Schaefer. ad Demosth. Mid. 557, 28.

V. 29. *δῶμα Καδμεῖον*] Vide ad v. 1. — De exitu huius versus vide ad v. 327 ed. meae.

V. 31 sqq. *θεοῖσι μὲν νυν* etc.] Sponte quisque intelleget, accusativum *ἰσούμενόν σε* aptum esse e participio *κρίνοντες.* In participio autem, ut saepe, propria vis enuntiati inest. — Locutio *ἐφέστιον ἕζεσθαι* ut sollemnis significatio supplicationis ex antiqua consuetudine ad focum considendi repetenda videtur.

V. 33 sq. *ἔν τε συμφοραῖς — ξυναλλαγαῖς*] In *συμφοραῖς βίου* intellege quidquid casu hominibus videtur evenire, *ταῖς συν-*

κρίνοντες ἔν τε δαιμόνων ξυναλλαγαῖς·
ὅς τ' ἐξέλυσας ἄστυ Καδμεῖον μολὼν
σκληρᾶς ἀοιδοῦ δασμόν, ὃν παρείχομεν,
καὶ ταῦθ' ὑφ' ἡμῶν οὐδὲν ἐξειδὼς πλέον,
οὐδ' ἐκδιδαχθείς· ἀλλὰ προσθήκῃ θεοῦ
λέγει νομίζει θ' ἡμὶν ὀρθῶσαι βίον·
νῦν τ', ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα,
ἱκετεύομέν σε πάντες οἵδε πρόστροποι

*τυχίαις, τοῖς συναντήμασιν*: in *δαιμόνων ξυναλλαγαῖς* quidquid numen deorum invehit praeter solitum, quidquid fit deorum interventu. Sic infra 960 *νόσου ξυναλλαγῇ* 'morbi interventu', et O. C. 410 *ποίας φανείσης ξυναλλαγῆς*; 'cuiusnam interventu?' ut recte explicat scholiasta. BR. Verbis *δαιμ. ξυν.* Sphingem potissimum a dis immissam Thebanis significat.

V. 35 sqq. *ὅς τε* ex scholiis restitui. Libri *ὅς γε*, quod qui retinuerunt, Graecorum consuetudinem loquendi parum adverterunt. Ei enim prorsus adversatur *νῦν τε*, quod sequitur v. 40, nisi v. 35 *τὲ* particula praecesserit. Coniungit autem poeta particulis *τὲ—τὲ* ea quorum alterum alteri subtiliore ratione subiungi debebat. Dicit enim haec: 'Te sapientissimum mortalium iudicamus, cum antea summo malo nos liberaveris, ut etiam nunc a te salutem speremus'. Quemadmodum autem hoc loco *τὲ* particula, respondens eidem post *νῦν* sequenti particulae, pronomini relativo adnexa est, ita ut *ὅς τε ἐξέλυσας* etc. idem significet atque *ὃς πρόσθεν τε* sive *ὃς πάλαι τε ἐξέλυσας*, eodem prorsus modo dictum est v. 695 *ὅς τε ἐμὰν γᾶν φίλαν — κατ' ὀρθὸν οὔρισας, ταννῦν τ' εὔπομπος* etc. et Aeschyl. Pers. 710 sq. *ὃς θ', ἕως ἔλευσσες αὐγὰς ἡλίου, ζηλωτὸς ὢν βίοτον εὐαίωνα Πέρσαις ὡς θεὸς διήγαγες, νῦν τέ σε ζηλῶ θανόντα.* Similiter dixit Herodot. VIII 101 *σὺ ὤν ἐμοί, καὶ γὰρ εὖ συνεβούλευσας νῦν τε συμβούλευσον* etc. De omisso in priore membro adverbio *πρόσθεν* sive *πάλαι* vide ad huius fab. v. 447 ed. meae.

V. 35 sq. *ἐξέλυσας — δασμόν*] Non multum differt hoc loco significatio verbi *ἐκλύειν* a verbi simplicis *λύειν* usu, ita ut idem fere sit atque *παύειν*. Cf. El. 939 *τῆς νῦν παρούσης πημονῆς λύσεις βάρος* et Eurip. Phoen. 695 *καίτοι ποδῶν σῶν μόχθον ἐκλύει παρών.*

V. 36. Schol.: *σκληρᾶς ἀοιδοῦ· ὅτι τὸ ἀοιδοῦ εὔφημόν ἐστι, προσέθηκε σκληρᾶς, ὅ ἐστι δυσκόλου, διὰ τὸ αἴνιγμα.*

V. 37. *ὑφ' ἡμῶν ἐξειδώς*] Cfr. Krueg. I 52, 3, 1. De re cfr. v. 391 sqq.

V. 38. Schol.: *οὐδ' ἐκδιδαχθείς· οἷον οὐ προακούσας παρ' ἡμῶν τὸν τρόπον τῶν αἰνιγμάτων. — προσθήκῃ· συμβουλῇ, ἐπικουρίᾳ.*

V. 40. *κράτιστον πᾶσιν*] *Πᾶσιν* non neutrum est, sed masculinum, ut O. C. 1446 *ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυστυχεῖν*, cum quo loco apte Matthiae ad Eur. Heracl. 451 comparat Xenoph. Mem. I 1 *Σωκράτης ἄξιός ἐστι θανάτου τῇ πόλει.* Similiter hic *πᾶσι κράτιστος* dictum hoc sensu: 'omnibus optimus' i. e. qui ab omnibus optimus haberis. Cf. Ai. 591 et 1254 ed. meae.

V. 41. *ἱκετεύομεν — πρόστροποι*] Simillime dictum Philoct. 470 *ἱκέτης ἱκνοῦμαι* et O. C. 1327 *ἱκετεύομεν ξύμπαντες ἐξαιτούμενοι.* Nam *πρόστροπος* supplicem significat ut Philoct. 773 *ὄντα σαυτοῦ πρόστροπον* et O. C. 1309 *προστροπαίους λιτάς.*

*ἀλκήν τιν' εὑρεῖν ἡμίν, εἴτε του θεῶν*
*φήμην ἀκούσας εἴτ' ἀπ' ἀνδρός οἶσθά του·*
*ὡς τοῖσιν ἐμπείροισι καὶ τὰς ξυμφορὰς*
*ζώσας ὁρῶ μάλιστα τῶν βουλευμάτων.*
*ἴθ', ὦ βροτῶν ἄριστ', ἀνόρθωσον πόλιν,*
*ἴθ', εὐλαβήθηθ'· ὥς σε νῦν μὲν ἥδε γῆ*
*σωτῆρα κλῄζει τῆς πάρος προθυμίας·*
*ἀρχῆς δὲ τῆς σῆς μηδαμῶς μεμνώμεθα*
*στάντες τ' ἐς ὀρθὸν καὶ πεσόντες ὕστερον·*
*ἀλλ' ἀσφαλείᾳ τήνδ' ἀνόρθωσον πόλιν.*

Sic *προστρέπω* supplico O. C. 50. Ai. 831.

V. 42. *ἀλκήν τιν' εὑρεῖν*] Cfr. Eurip. Androm. 28 *καὶ πρὶν μὲν ἐν κακοῖσι κειμένην ὅμως ἐλπίς μ' ἀεὶ προσῆγε, σωθέντος τέκνου, ἀλκήν τιν' εὑρεῖν κἀπικούρησιν κακῶν.*

V. 43. *οἶσθα* etiam ad alterum *εἴτε* pertinet: *εἴτε . . ἀκούσας οἶσθα εἴτε ἀπ' ἀνδρός του οἶσθα.*

V. 44 sq. Schol.: *ὡς τοῖσιν ἐμπείροισιν· ἐν τοῖς συνετοῖς τὰς συντυχίας καὶ τὰς ἀποβάσεις τῶν βουλευμάτων ὁρῶ ζώσας καὶ οὐκ ἀπολλυμένας. οὐ σφάλλονται, ἀλλὰ τὸ ἀποβησόμενον στοχάζονται καλῶς.* De locutione *αἱ ξυμφοραὶ τῶν βουλ.*, significante 'eventus consiliorum', apte Musgravius adscripsit Thucyd. I 140 *ἐνδέχεται τὰς ξυμφορὰς τῶν πραγμάτων οὐχ ἧσσον ἀμαθῶς χωρῆσαι ἢ καὶ τὰς διανοίας τοῦ ἀνθρώπου*, ad quem locum scholiasta: *τὰς ξυμφοράς· τὰς ἀποβάσεις.* Eventus autem illi cum dicuntur *ζῆν*, significantur 'non perire', id est 'vigere', coll. v. 485. Ant. 457, ita ut *τοῖς ἐμπείροις αἱ ξυμφ. τῶν β. ζῶσιν* sit: 'consilia hominum prudentium prosperum eventum habent'. Cfr. Herodot VII 157 *τῷ δὲ εὖ βουλευθέντι πρήγματι τελευτὴ ὡς τὸ ἐπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι*, VIII 60 *οἰκότα μέν νυν βουλευομένοισι ἀνθρώποισι ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι. μὴ δὲ οἰκότα βουλευομένοισι οὐκ ἐθέλει οὐδὲ ὁ θεὸς προσχωρέειν πρὸς τὰς ἀνθρωπηΐας γνώμας.*

V. 46 sqq. *ἴθ', ὦ βροτῶν — ὕστερον*] Explicaturus sacerdos, cur Oedipus sua ipsius causa (*εὐλαβήθητι*) succurrendum civitati labanti putet, magna cum arte orationem ita composuit, ut quid mali Oedipus ex neglecta salute civitatis sibi paraturus esset, ex conformatione membri prioris *ὥς σε . . προθυμίας* divinandum potius Oedipo relinquere quam disertis verbis pronuntiare mallet. Nam verbis illis sperandum erat fore ut istiusmodi membrum opponeretur: *ὕστερον δὲ ὀλετῆρά σε καλέσει ἡ πόλις διὰ τὴν ἀμέλειαν, ἐὰν αὖθις ἐπὶ σοῦ ἄρχοντος καταφθαρῇ.* Pro eo autem membro perapte leniore et faustiore oratione utendum ratus haec posuit: *ἀρχῆς . . πεσόντες ὕστερον*, quorum sensus hic est: 'imperii autem tui cave ne ita meminerimus, nos te regnante ut servatos ita rursus perditos esse'. De usu coniunctivi cfr. Trach. 802. O. C. 174. Eur. Tro. 172. Krueg. I 54, 2, 2.

V. 47. *ὥς σε* cum Neuio scripsi. Vulgo *ὡς σέ.*

V. 48. *τῆς πάρος προθυμίας*] Genetivus aptus est ex verbis *σωτῆρα κλῄζει*, quibus cum notio laudandi vel praedicandi subsit, iure ea cum genetivo iunguntur. Cfr. Krueg. II 47, 21.

V. 51. Schol.: *ἀλλ' ἀσφαλείᾳ· γνώμῃ ἀσφαλεῖ καὶ ἐχυρᾷ εὐβουλίᾳ τὸ ἐμπεσὸν κακὸν τῇ*

ὄρνιθι γὰρ καὶ τὴν τότ' αἰσίῳ τύχην
παρέσχες ἡμῖν, καὶ τανῦν ἴσος γενοῦ.
ὡς, εἴπερ ἄρξεις τῆσδε γῆς, ὥσπερ κρατεῖς,
ξὺν ἀνδράσιν κάλλιον ἢ κενῆς κρατεῖν.
ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς
ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.
ΟΙΔ. ὦ παῖδες οἰκτροί, γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι
προσήλθεθ' ἱμείροντες. εὖ γὰρ οἶδ', ὅτι
νοσεῖτε πάντες, καὶ νοσοῦντες ὡς ἐγὼ

πόλει ἀνόρθωσον. At quis unquam Graecorum eo sensu substantivum ἀσφάλεια usurpavit? Immo non dubium, quin ἀσφαλείᾳ ἀν. πόλιν opponatur verbis πεσόντες ὕστερον et significet: 'erige civitatem, ut firma stet'. Est enim ἀσφαλείᾳ dativus consilii, de quo dixi ad Philoct. 1126 sq. ed. meae. Ceterum cfr. Ant. 162 sq. τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοί, πολλῷ σάλῳ σείσαντες, ὤρθωσαν πάλιν.

V. 52 sq. ὄρνιθι γὰρ — γενοῦ] Structura haec est: ὥσπερ γὰρ τὴν τότε τύχην ὄρνιθι αἰσίῳ παρέσχες ἡμῖν, οὕτω καὶ νῦν ἴσος γενοῦ.

V. 55. ξὺν ἀνδράσιν] Non iungendum cum verbo κρατεῖν, sed cum substantivo γῆς, coll. Philoct. 825 cum nota nostra.

V. 56. Multi h. l. imitando expresserunt. Tacit. Hist. I 84 *quid? vos pulcherrimam hanc urbem domibus et tectis et congestu lapidum stare creditis?* ubi Lipsius comparat Dion. Cass. LVI 6 ἄνθρωποι γάρ που πόλις ἐστιν, οὐκ οἰκίαι, οὐδὲ στοαί, οὐδ' ἀγοραὶ ἀνδρῶν κεναί, ad quem Reimar. excitat Thucyd. VII 77 ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη. Sophoclis locum non recordabatur. Lucian. de Gym. c. 20 πόλιν γὰρ ἡμεῖς οὐ τὰ οἰκοδομήματα ἡγούμεθα εἶναι, οἷον τείχη — τὸ δὲ πᾶν κῦρος ἐν τοῖς πολίταις κεκτήμεθα. Aristides T. I. p. 791 ed. Dind. ἐὰν — πιστεύσητε ἀληθὲς εἶναι τὸ πάλαι τοῦτο, ὡς ἄρα οὐ τείχη οὐδὲ ᾧδεῖα οὐδὲ στοαὶ οὐδὲ ὁ τῶν ἀψύχων κόσμος αἱ πόλεις εἶεν, ἀλλ' ἄνδρες αὐτοῖς εἰδότες θαρρεῖν. Ib. p. 821 τὸν λόγον βεβαιῶσαι, ὅτι οὐκ οἰκίαι καλῶς ἐστεγασμέναι κ. τ. λ. FR. IACOBS. Scholiasta comparat Alcaei fr. 23 ἄνδρες πόληος πύργος ἀρεύιοι. Adde Eurip. fr. 825 αἱ γὰρ πόλεις εἶσ' ἄνδρες, οὐκ ἐρημία.

V. 57. ἔρημος — ἔσω] Id est εἰ ἔρημός ἐστιν οὕτως, ὥστε μηδένα ξυνοικεῖν ἔσω. Simili cum abundantia dictum El. 241 γονέων ἐκτίμους ἴσχουσα πτέρυγας ὀξυτόνων γόων. Ant. 791 σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ. Ibid. 881 τὸν δ' ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς φίλον στενάζει. O. C. 1200 τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος. De adverbii ἔσω usu ad Ant. 489 diximus.

V. 58. γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα ne quis inutili cum abundantia dictum putet, tenendum est hoc significare: 'non ignota, sed bene nota'. Videbantur enim qui supplices ad Oedipum accesserant in ea esse sententia, ut mala civitatis ab eo ignorari crederent. Cfr. El. 929. 1078. Ai. 289 et Matth. § 444, 5. — Denique noli cum Matth. § 350 not. existimare verbum ἱμείρειν cum accusativo rei, quae desideretur, coniunctum hic a Sophocle esse. Immo adiectiva γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα referenda sunt ad notionem substantivi, quod latet in verbo ἱμείρειν, ita ut ἄγνωτα ἱμείρειν significet ἄγνωτον ἵμερον ἱμείρειν.

V. 60. νοσοῦντες] Attice pro νοσούντων dici etiam Elmsleius

οὐκ ἔστιν ὑμῶν ὅστις ἐξ ἴσου νοσεῖ.
τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἕν' ἔρχεται
μόνον καθ' αὑτὸν κοὐδέν' ἄλλον· ἡ δ' ἐμὴ
ψυχὴ πόλιν τε κἀμὲ καὶ σ' ὁμοῦ στένει.
ὥστ' οὐχ ὕπνῳ γ' εὕδοντά μ' ἐξεγείρετε,
ἀλλ' ἴστε πολλὰ μέν με δακρύσαντα δή,
πολλὰς δ' ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις.
ἣν δ' εὖ σκοπῶν ηὕρισκον ἴασιν μόνην,
ταύτην ἔπραξα. παῖδα γὰρ Μενοικέως
Κρέοντ', ἐμαυτοῦ γαμβρόν, ἐς τὰ Πυθικὰ
ἔπεμψα Φοίβου δώμαθ', ὡς πύθοιθ', ὅ τι
δρῶν ἢ τί φωνῶν τήνδε ῥυσαίμην πόλιν.
καί μ' ἦμαρ ἤδη ξυμμετρούμενον χρόνῳ

putabat. Neque Atticum hic quicquam nec pro genetivo positus nominativus. Nam sensus est: νοσοῦντες οὐ νοσεῖτε ἐξ ἴσου ὡς ἐγώ. Ut autem indicaret de omnibus nullo excepto id intellegendum esse, mutata oratione dicit οὐκ ἔστιν ὑμῶν ὅστις. HERM.

V. 64. πόλιν τε κἀμέ] Vide quae ad 905 adnotavi.

V. 65. ὕπνῳ γ' εὕδοντα] Parum grave tragico fuit ἐν ὕπνῳ ὄντα, quod scriptor prosaicus posuisset. Eiusdem generis sunt θυμοῦσθαι δι' ὀργῆς 344, εἰς τὸ φῶς φαίνειν 1229, Electr. 650 ζῶσαν ἀβλαβεῖ βίῳ, 951 βίῳ θάλλοντα, Trach. 168 ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ, Eur. Hel. 530 ἐν φάει ζῆν et alia multa, quae in Advers. in Phil. p. 52 sq. memoravi. Similiter Verg. Aen. I 680 *somno sopitum*. Εὕδειν autem saepius de otiosis dicitur, ut v. 586. 1357. Aesch. Ag. 1328, Choeph. 881, Theocr. II 126 εὗδον δ', εἴ κε etc., quod est: nihil fecissem, ich würde mich ruhig verhalten haben. Non recte enim vulgo redditur: contentus fuissem. Xenoph. An. I 3, 11 ἐμοὶ οὖν δοκεῖ οὐχ ὥρα εἶναι ἡμῖν καθεύδειν, οὐδ' ἀμελεῖν ἡμῶν αὐτῶν. Conf. Huschk. ad Tibull. I 1, 48. Ad rem et locutionem compares Aesch. Sept. c. Theb. 3.

V. 67. πολλὰς δ' — πλάνοις] Singularis dictio ἐλθεῖν πλάνοις, i. e. πλανώμενον ἐλθεῖν. Sensus: 'multas vias adhibendae sanationis in animo meo pervagatus sum', i. e. omnem rationem, qua malo, quo urgemini, mederi possem, mecum animo reputavi. Similiter Eur. Or. 632 Μενέλαε, ποίᾳ πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς, διπλῆς μερίμνης διπτύχους ἰὼν ὁδούς; De φροντίδος πλάνοις compara 727 ψυχῆς πλάνημα, Eurip. Hippol. 283 πλάνον φρενῶν, 290 γνώμης ὁδόν.

V. 68 sq. ἣν δ' — ταύτην ἔπραξα] Notanda est locutio πράττειν ἴασιν, 'perficere sanationem', id est, 'rem facere, qua sanari posse civitas videatur'. Simillime dictum Philoct. 86 sq. ἐγὼ μὲν οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων, τούσδε καὶ πράσσειν στυγῶ.

V. 70. ἐμαυτοῦ γαμβρόν] Sororis maritum notat haec vox etiam ap. Eur. Electr. 1295. BR.

V. 72. ῥυσαίμην] Dici poterat ῥυσοίμην, quod coniecit Linwoodius. Sed optativus referendus est ad πυνθάνου ὅ τι δρῶν ῥύσωμαι, in quibus ratio coniunctivi ad participium pertinet. Cfr. Herod. VIII 101 συμβούλευσον ὁκότερα ποιέων ἐπιτύχω εὖ βουλευσάμενος.

V. 73. καί μ' ἦμαρ — χρόνῳ]

λυπεῖ, τί πράσσει. τοῦ γὰρ εἰκότος πέρα
ἄπεστι πλείω τοῦ καθήκοντος χρόνου.
ὅταν δ' ἵκηται, τηνικαῦτ' ἐγὼ κακὸς
μὴ δρῶν ἂν εἴην πάνθ' ὅσ' ἂν δηλοῖ θεός.
ΙΕΡ. ἀλλ' ἐς καλὸν σύ τ' εἶπας οἵδε τ' ἀρτίως
Κρέοντα προσστείχοντα σημαίνουσί μοι.
ΟΙΔ. ὦναξ Ἄπολλον, εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ
σωτῆρι βαίη, λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι.
ΙΕΡ. ἀλλ' εἰκάσαι μὲν ἡδύς. οὐ γὰρ ἂν κάρα

Ad χρόνῳ adsumendum ex sequentibus τοῦ ἀπεῖναι, ita ut hoc dici videatur: 'et cum diem, quo abiit, compono tempori, per quod abest', sive, ut Brunckius interpretatus est, 'et cum computo, quotus hic dies sit, ex quo abiit'.

V. 74. λυπεῖ, τί πράσσει] Infra 155 ἀζόμενος, τί μοι — ἐξανύσεις χρέος. Ai. 794 ὥστε μ' ὠδίνειν, τί φῄς. Eur. Hec. 185 δειμαίνω, τί ποτ' ἀναστένεις. Vid. Schaef. ad L. Bos. p. 580 sq. ERF. Adde Matth. § 488, 1.

V. 74 sq. τοῦ γὰρ — χρόνου] Hoc dicit: 'nam contra exspectationem diutius quam debebat abest'. Pro genetivo χρόνου exspectaveris accusativum χρόνον. Sed vide Lobeck. ad Ai. 277 p. 165 ed. tert. — Bentleius et Porsonus mutato πέρα in περᾷ v. 75 deleverunt, quem ex eis quae Suidas s. v. τοῦ καθήκοντος habet: τοῦ καθήκοντος πέρα χρόνου τουτέστι τοῦ ὁρισθέντος· λέγεται δὲ καὶ τοῦ εἰκότος πέρα glossema esse adpareat. Sed potius ex his efficere licet, auctorem Suidae legisse λυπεῖ τί πράσσει τοῦ καθήκοντος πέρα cum glossematis χρόνου et τοῦ εἰκότος πέρα, altero adscripto, altero supra scripto.

V. 76 sq. τηνικαῦτ' — θεός] Inscius Oedipus his verbis necessitatem sibi imponit investigandae eius rei, qua explorata semet ipsum in maximam calamitatem coniecit.

V. 78. sq. Schol.: οἵδε τ' ἀρτίως Κρ. προσστείχοντα· οἱ ἤϊθεοι πρὸς τὸ οὖς αὐτοῦ φασιν, ὅτι πάρεστι Κρέων, ὡς ὀξυωπέστεροι, δι' αἰδῶ δὲ τοὺς λόγους παρῃτήσαντο, ὁ δὲ ἱερεὺς ἅμα μὲν ὡς πρεσβύτης οὐχ ὁρᾷ, ἅμα δὲ κατὰ νοῦν ἔχων τὸν λόγον τοῦ βασιλέως. De ἐς καλόν, καιρίως, 'opportune', cfr. Krueg. I 43, 4, 5. Pertinet autem hoc non ad ipsa priora σύ τ' εἶπας, sed ad totam complexionem, ut sensus sit: 'verbis tuis convenienter denuntiant mihi pueri'.

V. 80. Schol.: εἰ γάρ· ἀντὶ τοῦ εἴθε. — De verbis ἐν τύχῃ τῳ comparat Erfurdtius Aesch. Sept. c. Th. 472 σὺν τύχῃ δέ τῳ. Choeph. 138 δεῦρο σὺν τύχῃ τινί. Ai. 853 σὺν τάχει τινί. — De locutione τύχῃ σωτήρ cfr. Lobeck. ad Ai. 323. Krueg. II 57, 1, 3 et ad Phil. 1443 ed. meae, et de ἐν praepositione quae ad eandem fab. 60 monui.

V. 81. λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι] Aliter Pindar. Nem. VII 95 sq. ἔν τε δαμόταις ὄμματι δέρκομαι λαμπρόν.

V. 82. εἰκάσαι μὲν] 'Ut conicere licet'; vide Krueg. I 55, 1, 3. De εἰκάσαι μέν ut οἶμαι μέν, δοκῶ μέν dicto ib. 69, 35, 2. Cfr. ἡμῖν μέν 404, 834. De adiectivo ἡδύς 'laetus' significante ad Ant. 421 monuimus.

Ibid. οὐ γὰρ ἂν κάρα] Coronati enim soli domum redibant quibus laetae sortes obtigerant. Quocirca bene in scholio additum ἐπί τινι αἰσίῳ. Quibus vero vel tristia nuntiata fuerant vel domum repetentibus adversi aliquid acciderat, ii coronas deponebant. Theseus apud Eur. Hipp. audito uxoris leto: τί δῆτα τοῖσδ'

πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε παγκάρπου δάφνης.
*ΟΙΔ.* τάχ' εἰσόμεσθα· ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν.
ἄναξ, ἐμὸν κήδευμα, παῖ Μενοικέως.
τίν' ἡμὶν ἥκεις τοῦ θεοῦ φήμην φέρων;

*ΚΡΕΩΝ.*

ἐσθλήν. λέγω γὰρ καὶ τὰ δύσφορ', εἰ τύχοι
κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα, πάντ' ἂν εὐτυχεῖν.
*ΟΙΔ.* ἔστιν δὲ ποῖον τοὔπος; οὔτε γὰρ θρασὺς

**ἀνέστεμμαι κάρα πλεκτοῖσι φύλλοις, δυστυχὴς θεωρὸς ὤν;** Fabius Pictor legatus a Delphis Romam reversus in senatu dicit apud Liv. XXIII 11 *se iussum ab templi antistite, sicut coronatus laurea corona et oraculum adiisset et rem divinam fecisset, ita coronatum navem ascendere nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset.* BR. Vide El. 43 et Trach. 177 cum adnotationibus nostris.

V. 83. **παγκάρπου**] 'perfecundae'. Insolentior quidem significatio, sed quae aliarum vocum a **πᾶν** compositarum analogia satis superque defenditur. ERF. De notione adiectivi **πολυστεφής** genetivum regentis vide Krueg. II 47, 26, 3.

V. 84. **ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν**] Pro dativo substantivi, quocum iungendum **ξύμμετρος** fuisse videatur, hoc loco verba **ὡς κλύειν** posita sunt, ita ut hoc dicat Oedipus: 'eo enim in loco iam versatur, ut idoneus sit, qui nos exaudiat, i. e. tam prope adest, ut audire nos possit'. Cfr. Ant. 387 et Monk. ad Eurip. Alc. 26. Scholiasta: **οὐκ ἔστι, φησί, μακράν, ἀλλ' ἐγγύς, καὶ μέτρον ἔχων τοῦ ἀκούειν διὰ τὸ πλησίον γενέσθαι.**

V. 85. **ἄναξ**] Creon quomodo ita appellari potuerit, apparet ex iis, quae ad v. 882 adnotavimus. Tum **ἐμὸν κήδευμα** idem est atque **ἐμὸς κηδεστής**. Adscripsit Brunckius Ant. 756 **γυναικὸς δούλευμα**. Eur. Or. 477 **κήδευμ' ἐμόν**. 1233 **ὦ ξυγγένεια πατρὸς ἐμοῦ**. Phoen. 291. Or. 928 **τἄνδον οἰκουρήματα**. Bacch. 803 **δουλείαις ἐμαῖς**. Androm. 446 **δόλια βουλευτήρια**, coll. M. Cicerone de Orat. III 42.

V. 87 sq. Schol.: **ὁ μὲν Οἰδίπους, τίς εἴη ὁ χρησμός, ἐπυνθάνετο. ὁ δὲ οὐκ εὐθὺς αὐτὸ τὸ ῥητὸν ψιλὸν εἶπεν. ἀπὸ γὰρ τῶν εὐφήμων ἄρξασθαι θέλει. ὁ δὲ νοῦς· λέγω γὰρ πάντα ἂν εὐτυχεῖν τὴν πόλιν, εἰ καὶ τὰ δύσφημα τύχοι κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα, τουτέστιν, εἰ τὰ ἄγνωστα γνωσθείη, τὸ τίς ἐστιν ὁ φονεὺς Λαΐου. οὐδὲν γὰρ χαλεπὸν ἔνι ἐν τῷ χρησμῷ, ἀλλ' ἀγνοεῖται μόνον τὸ ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέν. — καὶ τὰ δύσφορ' εἰ τύχοι· καὶ τὰ χαλεπὰ εἰ τύχοι κατ' ὀρθὸν προϊόντα, πάντα εὐτυχεῖν ἡμᾶς λέγω.** Faustum oraculum (**ἐσθλὴν φήμην**) dicit, quod fore, ut Thebani peste liberarentur, responsum erat; infaustum (**τὰ δύσφορα**), quod, ut liberarentur, interfectorem Lai investigare investigatumque aut expellere urbe aut interficere iussi erant. Tum **κατ' ὀρθὸν ἐξελθεῖν** idem fere est atque **κατορθοῦσθαι**, 'rite perfici'. Itaque rem etiam tristem, investigationem interfectionemque occisoris Lai, si rite perficiatur, prosperrimam fore Creo Thebanis ait. Denique de locutione **πάντα εὐτυχεῖν** vide ad v. 259 ed. meae et cfr. Herodot. VII 233 **οὐ μέντοι τά γε πάντα εὐτύχησαν**. Idem I 65 **τοὺς ἄλλους πολέμους εὐτυχοῦντες**.

V. 89 sq. **οὔτε γὰρ θρασὺς — λόγῳ**] De **οὔτε — οὔτε οὖν** vide Matth. § 625 p. 1275. — **λόγῳ** ablativus instrumenti est, ut sensus sit: 'neque bonus ani-

οὔτ' οὖν προδείσας εἰμὶ τῷ γε νῦν λόγῳ.
ΚΡΕ. εἰ τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν,
ἕτοιμος εἰπεῖν, εἴτε καὶ στείχειν ἔσω.
ΟΙΔ. ἐς πάντας αὔδα. τῶνδε γὰρ πλέον φέρω
τὸ πένθος ἢ καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι.
ΚΡΕ. λέγοιμ' ἂν οἷ' ἤκουσα τοῦ θεοῦ πάρα.
ἄνωγεν ἡμᾶς Φοῖβος ἐμφανῶς ἄναξ
μίασμα χώρας, ὡς τεθραμμένον χθονὶ
ἐν τῇδ', ἐλαύνειν μηδ' ἀνήκεστον τρέφειν.
ΟΙΔ. ποίῳ καθαρμῷ; τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς;
ΚΡΕ. ἀνδρηλατοῦντας ἢ φόνῳ φόνον πάλιν
λύοντας, ὡς τόδ' αἷμα χειμάζον πόλιν.
ΟΙΔ. ποίου γὰρ ἀνδρὸς τήνδε μηνύει τύχην;
ΚΡΕ. ἦν ἡμίν, ὦναξ, Λάϊός ποθ' ἡγεμὼν
γῆς τῆσδε, πρὶν σὲ τήνδ' ἀπευθύνειν πόλιν.
ΟΙΔ. ἔξοιδ' ἀκούων· οὐ γὰρ εἰσεῖδόν γέ πω.

mus mihi factus neque metus in antecessum mihi sermone tuo iniectus est'. Cfr. Aeschyl. Pers. 215 οὔτ' ἄγαν φοβεῖν λόγοις οὔτε θαρσύνειν. Plutarch. vit. Demosth. c. 9 Δημοσθένης — οὕτως ἐπέστρεψε τοὺς παρόντας, ὥστε δείσαντα τῷ θορύβῳ τὸν σοφιστὴν ὑπεκδῦναι τῆς πανηγύρεως.

V. 91. πλησιαζόντων] Tironum causa moneo πλησιάζειν, id quod res ipsa docet, 'prope adesse' hic significare. Sic διπλάζειν Ai. 268 est 'duplex esse'. Alia eiusdem significationis verba in αζω exeuntia vide apud Lobeckium ad Ai. 268 p. 162 sq. ed. tert.

V. 92. ἕτοιμος] De omisso εἰμὶ vide Krueg. I 62, 1, 5. — εἴτε καὶ etc. elliptice dictum pro καὶ εἰ χρῄζεις, ἕτοιμός εἰμι καὶ ἔσω στείχειν.

V. 93 sq. Schol.: ἐς πάντας αὔδα· ἀξίως τοῦ βασιλικοῦ ἤθους δημοσίᾳ φράζειν κελεύει· ἅμα μὲν ἐπεὶ μηδὲν ὑποπτεύει περὶ ἑαυτοῦ, καὶ οἴεται θεοφιλὴς εἶναι, ἅμα δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ ἐν μέσῳ ῥηθέντων ἀνυσθῆναι τὰ τῆς ἀναζητήσεως. αὔξει δὲ ὁ ποιητὴς τὸ ὡς εὐνοϊκὸν ἦθος τοῦ Οἰδίποδος, ὅπως αὔξοιτο τὰ τῆς τραγῳδίας, ὕστερον αἴτιον αὐτοῦ τῶν κακῶν ἀναφαινομένου. — τῶνδε γὰρ πλέον φέρω τὸ πένθος· περὶ τούτων πλέον ἀγωνίζομαι (l. ἀγωνιῶ) ἢ περὶ τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς.

V. 98. ἀνήκεστον τρέφειν i. e. τρέφειν ὥστε ἀνήκεστον γίγνεσθαι. Cfr. Krueg. I 57, 4.

V. 99. τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς;] Significat hic τρόπος 'proprietatem'. Eurip. Phoen. 388 τί τὸ στέρεσθαι πατρίδος; τίς ὁ τρόπος αὐτοῦ; τί φυγάσιν τὸ δυσχερές; Herc. 965 τίς ὁ τρόπος ξενώσεως τῆσδε; Schneiderus in lex. Gr. interpretatur aversionem, quasi τροπήν. NEUIUS.

V. 101. ὡς τόδ' αἷμα — πόλιν] Id est: 'quod haec caedes urbem vexet', i. e. dicens (Apollo) hac caede urbem vexari. De forma loquendi cfr. Krueg. I 56, 9, 10. Τόδε αἷμα idem est atque τοῦτον τὸν φόνον, Lai caedem significans.

V. 102. ποίου — τύχην] i. e. ποίου γὰρ ἀνδρός ἐστιν ἥδε ἡ τύχη, ἣν μηνύει;

V. 105. De οὔπω 'nequaquam' ut οὔπως significante vide Por-

ΚΡΕ. τούτου θανόντος νῦν ἐπιστέλλει σαφῶς
τοὺς αὐτοέντας χειρί τιμωρεῖν τινα.
ΟΙΔ. οἳ δ' εἰσὶ ποῦ γῆς; ποῦ τόδ' εὑρεθήσεται,
ἴχνος παλαιᾶς δυστέκμαρτον αἰτίας;
ΚΡΕ. ἐν τῇδ' ἔφασκε γῇ. τὸ δὲ ζητούμενον
ἁλωτόν· ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον.
ΟΙΔ. πότερα δ' ἐν οἴκοις ἢ 'ν ἀγροῖς ὁ Λάϊος
ἢ γῆς ἐπ' ἄλλης τῷδε συμπίπτει φόνῳ;
ΚΡΕ. θεωρός, ὡς ἔφασκεν, ἐκδημῶν, πάλιν
πρὸς οἶκον οὐκέθ' ἵκεθ', ὡς ἀπεστάλη.
ΟΙΔ. οὐδ' ἄγγελός τις; οὐδὲ συμπράκτωρ ὁδοῦ
κατεῖδ', ὅτου τις ἐκμαθὼν ἐχρήσατ' ἄν;
ΚΡΕ. θνῄσκουσι γάρ, πλὴν εἷς τις, ὃς φόβῳ φυγὼν

sonum ad Eur. Hec. 1268 et Doederl. ad O. C. p. XXXI.

V. 107. De *χειρὶ* vide ad Ai. 27. — *τινὰ*, quod Schaeferus de coniectura scripsit pro *τινάς*, optima libri Laur. memoria nititur, in quo *τινάσ* cum puncto super *σ* a m. pr. i. e. *τινά*. De hoc pronomine, quod hic idem fere atque *ἡμᾶς* significat, vide Krueg. I 51, 16, 8.

V. 108. Recte Nauckius scripsisse videtur *πῇ τόδ' εὑρεθήσεται*.

V. 110. Conferunt editores Chaeremon. ap. Stob. I 9 p. 236 *οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις, ὅ τι οὐκ ἐν χρόνῳ ζητοῦσιν ἐξευρίσκεται* et Terent. Heaut. IV 2, 8 *nihil tam difficile est, quin quaerendo investigari possiet.*

V. 112. Schol.: *ὡς συνετὸς ὁ Οἰδίπους ζητεῖ τὰ καθ' ἕκαστα, εἶτα οὕτως ἐπὶ τὴν ἀναζήτησιν ἔξεισι, μεταπεμψάμενος τοὺς πολίτας, ἵνα καὶ ἀφορμὴ τῆς εἰσόδου ⟨τοῦ χοροῦ⟩ γενήσεται.* Mirum videri potest, quod poeta nescire facit Oedipum post tam diuturnam cum Iocasta consuetudinem, ubi quaque vi occiderit Laius. At habet ea res excusationem, quam attulit Aristoteles A. P. XVIII 14 et XXV 8 ed. Herm., caedem illam *ἔξωθεν τῆς τραγῳδίας* esse monens. ERF.

V. 113. *συμπίπτει*] Cfr. Krueg. II 53, 1, 7.

V. 114. Schol.: *θεωρός· ὁ πρὸς τοὺς θεοὺς διὰ χρησμὸν ἀπερχόμενος.* Scilicet *τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν, εἰ μηκέτ' εἴη*, monente Euripide Phoen. 36. ELMSL.

V. 116 sq. Schol.: *οὐδὲ συμπράκτωρ ὁδοῦ· οἷον οὐδὲ ἀκόλουθος, παρ' οὗ τις ἂν μάθοι καὶ χρήσαιτο πρὸς ζήτησιν.* Ad *οὐδ' ἄγγελός τις* ex superioribus *πάλιν πρὸς οἶκον ἵκετο* adsumendum. Quae sequuntur *οὐδὲ* .. *ἐχρήσατ' ἄν*; his explicatur, qualis ille nuntius intellegendus sit. Obiectum verbi *ἐχρήσατο* ex *ἐκμαθών* repetendum *οἷς ἐξέμαθεν*. Quod autem *χρήσαιτ' ἂν* ex praesenti, idem *ἐχρήσατ' ἂν* ex praeterito. Cfr. Ai. 119 *τούτου τίς ἄν σοι τἀνδρὸς ἢ προνούστερος ἢ δρᾶν ἀμείνων ηὑρέθη τὰ καίρια;*

V. 118. Schol.: *θνήσκουσι γὰρ πλὴν εἷς τις· οἷον, πάντες οἱ ἀκολουθοῦντες αὐτῷ ἀνῃρέθησαν, δηλονότι ὑπεραγωνιζόμενοι τοῦ δεσπότου, πλὴν ἑνός, ὃς διὰ δειλίαν ἐκφυγὼν οὐδὲν ἀκριβὲς εἶχεν εἰπεῖν, πλὴν ὅτι ὑπὸ λῃστῶν ἀνῃρέθη. ἄκρως δὲ ὑπέγραψε τὸ ἦθος τῶν δειλῶν· ἅμα μὲν γὰρ ἐπαίρουσι τὰ πεπραγμένα, ἵνα μὴ δόξωσι διὰ δειλίαν φυγεῖν, ἅμα δὲ καὶ ἐν παραφρονήσει ὄντες τὰ βραχέα*

ὧν εἶδε πλὴν ἓν οὐδὲν εἶχ' εἰδὼς φράσει.
ΟΙΔ. τὸ ποῖον; ἓν γὰρ πόλλ' ἂν ἐξεύροι μαθεῖν,
ἀρχὴν βραχεῖαν εἰ λάβοιμεν ἐλπίδος.
ΚΡΕ. λῃστὰς ἔφασκε συντυχόντας οὐ μιᾷ
ῥώμῃ κτανεῖν νιν, ἀλλὰ σὺν πλήθει χερῶν.
ΟΙΔ. πῶς οὖν ὁ λῃστής, εἴ τι μὴ ξὺν ἀργύρῳ
ἐπράσσετ' ἐνθένδ', ἐς τόδ' ἂν τόλμης ἔβη;
ΚΡΕ. δοκοῦντα ταῦτ' ἦν· Λαΐου δ' ὀλωλότος
οὐδεὶς ἀρωγὸς ἐν κακοῖς ἐγίγνετο.
ΟΙΔ. κακὸν δὲ ποῖον ἐμποδών, τυραννίδος
οὕτω πεσούσης, εἶργε τοῦτ' ἐξειδέναι;
ΚΡΕ. ἡ ποικιλῳδὸς Σφὶγξ τὸ πρὸς ποσὶ σκοπεῖν
μεθέντας ἡμᾶς τἀφανῆ προσήγετο.
ΟΙΔ. ἀλλ' ἐξ ὑπαρχῆς αὖθις αὔτ' ἐγὼ φανῶ.
ἐπαξίως γὰρ Φοῖβος, ἀξίως δὲ σὺ
πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν·
ὥστ' ἐνδίκως ὄψεσθε κἀμὲ σύμμαχον

*μείζω δοξάζουσι. καλῶς δὲ ᾠκονόμηται, ἵνα τέως μὴ ἐλέγχοιτο τὸ κατὰ τὸν Οἰδίποδα.* Vide quae ad v. 122 adnotavi.

V. 120. *ἐξεύροι μαθεῖν* i. e. *ἐξεύροι (ὥστε) μαθεῖν.*

V. 122. Structura et sensus: *συντυχεῖν αὐτῷ λῃστὰς καὶ οὐχ ἕνα κτανεῖν αὐτόν, ἀλλὰ πλέονας.* Cfr. Matth. 636. Valde probabiliter Sophocles servum illum, quo magis poenam neglecti desertique regis effugeret, narrasse sumpsit a pluribus hominibus Laium interfectum esse. Accedit, quod hoc commentum ad artificiosam fabulae compositionem multum conferebat. Ab uno enim homine si fama fuisset Laium occisum esse, iam post v. 767 sq. Oedipus se interfectorem eius esse intellexisset, ut ex v. 836—847 apparet.

V. 124 sq. *εἴ τι μὴ — ἐπράσσετ' ἐνθένδ'*] Id est: 'nisi forte hinc (i. e. ex hac urbe sive ab aliquo cive) accepta pecunia conciliaretur'. De quo verbi *πράσσειν* usu confer Duker. ad Thucid. IV 89 et Ai. 446. Neque in imperfecto *ἐπράσσετο* quicquam offensionis est, quamvis in altero membro conditionali aoristus positus sit. Nam hic est totius loci sensus: 'At non eo usque audaciae progressus esset latro; verum sine dubio pecunia conciliabatur'. Quo sensu saepe in protasi et a Graecis et a Latinis imperfectum poni videmus, quamvis in apodosi aoristo locus datus sit. Vide quae ad O. C. 267 sq. adnotavimus et Krueg. I 54, 10, 3. Denique *τὶ* pronomen ad *εἰ* particulam spectat, ita ut *εἴ τι μή* Latine sit 'nisi forte'. Sic hac ipsa in fab. v. 969 *εἴ τι μὴ τὠμῷ πόθῳ κατέφθιτο.* O. C. 1450 *εἴ τι μοῖρα μὴ κιγχάνῃ.* Trach. 586 *εἴ τι μὴ δοκῶ πράσσειν μάταιον.* 712 *εἴ τι μὴ ψευσθήσομαι γνώμης.*

V. 128. *κακὸν ποῖον* cum referatur ad id quod Creon dixit *ἐν κακοῖς*, consuetudo dicendi *κακὸν τὸ ποῖον* exigere videtur.

V. 130 sq. Schol.: *ἡ ποικιλῳδός· ἠνάγκαζεν ἡμᾶς ἡ Σφὶγξ μεθέντας τὰ ἀφανῆ τὰ κατὰ τὸν φόνον τοῦ βασιλέως (τοῦτο γὰρ ἀφανές) τὸ παρὰ ποσὶ κακὸν σκοπεῖν.* Comparat Elmsleius Rhes. 482 *μή νυν τὰ πόρρω τἀγγύθεν μεθεὶς σκόπει.*

γῇ τῇδε τιμωροῦντα τῷ θεῷ θ' ἅμα.
ὑπὲρ γὰρ οὐχὶ τῶν ἀπωτέρω φίλων,
ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ τοῦτ' ἀποσκεδῶ μύσος.
ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανών, τάχ' ἂν
κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι.
κείνῳ προσαρκῶν οὖν ἐμαυτὸν ὠφελῶ.
ἀλλ' ὡς τάχιστα, παῖδες, ὑμεῖς μὲν βάθρων
ἵστασθε τούσδ' ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους·
ἄλλος δὲ Κάδμου λαὸν ὧδ' ἀθροιζέτω,
ὡς πᾶν ἐμοῦ δράσοντος. ἢ γὰρ εὐτυχεῖς
σὺν τῷ θεῷ φανούμεθ' ἢ πεπτωκότες.
*ΙΕΡ.* ὦ παῖδες, ἱστώμεσθα· τῶνδε γὰρ χάριν
καὶ δεῦρ' ἔβημεν, ὧν ὅδ' ἐξαγγέλλεται.

V. 137. Schol.: *οὐ μόνον ὑπὲρ τοῦ ἀνῃρημένου βασιλέως ἄξιον ποιήσασθαι τὴν ἀναζήτησιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐμοῦ· ὁ γὰρ ἐκείνῳ ἐπιχειρήσας ἴσως κἀμοὶ ἐπιβουλεύσει.*

V. 138. *αὐτὸς αὑτοῦ*] Solet nonnunquam maximeque a tragicis pronomen reciprocum *αὑτοῦ* in prima et secunda persona pro *ἐμαυτοῦ* usurpari. Cf. Herm. ad Trach. 451 et Krueg. I 51, 2, 15. — In tota hac *ῥήσει* observanda est ars poetae, qui, ut Oedipi sortem miserabiliorem efficiat, Oedipum fingit plenum hac opinione, se pro sua salute pugnare, dum hoc ipsum agit, ut sibi atrocissima mala paret. F. IACOBS. Hinc efficitur *περιπέτεια, ἡ εἰς τὸ ἐναντίον τῶν πραττομένων μεταβολή* (Aristot. Poet. c. 11 p. 1452 a 23), in qua summa posita est vis tragica. Cfr. ad v. 141.

V. 139. *ἐκεῖνον ὁ κτανών*] Cum hac collocatione verborum, qua *ἐκεῖνον* augetur, cfr. 269, 820, 1329, O. C. 994 *πατήρ σ' ὁ καίνων*, Ant. 324 *εἰ δὲ ταῦτα μὴ φανεῖτέ μοι τοὺς δρῶντας*, Phil. 1242 *τίς ἔσται μ' οὑπικωλύσων*, Eur. El. 264 *μήτηρ δέ σ' ἡ τεκοῦσα*, Batrachom. 13 *τίς δέ σ' ὁ φύσας*, Demosth. VIII § 28 *ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας*, XIV § 25 *ταῦτα δ' οἱ κεκτημένοι.*

V. 140. *τιμωρεῖν*] Cui significatio 'ulciscendi, puniendi' ab hoc loco aliena videtur, is ex Axti coniectura scripserit *πημαίνειν*. At Oedipus suspiciosus de adversariis cogitat regnanti iratis; poeta autem consulto usus videtur hoc verbo ad rem veram monstrandam, ut scholiasta monuit: *τὴν ἀλήθειαν αἰνίττεται τῷ θεάτρῳ, ὅτι αὐτὸς δράσας τὸν φόνον ὁ Οἰδίπους καὶ ἑαυτὸν τιμωρήσεται.*

V. 141. Schol.: *καὶ τοῦτο κινητικὸν τοῦ θεάτρου. τὰ γὰρ ἐναντία ἀποβήσεται.*

V. 142 sq. Schol.: *ἵστασθε· ἀνίστασθε.* Vide quae ad Philoct. 48 et 875 adnotavi. De genetivo *βάθρων* ex verbo *ἵστασθε* apto ad Philoct. 605 ed. meae dixi. Cfr. Krueg. II 46, 1, 6. Supplices autem cur ablatis ramis discedere iubeantur, ad v. 3 explicavi.

V. 144. Schol.: *πιθανὴ ἡ εἴσοδος τοῦ χοροῦ· σκέπτεσθαι γάρ φησι δεῖν μετὰ τοῦ δήμου περὶ τῶν πρακτέων.*

V. 147. Schol.: *ὦ παῖδες, ἱστώμεσθα· ἔξεισιν ὁ ἱερεὺς πράξας διόπερ ἦλθεν, ἅμα δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ χώραν εἶναι ἑτέρῳ ὑποκριτῇ.*

V. 148. *ἐξαγγέλλεται*] Mediam formam *ἐξαγγέλλομαι* habet etiam Eur. Heracl. 531, Ion 1605,

*Φοῖβος δ' ὁ πέμψας τάσδε μαντείας ἅμα*
*σωτήρ θ' ἵκοιτο καὶ νόσου παυστήριος.*

## ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ α'.)

*Ὦ Διὸς ἁδυεπὲς φάτι, τίς ποτε τᾶς πολυχρύσου*
*Πυθῶνος ἀγλαὰς ἔβας*
*Θήβας; ἐκτέταμαι φοβερὰν φρένα δείματι πάλλων,*
*ἰήϊε Δάλιε Παιάν,*
*ἀμφὶ σοὶ ἁζόμενος, τί μοι ἢ νέον*
*ἢ περιτελλομέναις ὥραις πάλιν*

simplex ἀγγέλλομαι eodem sensu Soph. Ai. 1376. ELMSL.

V. 149 sq. ἅμα i. e. ὡς ἔπεμψε τάσδε μαντείας, οὕτω καὶ σωτήρ θ' ἵκοιτο κτἑ. Cfr. 278 sq. — Locutio νόσου παυστήριος ad νόσον παύειν referenda atque eadem ratione explicanda qua Ai. 779 γενοίμεθ' αὐτοῦ σὺν θεῷ σωτήριοι, Aesch. Eum. 704 πόλεως σωτήριον, Ag. 1156 ὀλέθριοι φίλων, Eur. Hec. 235 καρδίας δηκτήρια dictum est. Cfr. Krueg. II 47, 26, 7.

V. 151 sqq. Schol.: ὦ Διὸς ἁδυεπὲς φάτι· κατὰ τὴν πρόσταξιν τοῦ βασιλέως πάρεισι πρεσβῦταί τινες, ἐξ ὧν ὁ χορὸς συμπληροῦται. Διὸς δὲ ἡδυεπῆ φάτιν τὴν μαντείαν φησίν. ὁ γὰρ Ἀπόλλων ὑποφήτης δοκεῖ εἶναι τοῦ πατρός, καὶ παρ' ἐκείνου λαμβάνειν τὰς μαντείας, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐκφέρειν. καὶ Ὅμηρος (Β 93)· Διὸς ἄγγελος ὄσσα δεδήει. Cfr. Aesch. Eum. 19 Διὸς προφήτης δ' ἐστὶ Λοξίας πατρός. Verg. Aen. III 251 et schol. ad O. C. 790 ed. meae.

V. 151. ἁδυεπὲς φάτι] Ex abundantia dictum, poetis Graecis valde usitata, pro simplici ἀδεῖα φάτις. Amant enim eandem notionem, quo gravior sit oratio, saepe bis efferre. Dicitur autem tale responsum Apollinis, quod allatum esse chorus audivit, non quo id ipsum, quod esset responsum, gratum esse significaret, ignoravit enim etiam tum chorus, sed quod iucundum erat choro, editum esse oraculum, ita ut nunc sit, quod saepe significat, desideratum. Ceterum plus quam poetice et his et v. 158 ipsum responsum tamquam persona, veluti Apollo, appellatur. Verbum igitur dei quasi pro ipso deo est.

Ibid. τᾶς πολυχρύσου] Iam ex Hom. *I* 404 notae sunt templi Delphici divitiae. Cfr. interpp. ad Eur. Ion. 54. De genetivo Πυθῶνος vide Krueg. II 46, 1, 6.

V. 153. Verba ἐκτέταμαι et πάλλων ad eandem imaginem nervorum contentione vibrantium referenda videntur, ut locutio δείματι πάλλεσθαι, qua usi sunt alii velut Hom. H. in Cer. 293, Aesch. Suppl. 567, magis effingatur. Itaque accus. φρένα et ad ἐκτέταμαι et ad πάλλων pertinet. — φοβεράν· περίφοβον, ut saepe. — Schol. δείματι πάλλων· ἀντὶ τοῦ παλλόμενος φόβῳ, ἀγωνιῶν. De quo usu activi πάλλειν Seidlerus ad Eurip. 433 egit.

V. 154. ἰήϊε Δάλιε Παιάν] Apollinem ἰατρὸν intellegi debere quo magis appareret, Δάλιε adiecit poeta, cum in Delo insula genitum eum esse constaret.

V. 155. ἁζόμενος] Gl. εὐλαβούμενος, φοβούμενος. Recte. Hoc sensu ἅζεσθαι est apud Homerum Ξ 261 ἅζετο γάρ, μὴ Νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια ἕρδοι. BR. Dicitur autem ἀμφὶ σοὶ ἁζόμενος anticipando ut σὲ φοβούμενος. Cfr. Krueg. I 61, 6, 5.

V. 156. Schol.: ἢ περιτελλομέ-

ἐξανύσεις χρέος.
εἰπέ μοι, ὦ χρυσέας τέκνον Ἐλπίδος, ἄμβροτε Φάμα.

(ἀντιστροφὴ α΄.)

πρῶτα σὲ κεκλόμενος, θύγατερ Διός, ἄμβροτ' Ἀθάνα,
γαιάοχόν τ' ἀδελφεὰν
Ἄρτεμιν, ἃ κυκλόεντ' ἀγορᾶς θρόνον εὐκλέα θάσσει,

ναις ὥραις· εἰς τὸν ἑξῆς χρόνον προϊούσης τῆς ὥρας. ὁ δὲ νοῦς· τί μοι ἢ νῦν ἢ μετὰ χρόνον ἀνύσεις; De νέον adverbio cfr. O. C. 1775 ὃς νέον ἔρρει, nisi νέον cum χρέος coniungi debet.

V. 157. ἐξανύσεις χρέος] De significatione 'exigere' cfr. usum medii Eur. Bacch. 130 παρὰ δὲ . . ματέρος ἐξανύσαντο θεᾶς, Aesch. Pro. 700 τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα κούφως. — Χρέος autem 'debitum' significat ut O. C. 235 μή τι πέρα χρέος ἐμᾷ πόλει προσάψῃς.

V. 158. ὦ χρυσέας τέκνον Ἐλπίδος] Audacter poeta Apollinis oraculum appellat 'filiam aureae spei', ut videtur, propterea, quod editio oraculi efficitur ab hominibus sperantibus fore, ut fausta Apollo respondeat. Et sic fere scholiasta, adnotans παρ' ὅσον ἐν ἐλπίδι τινὲς γενόμενοι χρησμοὺς αἰτοῦσιν ἀπὸ τοῦ θεοῦ.

V. 159. κεκλόμενος] Structura πρὸς τὸ ὑπονοούμενον. Nam poeta dicens πρῶτα σὲ κεκλόμενος — τρισσοὶ ἀλεξίμοροι προφάνητέ μοι, hoc habuit in mente: 'primum te appellans — rogo vos, ut interitum arceatis'. Simillime Plato Leg. VI p. 286, quem locum Erfurdt. attulit: θνητὸς ὢν — σμικρόν τινα χρόνον πόνος αὐτῷ παραμενεῖ πάμπολυς. Cfr. Krueg. I 56, 9, 4. Ceterum cum ἄμβροτ' ex superiore versu repetitum videatur, nescio an verbum finitum interierit, quod haud facile aliud fuit atque ἄντομ', in quo vocalis αι elisio nullam habet offensionem in v. epico et Trach. 216 ἀείρομ' οὐδ' defenditur. Monemur huius loci legentes Aristoph. Thesmoph. 1155 θεσμοφόρω πολυποτνία, μόλετον, ἔλθετον, ἀντόμεθ', εἰ καὶ πρότερόν ποτ' ἐπηκόω ἤλθετε, νῦν ἀφίκεσθον, ἰὼ ἱκετεύομεν, ἐνθάδε χἡμῖν. De forma κεκλόμενος vid. Krueg. II 39 s. v. κέλομαι.

V. 160. γαιάοχόν τ' ἀδελφεάν] Fuit Dianae, tutrici terrae Boeoticae (cf. Aesch. Sept. c. Theb. 449), templum Thebis exstructum, quod Pausanias Boeotic. c. 17 memorat. Plutarchus in Aristide c. 20 de ea haec scribit: ἔθαψαν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Εὐκλείας Ἀρτέμιδος —. τὴν δ' Εὔκλειαν οἱ μὲν πολλοὶ καὶ καλοῦσι καὶ νομίζουσιν Ἄρτεμιν, ἔνιοι δέ φασιν Ἡρακλέους μὲν θυγατέρα καὶ Μυρτοῦς γενέσθαι, τῆς Μενοιτίου μὲν θυγατρός, Πατρόκλου δ' ἀδελφῆς· τελευτήσασαν δὲ παρθένον ἔχειν παρά τε Βοιωτοῖς καὶ Λοκροῖς τιμάς· βωμὸς γὰρ αὐτῇ καὶ ἄγαλμα παρὰ πᾶσαν ἀγορὰν ἵδρυται, καὶ προθύουσιν αἵ τε γαμούμεναι καὶ οἱ γαμοῦντες.

Ibid. Schol.: γαιάοχον· ἀντὶ τοῦ πολιοῦχον. ὥστε τὴν γῆν ἀντὶ τῆς πόλεως εἴληφεν.

V. 161. Schol.: Εὔκλεια Ἄρτεμις· οὕτω παρὰ Βοιωτοῖς τιμᾶται. Vide Plutarch. Arist. c. 20, quem locum ad v. 160 adscripsimus. Apparet autem scholiastam εὐκλέα pro nominativo Εὔκλεα, ut cognomen esset Dianae, habuisse. Quod cum probari non possit, tamen epitheton εὐκλέα illius cognominis causa electum est. De forma εὐκλέα vid. Krueg.

*καὶ Φοῖβον ἑκαβόλον, ἰὼ*
*τρισσοὶ ἀλεξίμοροι προφάνητέ μοι,*
*εἴ ποτε καὶ προτέρας ἄτας ὑπερ-*
*ορνυμένας πόλει*
*ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα πήματος, ἔλθετε καὶ νῦν.*

(*στροφὴ β'*.)

*ὢ πόποι, ἀνάριθμα γὰρ φέρω*
*πήματα· νοσεῖ δέ μοι πρόπας*
*στόλος οὐδ' ἔνι φροντίδος ἔγχος,*
*ᾧ τις ἀλέξεται. οὔτε γὰρ ἔκγονα*

II 18, 1, 2. De verbo *θάσσειν* cum accusativo coniuncto cfr. Eurip. Ion. 91 *θάσσει τρίποδα ζάθεον*, et quae ad Philoct. 145 attulimus exempla, de significatu locutionis *θρόνον θάσσειν*, fere idem atque 'coli' significantis, Musgrav. ad Eurip. Ion. 1618. Denique *κυκλόεντα ἀγορᾶς θρόνον* similiter dictum videtur atque *πολιᾶς πόντου θινός* Philoct. 1123, ad quem locum vide quae notata sunt, ita ut sensus loci hic sit: *ἃ εὐκλεᾶ θρόνον ἐν κυκλοέσσῃ ἀγορᾷ θάσσει*. Et sic iam Eustathius haec verba accepit cum alibi tum p. 1335, 60 *καὶ Ὅμηρος γὰρ φθάσας ἱερὸν κύκλον ἔφη τὴν ἀγοράν, καὶ Σοφοκλῆς δέ που κυκλόεντα θρόνον ἀγορᾶς εὐκλεῆ λέγει*. Contra Neuius, *Κυκλόεις* non est, inquit, *κυκλώδης*, sed multos *κύκλους* habens. Buttmann. § 119, 81. Matth. § 110, qui unum excipit *ἀστερόεις*. *Κύκλους* esse choros, indeque dici *περὶ βωμὸν κυκλοῦσθαι*, docet Spanhem. ad Callim. in Dian. 267. Simonides in Anthol. Palat. VI 212 *Λητοΐδην ἀγορῆς καλλιχόρου πρύτανιν*.

V. 164 sq. *καὶ προτέρας ἄτας ὑπερορνυμένας πόλει*] Coniunxi ex coniectura Musgravii in unam vocem *ὑπερ* et *ὀρνυμένας*, licet *ὑπερόρνυμαι* non alibi usurpatum reperiatur. Verum cum multa ab Sophocle usurpata verba composita constat, quibus alii poetae scriptoresque prosaici abstinuerunt, tum hoc *ὑπερορνυμένας πόλει* rectissime, quamvis nove dictum apparet pro *ὀρνυμένας ὑπὲρ τῆς πόλεως*, ita ut sensus sit 'siquidem etiam olim, cum calamitas urbi impenderet' etc. Contra *ὑπὲρ ἄτας* vix recte hic dictum foret.

V. 166. *ἠνύσατ' ἐκτοπίαν*] Recte explicatur in sylloge scholiorum *ἐποιήσατε ἐκτετοπισμένην, τουτέστιν ἐξετοπίσατε, ὑπερόριον ἐποιήσατε*. Verbis *φλόγα πήματος* ipsa Sphinx significatur, qua dis volentibus Oedipus Thebanos liberaverat; estque *φλὸξ* translate de vehementia dictum, quemadmodum a Latinis incendium usurpatur. Sic *incendium invidiae* a Cicerone in Cat. I 11 et *flamma invidiae* ab eodem de Orat. III 3 dictum. Recte schol.: *φλόγα πήματος· περιφραστικῶς τὴν πημονὴν τὴν διάπυρον*. De coniunctis *προφάνητε* et *ἔλθετε* verbis ad Ant. 814 diximus.

V. 170 sq. *ἀλέξεται*, *ἀλεξήσεται* ut 539. De futuro cfr. Krueg. I 53, 7, 8; de forma infra v. 539, Suid. *ἀλεξόμενον, ἀμυνοῦντα*, Krueg. I 40 s. v. *ἀλέξω*. — *ἔκγονα κλυτᾶς χθονός*] Cum his Sophocleis P. Victorius Var. Lectt. XV 20 Pacuvii verba ex Duloreste comparat, a Nonio servata: *Nec grandiri frugum fetum posse, nec mitescere*. Arbitrabantur enim olim deos hominibus iratos ob aliquod impium facinus fructibus terrae obesse fetusque animantium perdere, donec placarentur expiato scelere. BR. Cum hoc loco Huschkius ad Tibull. II 5, 91 p. 390

*κλυτᾶς χθονὸς αὔξεται οὔτε τόκοισιν*
*ἰηΐων καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες·*
*ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ προσίδοις, ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν,*
*κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρὸς ὄρμενον*
*ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ·*

(*ἀντιστροφὴ β'.*)

*ὧν πόλις ἀνάριθμος ὄλλυται·*
*νηλέα δὲ γένεθλα πρὸς πέδῳ*

comparat Herodt. III 68, Aristoph. Pac. 1320, Aesch. Eum. 907, monens veteres in precationum formulis haec tria felicitatis publicae momenta, frugum ubertatem, feturam gregum, matronarum fecunditatem, plerumque coniungere. FR. IACOBS. Addo Hesiod. Opp. et D. v. 240 sqq.

V. 171 sq. Schol.: *οὔτε τόκοισιν· αἵ τε γυναῖκες τῶν καμάτων ἐν τοῖς τόκοις οὐκ ἀνέχουσι, τουτέστιν, οὐ περιγίνονται τῶν πόνων. τὸ δὲ ἀνέχουσιν, ἤτοι ἐλευθεροῦνται, καὶ ἄνω ἔχουσιν ἑαυτάς, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἄνω νεόντων μόγις ἐν τῷ νήχεσθαι.* Recte, ut videtur. Sensus est: 'nec feminae partus enituntur, sed doloribus oppressae pereunt'. De *ἀνέχουσι* apte comparant Hom. ε 320 *οὐδ' ἐδυνάσθη αἶψα μάλ' ἀνσχεθέειν μεγάλου ὑπὸ κύματος ὁρμῆς.*

V. 172. *ἰηΐων καμάτων*] *Κάματοι ἰήϊοι* sunt labores cum gemitu coniuncti. Cfr. *ἰήϊον μέλος, ἰήϊον γόον* apud Eurip. Phoen. 1037 et El. 1210.

V. 173. *ἄλλον ἄλλῳ*] Recte, puto, scholiasta interpretatur: *ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ ἴδοις ἂν ἀποθνήσκοντα.* Neuius comparat Ai. 866 *πόνος πόνῳ πόνον φέρει.* Alii addunt El. 235 *τίκτειν ἄταν ἄταις*, Eur. Or. 1257 *μή τις πήματα πήμασιν ἐξεύρῃ*, Hel. 195 *ἔμολε δάκρυα δάκρυσί μοι φέρων*, Phoen. 1495 *φόνῳ φόνος Οἰδιπόδα δόμον ὤλεσε.* — Cum verbis *ἅπερ εὔπτ. ὄρνιν* apte Musgr. contulit Eur. Hipp. 828 *ὄρνις γὰρ ὥς τις ἐκ χερῶν ἄφαντος εἶ, πήδημ' ἐς Ἅιδου κραιπνὸν ὁρμήσασά μοι.*

V. 174. *κρεῖσσον — πυρός*] Proverbium, quo significatur mali celeritas et vehementia. Habet et Euripides Hecub. 608. MUSGR. Cfr. Hom. *M* 330 *φλογὶ εἴκελον ἀλκήν.*

V. 175. *ἑσπέρου θεοῦ*] Dicitur Pluto *θεὸς ἕσπερος*, quod secundum Homerum sedes eius in fine terrae occidentali esse putabatur, coll. *ν* 81 *πρὸς ζόφον εἰς Ἔρεβος τετραμμένον.*

V. 176. *ὧν πόλις ἀνάριθμος ὄλλυται*] 'Quibus (cadaveribus) abundans urbs perit'. Sic El. 232 *οὐδέ ποτ' ἐκ καμάτων ἀποπαύσομαι ἀνάριθμος ὧδε θρήνων.* Trach. 247 *ἡμερῶν ἀνήριθμον.*

V. 178. *θανατοφόρα κεῖται*] Continetur verbo *θανατοφόρα* causa, ob quam mortuorum corpora indefleta et sine honore sepulcri humi iacuerint. Metuebant enim eorum necessarii, ne sepeliendis iis morbi contagia in se penetrarent. Vidit hoc iam scholiasta monens: *οὐκ ἠλέουν δὲ ἀλλήλους, ἴσως ὑπὸ τῆς συνηθείας τοῦ κακοῦ ἢ ὑπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ὁμοίων.* De re cfr. Thuc. II 52.

V. 179. *ἐν δ'*] Vide quae de usu huius adverbii ad El. 700 exposuimus. De adverbio *ἔπι* (i. e. *πρὸς ταύταις*) cfr. Krueg. II 68, 2, 2.

V. 180. *ἀκτὰν παρὰ βώμιον*] 'Ad altarium gradus'. Interdum enim *ἀκτή* 'eminentiam' significat, *ἐξοχήν*, uti bene h. l. inter-

θαναταφόρα κεῖται ἀνοίκτως·
ἐν δ' ἄλοχοι πολιαί τ' ἔπι ματέρες
ἀκτὰν παρὰ βώμιον ἄλλοθεν ἄλλαι
λυγρῶν πόνων ἱκετῆρες ἐπιστενάχουσιν·
παιὰν δὲ λάμπει στονόεσσά τε γῆρυς ὅμαυλος·
ὧν ὕπερ, ὦ χρυσέα θύγατερ Διός,
εὐῶπα πέμψον ἀλκάν·

(στροφὴ γ'.)

Ἀρεά τε τὸν μαλερόν,
ὃς νῦν ἄχαλκος ἀσπίδων
φλέγει με περιβόητος, ἀντιάζω

pretatur scholiasta. Sic' Aesch. Choeph. 722 ἀκτὴ χώματος de sepulcri tumulo dictum. ERF. Speciose Nauckius post Musgravium, qui ἀντὰν παραβώμιον coniecit metro repugnante, scripsit ἀχὰν παραβώμιον.

V. 181. λυγρῶν π. ἱ. ἐπιστενάχουσιν] Hoc dicit poeta: 'gementes quae perpetiuntur mala supplicant dis ut averruncent'. De ἐπιστενάχειν τινός cfr. Eur. Iph. A. 370 Ἑλλάδος μάλιστ' ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω. Herc. 1114 τί λυπρόν, οὐ δακρυρροεῖς, Krueg. II 47, 21, 1—2. Alii coniungunt λυγρῶν πόνων ἱκετῆρες i. e. ἱκετεύουσαι ὑπὲρ λυγρῶν πόνων.

V. 182. Schol.: παιὰν δὲ λάμπει· ἀντὶ τοῦ ἀκμάζει, λαμπρῶς τῇ φωνῇ λέγεται πρὸς ἀποτροπὴν τῶν κακῶν. ὅμαυλος δὲ ἀντὶ τοῦ ὁμόθρους, ὁμόφωνος. τοῦτο δὲ ὅμοιόν ἐστι τῷ [v. 5] ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων. Musgravius: Audaciam huius figurae, παιὰν λάμπει, mitigare videtur Graecorum consuetudo. Sic enim λαμπρὰ φωνή iis 'clara vox' est; Polluc. lib. II sect. 116. Plutarch. Amator. § 22 p. 768 D ὡς δὲ εἶδεν ἐκπεπωκότα, λαμπρὸν ἀνωλόλυξεν. Addit Erfurdtius Bacchyl. fragm. XIII 12 παιδικοί θ' ὕμνοι φλέγοντι.

V. 183. ὧν ὕπερ] 'pro quibus malis averruncandis'. Rectius enim eis qui ὧν generis fem. esse putant ad ἄλοχοι et ματέρες referendi iudicare videntur illi qui neutrius generis existimant et Aesch. Sept. 112 comparant ἴδετε παρθένων ἱκέσιον λόχον δουλοσύνας ὕπερ (pro servitute avertenda).

V. 184. εὐῶπα — ἀλκάν] Apte comparavit Hermannus Aesch. Choeph. 490 εὔμορφον κράτος.

V. 185. Ἄρεα] Veteres non solum bella, sed omne genus malorum, etiam morbos pestiferos, a Marte proficisci credebant. Vide Musgr. ad Ai. 706. ERF.

V. 186. ἄχαλκος ἀσπίδων] Proprie ὢν ἄνευ ἀσπίδων χαλκῶν, deinde idem significans atque quod El. 36 positum ἄσκευον ἀσπίδων. Cuius pleonasmi exempla plurima Matth. 339 attulit.

V. 187 sq. Schol.: περιβόητος] περὶ ὃν ἕκαστος βοᾷ, μετὰ βοῆς καὶ οἰμωγῆς ἐπιών, ὡς ἐπὶ πολέμου πάλιν. Vera prior explicatio; hoc dicere videtur poeta 'Martem, quocunque accedat, propter vulnera, quibus afficiat cives, summo clamore sive eiulatu excipi'. Non male Lud. Stephani pro περιβόητος scribendum περιβόατος putat, quod poetae tragici in vocibus ex βοᾶν compositis Atticum η in α mutare in carminibus Dorice scriptis soleant. — Ἀντιάζω Hermannus scripsit pro ἀντιάζων. Excepto uno loco quo ἀντιάζειν τινός 'aliquid assequi' significat (El. 869), ἀντιάζειν semper apud Sophoclem 'precandi' vim habet (Ai. 492, El. 1009, Phil. 809).

*παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι πάτρας*
*ἄπουρον, εἴτ' ἐς μέγαν*
*θάλαμον Ἀμφιτρίτας,*
*εἴτ' ἐς τὸν ἀπόξενον ὅρμων*
*Θρῄκιον κλύδωνα·*
*τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ,*
*τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται·*
*τόν, ὦ τᾶν πυρφόρων ἀστραπᾶν κράτη νέ-*
*μων,*
*[ὦ] Ζεῦ πάτερ, ὑπὸ σῷ φθίσον κεραυνῷ.*

Sensus igitur est: 'precor ut Mars retrorsum tergum vertat'. Grammatica autem ratio locutionis *παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι* ex locutione *ὁδὸν ἰέναι* explicanda est.

V. 189. *πάτρας ἄπουρον*] Cum hoc poetico dicendi genere cfr. *γῆς ἄποικον* v. 1518, *δωμάτων ὑπόστεγοι* El. 1386, *σκηνῆς ὕπαυλον* Ai. 796, *ἔξεδροι χθονός* Eur. Iph. T. 80, *Κρήτας ἔξορμος* Hipp. 155, *δωμάτων ἔκδημος* Iph. A. 419.

V. 189 sq. *εἴτ' ἐς μέγαν θ. Ἀμφιτρίτας*] Intellego mare Atlanticum, tum quod nullum aliud aeque a magnitudine designari meretur, tum quod omnium quae tum quidem innotuerint a Graecia longissime abest, aptissimumque adeo fuit, in quod pestem ablegari cuperent Thebani. Cicero Somn. Scip. c. 6 *circumfuso illo, quod Atlanticum, quod magnum — appellatis*. Theon. in Arat. Phaenom. 26 *ὠκεανὸς δὲ ἡ ἐκτὸς καὶ μεγάλη θάλασσα καλεῖται*. MUSGR. Rectissime; male enim Erfurdtius cum aliis *μέγαν θάλ. Ἀμφ.* de maribus mediterraneis accipit, inter quae cum sit etiam Pontus Euxinus (*Θρήκιος κλύδων*), ita statuit, Martem tanquam belli deum in Thraciam, tanquam pestem in mare (*ἐς μυχοὺς ἁλός*, Pind. Pyth. VI 22) reverti iuberi. At particulis *εἴτε — εἴτε* intellegitur manifesto duo a se diversa ac longe dissita maria a poeta commemorata esse debere. Aptissime igitur ea memorantur maria, quae scimus a Graecis pro orbis terrarum terminis habita esse. Cfr. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 299 et Matth. ad Eur. Hipp. 3. Ceterum notum est poetas et Graecos et Romanos in mare proiciendum dicere solere quicquid abominandum sit et luctuosum.

V. 191 sq. *εἴτ' ἐς — κλύδωνα*] Intellegendus pontus Euxinus, qui mare Threicium dicitur, quod Thraciam adluit. *Ὅρμων* scripsi pro *ὅρμον* ex L. Doederlini coniectura, qui recte monet *ἀπόξενον ὅρμων* sive, id quod significatur, *ἄξενον ὅρμων* similiter dictum esse atque *ἀψόφητος κωκυμάτων* aliaque eius generis plurima, ita ut sit *ἄνευ ξενίων ὅρμων*.

V. 193 sq. *τέλει γὰρ — ἔρχεται*] 'Nam si quid nox dimiserit, id dies aggreditur'. Loquitur poeta de die et nocte ut de hoste, qui quos noctu intentatos reliquerit, eos interdiu deleat. *Τέλει* si scriptum a poeta est, id quod dubitari possit (Arndtius coniecit *ἀεί*), significare debebit 'exitu' i. e. 'non aliam ob rem quam quod finita est'. De *εἰ* pro *ἐάν* posito cfr. Krueg. I 54, 12, 3. De praepositione *ἐπί* ad verbum pertinente cfr. Trach. 129 *ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ πᾶσι κυκλοῦσιν*.

V. 195 sq. Schol.: *τόν ἀντὶ τοῦ ὅν. τὸν μαραντικὸν Ἄρεα κεραύνωσον, ὦ Ζεῦ.* — *Τᾶν* addidit responsionis causa Hermannus. Cum eodem *ὦ* ante *Ζεῦ* nec numeris conveniens et

(ἀντιστροφὴ γ'.)

*Λύκει' ἄναξ, τά τε σὰ*
*χρυσοστρόφων ἀπ' ἀγκυλᾶν*
*βέλεα θέλοιμ' ἂν ἀδάματ' ἐνδατεῖσθαι*
*ἀρωγὰ προσταθέντα, τάς τε πυρφόρους*
*Ἀρτέμιδος αἴγλας, ξὺν αἷς*
*Λύκι' ὄρεα διᾴσσει·*
*τὸν χρυσομίτραν τε κικλήσκω,*
*τᾶσδ' ἐπώνυμον γᾶς,*
*οἰνῶπα Βάκχον εὔϊον,*
*Μαινάδων ὁμόστολον,*
*πελασθῆναι φλέγοντ' ἀγλαῶπι πευκίνᾳ*

post ὦ .. νέμων admodum otiosum induximus.

V. 198. Λύκει' ἄναξ] Ut deus averruncus hoc nomine invocari Apollo solet. Cfr. Aeschyl. Sept. c. Th. 145 καὶ σύ, Λύκει' ἄναξ, Λύκειος γενοῦ στρατῷ δαΐῳ. Soph. El. 645. 655. 1379.

V. 199. ἀγκυλᾶν] Usus cuivis fere funiculorum generi nomen hoc tribuit; ut funiculis nauticis Eur. Iph. T. 1408; calceorum loris Hesych. v. ἀγκύλας; loro, quo canes venatici continentur, Polluc. lib. V sect. 54. Hic nervum arcus indicat; arcum enim gestabat, non iaculum Apollo. MUSGR.

V. 200. ἐνδατεῖσθαι] Recte scholiasta ad v. 188 βουλοίμην δὲ καὶ τὰ σὰ βέλη, ὦ Ἄπολλον, τὰ ἀδάμαστα καταμερίζεσθαι εἰς αὐτόν· καὶ τὰς λαμπάδας Ἀρτέμιδος. Est igitur ἐνδατεῖσθαι 'huc illuc conici' coll. Hom. Α 53 ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο.

V. 201 sq. ἀρωγὰ προσταθέντα i. e. una voce προστατήρια, ut Apollo cognomen habet προστατήριον. Cfr. Hom. Δ 54 τάων οὔ τοι ἐγὼ πρόσθ' ἵσταμαι. Ex his ad proxima communis notio 'praesidio esse' adsumenda est.

τάς τε πυρφόρους Ἀρτ. αἴγλας] Vide Spanhemium ad Callim. h. in Dian. 11, ubi dea facem utraque manu gestans ex veteri nummo exhibetur. Διπύρους ἀνέχουσα λαμπάδας depingitur Aristoph. Ran. 1361. MUSGR. Cfr. Trachin. 210 ed. meae.

V. 203. Λύκι' ὄρεα διᾴσσει] Errare per montes Lyciae dicitur Diana, quia nata a nonnullis in Lycia putabatur.

V. 204. χρυσομίτραν] Luciano itidem depingitur μίτρᾳ — ἀναδεδεμένος τὴν κόμην, in dial. Iovis et Iunonis, Vol. I p. 247, quin et in Προσλαλίᾳ, Vol. III p. 76. MUSGR. Antiquam scripturam κικλήσκω cum iota exhibet optimus liber O. C. 1578.

V. 205. Triclin. τᾶσδ' ἐπ. γᾶς· ἤτοι Θηβαῖον· ἐκ Θηβῶν γὰρ ὁ Διόνυσος.

V. 207. In Antigona pariter chorus Bacchum approperare orat, non solum, sed ἅμα περιπόλοις Θυίαισιν. MUSGR. Recte in glossis ὁμόστολον explicatur ὁμοδίαιτον, συνόμιλον, συνεδοιπόρον. De genetivo, qui regitur ab adiectivo, vide Krueg. I 48, 13, 12.

V. 209 sq. πευκίνᾳ δᾳδὶ scripsi pro πεύκᾳ ἐπὶ et aequabilitatis antistrophicae restituendae causa et cum structura πελασθῆναι ἐπὶ parum commoda sit. Iam, ut par est, accus. τὸν θεὸν aptus est ex verbo φλέγοντα. Cfr. 187 φλέγει με. Cum πευκίνᾳ δᾳδὶ comparare licet Trach. 1198 πευκίνης λαμπάδος σέλας. De facibus pineis Bacchi cfr.

δᾳδὶ τὸν ἀπότιμον ἐν θεοῖς θεόν.
ΟΙΔ. Αἰτεῖς· ἃ δ' αἰτεῖς, τἄμ' ἐὰν θέλῃς ἔπη
κλύων δέχεσθαι τῇ νόσῳ θ' ὑπηρετεῖν,
ἀλκὴν λάβοις ἂν κἀνακούφισιν κακῶν·
ἁγὼ ξένος μὲν τοῦ λόγου τοῦδ' ἐξερῶ,
ξένος δὲ τοῦ πραχθέντος· οὐ γὰρ ἂν μακρὰν
ἴχνευον αὐτό, μὴ οὐκ ἔχων τι σύμβολον.
νῦν δ', ὕστερος γὰρ ἀστὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ,
ὑμῖν προφωνῶ πᾶσι Καδμείοις τάδε·
ὅστις ποθ' ὑμῶν Λάϊον τὸν Λαβδάκου
κάτοιδεν ἀνδρὸς ἐκ τίνος διώλετο,
τοῦτον κελεύω πάντα σημαίνειν ἐμοί·
κεἰ μὲν φοβεῖται, τοὐπίκλημ' ὑπεξελὼν

Eur. Ion. 716 *δειράδες Παρνασοῦ πέτρας, ἵνα Βάκχιος ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύκας λαιψηρὰ πηδᾷ νυκτιπόλοις ἅμα σὺν Βάκχαις*, fragm. 752 *Διόνυσος ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασὸν κάτα πηδᾷ χορεύων παρθένοις σὺν Δελφίσιν.*

V. 210. Schol.: *ἀπότιμον θεὸν λέγει τὸν λοιμόν, τὸν μὴ μετέχοντα τῆς τιμῆς τῶν θεῶν· θεῶν γὰρ ἔστι τὸ εὐεργετεῖν τοὺς ἀνθρώπους.* Cfr. Aesch. Sept. 720 *πέφρικα τὰν ὠλεσίοικον θεὸν οὐ θεοῖς ὁμοίαν.* Verba *τὸν ἀπότιμον ἐν θεοῖς θεόν* eadem elegantia repugnantiae dicta sunt qua *θεὸς ἄθεος, γάμος ἄγαμος, μήτηρ ἀμήτωρ*, alia.

V. 211—213. *αἰτεῖς· ἃ δ' — κακῶν*] Poetarum more conformata oratio est, cuius sententia haec est: 'Rogas remedium et levamen malorum; ac consequeris quidem quod rogas, si dicta mea attente excipere et in depellenda hac peste adiuvare me volueris'. Cfr. quae ad Philoct. 1299 adnotavi.

V. 212. Schol.: *ὑπηρετεῖν· ἐπαρκεῖν καὶ συμπράττειν.* — *τῇ νόσῳ ὑπηρετεῖν*, 'ea facere quae morbi natura et ratio exigit'. MUSGR. Verum ea sententia huic loco parum accommodata videtur, ut suspicio labis oriatur. Nauckius coniecit *τῷ θεῷ θ' ὑπηρετεῖν.* Fortasse *προφρόνως θ' ὑπηρετεῖν* scribendum.

V. 213. Cfr. Eur. Androm. 28 *ἀλκήν τιν' εὑρεῖν κἀπικούρησιν κακῶν.*

V. 214 sq. *ξένος μὲν — πραχθέντος*] Recte haec verba scholiasta ad 211 sic explicat: *οὐκ ἀκηκοὼς πρότερον περὶ τοῦ φόνου τοῦ Λαΐου, οὐδὲ μὴν καθ' ὃν χρόνον ἐπράχθη ὁ φόνος παρών.* Iunctum autem *ξένος* cum genetivo, quia 'ignarum' significat. Ergo neque audivisse de re nec socium rei fuisse se ait.

V. 215 sq. *οὐ γὰρ ἂν μακρὰν — σύμβολον*] Sensus est: 'pronuntiabo haec; parum enim proficerem investigando rem, nisi aliquod indicium acciperem. Nunc vero, quoniam recentior civis sum, ut mihi ipsi scientia non suppetat, a vobis, qui nati in hac urbe estis (*Καδμείοις*), indicium exigo'. De locutione *μακρὰν ἰχνεύειν* cfr. *μακρὰν ἀνιστορεῖν* Trach. 317.

V. 217. Locutio *εἰς ἀστοὺς τελεῖν* a censu sumpta est ut *εἰς ἱππῆς* sive *ἱππάδα τελεῖν.*

V. 221. Schol.: *πάντα· πάντα τὰ πραχθέντα.*

V. 222 sqq. *κεἰ μὲν φοβεῖται — ἀσφαλής*] 'Et si metuit (sc. *ὑμῶν τις πάντα σημαίνειν ἐμοί*), cri-

αὐτὸς καθ' αὑτοῦ, πείσεται γὰρ ἄλλο μὲν
ἀστεργὲς οὐδέν, γῆς δ' ἄπεισιν ἀσφαλής.
εἰ δ' αὖ τις ἄλλον οἶδεν ἢ 'ξ ἄλλης χερὸς
τὸν αὐτόχειρα, μὴ σιωπάτω· τὸ γὰρ
κέρδος τελῶ 'γώ, χἠ χάρις προσκείσεται.
εἰ δ' αὖ σιωπήσεσθε, καί τις ἢ φίλου
δείσας ἀπώσει τοὖπος ἢ χαὐτοῦ τόδε,
ἁκ τῶνδε δράσω, ταῦτα χρὴ κλύειν ἐμοῦ.
τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον, ὅστις ἐστί, γῆς
τῆσδ', ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω,
μήτ' ἐσδέχεσθαι μήτε προσφωνεῖν τινα,
μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασιν

men caedis, cuius ipse reus sit, surripiat, sive subterfugiat, et in terram peregrinam abeat; nullum enim aliud patietur malum.' Id est: si metuit hoc mihi dicere, cum ipse criminis reus est, elabatur ex crimine caedis abeundo in terram peregrinam; nullum enim etc. Atque ita fere Matthiaeus hunc locum primus recte explicavit, addens: Cum enim Graeci enuntiationes causales iis praeponere soleant, quarum causa redditur, verba *πείσεται γὰρ* etc. praemittit, et quae prius ponenda erant subiecit, mutata constructione ita, ut haec e sententia causali nexa sint eique opponantur. Cfr. Gramm. Gr. § 615 p. 1242.

V. 225. *ἢ 'ξ* ex Vauvillersii coniectura pro *ἐξ*, et *χερὸς* ex Neuii emendatione pro *χθονὸς* scripsi. Scripturam vulgatam ineptam esse facile quivis intelleget, qui nexum loci diligentius consideraverit. Apte Neuius adscripsit Eurip. Iphig. Aul. 1178 *ἀπώλεσέν σ', ὦ τέκνον, ὁ φυτεύσας πατὴρ αὐτὸς κτανών, οὐκ ἄλλος, οὐδ' ἄλλῃ χερί.*

V. 228 sq. *ἢ φίλου δείσας*] Coniunxit poeta, quod ab aliis Graecis factum esse non novi, *δείσας* cum genetivo, quod sensu verbi *κήδεσθαι* usurpavit; solent enim istiusmodi notionis verba genetivum adsciscere. Nam alia est verborum *δακρύειν, ἄγασθαι, στυγεῖν* et similium ratio, quibuscum hanc locutionem Matth. § 368 comparavit.

V. 229. *ἀπώσει τοὖπος*] 'Hoc meum edictum negleget', i. e. auctorem caedis non indicabit.

V. 230. *ἐκ τῶνδε*] *Μετὰ ταῦτα.* 'dehinc, postea'. Vide Krueg. I 68, 17, 7.

V. 231 sqq. Schol.: *τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ· πολὺν ἔλεον ἐργάζεται ὁ λόγος, ὅτι κατηγορεῖ ἑαυτοῦ ἀγνοῶν, πρότερον δὲ τὰ φιλάνθρωπα εἰρηκὼς τελευταῖα ἐπήνεγκε τὰ σκληρότερα.* Struenda verba sic sunt: *ἀπαυδῶ μήτ' ἐσδέχεσθαί τινα τῆσδε γῆς — τὸν ἄνδρα τοῦτον* (auctorem caedis). De consuetudine Graecorum post verba 'interdicendi' et sim. infinitivum praeposita *μὴ* particula ponendi vide Krueg. I 67, 12, 3.

V. 231—233. *γῆς τῆσδ' — ἐσδέχεσθαι*] Genetivus *γῆς τῆσδε* aptus est ex pronomine *τινά*, ita ut e verbis sequentibus *ὠθεῖν ἀπ' οἴκων* adsumenda sint ad verbum *ἐσδέχεσθαι* verba *ἐς οἴκους*. De locutione *γῆς τῆσδέ τινα* confer, ut uno defungar exemplo, Ai. 1175 *εἰ δέ τις στρατοῦ βίᾳ σ' ἀποσπάσειε τοῦδε τοῦ νεκροῦ.* Itaque non dubito, quin idem hoc loco dicat Oedipus, quod v. 817 sq. positum est: *ὃν μὴ ξένων ἔξεστι μηδ' ἀστῶν τινι δόμοις δέχεσθαι μηδὲ προσφωνεῖν τινα, ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων.*

κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χέρνιβας νέμειν·
ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας, ὡς μιάσματος
τοῦδ' ἡμὶν ὄντος, ὡς τὸ Πυθικὸν θεοῦ
μαντεῖον ἐξέφηνεν ἀρτίως ἐμοί.
ἐγὼ μὲν οὖν τοιόσδε τῷ τε δαίμονι
τῷ τ' ἀνδρὶ τῷ θανόντι σύμμαχος πέλω.
[κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ', εἴτε τις
εἷς ὢν λέληθεν εἴτε πλειόνων μέτα,
κακὸν κακῶς νιν ἄμορον ἐκτρῖψαι βίον,
ἐπεύχομαι δ', οἴκοισιν εἰ ξυνέστιος
ἐν τοῖς ἐμοῖς γένοιτ' ἐμοῦ συνειδότος,
παθεῖν ἅπερ τοῖσδ' ἀρτίως ἠρασάμην.]
ὑμῖν δὲ ταῦτα πάντ' ἐπισκήπτω τελεῖν
ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ τοῦ θεοῦ τε τῆσδέ τε

V. 235. *κοινὸν ποιεῖσθαι*] 'Socium adhibere.' Est enim *κοινὸς* hic idem atque *κοινωνός*.

Ib. *χέρνιβας νέμειν* quid sit, docebit Athenaeus, cuius haec sunt verba L. IX p. 409 *ἔστι δὲ χέρνιψ ὕδωρ, εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν· καὶ τούτῳ περιρραίνοντες τοὺς παρόντας ἥγνιζον*. BR. Conferri Erfurdtius Wolf. ad Leptin. p. 376, Aeschyl. Choeph. 291 et Eur. Or. 47 iubet.

V. 236. *ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων*] Intellegendum *κελεύω*, quod in *ἀπαυδῶ* latet. Cfr. Matth. 634, 3.

V. 239. Schol.: *δαίμονι· τῷ ταῦτα μαντευσαμένῳ Ἀπόλλωνι*.

V. 241—246 post v. 267 collocari iubet O. Ribbeckius Mus. Rhen. N. S. XIII p. 129—132 motus causis gravissimis, primum quia exsecratio occisoris otiosa sit paulo post v. 231—238 repetita, deinde quod inter *μὲν* v. 239 et *δὲ* v. 241 nulla ratio intercedat, tum quod *λέληθεν* v. 242 admodum ineptum sit, si caedis auctor undique pelli debeat, denique quia *τοῖσδε* v. 246 non habeat quo referatur. Multi probaverunt has causas, multi oblocuti sunt, quorum omnium rationes novissime diligenter collegit Fr. Zöchbauer. in progr. schol. Hernals. a. 1878 quod inscribitur 'zur Königsrede in Sophokles' König Oedipus'. Nos ut illas causas vel maxime comprobamus, ita versibus transpositis neque omnes offensiones tolli et quae opponuntur *ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν* v. 264, *ὑμῖν δὲ τοῖς ἄλλοισι Καδμείοις* v. 268 maiore intervallo disiungi putamus. Itaque hos versus induximus bene illos quidem compositos, sed diris cumulatis molestos.

V. 241 sq. *εἴτε τις εἷς*] Cfr. de locutione *τις εἷς* Krueg. I 51, 16, 11.

V. 243. *τὸν δεδρακότα — νιν*] Vide Krueg. I 51, 5, 1.

V. 244 sqq. *ἐπεύχομαι δ' — παθεῖν*] 'Voveo autem, si interfector Lai in domo mea apud me sit me sciente, eadem me passurum esse, quae modo his imprecatus sum'. Schol.: *ἀγνοῶν ἐπαρᾶται ἑαυτῷ, εἰ σύνοιδε τὸν φονέα, διὸ καὶ περιπαθέστερος γίνεται ὁ λόγος*.

V. 248. *ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ*] De collocatione *τὲ* particulae ad O. C. 33 admonuimus. — Ceterum in eo, quod verba *τῆσδέ τε*, arctissime cum nomine *γῆς* cohaerentia, in fine versus posita sunt, non plus est offensionis, quam in illis versibus, quorum in

γῆς ὧδ' ἀκάρπως κἀθέως ἐφθαρμένης.
οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον,
ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν,
ἀνδρός γ' ἀρίστου βασιλέως ὀλωλότος,
ἀλλ' ἐξερευνᾶν· νῦν δ' ἐπεὶ κυρῶ τ' ἐγὼ
ἔχων μὲν ἀρχάς, ἃς ἐκεῖνος εἶχε πρίν,
ἔχων δὲ λέκτρα καὶ γυναῖχ' ὁμόσπορον,
κοινῶν τε παίδων κοίν' ἄν, εἰ κείνῳ γένος
μὴ 'δυστύχησεν, ἦν ἂν ἐκπεφυκότα·
νῦν δ' ἐς τὸ κείνου κρᾶτ' ἐνήλαθ' ἡ τύχη.
ἀνθ' ὧν ἐγὼ τάδ' ὡσπερεὶ τοὐμοῦ πατρὸς

exitu praepositio posita est, ad nomen, quod in versum sequentem reiectum est, pertinens. Cuius generis exempla ad Philoct. 183 attuli.

V. 249. *ἀκάρπως κἀθέως ἐφθ.*] Similiter El. 1181 *ὦ σῶμ' ἀτίμως κἀθέως ἐφθαρμένον.*

V. 250 sq. *οὐδ' εἰ γὰρ* etc.] Sensus hic est: 'neque enim, etiam si non iussisset deus investigationem caedis fieri, aequum erat vos caedem inexpiatam relinquere'. Nam ut saepe aliquod vocabulum, quod ad duo membra pertinet, alia notione accipiendum est in eo membro, in quo positum, alia in eo, in quo intellegendum (vide ad El. 72 et ad huius f. 236), ita hic *τὸ πρᾶγμα* iunctum cum *θεήλατον* investigationem caedis, sed relatum ad *ἀκάθαρτον ἐᾶν* caedem ipsam significat. De *εἰκὸς ἦν* sine *ἄν* posito vide Krueg. I 53, 2, 7.

V. 253. *ἐπεὶ κυρῶ τ' ἐγὼ ἔχων* etc.] Apodosis sequitur v. 259, liberius formata oratione, hoc sensu: 'nunc vero quoniam ego imperium teneo, quod ille tenebat antea —: idcirco ego tanquam pro patre meo rem geram'. *Τὲ* particulae respondet *τὲ* post *κοινῶν* v. 256 posita.

V. 255. Schol. min.: *ὁμόσπορον· εἰς ἣν ἔσπειρε καὶ ἐκεῖνος καὶ ἐγώ.*

V. 256 sq. *κοινῶν τε παίδων κοίν' ἄν* etc.] Sensus hic est: 'et quoniam, si illi contigisset, ut liberos procrearet, communes liberos haberemus'. Nam *κοινῶν παίδων κοινά* pleonastice dictum pro *κοινοὶ παῖδες*, ita ut *κοινῶν* communionem ad liberos, *κοινὰ* ad patres pertinentem significet. Cfr. Krueg. II 47, 10, 2. Adscripsit Neuius Eurip. Androm. 713 *τὸ κείνης δυστυχεῖ παίδων πέρι.*

V. 258. *νῦν δ' ἐς — ἡ τύχη*] Haec opponuntur verbis *εἰ . . μὴ ἐδυστύχησεν* neglecta protasi, quamobrem non iusta apodosis sequitur, sed nova sententia relativo adiuncta ut enuntiatum primarium excipiens. Ceterum apte Musgr. cum hoc loco comparavit Ant. 1345 *τά τ' ἐπὶ κρατί μοι πότμος δυσκόμιστος εἰσήλατο.*

V. 259. *ἀνθ' ὧν*] *Ἀντὶ τούτων.* Cfr. Matth. 480 c. Schol.: *αἱ τοιαῦται ἔννοιαι οὐκ ἔχονται μὲν τοῦ σεμνοῦ, κινητικαὶ δέ εἰσι τοῦ θεάτρου, αἷς καὶ πλεονάζει Εὐριπίδης· ὁ δὲ Σοφοκλῆς πρὸς βραχὺ μὲν αὐτῶν ἅπτεται πρὸς τὸ κινῆσαι τὸ θέατρον.*

V. 259 sq. *τάδ' ὡσπερεί τοὐμοῦ — ὑπερμαχοῦμαι*] Dictum hoc est ex usitatissima Graecorum consuetudine loquendi. Solent enim Graeci saepissime pronomen aut adiectivum casu accusativo et genere neutro elatum cum verbis cuiusvis fere generis sic coniungere, ut id ad notionem

ὑπερμαχοῦμαι, κἀπὶ πᾶν ἀφίξομαι
ζητῶν τὸν αὐτόχειρα τοῦ φόνου λαβεῖν
τῷ Λαβδακείῳ παιδὶ Πολυδώρου τε καὶ
τοῦ πρόσθε Κάδμου τοῦ πάλαι τ' Ἀγήνορος·
καὶ ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν εὔχομαι θεοὺς
μήτ' ἄροτον αὐτοῖς γῆς ἀνιέναι τινά,
μήτ' οὖν γυναικῶν παῖδας, ἀλλὰ τῷ πότμῳ
τῷ νῦν φθερεῖσθαι κἄτι τοῦδ' ἐχθίονι.
ὑμῖν δὲ τοῖς ἄλλοισι Καδμείοις, ὅσοις

substantivi, quae verbo, quocum iungitur, continetur, referendum sit. Itaque ταυτα ὑπερμάχεσθαί τινος breviter dictum pro ταύτην τὴν μάχην μάχεσθαι ὑπέρ τινος. Sic Ai. 1346 σὺ ταῦτ', Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπερμαχεῖς ἐμοί. Hom. Α 257 τάδε πάντα μαρναμένοιιν et alia innumerabilia. Pertinet huc, quod Sophocles hac ipsa fab. dixit 1327 πῶς ἔτλης τοιαῦτα σὰς ὄψεις μαρᾶναι; i. e. πῶς ἔτλης τοιοῦτον μαρασμὸν σῶν ὀμμάτων ποιῆσαι; Cfr. etiam quae ad 560 adnotavi, et quae in Censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 86 § 4 exposui. Krueg. I 46, 6, 9.

V. 260. κἀπὶ πᾶν ἀφίξομαι] πᾶν restituit Nauckius pro vulgato πάντ' ductus scriptura cod. La πᾶντ', quam in A. Soph. emend. p. 27 sq. explicavimus. Cfr. Eur. Hipp. 284 εἰς πᾶν ἀφῖγμαι κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον.

V. 262. τῷ Λαβδακείῳ παιδί] Τῷ τοῦ Λαβδάκου παιδί. De forma dicendi ad Ai. 134 admonuimus. Brunckius adnotat bis hoc exemplo uti Eustathium ad illustrandas similes apud Homerum constructiones: Β 54 (p. 172, 28) Νεστορέῃ παρὰ νηΐ Πυλαιγενέος βασιλῆος et Ε 741 (p. 601, 34) ἐν δέ τε Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου. Recte monet Dindorfius, augeri dignitatem regis occisi enumerandis eius maioribus usque ad Agenorem. Cfr. Herod. V 59 κατὰ Λάιον τὸν Λαβδάκου τοῦ Πολυδώρου τοῦ Κάδμου.

V. 264. ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν] 'Si qui haec omittunt facere, ut indicent aut investigent interfectorem.' Ceterum placet cum hoc loco composuisse similem Cambysis orationem apud Herod. III 65 καὶ ταῦτα μὲν ποιεῦσι ὑμῖν γῆ τε καρπὸν ἐκφέροι καὶ γυναῖκές τε καὶ ποῖμναι τίκτοιεν, ἐοῦσι ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον ἐλευθέροισι· μὴ ἀνασωσαμένοισι δὲ τὴν ἀρχὴν μηδ' ἐπιχειρήσασι ἀνασώζειν τὰ ἐναντία τούτοισι ἀρέομαι ὑμῖν γενέσθαι.

V. 264. εὔχομαι θεοὺς — γυναικῶν παῖδας] 'Iis precor deos ut neque segetem e terra nec liberos ex uxoribus progigni sinant'. ERF. De αὐτοῖς post δρῶσιν repetito vide ad v. 243. — γῆς ex emendatione Vauvilliersi scripsimus pro γῆν. — De μήτε — μήτ' οὖν vide ad v. 90. — De sententia loci adscripserunt interpretes Aeschin. in Ctesiph. § 111: καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς μήτε γῆν καρποὺς φέρειν μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα, μήτε βοσκήματα κατὰ φύσιν γονὰς ποιεῖσθαι, ἧτταν δὲ αὐτοῖς εἶναι πολέμου καὶ δικῶν καὶ ἀγορῶν καὶ ἐξώλεις εἶναι καὶ αὐτοὺς καὶ οἰκίας καὶ γένος τὸ ἐκείνων.

V. 266 sq. τῷ πότμῳ τῷ νῦν] 'Praesenti calamitate', i. e. peste. De infinitivo futuri φθερεῖσθαι post εὔχομαι sequente vide Krueg. I 53, 7, 11. De futuro sec. medii passive usurpato vide eundem I 39, 11.

V. 268. ὑμῖν δὲ τοῖς ἄλλοισι Κ.] Cfr. Aristoph. Thesmoph. 349 κακῶς ἀπολέσθαι τοῦτον αὐτὸν

τάδ' ἔστ' ἀρέσκονθ', ἥ τε σύμμαχος Δίκη
χοἰ πάντες εὖ ξυνεῖεν εἰσαεὶ θεοί.
ΧΟΡ. ὥσπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες, ὧδ', ἄναξ, ἐρῶ.
οὔτ' ἔκτανον γὰρ οὔτε τὸν κτανόντ' ἔχω
δεῖξαι. τὸ δὲ ζήτημα τοῦ πέμψαντος ἦν
Φοίβου τόδ' εἰπεῖν, ὅστις εἴργασταί ποτε.
ΟΙΔ. δίκαι' ἔλεξας. ἀλλ' ἀναγκάσαι θεοὺς
ἂν μὴ θέλωσιν οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ.
ΧΟΡ. τὰ δεύτερ' ἐκ τῶνδ' ἂν λέγοιμ', ἅ μοι δοκεῖ.
ΟΙΔ. εἰ καὶ τρίτ' ἐστί, μὴ παρῇς τὸ μὴ οὐ φράσαι.
ΧΟΡ. ἄνακτ' ἄνακτι ταὔθ' ὁρῶντ' ἐπίσταμαι
μάλιστα Φοίβῳ Τειρεσίαν, παρ' οὗ τις ἂν
σκοπῶν τάδ', ὦναξ, ἐκμάθοι σαφέστατα.
ΟΙΔ. ἀλλ' οὐκ ἐν ἀργοῖς οὐδὲ τοῦτ' ἐπραξάμην.
ἔπεμψα γάρ, Κρέοντος εἰπόντος, διπλοῦς
πομπούς· πάλαι δὲ μὴ παρὼν θαυμάζεται.

κῴκίαν ἀρᾶσθε, ταῖς δ' ἄλλαισιν ὑμῖν τοὺς θεοὺς εὔχεσθε πάσαις πολλὰ δοῦναι κἀγαθά.

V. 269 sq. σύμμαχος per prolepsin adiectum est. Cfr. Trach. 477 ἡ πολύφθορος καθῃρέθη πατρῴος Οἰχαλία δόρει cum nota nostra. Versu sequenti notanda locutio εὖ ξυνεῖναί τινι, 'favere alicui', cui similis est εὖ διδόναι, de qua ad 1052 ed. meae monitum.

V. 271. ὥσπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες] Eustathius p. 1809, 14 legit: ὥσπερ μ' ἀραῖον εἷλες, exponitque: ὥσπερ με εἷλες, διὰ τῆς ἀρᾶς. BR. Sensus hic est: 'quemadmodum tu me exsecratione tua coegesti loqui, ita loquar'.

V. 273—274. τὸ δὲ ζήτημα — ποτε] Hoc dicit: 'investigatio autem eius erat, qui responsum dedit (τοῦ πέμψαντος), Phoebi, isque dicere hoc debebat, quis caedem perpetrasset'.

V. 276. οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ] Confert Hermannus Trach. 1072 καὶ τόδ' οὐδ' ἂν εἷς ποτε τόνδ' ἄνδρα φαίη πρόσθ' ἰδεῖν δεδρακότα.

V. 277. τὰ δεύτερα ἐκ τῶνδε i. e. τὰ δεύτερα μετὰ τάδε. Cfr. supra v. 235.

V. 278. μὴ παρῇς τὸ μὴ οὐ φράσαι] Cfr. Krueg. I 67, 12, 7.

V. 279 sq. Schol. rec.: τὸν Ἀπόλλωνα καὶ τὸν Τειρεσίαν λέγει ἄνακτα· τὸν μὲν ὡς φύσει ἀνάσσοντα, τὸν δὲ Τειρεσίαν ὡς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων οὕτω τιμώμενον διὰ τὸ κράτος τῆς μαντικῆς.

V. 281. σκοπῶν] Gl. ζητῶν, ἐρευνῶν et 291 σκοπῶ, ἐξετάζω. BR.

V. 282. Apparet sensum esse debere: 'ne hoc quidem mihi in rebus infectis permansit'. Sed mirum est medium ἐπραξάμην et ut videtur corruptum. De ἀργός passiva significatione usurpato cfr. O. C. 1605 κοὐκ ἦν ἔτ' οὐδὲν ἀργόν, Eur. Phoen. 766 ἓν δ' ἐστὶν ἡμῖν ἀργόν.

V. 283. Schol.: κἀνταῦθα τὸ κηδεμονικὸν τοῦ ἤθους διεστήρησεν· τὸ μὲν οὖν διπλοῦς πομποὺς τῆς σπουδῆς ἐστι τεκμήριον· τὸ δὲ Κρέοντος εἰπόντος πιθανὸν εἰς τὰ ἑξῆς (378, 385 sqq., 555), ἵνα ἡ ὑπόνοια αὐτοῦ πίστιν ἔχοι, τὸ πεπεισμένον ὑπὸ τοῦ Κρέοντος τὸν Τειρεσίαν μαντεύεσθαι κατὰ τοῦ Οἰδίποδος τὰ ψευδῆ.

V. 284. μὴ παρὼν θαυμάζε-

ΧΟΡ. καὶ μὴν τά γ' ἄλλα κωφὰ καὶ παλαί' ἔπη.
ΟΙΔ. τὰ ποῖα ταῦτα; πάντα γὰρ σκοπῶ λόγον.
ΧΟΡ. θανεῖν ἐλέχθη πρός τινων ὁδοιπόρων.
ΟΙΔ. ἤκουσα κἀγώ· τὸν δ' ἰδόντ' οὐδεὶς ὁρᾷ.
ΧΟΡ. ἀλλ' εἴ τι μὲν δὴ δείματος τρέφει μέρος,
τὰς σὰς ἀκούων οὐ μενεῖ τοιάσδ' ἀράς.
ΟΙΔ. ᾧ μή 'στι δρῶντι τάρβος, οὐδ' ἔπος φοβεῖ.
ΧΟΡ. ἀλλ' οὑξελέγξων αὐτὸν ἔστιν· οἵδε γὰρ
τὸν θεῖον ἤδη μάντιν ὧδ' ἄγουσιν, ᾧ
τἀληθὲς ἐμπέφυκεν ἀνθρώπων μόνῳ.
ΟΙΔ. ὦ πάντα νωμῶν Τειρεσία, διδακτά τε
ἄρρητά τ' οὐράνιά τε καὶ χθονοστιβῆ,

ται] I. e. μὴ παρεῖναι αὐτὸν θαυμάζω. Usus participii cum personali constructione coniunctus est ut infra v. 1368. Cfr. Plat. Prot. 361 B θαυμάσιον ἔσται μὴ διδακτὸν ὄν, Krueg. I 61, 5, 8.

V. 285. κωφὰ καὶ παλαί' ἔπη] De voc. κωφός disputavit Corayus ad Heliodor. T. II p. 152 sq., de παλαιός Schützius ad Aesch. Prom. 317. ERF.

V. 288. τὸν δ' ἰδόντ' οὐδεὶς ὁρᾷ] Licet primo aspectu pro τὸν δ' ἰδόντ' scribendum τὸν δὲ δρῶντ' (coll. Ant. 319) fuisse videatur propter sequentia, rectissime tamen vulgata scriptura se habet. Hoc enim consentaneum est Oedipum dicere: 'famam illam omnes audivimus; verum auctor famae non exstat', i. e. is, qui viderit Laium interfici, a quo certiores fieri de interfectore possemus, a nemine videtur, i. e. nusquam conspicitur.

V. 289. δείματος τρέφει ex mea coniectura scripsi. Libri habent δειματός τ' (γ') ἔχει. Vulgo scribitur δειματός γ' ἔχει. At particula γὲ ab sensu huius loci aliena. De usu verbi τρέφειν confer Trach. 28 ἀεί τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφω et quae ad Ant. 884 adnotavimus. — τρέφει: scil. interfector Lai, quem comperire ab eo possemus, qui caedi interfuit.

V. 290. τὰς σὰς ἀκούων etc.] 'Non sustinebit, cum audiet, imprecationes tuas, i. e. sponte se sistet, ubi imprecationes tuas audiverit'. Sic μένειν usurpatum Philoct. 871 οὐ γάρ ποτ', ὦ παῖ, τοῦτ' ἂν ἐξηύχησ' ἐγώ, τλῆναί σ' ἐλεινῶς ὧδε τἀμὰ πήματα μεῖναι.

V. 291. δρῶντι τάρβος] De participio vide Matth. § 555 not. 2. Cfr. φρονοῦντι 317.

V. 392 sq. οὑξελέγξων αὐτὸν ἔστιν etc.] Id est: ἔστι τις, ὃς αὐτὸν ἐξελέγξει, i. e. φανερώσει, τὸν θεῖον μάντιν λέγω, καὶ ἤδη ἐξελέγξει· ἀρτίως γὰρ ὧδε ἄγεται. Conferre iuvat Philoct. 1241 sq. ἔστιν τις, ἔστιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν. ΝΕ. τί φῄς; τίς ἔσται μ' οὑπικωλύων τάδε;

Ib. οἵδε] Intellegendi alter illorum πομπῶν (289) et puer qui Teresiam manu ducit. Cfr. Ant. 889, 1012, 1014.

V. 294. τἀληθὲς] Ἡ ἀλήθεια. Vide ad Philoct. 83.

V. 295. Schol.: ὦ πάντα νωμῶν· ἀντὶ τοῦ κρίνων ἕκαστα καὶ ἐξετάζων. ἐπαινεῖ δὲ τὸν μάντιν, πάντων αὐτῷ περιτιθεὶς ἐμπειρίαν θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων, τοὺς ἐκείνου λόγους οὐκ ἀναμένων, ὅπερ δηλωτικόν ἐστι τῆς σπουδῆς. Musgravius inter alia adscripsit Aeschyl. Sept. c. Th. 24 ὁ μάντις, οἰωνῶν βοτήρ, ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσὶν πυρὸς δίχα χρηστηρίους ὄρνιθας ἀψευ-

*πόλιν μέν, εἰ καὶ μὴ βλέπεις, φρονεῖς δ' ὅμως*
*οἵᾳ νόσῳ σύνεστιν· ἧς σὲ προστάτην*
*σωτῆρά τ', ὦναξ, μοῦνον ἐξευρίσκομεν.*
*Φοῖβος γάρ, εἴ τι μὴ κλύεις τῶν ἀγγέλων,*
*πέμψασιν ἡμῖν ἀντέπεμψεν ἔκλυσιν*
*μόνην ἂν ἐλθεῖν τοῦδε τοῦ νοσήματος,*
*εἰ τοὺς κτανόντας Λάϊον μαθόντες εὖ*
*κτείναιμεν ἢ γῆς φυγάδας ἐκπεμψαίμεθα.*
*σὺ δ' οὖν φθονήσας μήτ' ἀπ' οἰωνῶν φάτιν*
*μήτ' εἴ τιν' ἄλλην μαντικῆς ἔχεις ὁδόν,*
*ῥῦσαι σεαυτὸν καὶ πόλιν, ῥῦσαι δ' ἐμέ,*
*ῥῦσαι δὲ πᾶν μίασμα τοῦ τεθνηκότος.*
*ἐν σοὶ γὰρ ἐσμέν· ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν*
*ἔχοι τε καὶ δύναιτο κάλλιστος πόνων.*

*δεῖ τέχνῃ. — διδακτά τε ἄρρητά τε* i. e. *ῥητά τ' ἄρρητά τε.* Cfr. O. C. 1001 *ῥητὸν ἄρρητόν τ' ἔπος*, Demosth. I § 4 *πάντων κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων.*

V. 297. *φρονεῖς δ' ὅμως*] Particula *δὲ* posita est ac si praecederet *πόλιν βλέπεις μὲν οὐ.* Hac verborum conformatione cautio regis caecum vatem ne ullo verbo offendat vitantis depingitur.

V. 298. *οἵᾳ νόσῳ σύνεστιν*] 'Qua calamitate laboret'. Vide de hac locutione ad Philoct. 266 ed. meae.

V. 299. *μοῦνον*] Qua ratione formam hanc Ionicam Sophocles in trimetris usurparit, quod non fecerunt neque Aeschylus neque Euripides, ad O. C. 925 exposui. — De usu verbi *ἐξευρίσκειν* ad Trach. 1157 sq. dixi.

V. 300. *κλύεις*] *Ἀκήκοας.* Vide ad Philoct. 259 ed meae et Krueg. I 53, 1, 2. De *εἴ τι μή*, quod ex coniectura Lud. Stephani scripsi pro *εἰ καὶ μή*, ad v. 124 sq. diximus.

V. 301. *πέμψασιν ἡμῖν ἀντέπεμψεν*] Cfr. 149 *Φοῖβος δ' ὁ πέμψας τάσδε μαντείας* et 278 *τοῦ πέμψαντος ἦν Φοίβου.* Itaque *πέμπειν* sic usurpavit Sophocles, ut nunc 'mittere qui consulerent oraculum' (Xen. Cyrop. VII 2, 18 *πέμπω περὶ παίδων*), nunc 'mittere qui referrent reponsum' significaret.

V. 306. *ὁδόν*] 'Rationem.' Vide supra 67 *πολλὰς δ' ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις.*

V. 307. Cfr. Hom. Od. XIII 230 *ἀλλὰ σάω μὲν ταῦτα, σάω δ' ἐμέ.*

V. 308. *πᾶν μίασμα τοῦ τεθνηκότος*] Intellegit omnia, quae propter caedem Lai ut impura indigent expiatione. HERM. De genetivo vide Krueg. II 47, 5, 1.

V. 309. *ἐν σοὶ γὰρ ἐσμέν*] In te sita est salus nostra. Cfr. O. C. 247 *ἐν ὔμμι κείμεθα.* Eur. Alc. 278 *ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή.* Cfr. Krueg. I 68, 12, 6.

V. 309 sq. *ἄνδρα δ' — πόνων*] Manifestum est *ἄνδρα*, id quod vel ex verborum collocatione apparet, non obiectum, quod dicitur, sed subiectum esse loci, ita ut sensus hic sit: *ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς πόνος κάλλιστος ἂν εἴη ὠφελεῖν ἀφ' ὧν ἔχοι τε καὶ δύναιτο.* De significatu voc. *ἄνδρα* ad Ai. 512 egimus, de verbo *ὠφελεῖν* sine casu posito conf. fragm. inc. 667 ed. Dind.: *αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ.* De optativo com-

*ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.*

φεῦ φεῦ· φρονεῖν ὡς δεινόν, ἔνθα μὴ τέλη 316
λύῃ φρονοῦντι. ταῦτα γὰρ καλῶς ἐγὼ
εἰδὼς διώλεσ'· οὐ γὰρ ἂν δεῦρ' ἱκόμην.

ΟΙΔ. τί δ' ἔστιν, ὡς ἄθυμος εἰσελήλυθας;

ΤΕΙ. ἄφες μ' ἐς οἴκους· ῥᾷστα γὰρ τὸ σόν τε σὺ
κἀγὼ διοίσω τοὐμόν, ἢν ἐμοὶ πίθῃ. 321

ΟΙΔ. οὔτ' ἔννομ' εἶπας οὔτε προσφιλῆ πόλει
τῇδ', ἥ σ' ἔθρεψε, τήνδ' ἀποστερῶν φάτιν.

ΤΕΙ. ὁρῶ γὰρ οὐδὲ σοὶ τὸ σὸν φώνημ' ἰὸν
πρὸς καιρόν· ὡς οὖν μηδ' ἐγὼ ταὐτὸν πάθω —

ΟΙΔ. μή, πρὸς θεῶν, φρονῶν γ' ἀποστραφῇς, ἐπεὶ
πάντες σε προσκυνοῦμεν οἵδ' ἱκτήριοι. 327

ΤΕΙ. πάντες γὰρ οὐ φρονεῖτ'· ἐγὼ δ' οὐ μήποτε

para Ant. 666 ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν et vide Krueg. I 54, 14, 4. Denique de locutione ἀφ' ὧν ἔχοι confer El. 1377 ἥ σε πολλὰ δὴ ἀφ' ὧν ἔχοιμι λιπαρεῖ 'πέστην χερί.

V. 311 sq. Schol.: ὡς δεινόν, φησί, τὸ φρονεῖν, ὅταν τὸ φρονούμενον τῷ φρονοῦντι μὴ λυσιτελῇ. σχετλιάζει δὲ μὴ βουλόμενος εἰς φῶς ἄγειν τὰ τοῦ Οἰδίπου. διαλελυμένως δὲ εἶπεν τέλη λύῃ, ἀντὶ τοῦ λυσιτελεῖν. De participio φρονοῦντι, pro quo infinitivum quis exspectet, vide ad v. 291, de coniunctivo Ai. 1054 et 1133 ed. meae et infra ad v. 1207.

V. 312 sq. ταῦτα γὰρ καλῶς ἐγὼ εἰδὼς etc.] Sensus hic est: 'bene enim hoc cognitum habens, periculosum esse sapere, ubi sapere nihil expediat, tamen oblitus sum, cum huc venirem; nam si meminissem, huc non venissem'. Quo significare Tiresiam apparet grave sibi in hac causa esse verum dicere.

V. 313. διώλεσα] Gl. ἐπελαθόμην. Recte. Ut σῴζειν saepe usurpatur pro 'tenere memoria', sic διολλύναι significat nonnunquam 'oblivisci'. Vide quae notavimus ad Eur. Hipp. 391. BR.

V. 316. Schol.: ἢν ἐμοὶ πίθῃ· ἐάν με ἀπελθεῖν ἐάσῃς.

V. 318. Schol.: ἀποστερῶν· μὴ λέγων τὸν χρησμόν.

V. 319 sq. Schol.: ὁρῶ γὰρ οὐδὲ σοὶ τὸ σὸν φώνημα· οὐ γὰρ σύμφορός σοι οὐδὲ κατὰ καιρὸν ἡ ζήτησις γίνεται. ἵνα οὖν μὴ ἐκ τούτου μέμψις ἀκολουθήσῃ, σιωπῶ. τὸ μὲν κατὰ λόγον ἐλλιπές ἐστι, τὸ δὲ κατὰ διάνοιαν πλῆρες. ὃ δὲ βούλεται λέγειν, ὁρῶ τὸ σὸν φώνημα μὴ πρὸς καιρὸν ἐξιόν· κἀγὼ οὖν φωνὴν μὴ πρὸς καιρὸν ἀφιέναι φυλάσσομαι. Immo quod supplendum cogitatione, id actione declaratur. Incipit enim vates abire. — Cum πρὸς καιρόν i. e. καιρίως, 'commode, opportune' cfr. εἰς καιρόν, πρὸς βίαν (v. 805).

V. 323 sq. Verba ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε — ἐκφήνω κακά, quae interpretatur scholiasta: οὐκ ἐμφανῶ τὰ ἐμὰ ἔπη, ἵνα μὴ τὰ σὰ εἴπω κακά, haud dubie corrupta sunt. Quotquot invenerunt viri docti emendationes, duae dignae sunt quae memorentur. Una quam Car. Fr. Hermannus proposuit, ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε τὰ μάσσον' εἴπω, μὴ κτέ. a memoria librorum prope abest, altera sensui magis accommodata videtur

τἄμ' ὡς ἂν εἴπω μὴ τὰ σ' ἐκφήνω κακά.
ΟΙΔ. τί φῄς; ξυνειδὼς οὐ φράσεις, ἀλλ' ἐννοεῖς
ἡμᾶς προδοῦναι καὶ καταφθεῖραι πόλιν;
ΤΕΙ. ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ. τί ταῦτ'
ἄλλως ἐλέγχεις; οὐ γὰρ ἂν πύθοιό μου.
ΟΙΔ. οὐκ, ὦ κακῶν κάκιστε, καὶ γὰρ ἂν πέτρου
φύσιν σύ γ' ὀργάνειας, ἐξερεῖς ποτε,
ἀλλ' ὧδ' ἄτεγκτος κἀτελεύτητος φανεῖ;
ΤΕΙ. ὀργὴν ἐμέμψω τὴν ἐμήν, τὴν σὴν δ' ὁμοῦ
ναίουσαν οὐ κατεῖδες, ἀλλ' ἐμὲ ψέγεις.

a Völckero in progr. schol. Schweinfurt. a. 1879 p. 30 prolata: ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε τἀμφώβολ' εἴπω, μὴ κτέ. De locutione τὰ μάσσονα cfr. Aesch. Ag. 598 καὶ νῦν τὰ μάσσω μὲν τί δεῖ σ' ἐμοὶ λέγειν; De ἀμφώβολα Eustath. p. 1405, 30 ἀμφώβολα· παρὰ Σοφοκλεῖ αἱ διὰ σπλάγχνων μαντεῖαι.

V. 327. ταῦτ'] Elisionem vocalis in fine versus ab Calliae tragoedia grammatica repetit Athenaeus X p. 453 E et pluribus tractavit scholiasta Hephaestionis ex codice Bodleiano editus ab Gaisfordo vol. I p. 29 qui allatis aliorum quorundam exemplis pergit: καὶ ἐξαιρέτως παρὰ Σοφοκλεῖ 'ἔγωγ' οὔτ' ἐμαυτὸν .. πύθοιό μου', ὥστε καλεῖσθαι τὸ εἶδος Σοφόκλειον καὶ ἐπισυναλοιφὴν διὰ τὸ ἐπισυνάπτεσθαι τὸ σύμφωνον τῷ ἑξῆς ἰάμβῳ ἤτοι τῷ στίχῳ. Sic μολόντ' in fine senarii O. C. 1164 et saepius δ' et τ'. Sponte autem intellegitur hanc elisionem, qua numerus continuatur, locum non habere nisi ubi ultima versus syllaba longa est. DIND.

V. 328. ἄλλως] 'Frustra'. Vide ad Philoct. 929 ed. meae.

V. 329. ὦ κακῶν κάκιστε] Vide de hac locutione Matth. § 459, 1. — Verbis sqq. καὶ γὰρ — ὀργάνειας rationem reddit Oedipus, sive potius excusationem addit, quod Tiresiam convicio hoc, ὦ κ. κ., lacessat.

V. 330. ὀργάνειας] Gl. εἰς ὀργὴν κινήσειας.

V. 331. ἄτεγκτος κἀτελεύτητος] Ἄτεγκτος ἀντὶ τοῦ ἀσυμπαθὴς καὶ ἀδάκρυτος, τέγγειν γὰρ τὸ βρέχειν, ἀτελεύτητος δὲ δυσαξίωτος, δυσπαράκλητος, ἀμείλιχος. SCHOL. Contra Eustathius p. 441, 26 ἀτελεύτητος παρὰ Σοφοκλεῖ καὶ τὸν μὴ τελευτὴν ἐπάγοντα τοῖς ζητουμένοις δηλοῖ ἐν τῷ ἄτεγκτος κἀτελεύτητος φανεῖ. Nullam probabilitatem habet quod Blaydesius coniecit κἀπαραίτητος.

V. 332 sq. ὀργὴν ἐμέμψω τὴν ἐμήν etc.] Cum Oedipus in antecedentibus Tiresiam non quod ira arderet, sed quod alios ira accenderet, reprehenderit, nemo non intellegit ὀργὴν τὴν ἐμὴν esse τὸ ἐμὸν ὀργαίνειν i. e. ὀργίζειν, cum ὀργὴν τὴν σὴν significet τὸ σὸν ὀργαίνειν i. e. ὀργίζεσθαι. Ita proprio atque insolito usu verbi ὀργαίνειν v. 330 haec verborum concinnitas praeparata est. Ut hic nomine ὀργή verbum ὀργαίνειν, ita Ant. 324 nomine δόξα verbum δοκεῖν repetitur. — Sequentia ambigue dicta esse putat Eustathius p. 755, 14 monens: δοκεῖ μὲν λέγειν ὁ Τειρεσίας, ὅτι τὴν σὴν ὀργὴν οὐ κατεῖδες, τὴν σύμφυτόν σοι. ἀληθῶς δὲ λέγει, ὅτι τὴν σὴν ἄλοχον οὐκ οἶδας, ἤγουν τὴν μητέρα σου, ᾗ συμβιοῖς. ὅπερ ὀκνήσας ἐκφῆναι εἶπε τὸ ὁμοῦ ναίουσαν, ὃ ταὐτόν ἐστι τῷ ὁμευνέτιν. Sed his nescio an poetae tribuatur de quo non cogitavit; nam praeterquam quod haec ambiguitas aliquid molesti

ΟΙΔ. τίς γὰρ τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν ὀργίζοιτ' ἔπη
κλύων, ἃ νῦν σὺ τήνδ' ἀτιμάζεις πόλιν; 335
ΤΕΙ. ἥξει γὰρ αὐτά, κἂν ἐγὼ σιγῇ στέγω. 341
ΟΙΔ. οὐκοῦν ἅ γ' ἥξει καὶ σὲ χρὴ λέγειν ἐμοί.
ΤΕΙ. οὐκ ἂν πέρα φράσαιμι. πρὸς τάδ', εἰ θέλεις,
θυμοῦ δι' ὀργῆς ἥτις ἀγριωτάτη.
ΟΙΔ. καὶ μὴν παρήσω γ' οὐδέν, ὡς ὀργῆς ἔχω, 340
ἅπερ ξυνίημ'. ἴσθι γὰρ δοκῶν ἐμοὶ 346
καὶ ξυμφυτεῦσαι τοὔργον εἰργάσθαι θ', ὅσον
μὴ χερσὶ καίνων· εἰ δ' ἐτύγχανες βλέπων,

habet, post ὀργὴν . . τὴν ἐμὴν nomen ὀργὴν fortius obversatur, quam ut ad τὴν σὴν cogitatione quidquam aliud adsumi possit.

V. 334. τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν] De repetita ἂν particula vide quae rectissime monuit Rostius meus in Gr. Gr. § 120 adnot. 4.

V. 335. ἃ νῦν σὺ τήνδ' ἀτ. πόλιν] Duplicem accusativum ex uno verbo ἀτιμάζεις aptum satis mihi illustrasse videor in Censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 80 sqq. Cfr. Krueg. II 46, 12, 1. Significatio verbi ἀτιμάζειν ad repulsam rogantium pertinet, ut O. C. 49 μή μ' ἀτιμάσῃς ὧν σε προστρέπω φράσαι, 1273 ἀλλ' ἀτιμάσας πέμψεις ἄναυδος; Ant. 544 μήτοι μ' ἀτιμάσῃς τὸ μὴ οὐ θανεῖν τε σὺν σοὶ κτέ., aliis locis. Eandem vim habet ἄτιμος infra v. 789.

V. 336. ἥξει] Gl. παραγενήσεται, φανήσεται. — Schol.: αὐτά· αὐτόματα. Sic Trach. 1177 ἀλλ' αὐτὸν εἰκάθοντα συμπράσσειν. Ceterum γὰρ particula causa cur morem non gerat precibus, inducitur.

V. 338. πρὸς τάδ'] 'Proinde'. Usurpantur πρὸς τάδε et πρὸς ταῦτα saepe cum imperativo coniuncta ita, ut stare sententiam vel rem certam esse nullisque consiliis factisve mutari posse pronuntietur. Cfr. 426, O. C. 455, Ant. 658, El. 383, Ai. 971, 1066, 1115, 1313.

V. 339. θυμοῦ δι' ὀργῆς] Insolens locutio. Verum cum diceretur ἔρχεσθαι δι' ὀργῆς (cfr. Krueg. I 68, 22, 2) ita, ut idem fere valeret atque ὀργίζεσθαι, Sophocles, quo gravior fieret oratio, pro ἔρχου posuit id verbum, quod eandem, quam maxime urgeri voluit, notionem irae iterum contineret, minime religioni sibi ducens a vulgari loquendi consuetudine recedere, hoc, ut iam patet, significans: ὀργίζου ὀργήν. Simile est quod dixit supra v. 65 ὕπνῳ εὕδοντα, et quae ad Philoct. 139 sq. adnotavi. Adde Herodot VIII 77 δι' ἀντιλογίης λέγειν.

Ib. ἥτις ἀγριωτάτη] Aesch. Sept. c. Th. 65 καιρὸν ὅστις ὤκιστος. Pers. 833 κόσμον ὅστις εὐπρεπής. Vide Matth. § 445 a. coll. § 461. Sic etiam Latini. Cicero in Pis. c. 21 *poenas — eas, quae gravissimae sunt.* ERF.

V. 340. ὡς ὀργῆς ἔχω] 'Pro ira qua ardeo'. Cfr. Krueg. I 47, 10, 5.

V. 342. ξυμφυτεῦσαι τοὔργον] Referenda σύν praepositio est etiam ad εἰργάσθαι. Et concepisse cum aliis et perpetrasse facinus arguitur. Καί significat 'etiam'.

V. 342 sq. Schol.: εἰργάσθαι θ' ὅσον μὴ χερσί· εἰργάσθαι τὰ ἄλλα τοῦ φόνου, χωρὶς τῆς ἀπὸ τῶν χειρῶν ἐνεργείας. εἰ δὲ ἔβλεπες, ἐκάλουν ἄν σε καὶ φονέα αὐτόχειρα. Cfr. Trach. 1214 ὅσον γ' ἂν αὐτὸς μὴ ποτιψαύων χεροῖν, Iph. T. 613 καὶ γὰρ οὐδ'

καὶ τοὔργον ἂν σοῦ τοῦτ' ἔφην εἶναι μόνου.
ΤΕΙ. ἄληθες; ἐννέπω σὲ τῷ κηρύγματι
ᾧπερ προεῖπας ἐμμένειν, κἀφ' ἡμέρας 351
τῆς νῦν προσαυδᾶν μήτε τούσδε μήτ' ἐμέ,
ὡς ὄντι γῆς τῆσδ' ἀνοσίῳ μιάστορι.
ΟΙΔ. οὕτως ἀναιδῶς ἐξεκίνησας τόδε
τὸ ῥῆμα; καὶ ποῦ τοῦτο φεύξεσθαι δοκεῖς;
ΤΕΙ. πέφευγα· τἀληθὲς γὰρ ἰσχῦον τρέφω. 356
ΟΙΔ. πρὸς τοῦ διδαχθείς; οὐ γὰρ ἔκ γε τῆς τέχνης.
ΤΕΙ. πρὸς σοῦ. σὺ γάρ μ' ἄκοντα προυτρέψω λέγειν.
ΟΙΔ. ποῖον λόγον; λέγ' αὖθις, ὡς μᾶλλον μάθω.
ΤΕΙ. οὐχὶ ξυνῆκας πρόσθεν; ἦ 'κπειρᾷ λέγειν;
ΟΙΔ. οὐχ ὥστε γ' εἰπεῖν γνωτόν· ἀλλ' αὖθις φράσον.

*ἐγὼ ἀνάδελφός εἰμι πλὴν ὅσ' οὐχ ὁρᾷσά νιν.*

V. 345. *ἄληθες;*] Gl. *εἰρωνικόν.* Vide quae notavimus ad Aristoph. Ran. 840. BR. Cfr. Ant. 758. Eur. Cycl. 241. Aristoph. Av. 1606.

Ib. *ἐννέπω σὲ*] 'Iubeo te.' Vide quae ad O. C. 837 adnotata sunt.

V. 348. *ὡς ὄντι — μιάστορι*] Ne tirones quidem ignorant consuevisse Graecos nunc *ἐννέπω σε ποιεῖν τοῦτο*, nunc *ἐννέπω σοι ποιεῖν τοῦτο* dicere. Itaque in dativo *ὄντι μιάστορι* nihil esset offensionis, si praecessisset *σοί*. *Σὲ* autem accusativus cum praecedat, necesse est poetam aut numerorum ratione aut argumento quodam rhetorico commotum esse, ut a vulgari consuetudine loquendi deflecteret. Deflexit autem hoc loco ambiguitatis vitandae causa. Vide quae ad Ai. 980 adnotavi.

V. 349. Schol.: *οὕτως ἀναιδῶς ἐξεκίνησας· οἴεται αὐτὸν πλασάμενον ψεύδεσθαι. εἰκότως δὲ ἀπιστεῖται ὡς δι' ὀργὴν εἰρηκώς· εἰ δὲ ἐπιστεύθη κατ' ἀρχὴν ὁ μάντις, τὰ ἑξῆς τοῦ δράματος ἀνήρητο, τὰ τοῦ ἀναγνωρισμοῦ, ἐν οἷς καταγέγονε μάλιστα ὁ ποιητής.*

V. 350. *καὶ ποῦ τοῦτο φεύξεσθαι δοκεῖς;*] Id est, ut recte schol. rec. monuit, *τὴν ἀκολουθοῦσαν τῷ ῥήματι βλάβην.* Ad hunc usum vocabuli *ποῦ* pertinet glossa Hesychii *ποῦ· ἐν ἴσῳ τῷ οὐδαμῶς.* Cfr. ad v. 385.

V. 351. *πέφευγα*] Non tam 'effugi' significat, quam 'liber sum', sc. a poena, qua me propter impudens dictum dicis affectum iri. Sic Phil. 1044 *τῆς νόσου πεφευγέναι.* Cfr. quae ad Phil. 910 ed. meae monui. De usu verbi *τρέφειν* ad v. 289 diximus. Hoc autem dicit Tiresias: 'non possum impudentiae sive mendacii poenas dare, quoniam verum est quod dico'.

V. 352. *πρὸς τοῦ διδαχθείς;*] Intellegendum est *τὸ* (*σὸν*) *ἀληθές.* Oedipo movetur suspicio, Tiresiam ab aliquo subornatum esse ut fingeret, Laium ab Oedipo interfectum esse.

V. 355. *ἦ 'κπειρᾷ λέγειν;*] Insolenter dictum, ut mihi videtur, sic accipiendum: 'an tentas me, ut dicam'? quo Tiresias hoc significat: 'an rogitando, quid dicam, id studes efficere, ut verum non dicam'? Sed quod in cod. La litera ο super λεγ scripta significatum et a Brunckio positum est *λόγων*, recte se habere videtur, ut Tiresias dicat: 'an examen verborum spectas'.

V. 356. *οὐχ ὥστε γ'*] I. e. *οὐχ οὕτως γε, ὥστε* etc. Sic rursus v. 1131. Vide ad v. 360. De

TEI. φονέα σέ φημι τἀνδρὸς οὗ ζητεῖς κυρεῖν. 362
OIΔ. ἀλλ' οὔτι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς.
TEI. εἴπω τι δῆτα κἄλλ', ἵν' ὀργίζῃ πλέον;
OIΔ. ὅσον γε χρῄζεις· ὡς μάτην εἰρήσεται.
TEI. λεληθέναι σέ φημι σὺν τοῖς φιλτάτοις 366
αἴσχισθ' ὁμιλοῦντ' οὐδ' ὁρᾶν ἵν' εἶ κακοῦ.
OIΔ. ἦ καὶ γεγηθὼς ταῦτ' ἀεὶ λέξειν δοκεῖς;
TEI. εἴπερ τί γ' ἔστι τῆς ἀληθείας σθένος. 369
OIΔ. ἀλλ' ἔστι, πλὴν σοί. σοὶ δὲ τοῦτ' οὐκ ἔστ', ἐπεὶ
τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματ' εἶ.
TEI. σὺ δ' ἄθλιός γε ταῦτ' ὀνειδίζων, ἃ σοὶ
οὐδεὶς ὃς οὐχὶ τῶνδ' ὀνειδιεῖ τάχα.
OIΔ. μιᾶς τρέφει πρὸς νυκτός, ὥστε μήτ' ἐμὲ
μήτ' ἄλλον, ὅστις φῶς ὁρᾷ, βλάψαι ποτ' ἄν.

forma Attica *γνωτόν*, quam Elmsleius restituit pro *γνωστόν*, cfr. m. cur. epigraph. p. 60.

V. 357. *φονέα σέ φημι — κυρεῖν*] Recte Iohnsonus: 'peremptorem te esse dico viri, cuius peremptorem quaeris'. ELMSL.

V. 358. *πημονάς*] Gl. *λοιδορίας*. Sic 520 *ἡ ζημία τοῦ λόγου*. De significatu verborum *οὐ χαίρων* ad Ant. 230 admonuimus.

V. 360. *ὅσον γε*] Id est *τοσοῦτόν γε, ὅσον*. Sic v. 1239 et Trach. 1214. Vide ad v. 356. — *μάτην*, 'falso, mendaciter'. Cfr. El. 1298 *ὡς ἐπ' ἄτῃ τῇ μάτην λελεγμένῃ στέναζε*, Phil. 345 *λέγοντες εἴτ' ἀληθὲς εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην*.

V. 361. *σὺν τοῖς φιλτάτοις*] Plurali numero unam matrem significat. Sic infra 1184 Oedipus ait: *ξὺν οἷς τ' οὐ χρῆν ὁμιλῶν, οὕς τ' ἔμ' οὐκ ἔδει κτανών*, quorum hoc ad solum patrem, superius ad solam matrem refertur. Est hoc schema tragicis valde usitatum, de quo videndus Gatakerus opp. T. I p. 351. BR. Adde huius fab. 1007, 1012 *τῶν φυτευσάντων*. Ant. 10, O. C. 813 *τοὺς φίλους*. O. C. 832 *τοὺς ἐμούς*. El. 803 *τῶν φίλων*. ib. 1233 *γοναὶ σωμάτων*. Vide etiam ad huius fab. v. 16 et v. 1369 ed. meae et Phil. 1326 sq.

V. 365. *πλὴν σοί. σοὶ δὲ*] De hac pronominis repetitione vide ad Phil. 1035 edit. meae. — *ἀλλ' ἔστι — οὐκ ἔστ'*. Tiresiae verba, ad quae Oedipus respondet, cum hoc sensu dicta sint: 'si quidem est aliqua veritatis vis, i. e. siquidem veritas aliquid valet', facile apparet Oedipum hoc sibi velle: 'valet profecto aliquid veritas, praeterquam in te; in te autem nihil valet, i. e. nihil autem valet veritas, quae a te proficiscitur'; quo hoc significat: quod tu dicis verum esse, id pro vero non habendum est.

V. 366. Novies repetita litera *ταῦ* praeclare adiuvat acerbitatem orationis.

V. 368. *οὐδεὶς ὃς οὐχί*] De omisso *ἔστι* vide Kr. I 67, 14, 1.

V. 369. *μιᾶς τρέφει πρὸς νυκτός*] Hoc dicit Oedipus: 'a te, qui in perpetuis tenebris verseris, nihil unquam patefieri poterit, quod aut aliis, qui vident, aut mihi noceat'. Quibus verbis hoc adsignificat, a Tiresia, homine caeco, patefieri nunquam posse, quis Lai interfector sit. Vide quae ad Trach. 114 sqq. adnotavimus.

ΤΕΙ. οὐ γάρ σε μοῖρα πρός γ' ἐμοῦ πεσεῖν, ἐπεὶ
ἱκανὸς Ἀπόλλων, ᾧ τάδ' ἐκπρᾶξαι μέλει.
ΟΙΔ. Κρέοντος ἢ σοῦ ταῦτα τἀξευρήματα;
ΤΕΙ. Κρέων δέ σοι πῆμ' οὐδέν, ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοί.
ΟΙΔ. ὦ πλοῦτε καὶ τυραννὶ καὶ τέχνη τέχνης
ὑπερφέρουσα τῷ πολυζήλῳ βίῳ,
ὅσος παρ' ὑμῖν ὁ φθόνος φυλάσσεται,
εἰ τῆσδέ γ' ἀρχῆς εἵνεχ', ἣν ἐμοὶ πόλις
δωρητόν, οὐκ αἰτητὸν εἰσεχείρισεν,
ταύτης Κρέων ὁ πιστός, οὑξ ἀρχῆς φίλος,
λάθρᾳ μ' ὑπελθὼν ἐκβαλεῖν ἱμείρεται,

V. 371. *οὐ γάρ σε μοῖρα πρός γ' ἐμοῦ πεσεῖν*] 'Non ego tibi nocebo; non enim in fato est, ut per me cadas, cum hoc ipsum, ut cadas, perficere Apollinem conveniat'. Cfr. v. 1329 sq.

V. 372. *τάδ' ἐκπρᾶξαι*] Scilicet *τὸ πεσεῖν σε*. Apollinis enim dicit esse efficere, ut Oedipum interfectorem Lai esse appareat.

V. 373. *Κρέοντος — τἀξευρήματα*] Sensus est: 'Estne hoc, quod ab Apolline dicis patefactum iri, a te an a Creonte excogitatum?' Suspicabatur enim Oedipus Tiresiam a Creonte subornatum ea ab Apolline patefactum iri referre, quae Creon, ut regno potiretur, excogitasset.

V. 374. *Κρέων δέ — σὺ σοί*] Hoc dicit: 'non Creon facit, ut cadas; sed tua ipsius culpa id fit'. *Κρέων δέ*, quia iam obversatur *αὐτὸς σὺ σοὶ πῆμ' εἶ, Κρέων δὲ οὐδέν*. Similiter particula *γάρ*, quamquam *ἀλλὰ* interpositum est, ad sequentia pertinet Eur. Iph. T. 646 *οἶκτος γὰρ οὐ ταῦτ', ἀλλὰ χαίρετ', ὦ ξέναι*, Aristoph. Ran. 662 *οὐδὲν ποιεῖς γάρ, ἀλλὰ τὰς λαγόνας σκόπει*.

V. 375. *τέχνη τέχνης ὑπερφέρουσα*] 'Sollertia sollertiam superans', i. e. sollertia, qua quis prae ceteris hominibus eminet. Putabatur autem regis sollertia maxima esse; cfr. Philoct. 137 sq. *τέχνα γὰρ τέχνας ἑτέρας προύχει καὶ γνώμα, παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται*, i. e. *τέχνας γὰρ ἑτέρας προύχει τέχνα καὶ γνώμα ἐκείνου, παρ' ὅτῳ — ἀνάσσεται*. Adde Xenoph. Memorab. IV 2, 11 *μεγίστης ἐφίεσαι τέχνης· ἔστι γὰρ τῶν βασιλέων αὕτη καὶ καλεῖται βασιλική*. Minime autem Oedipus de sua sollertia cogitat, qua Sphingis aenigma solverit, sed, ut recte monuit Matthiaeus, tria ponit, quibus vulgo invideri soleat, divitias, imperium, summam sollertiam. Contra haec quae Hermannus nuperrime disputavit, ea probari non posse facile intelleget quicunque totius loci sensum nexumque consideraverit. De *ὑπερφέρειν* verbo genetivum adsciscente cfr. Krueg. I 47, 19.

V. 377. *ὅσος παρ' — φυλάσσεται*] Id est *ὅσος ὁ φθόνος ἐστίν, ὃς παρ' ὑμῖν φυλάσσεται*, hoc sensu: 'quantae invidiae expositae estis in hac aemulationis plena vita'.

V. 378. De forma *εἵνεκα*, pro qua etiam praepositionis loco libri *οὕνεκα* exhibere solent, cfr. m. cur. epigr. p. 36.

V. 379. *δωρητόν, αἰτητόν*, 391 *γνωτόν*: cfr. Krueg. II 22, 2, 2.

V. 381. *ὑπελθών*] Schol. rec.: *τὸ ὑπελθὼν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν παλαιόντων, ὅταν τοὺς ἀντιπάλους ὑπέρχωνται λαθόντες, ἵνα εὐχειρώτους οὕτω ποιήσαντες καταστρέψωσι*. Cfr. Philoct. 1007 *οἷ' αὖ μ' ὑπῆλθες*.

*ὑφεὶς μάγον τοιόνδε μηχανορράφον,*
*δόλιον ἀγύρτην, ὅστις ἐν τοῖς κέρδεσιν*
*μόνον δέδορκε, τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός.*
*ἐπεί, φέρ' εἰπέ, ποῦ σὺ μάντις εἶ σαφής;*
*πῶς οὐχ, ὅθ' ἡ ῥαψῳδὸς ἐνθάδ' ἦν κύων,*
*ηὔδας τι τοῖσδ' ἀστοῖσιν ἐκλυτήριον;*
*καίτοι τό γ' αἴνιγμ' οὐχὶ τοὐπιόντος ἦν*
*ἀνδρὸς διειπεῖν, ἀλλὰ μαντείας ἔδει·*
*ἣν οὔτ' ἀπ' οἰωνῶν σὺ προυφάνης ἔχων,*
*οὔτ' ἐκ θεῶν του γνωτόν· ἀλλ' ἐγὼ μολών,*
*ὁ μηδὲν εἰδὼς Οἰδίπους, ἔπαυσά νιν,*
*γνώμῃ κυρήσας οὐδ' ἀπ' οἰωνῶν μαθών·*
*ὃν δὴ σὺ πειρᾷς ἐκβαλεῖν, δοκῶν θρόνοις*
*παραστατήσειν τοῖς Κρεοντείοις πέλας.*
*κλαίων δοκεῖς μοι καὶ σὺ χὠ συνθεὶς τάδε*

V. 382. Schol.: *μηχανορράφον. τὰ φαῦλα μηχανώμενον. μάγους δὲ ἐκάλουν τοὺς ψευδεῖς φαντασίας περιτιθέντας. ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τοὺς φαρμακεῖς μάγους ἔλεγον.*

V. 383. *ἐν τοῖς κέρδεσιν μόνον δέδορκε*] Pariter Cicero Tusc. disp. V 39 de Cn. Aufidio caeco: 'videbat in litteris'. ERF. Schol.: *ἀγύρτην· πτωχόν, ὀχλαγωγόν.* Adscripsit Neuius Aesch. Ag. 1273 *καλουμένη δὲ φοιτὰς ὡς ἀγύρτρια πτωχὸς τάλαινα λιμοθνὴς ἠνεσχόμην.* De *ἀγύρτην* vocabuli usu vide Platon. de Rep. p. 364 B. C. ibique Stallbaum. p. 112 ed. suae.

V. 385. *ἐπεί*] Non 'alioqui, si secus est', ut Brunckius hic interpretatur, sed 'nam' significat, ut v. 433 et alibi saepissime. Tum de *ποῦ* particulae usu ad Ai. 1073 monuimus.

V. 386. *ῥαψῳδὸς — κύων*] Schol.: *ῥαψῳδός· ἡ Σφίγξ ἡ ῥάπτουσα τὰς ᾠδάς. κύνα δὲ αὐτὴν καλεῖ διὰ τὸ ἁρπακτικόν.* Dirissima quaeque monstra canes appellant Graeci poetae. Eur. Herc. 1274 *τήν τ' ἀμφίκρανον καὶ παλιμβλαστῆ κύνα ὕδραν φονεύσας.* Harpyias Apollonius II 289 appellat *μεγάλοιο Διὸς κύνας.* Erinyes in Electra 1387 *μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων ἄφυκτοι κύνες.* BR. Eaedem apud Aesch. Choeph. 1054 ab Oreste dicuntur *μητρὸς ἔγκοτοι κύνες.* De Sphinge ipsa confer fragm. Aeschyleae Sphingis (232 N.): *Σφίγγα, δυσαμεριᾶν πρύτανιν κύνα.* Vide I. H. Vossii Mythol. Briefe II 2, 3. Iacobsii Additam. animadvv. in Athen. p. 71 et quos ibi laudavit. ERF.

V. 388. Schol.: *τοῦ 'πιόντος· τοῦ τυχόντος. ἀντὶ τοῦ οὐ τοῦ τυχόντος ἦν σαφηνίσαι. διὰ τούτων δὲ αὔξει τὸ ἴδιον κατόρθωμα, μεῖζον καὶ μαντικῆς καὶ πάσης ἀνθρωπίνης συνέσεως.* Cfr. O. C. 752.

V. 392. *ὁ μηδὲν εἰδώς*] Hoc est: 'qui non putor vaticinandi arte praeditus esse'. Verba *ὁ μηδὲν εἰδὼς Οἰδίπους* ad spectatores commovendos vel maxime idonea illustrant vel Oedipi fortunam et condicionem vel mortalium insipientem sapientiam.

V. 393. Schol.: *κυρήσας· ἐπιτυχών.* De *οὐδέ* pro *καὶ οὐ* posito vide Krueg. II 69, 60.

V. 396. *χὠ συνθεὶς τάδε*] 'Et qui haec molitus est, i. e. excogitavit'; sic supra 373 *Κρέοντος ἢ σοῦ ταῦτα τἀξευρήματα;* De *συντιθέναι* hoc sensu usurpato apte comparat Iacobs. De-

ἀγηλατήσειν· εἰ δὲ μὴ 'δόκεις γέρων
εἶναι, παθὼν ἔγνως ἂν οἷά περ φρονεῖς.
ΧΟΡ. ἡμῖν μὲν εἰκάζουσι καὶ τὰ τοῦδ' ἔπη
ὀργῇ λελέχθαι καὶ τὰ σ', Οἰδίπου, δοκεῖ.
δεῖ δ' οὐ τοιούτων, ἀλλ' ὅπως τὰ τοῦ θεοῦ
μαντεῖ' ἄριστα λύσομεν, τόδε σκοπεῖν. 407
ΤΕΙ. εἰ καὶ τυραννεῖς, ἐξισωτέον τὸ γοῦν
ἴσ' ἀντιλέξαι· τοῦδε γὰρ κἀγὼ κρατῶ.
οὐ γάρ τι σοὶ ζῶ δοῦλος, ἀλλὰ Λοξίᾳ·
ὥστ' οὐ Κρέοντος προστάτου γεγράψομαι. 411
λέγω δ', ἐπειδὴ καὶ τυφλόν μ' ὠνείδισας·
σὺ καὶ δέδορκας κοὐ βλέπεις ἵν' εἶ κακοῦ

mosth. pr. Cor. p. 275 καὶ γὰρ εὖ πρᾶγμα συντεθὲν ὄψεσθε, ubi συνεσκευάσθη praecessit. Eur. Ion. 833 κακούργους ἄνδρας ὡς ἀεὶ στυγῶ, οἳ συντιθέντες τἄδικ' εἶτα μηχαναῖς κοσμοῦσιν.

V. 397. ἀγηλατήσειν] 'Piacula ablegare', ut recte interpretantur Suidas, Hesych., Etym. M., Glossarium quoque Herodoteum ex lib. V 72. MUSGR. Schol.: ἀγηλατήσειν. τὸ ἄγος ἀπελάσειν τὸ περὶ τὸν Λάϊον. Ratio temporis futuri ad participium κλαίων pertinet, ut sensus sit: κλαύσεσθαι δοκεῖς μοι ἀγηλατῶν. Vide ad v. 72.

V. 397 sq. εἰ δὲ — φρονεῖς] Haud leniora audit Tiresias a Pentheo ap. Eur. Bacch. 258 εἰ μή σε γῆρας πολιὸν ἐξερρύετο, καθῆσ' ἂν ἐν Βάκχαισι δέσμιος μέσαις, τελετὰς πονηρὰς εἰσάγων. BR. Locutio παθὼν ἔγνως proverbium παθόντα γνῶναι in memoriam vocat, quod ductum est ex Hom. *P* 32 et *Υ* 198 πρίν τι κακὸν παθέειν· ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω et Hes. O. D. v. 216 παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. Cfr. Liv. XXII 39 *nec eventus modo hoc docet; stultorum iste magister est*, Blomfield. ad Aesch. Ag. Gloss. v. 170.

V. 403 sq. εἰ καὶ τυραννεῖς — ἀντιλέξαι] Hoc dicit Tiresias: 'etiamsi hoc praecipuum habes, quod rex es, tamen illud commune mihi tecum debet esse, ut paria paribus referantur'. Ut proxima, ita haec quoque res Athenienses spectant, ἰσηγορίαν liberae reipublicae Atheniensium. Aliter ac Tiresias sentit chorus Aesch. Ag. 1025.

V. 406. οὐ — γεγράψομαι] 'Non in tabulis publicis tanquam Creontis cliens recensebor'. Lege cautum erat Athenis, ut μέτοικοι, i. e. inquilini, omnes civium aliquem patronum (προστάτην) sibi adoptarent idque in tabulas publicas referretur. Vide Suid. v. ἀπροστασίου, v. νέμειν προστάτην. Hesychius: προστάτου· ὥστ' οὐ Κρέοντος προστάτου γεγράψομαι. ἀπὸ τοῦ Ἀθήνησι νομίμου. ἀνάγει δὲ εἰς τοὺς ἥρωας. ἔνεμον γὰρ προστάτην οἱ μέτοικοι, καὶ οἱ μὴ ἐπιγραφόμενοι τοῦτον ἀπροστασίου δίκην ὤφειλον. MUSGR. Brunckius P. Victorii Varr. Lectt. VII 22 conferri iubet.

V. 408. σὺ καὶ δέδορκας κοὐ βλέπεις] Respondent sibi καὶ — καὶ particulae; in qua re eo minus offensionis est, quo magis poeta id egit, ut Tiresiam in toto hoc cum Oedipode colloquio obscurius et insolentius loquentem introduceret. Hinc Oedipus v. 439 ὡς πάντ' ἄγαν αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγεις. Hoc autem dicit Tiresias: 'tu et non caecus es, ut qui videndi facultate praeditus sis, et caecus es, ut qui non videas i. e. intellegas' etc. Ceterum

οὐδ' ἔνθα ναίεις οὐδ' ὅτων οἰκεῖς μέτα.
ἆρ' οἶσθ' ἀφ' ὧν εἶ; καὶ λέληθας ἐχθρὸς ὢν
τοῖς σοῖσιν αὐτοῦ νέρθε κἀπὶ γῆς ἄνω.
καί σ' ἀμφιπλὴξ μητρός τε καὶ τοῦ σοῦ πατρὸς
ἐλᾷ ποτ' ἐκ γῆς τῆσδε δεινόπους Ἀρά,
βλέποντα νῦν μὲν ὄρθ', ἔπειτα δὲ σκότον.
βοῆς δὲ τῆς σῆς ποῖος οὐκ ἔσται λιμήν,
ποῖος Κιθαιρὼν οὐχὶ σύμφωνος τάχα,
ὅταν καταίσθῃ τὸν ὑμέναιον, ὃν δόμοις
ἄνορμον εἰσέπλευσας, εὐπλοίας τυχών;
ἄλλων δὲ πλῆθος οὐκ ἐπαισθάνει κακῶν,

apte comparavit Brunck. Ai. 85 *ἐγὼ σκοτώσω βλέφαρα καὶ δεδορκότα.* Adde Aeschyl. Prom. 447 *βλέποντες ἔβλεπον μάτην*, ad quem locum schol. adfert versum Epicharmi *νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.*

V. 410. *ἆρ' οἶσθ'*] 'Num scis', i. e., si positive exprimas, 'nescis'. ERF.

V. 410 sq. *καὶ λέληθας — ἄνω*] Hoc sensu dicta sunt: *οὐκ οἶσθα ἐχθρὸς ὢν* (i. e. *ἐχθρόν σε εἶναι*) *τοῖς σοῖσιν αὐτοῦ καὶ τοῖς νέρθε* (i. e. patri tuo) *καὶ τοῖς ἐπὶ γῆς ἄνω* (i. e. matri tuae).

V. 412. Schol.: *ἀμφιπλήξ· ἡ ἐξ ἀμφοτέρων ἐλασία, ἡ ἑκατέρωθεν πλήττουσα, ἔκ τε πατρὸς καὶ μητρός.* Sic *ἀμφιπλήξ* etiam Trach. 930 et *ἀμφίπληκτος* Phil. 678 ed. meae, ubi vide notam, active positum est. At plena vis vocabuli *ἀμφιπλήξ* ex stimulo duplici explicanda est, de quo vide infra ad v. 782. Cfr. Aesch. Cho. 375 *διπλῆς γὰρ τῆσδε μαράγνης δοῦπος ἱκνεῖται.* De *τοῦ σοῦ*, secundo demum substantivo adpositis, vide Krueg. II 58, 2, 3.

V. 413. *δεινόπους*, 'horribili gressu accedens'; similiter El. 491 *χαλκόπους Ἐρινύς.* Nam *Ἀρά* est *Ἐρινύς*, ut recte iam monuit Elmsleius, qui confert Aesch. Eum. 416 *ἡμεῖς μέν ἐσμεν Νυκτὸς αἰανῆ τέκνα, Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὑπαὶ κεκλήμεθα*, et Sept. adv. Th. 722 *πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινύν.*

V. 414. *βλέποντα — σκότον*] Sic *σκότον δεδορκώς* Eur. Phoen. 377. Vide et infra 1273. MUSGR. Erfurdtius praeterea Iacobs. ad Anthol. Vol. II P. III p. 203 conferendum monet.

V. 415. *βοῆς*] Genetivus pendet a *σύμφωνος*, de qua loquendi consuetudine cfr. Krueg. II 47, 26, 7. — Scholiasta: *λιμήν· τὸν λιμένα τίθησιν ἀεὶ ἀντὶ τοῦ τόπου. τροπικῶς δὲ ἀντὶ τοῦ ποῖ οὐκ ἐλεύσῃ βοῶν.* Corruptela vocabuli *λιμήν* indicatur scriptura codicis La, in quo literae *ι* manus antiqua superscripsit *υ*, quod ad aptiorem vocem *μυχός* pertinere videtur.

V. 416. *Κιθαιρών*] Aptissime Cithaeronem potissimum montem commemorari apparet.

V. 417—418. *ὅταν καταίσθῃ — τυχών*] Ad locutionem explicandam non ab *ὑμέναιον εἰσπλεῖν* proficiscendum est, sed *ὅρμον εἰσπλεῖν εὐπλοίας τυχόντα* ad notionem prosperi successus translata esse cogitandum. Itaque nuptiarum infaustarum post aenigma Sphingis sagaciter solutum prosper successus comparari poterat cum *εἴσπλῳ εἰς ὅρμον ἄνορμον.* Cum autem *δόμοις* inutiliter adiectum sit, commodior oratio restitui potest his: *ὅταν καταίσθῃ τὸν ὑμέναιον, ὅρμον ὃν ἄνορμον εἰσέπλευσας.*

ἅ σ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις.
πρὸς ταῦτα καὶ Κρέοντα καὶ τοὐμὸν στόμα
προπηλάκιζε. σοῦ γὰρ οὐκ ἔστιν βροτῶν
κάκιον ὅστις ἐκτριβήσεταί ποτε.
ΟΙΔ. ἦ ταῦτα δῆτ' ἀνεκτὰ πρὸς τούτου κλύειν;
οὐκ εἰς ὄλεθρον; οὐχὶ θᾶσσον; οὐ πάλιν
ἄψορρος οἴκων τῶνδ' ἀποστραφεὶς ἄπει;
ΤΕΙ. οὐδ' ἱκόμην ἔγωγ' ἄν, εἰ σὺ μὴ 'κάλεις.
ΟΙΔ. οὐ γάρ τι σ' ᾔδη μῶρα φωνήσοντ', ἐπεὶ
σχολῇ σ' ἂν οἴκους τοὺς ἐμοὺς ἐστειλάμην.
ΤΕΙ. ἡμεῖς τοιοίδ' ἔφυμεν, ὡς μὲν σοὶ δοκεῖ,
μῶροι, γονεῦσι δ', οἵ σ' ἔφυσαν, ἔμφρονες.

V. 420. *ἅ σ' ἐξισώσει — τέκνοις*] Loquitur *αἰνιγματικῶς*, ut vati convenit. Quid sentiat, apertius exponit v. 457 sqq., ubi quod notione *ὁ αὐτός* explicatur, id hoc loco in verbis *ἐξισώσει σε σοί* positum est, ut sensus hic sit: 'quae ubi intellexeris, apparebit in te patrem eundem ac fratrem eorundem liberorum et coniugem eundem ac filium eiusdem mulieris'. De sigmatismo huius versus cfr. quae Elmsleius ad Eur. Med. 463 attulit.

V. 421. *πρὸς ταῦτα*] Vide ad v. 338. — *τοὐμὸν στόμα*, gl. *τοὺς ἐμοὺς λόγους*. Sic infra 671 *τὸ γὰρ σόν — ἐποικτείρω στόμα ἐλεινόν*.

V. 423. *ποτὲ* repetendum ex hac cogitatione: *οὐδείς ποτε κάκιον ἐξετρίβη ἢ σὺ ἐκτριβήσει*. De usu verbi *ἐκτρίβειν* cfr. Herod. VI 37 *πίτυος τρόπον ἐκτρίψειν*, VII 120 *κάκιστα πάντων ἀνθρώπων διατριβῆναι*.

V. 425. *οὐκ εἰς ὄλεθρον*] Vide ad v. 1115 ed. meae. — *οὐ πάλιν — ἄπει*; 'non tu rursus retrocedes et ab hac domo discedes'? Cfr. 193 *παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι πάτρας ἄπουρον*.

V. 428 sq. *οὐ γάρ τι — ἐστειλάμην*] 'Vocavi te, quia stulta te locuturum non noram; hoc enim si scissem, minime in domum meam te arcessivissem'. Eadem brevitate, qua hic *ἐπεὶ — ἐστειλάμην*, supra 318 *οὐ γὰρ ἂν δεῦρ' ἱκόμην* dictum.

V. 430. *τοιοίδε*] Ut hic explicatio huius pronominis adicitur, *μῶροι* et *ἔμφρονες*, ita in Phil. 1271 *τοιοῦτος ἦσθα — πιστός, ἀτηρὸς λάθρᾳ*. — In collocatione *μὲν* particulae, quam quidam post *σοὶ* ponendam putarunt, non erat offendendum. Vide Ant. 557 *καλῶς σὺ μὲν σοί, τοῖς δ' ἐγὼ 'δόκουν φρονεῖν*. Philoct. 279 *ὁρῶντα μὲν ναῦς — ἄνδρα δ' οὐδέν' ἔντοπον* et ibid. 1136 *ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας στυγνόν τε φῶτα*. Quibus in locis quemadmodum *μὲν* post *ὁρῶν* positum est, quia poeta, cum id poneret, in mente habebat sic pergere in apodosi: *ὁρῶντα δὲ ἄνδρα* et *ὁρῶν δὲ στυγνὸν* etc., quod eodem iure poni potuit, quo supra 259 sq. *ἔχων μὲν ἀρχὰς — ἔχων δὲ λέκτρα* dictum est: ita hoc loco *ὡς μὲν σοὶ δοκεῖ* a poeta scriptum est, quod membrum oppositum sic conformaturus erat: *ὡς δὲ γονεῦσι δοκεῖ*. Quemadmodum dixit Xenoph. Cyrop. V 2, 28 *ὡς μέν τινες ἔφασαν — ὡς δ' αὐτὸς νῦν λέγει*. Ceterum confer etiam quae ad El. 183 sqq. adnotavimus.

V. 431. *ἔμφρονες*] Gl. *φρόνιμοι*. Tum *οἵ σ' ἔφυσαν* opponuntur iis parentibus, quibus falso adhuc putabatur Oedipus

ΟΙΔ. ποίοισι; μεῖνον. τίς δέ μ' ἐκφύει βροτῶν;
ΤΕΙ. ἥδ' ἡμέρα φύσει σε καὶ διαφθερεῖ.
ΟΙΔ. ὡς πάντ' ἄγαν αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγεις.
ΤΕΙ. οὔκουν σὺ ταῦτ' ἄριστος εὑρίσκειν ἔφυς;
ΟΙΔ. τοιαῦτ' ὀνείδιζ', οἷς ἔμ' εὑρήσεις μέγαν. 441
ΤΕΙ. αὕτη γε μέντοι σ' ἡ τύχη διώλεσεν.
ΟΙΔ. ἀλλ' εἰ πόλιν τήνδ' ἐξέσωσ', οὔ μοι μέλει.
ΤΕΙ. ἄπειμι τοίνυν· καὶ σύ, παῖ, κόμιζέ με.
ΟΙΔ. κομιζέτω δῆθ'· ὡς παρὼν σύ γ' ἐμποδὼν
ὀχλεῖς συθείς τ' ἂν οὐκ ἂν ἀλγύναις πλέον.
ΤΕΙ. εἰπὼν ἄπειμ' ὧν εἵνεκ' ἦλθον, οὐ τὸ σὸν 447
δείσας πρόσωπον. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπου μ' ὀλεῖς.
λέγω δέ σοι· τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν πάλαι
ζητεῖς ἀπειλῶν κἀνακηρύσσων φόνον
τὸν Λαΐειον, οὗτός ἐστιν ἐνθάδε, 451
ξένος λόγῳ μέτοικος, εἶτα δ' ἐγγενὴς

natus esse. Est igitur nostrum deinen wirklichen Eltern.

V. 432. *ἐκφύει*] Cfr. Krueg. II 53, 1, 3.

V. 433. Schol.: *ἥδ' ἡμέρα φύσει σε· ἀντὶ τοῦ, οἵων εἶ γονέων δείκνυσι· διαφθερεῖ δὲ διὰ τὴν πήρωσιν καὶ τὴν λοιπὴν τοῦ βίου ἀνατροπήν.*

V. 435. Schol.: *οὔκουν σὺ ταῦτ' ἄριστος· ὥσπερ εἰρωνευόμενός φησιν· αἴνιγμά ἐστι· σὺ θᾶττον νοήσεις, ὅτι καὶ τὸ τῆς Σφιγγὸς αἴνιγμα πρῶτος ἐξεῦρες. ὃ δέχεται εἰς ἔπαινον.* Castigat Tiresias ea quae Oedipus v. 391 sqq. dixit.

V. 436. *οἷς ἔμ' εὑρήσεις μέγαν*] 'Quibus me', si diligentius rem perpendere volueris, 'magnum invenies'. ERF.

V. 437. *αὕτη — σ' ἡ τύχη διώλεσεν*] Intellegenda est aenigmatis solutio.

V. 438. *οὔ μοι μέλει*] 'Facile fero perniciosum mihi esse, quod aenigma illud solverim, si urbem ea re servavi.' Versus ad commovendos spectantium animos aptissimus.

V. 440 sq. *σύ γε* indignabundi est, et *ὀχλεῖς ἐμποδών*, usitata huius adverbii constructione, est 'turbas, ut sis impedimento.' HERM. De duplici *ἂν* vide ad v. 334.

V. 442. Schol.: *ἐνταῦθα παρρησιαστικώτερον ὅλον τὸ πρᾶγμα παραινίττεται, ἀμφοτέρων τοῦ ποιητοῦ στοχασαμένου, τοῦ τε τῷ δράματι συμφέροντος, ὅπως μὴ ἀνακαλύπτηται ἡ ὑπόθεσις (διὸ αἰνιγματωδῶς πάντα φησί), τοῦ τε τῷ προσώπῳ πρέποντος, ἔδει γὰρ εἰπεῖν τὸν μάντιν τὰ μετ' ὀλίγον φανησόμενα.*

V. 443. *πρόσωπον*] 'Vultum' sc. minantem, ut ex antecedentibus apparet, i. e. minas tuas. Similiter 533 *τόλμης πρόσωπον*. Apte Bothius confert Horat. Od. III 3, 3 *non voltus instantis tyranni.* — *οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπου*, 'nunquam enim', cfr. Krueg. I 61, 5, 5. Sensus est: 'abeo idcirco quod negotio defunctus sum, non ob minas tuas; nam sive manebo sive abero, nusquam me perdes'.

V. 444. *λέγω δέ σοι*] Sic supra 412 sq. *λέγω δ' — ὠνείδισας· σὺ καὶ* etc. — De locutione *τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν — οὗτος* etc. cfr. 936, Trach. 283 *τάσδε δ' ἅσπερ εἰσορᾷς, χωροῦσι πρὸς σέ*, Krueg. I 51, 10, 9.

V. 447. *ξένος λόγῳ μέτοικος*] Integra locutio haec foret: *νῦν*

φανήσεται Θηβαῖος· οὐδ' ἡσθήσεται
τῇ ξυμφορᾷ. τυφλὸς γὰρ ἐκ δεδορκότος
καὶ πτωχὸς ἀντὶ πλουσίου ξένην ἔπι
σκήπτρῳ προδεικνὺς γαῖαν ἐμπορεύσεται.
φανήσεται δὲ παισὶ τοῖς αὑτοῦ ξυνὼν
ἀδελφὸς αὑτὸς καὶ πατήρ, κἀξ ἧς ἔφυ
γυναικὸς υἱὸς καὶ πόσις, καὶ τοῦ πατρὸς
ὁμόσπορός τε καὶ — φονεύς. καὶ ταῦτ' ἰὼν
εἴσω λογίζου· κἂν λάβῃς ἐψευσμένον,
φάσκειν ἔμ' ἤδη μαντικῇ μηδὲν φρονεῖν.

(στροφὴ α'.)

ΧΟΡ. Τίς, ὅντιν' ἁ θεσπιέπεια Δελφὶς εἶπε πέτρα

μὲν ξένος λόγῳ μέτοικος ὤν. Itaque duo notanda sunt, primum anacoluthon admisisse poetam, qui, cum ita coepisset dicere, ut adiectivo μέτοικος opponi deberet adiectivum addito participio φανησόμενος, relicta incohata structura pro participio illo verbum finitum inferret. Eiusdem generis exempla reperies El. 183. 749. Ant. 805. 1141 sq. Trach. 262 sq. 667 sq., ad quos locos vide quae adnotata a me sunt. Adde huius fab. v. 1171 sq. ed. meae. Deinde tenendum est particulas νῦν μέν vel πρῶτα μέν nonnunquam omitti, continuo sequentibus εἶτα vel ἔπειτα δὲ particulis, ut ex quibus cogitando supplendas illas esse sponte appareat. Sic Hom. Λ 92 ἕλε δ' ἄνδρα Βιήνορα, ποιμένα λαῶν, αὐτόν, ἔπειτα δ' ἑταῖρον, Ὀϊλῆα πλήξιππον. Contrarium factum in hac fab. 695 sqq., ubi τανῦν opponitur suppressae particulae πάλαι.

V. 449. τῇ ξυμφορᾷ] Sc. quod civem Thebanum ipsum esse apparuerit. Sic ξυμφορά de bona fortuna usurpatum Electr. 1230 κἀπὶ ξυμφοραῖσί μοι γεγηθὸς ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο.

V. 451. σκήπτρῳ προδεικνύς] Intellege τῇ βακτηρίᾳ προδεικνὺς ἑαυτῷ τὴν ὁδόν. BR. Proprie ad προδεικνύς intellegendum τὴν γῆν, ἣν στιβεύσει, quod nihil est aliud nisi τὴν ὁδόν. Apte editt. comparant Theocr. XX 102 τὸν μὲν ἄναξ ἐτάρασσεν, ἑτώσια χερσὶ προδεικνὺς πάντοθεν et Senec. Oed. 670 *repet incertus viae, baculo senili triste praetemptans iter.*

V. 452. φανήσεται — πατήρ] 'Apparebit suorum ipsius liberorum, quibuscum versetur, fratrem eundem et patrem esse'.

V. 455. ὁμόσπορος] Τὴν αὐτὴν σπείρων γυναῖκα. SCHOL. Ut γενέτης a tragicis non solum pater, sed etiam filius (cfr. ad 470) dictus et rursus ὁμογενής hac ipsa in fab. 1361 appellatus est is, qui cum aliis procreat liberos, ita ὁμόσπορος non solum mulier dicta est (260), ἣ σπείρεται ὑπό τινος σὺν ἄλλῳ τινι, quae ab aliquo habetur cum aliquo, sed etiam, ut hoc loco, vir, qui eandem cum aliquo mulierem habet. Cum genetivo autem coniunctum hoc nomen ex eo usu, de quo exposuit Krueg. I 48, 13, 12.

V. 456. λάβῃς] Pronomen μ' quod optimus liber non habet neque legit Aristid. vol. II p. 367, 10 ed. Dind., facile suppletur, ut inutile sit scribere quod propositum est ἐψευσμένα, praesertim cum λάβῃς minus aptum foret.

V. 457. φάσκειν] Infinitivus pro imperativo positus est; cfr. Krueg. I 55, 1, 5.

V. 458 sqq. Schol.: ἀκόλουθά ἐστι τὰ τοῦ χοροῦ πρὸς τὰ προ-

ἄρρητ' ἀρρήτων τελέσαντα φοινίαισι χερσίν;
ὥρα νιν ἀελλάδων
ἵππων σθεναρώτερον
φυγᾷ πόδα νωμᾶν.
ἔνοπλος γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἐπενθρῴσκει
πυρὶ καὶ στεροπαῖς ὁ Διὸς γενέτας,
δειναὶ δ' ἅμ' ἕπονται
Κῆρες ἀναπλάκητοι.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ἔλαμψε γὰρ τοῦ νιφόεντος ἀρτίως φανεῖσα
φάμα Παρνασοῦ τὸν ἄδηλον ἄνδρα πάντ' ἰχνεύειν.

ειρημένα, νῦν δὲ οὐκ ἔστιν αὐτῷ εὐπρόσωπον ἀναλογίζεσθαι περὶ ὧν εἶπεν ὁ μάντις. διὸ ἀνατρέχει ἐπὶ τὸ μάντευμα τοῦ θεοῦ. ὁ δὲ νοῦς· τίς ἐστιν οὗτος, ὅντινα ἐμφανίζει τὸ μαντεῖον. ἢ οὕτως· τίς ἐστιν οὗτος, ὃν κατώπτευσεν ἡ Δελφὶς πέτρα, οἷον, ὁ μὴ λαθὼν τὸ μαντεῖον τοῦ Ἀπόλλωνος.

V. 458. *Δελφὶς πέτρα*] Urbs ipsa et Apollinis aedes in monte Parnaso sitae erant. Vide Strab. IX p. 418. Iustin. XXIV 6. Liv. XLII 15. ERF. Cfr. Eur. Andr. 998. Ion. 551.

V. 459. *ἄρρητ' ἀρρήτων*] Maxime nefanda; cfr. Phil. 65 *ἔσχατ' ἐσχάτων κακά*, O. C. 1238 *κακὰ κακῶν*·

V. 461. *σθεναρώτερον*] Neque hic neque apud Hom. Il. IX 505 *Ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος* adiectivum *σθεναρός* per se 'celeritatem', ut ait Erfurdtius ad hunc locum, significat, sed 'vehementiam'. Ea autem ubi cursui aut fugae attribuitur, ut hoc ipso loco, non differt sane a celeritate.

V. 462. *φυγᾷ πόδα νωμᾶν*] De locutione poetica *φυγῇ ἀπελθεῖν* pro *ἀποφεύγειν* dictum ad Phil. 1126 sq. est. Similiter Verg. Aen. IV 281 *ardet abire fuga.*

V. 463. *ἔνοπλος*] 'Armatus Iovis fulgure'. Patris autem fulmina, ut bene monuit Bothius ad hunc locum, nonnunquam usurpant Apollo et Minerva; Apollo in nummo urbis Thyreae ap. Golz. Graec. tab. 61 et Natal. Com. IV 10; Minerva cum alibi, tum apud Verg. Aen. I 42, ubi vid. Heynium. — Consule praeterea quae ad El. 1646 sq. adnotavimus.

V. 464. *πυρὶ καὶ στεροπαῖς*] Ut Iuppiter Philoct. 1198 dicitur *πυρφόρος ἀστεροπητής*, quod ignea fulmina mittit, ita hic Apollo interfectorem Lai persequi dicitur 'igne et fulminibus', quod gravius etiam, quamvis eodem sensu dictum, quo in Phil. 1199 *βροντᾶς αὐγαῖς*. — Ceterum *γενέτας* hic ut apud Eur. Ion. 916 'filium' significat. Eadem ratione *συγγενέτειρα* 'soror' est Eur. El. 746, quamquam *γενέτειρα* 'mater' esse solet.

V. 466. Schol.: *Κῆρες ἀναπλάκητοι· αἱ εἰς μηδὲν ἁμαρτάνουσαι, ἀλλὰ πάντων κρατοῦσαι, κῆρες δὲ τοῦ τελευτήσαντος Λαΐου. ἢ οὕτως· ἄφυκτοι, ἀπλάνητοι, ἀπροσπέλαστοι, ἀφανεῖς, ἃς οὐκ ἔστιν ἀποφυγεῖν.* De harum et Furiarum adfinitate cfr. Aesch. Sept. 1055 *Κῆρες Ἐρινύες.*

V. 467. *ἔλαμψε*] Vide ad v. 182.

V. 468. Schol.: *πάντα· πανταχοῦ.* Quae quanquam non satis accurata interpretatio est, siquidem *πάντα* pro *πανταχοῦ* dici non solet, tamen sensum loci multo ille rectius perspexit quam recentiores interpretes, qui perinepte *πάντα* pro accusativo generis masculini habuerunt, quasi oraculum Delphicum praecepisset, ut omnes omnino cives Thebani interfectorem Lai exquirerent. Immo certum est *πάντα*

φοιτᾷ γὰρ ὑπ' ἀγρίαν
ὕλαν ἀνά τ' ἄντρα καὶ
πετραῖος ὁ ταῦρος,
μέλεος μελέῳ ποδὶ χηρεύων,
τὰ μεσόμφαλα γᾶς ἀπονοσφίζων
μαντεῖα· τὰ δ' αἰεὶ
ζῶντα περιποτᾶται.

(στροφὴ β'.)

δεινὰ μὲν οὖν, δεινὰ ταράσσει σοφὸς οἰωνοθέτας,
οὔτε δοκοῦντ' οὔτ' ἀποφάσκονθ'· ὅ τι λέξω δ', ἀπορῶ.
πέτομαι δ' ἐλπίσιν, οὔτ' ἐνθάδ' ὁρῶν οὔτ' ὀπίσω.

neutrum esse pluralis numeri, referendum ad notionem substantivi, quod latet in verbo *ἰχνεύειν*, ita ut *πάντα ἰχνεύειν* dictum sit pro *πᾶσαν ἰχνείαν ἰχνεύειν*. Vide quae ad v. 259 sq. adnotavimus.

V. 469 sq. Schol.: *φοιτᾷ γὰρ ὑπ' ἀγρίαν ὕλαν· ἐκεῖνος ὁ πεφονευκὼς πανταχοῦ κρυπτόμενος οὐ βούλεται ἑαυτὸν ἐμφανίσαι. τὸ δὲ ἐξιχνεύειν ἐπήγαγε καὶ τὰ ἄλλα ὀνόματα τροπικῶς, ὡς ἐπὶ ἄγρας ταύρων τῶν ὑπὸ πάντων ζητουμένων καλῶν, καὶ ὥσπερ ἐν ὕλῃ κεκρυμμένων. οἰκεῖα δὲ ταῦτα τὰ ὀνόματα, ἄντρα καὶ πέτραι.*

V. 471. Reduxi quod est in cod. La a m. pr. *πετραῖος ὁ ταῦρος*, quod et poetica varietate loci adiectivo *πετραῖος* definiti, de quo dicendi genere vide Krueg. II 57, 5, 2, et consuetudine sublimioris poesis propria translatione non indicata imaginem pro re ipsa collocandi commendatur. Vulgo ex aliis libris recipiunt *πέτρας* et quod m. rec. in cod. La correxit *ὡς* mutant de Dorvill. ad Charit. p. 435 coniectura in *ἅτε*, quamquam *ἅτε* nusquam apud tragicos reperitur.

V. 472. Schol.: *μελέῳ ποδὶ χηρεύων. ἀντὶ τοῦ μηδενὶ γιγνωσκόμενος, τῇ φυγῇ μονάζων, ὃ καὶ αὐτὸ οἰκεῖον τῇ θηριώδει διαίτῃ.*

V. 473 sq. *τὰ μεσόμφαλα — μαντεῖα*] *Τὰ μεσ. γᾶς μαντεῖα* poetice dictum est pro *τὰ μεσομφάλου γῆς μαντεῖα* (cfr. ad Phil. 159 et 1101), quod eodem sensu accipiendum atque id quod modo praecessit, *τοῦ νιφόεντος φάμα Παρνασοῦ*. Item poetice oracula illa, quibus caedis investigatio mandata Thebanis erat, tanquam investigatorem ipsum interfector Lai a se arcere sive subterfugere (*ἀπονοσφίζειν*) dicitur. De verbo *ζῆν* vide ad v. 45.

V. 475. *περιποτᾶται*, ut asilus (*οἶστρος*), quoniam de tauro sermo est.

V. 476 sq. *δεινὰ — ταράσσει — οὔτε δοκοῦντ'*] id est *δεινὴν ταραχὴν ποιεῖ λέγων οὔτε δοκοῦντα* etc. Sic supra 340 *ἃ νῦν σὺ τήνδ' ἀτιμάζεις πόλιν*. De locutione autem *δεινὰ ταράσσειν* vide quae ad v. 259 adnotavi.

V. 477. Schol.: *οὔτε δοκοῦντ' οὔτ' ἀποφάσκοντα· οὔτε πιστὰ οὔτε ἄπιστα*. Similiter nos possimus dicere: weder ansprechendes noch absprechendes, i. e. neque probabilia neque improbabilia.

V. 478. *πέτομαι δ' ἐλπίσιν*] 'Inter spem metumque suspensus animi teneor'. Tetigit hanc locutionem Valck. ad Phalar. p. XVIII, quem Herm. conferri iubet. Cfr. Eur. Bacch. 332 *νῦν γὰρ*

*τί γὰρ ἢ Λαβδακίδαις ἢ*
*τῷ Πολύβου νεῖκος ἔκειτ', οὔτε πάροιθέν ποτ'*
*ἔγωγ' οὔτε τανῦν πω*
*ἔμαθον, πρὸς ὅτου δὴ βασάνῳ* – ⏑ ⏑ –
*ἐπὶ τὰν ἐπίδαμον φάτιν εἶμ' Οἰδιπόδα, Λαβδα-*
*κίδαις*
*ἐπίκουρος ἀδήλων θανάτων.*
(*ἀντιστροφὴ β'.*)
*ἀλλ' ὁ μὲν οὖν Ζεὺς ὅ τ' Ἀπόλλων ξυνετοὶ*
*καὶ τὰ βροτῶν*
*εἰδότες· ἀνδρῶν δ' ὅτι μάντις πλέον ἢ 'γὼ*
*φέρεται,*
*κρίσις οὐκ ἔστιν ἀληθής· σοφίᾳ δ' ἂν σοφίαν*
*παραμείψειεν ἀνήρ. ἀλλ'*

*πέτει τε καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖς*. Huic significationi verbi *πέτεσθαι* contraria est vis verbi *καταστῆναι* in *λέξον καταστάς* Aesch. Pers. 295. — *οὔτ' ἐνθάδ' ὁρῶν οὔτ' ὀπίσω*, 'neque praesentia neque futura intellegens', i. e. neque in praesentia aliquid videns, quo adducar, ut vera dixisse Tiresiam putem, neque intellegens, quid futurum esse possit, quo vera eum dixisse appareat. Rectissime enim Elmsleius: *ὀπίσω* 'praeterita' omnes interpretes. Immo 'futura'. Tragicus ap. Stob. XXII p. 188 Gesn. 115 Grot.: *θνητὸς πεφυκὼς τοὐπίσω πειρῶ βλέπειν.* Vide Soph. Philoct. 1105. Aesch. Suppl. 617. Eur. fragm. 50.

V. 479 sq. *τί γὰρ — νεῖκος ἔκειτ'*] Non est *τί* pro *ποῖον* positum, sed hoc dieit poeta: 'nam quid simultatis intercesserit' etc. Cetera verba recte explicuit schol. rec. ita: *τίς φιλονεικία ἔκειτο ἢ τῷ Λαΐῳ πρὸς τὸν τοῦ Πολύβου, ἤγουν τὸν Οἰδίποδα, ἢ τῷ Οἰδίποδι πρὸς τὸν Λάϊον.* Cfr. Doederl. de brachylog. p. 14.

V. 481. Metri antistrophici causa Brunckius post *ὅτου* addidit *χρησάμενος*. Sed hiatus verborum *βασάνῳ ἐπὶ* argumento est, post *βασάνῳ* aliquid intercidisse, ut *πίστιν ἔχων* quod Gust. Wolffius scite interpolavit. Idem hiatus docet, lacunam statuendam ut statuimus, non in v. antistroph. 491 de Hermanni coniectura verba *γὰρ ἐπ' αὐτῷ* delenda esse.

V. 483. *ἐπὶ τὰν ἐπ. φ. Οἰδ.*] Sensus est: 'unde exorsus bonam existimationem Oedipi oppugnem et Labdacidis vindex exsistam caedis ignotae', i. e. et ulciscar Laium investigato, qui ignotus est, interfectore eius. De futuro cuius vice fungitur *εἶμι* cfr. ad v. 170.

V. 484. *ἐπίκουρος θανάτων*] Sic *αἱμάτων ἐπίκουρος* Eur. El. 138; Orestes *paternae mortis auxilium unicum* Senecae vocatur Agam. 509. MUSGR. Pluralem numerum *θάνατοι* saepe de morte violenta usurpari monuit Seidler. ad Eur. El. 479. De plurium morte dicitur infra 1200.

V. 485. *Ζεύς*] Cur Iuppiter una cum Apolline hic memoretur, ex v. 151 patet. De sententia cfr. Eur. El. 399 *Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι χρησμοί, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ.*

V. 486 sq. Schol.: *ἀνδρῶν δ' ὅτι — ἀληθής· οὔπω πιστεύω, ὅτι οἱ μάντεις πλέον ἐμοῦ φρονοῦσιν.* Cfr. Herodot. VII 168 *ἤλπιζον πλέον τι τῶν ἄλλων οἴσεσθαι.*

*οὔποτ' ἔγωγ' ἄν, πρὶν ἴδοιμ' ὀρθὸν ἔπος,*
*μεμφομένων ἂν καταφαίην.*
*φανερὰ γὰρ ἐπ' αὐτῷ πτερόεσσ' ἦλθε κόρα*
*ποτέ, καὶ σοφὸς ὤφθη βασάνῳ θ' ἡδύπολις.*
*τῷ ἀπ' ἐμᾶς*
*φρενὸς οὔποτ' ὀφλήσει κακίαν.*

*ΚΡΕΩΝ.*

*Ἄνδρες πολῖται, δείν' ἔπη πεπυσμένος*
*κατηγορεῖν μου τὸν τύραννον Οἰδίπουν,*
*πάρειμ' ἀτλητῶν. εἰ γὰρ ἐν ταῖς ξυμφοραῖς*
*ταῖς νῦν νομίζει πρός γ' ἐμοῦ πεπονθέναι*
*λόγοισιν εἴτ' ἔργοισιν ἐς βλάβην φέρον,*
*οὔτοι βίου μοι τοῦ μακραίωνος πόθος*

V. 489. Schol.: *ἀλλ' οὔποτ' ἔγωγ' ἄν, πρίν· ἐγὼ δὲ οὐκ ἄν ποτε ἐπαινέσαιμι τοὺς μεμφομένους τὸν βασιλέα, πρὶν ἴδοιμι σαφῆ τὰ ἔργα καὶ τὴν ἀπόβασιν.* Recte Musgravius, *καταφαίην*, inquit, est 'assentiar'. Aristot. Metaphys. III 7 *ἡ διάνοια ἢ κατάφησιν ἢ ἀπόφησιν.* — Tum *μεμφομένων* genetivus absolutus est, coll. El. 1325 cum adnotatione mea. Vide Krueg. I 47, 4, 3. Fortasse scribendum *ἔπος μεμφομένων νιν, καταφαίην.*

Ib. *ὀρθὸν ἔπος*] Recte interpretatur Brunckius: dictum (sc. Tiresiae) eventu comprobatum. Cfr. v. 88.

V. 491. Schol.: *φανερὰ γάρ· ἃ μὲν ἐγκαλοῦσιν αὐτῷ, ἄδηλα, καὶ οὐ πάντως ἀληθῆ. ἃ δὲ κατώρθωσε, φανερά, ὅτε ἐπελθούσης αὐτῷ τῆς Σφιγγὸς ὤφθη σοφός.* In brevius contracta oratio est, sic explicanda: *φανερὸν γάρ ἐστιν, ὅτι, ἐπεὶ πτερόεσσα κόρη ἐπ' αὐτῷ ἦλθε, σοφὸς ὤφθη* etc. Vide quae ad Ai. 224 adnotavimus. Neque ulla offensio est in verbis *ἐπ' αὐτῷ ἦλθε*, quibus 'irruisse in Oedipum' Sphinx dicitur, cum aenigma ei proponeret, quod si non solvisset, occisus esset.

V. 492. Schol.: *βασάνῳ θ' ἡδύπολις· κρίσει τε ἡδὺς ὤφθη τῇ πόλει.*

Ib. *τῷ*] Glossema in codice *λείπει τὸ ἕνεκα*, quasi *τῶν* aut *τοῦ* scriptum sit. In apographis paucis *δ'* additum, hiatus, ut videtur, removendi causa. Sed hiatus qualis hic est *τῷ ἀπ' ἐμᾶς* in arsi Ionica non minus recte habet quam in arsi dactylica. DIND. De usu epic. voc. *τῷ* vide Krueg. II 50, 1, 5.

V. 493. *ὀφλήσει κακίαν*] Nota locutio est *ὀφλισκάνειν κακίαν, δυσσέβειαν* et similia, significans: 'auferre crimen pravitatis, impietatis'.

V. 495. Hic versus et 925 videntur huic fabulae nomen fecisse Oedipi tyranni, ut eos respicere videatur Eustathius p. 1839, 10 (Od. 658, 33). HERM.

V. 496. Schol.: *ἀτλητῶν· μὴ καρτερῶν, μὴ φέρων, δυσανασχετῶν.*

V. 497 sq. Triclinium secutus scripsit Hartungius *πρός τί μου.* Cum particula *γὲ* apta sit, facilius correxeris *ἔργοις τι πρὸς βλάβην φέρον* cll. locutionibus *πρὸς εὐδαιμονίαν, πρὸς τὸ ὑγιαίνειν φέρειν.* Sed correctionem non necessariam esse apparet ex eis quae habet Pflugkius ad Eur. Hec. 670, Krueg. I 43, 4, 10.

V. 498. *ἐς βλάβην φέρον*] Locutionem *φέρειν εἴς τι* illustrat Markland. ad Suppl. 295. Glossa: *φέρει· ἀφορᾷ, ἔρχεται.* BR. Comparat Erfurdtius 520 et 991 et Viger. p. 313 sq. ed. Herm.

V. 499. *τοῦ μακραίωνος*] Cfr.

φέροντι τήνδε βάξιν. οὐ γὰρ εἰς ἁπλοῦν
ἡ ζημία μοι τοῦ λόγου τούτου φέρει,
ἀλλ' ἐς μέγιστον, εἰ κακὸς μὲν ἐν πόλει,
κακὸς δὲ πρὸς σοῦ καὶ φίλων κεκλήσομαι.
ΧΟΡ. ἀλλ' ἦλθε μὲν δὴ τοῦτο τοὔνειδος τάχ' ἂν
ὀργῇ βιασθὲν μᾶλλον ἢ γνώμῃ φρενῶν.
ΚΡΕ. τοὔπος δ' ἐφάνθη, ταῖς ἐμαῖς γνώμαις ὅτι
πεισθεὶς ὁ μάντις τοὺς λόγους ψευδεῖς λέγοι;
ΧΟΡ. ηὐδᾶτο μὲν τάδ', οἶδα δ' οὐ γνώμῃ τίνι.
ΚΡΕ. ἐξ ὀμμάτων ὀρθῶν δὲ κἀξ ὀρθῆς φρενὸς
κατηγορεῖτο τοὐπίκλημα τοῦτό μου;
ΧΟΡ. οὐκ οἶδ'· ἃ γὰρ δρῶσ' οἱ κρατοῦντες οὐχ ὁρῶ.
αὐτὸς δ' ὅδ' ἤδη δωμάτων ἔξω περᾷ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὗτος σύ, πῶς δεῦρ' ἦλθες; ἦ τοσόνδ' ἔχεις
τόλμης πρόσωπον, ὥστε τὰς ἐμὰς στέγας

Ai. 473 αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου, Aesch. Pers. 708 ὁ μάσσων βίοτος ἦν ταθῇ πρόσω.

V. 504 sq. Schol.: ἐπειδὴ τὸ τοῦ χοροῦ πρόσωπον ἰσόρροπον δεῖ ἐν ταῖς διαίταις εἶναι, διὰ τοῦτο καὶ νῦν παραμυθεῖται τὸν Κρέοντα, ὅτι ἴσως κατ' ὀργὴν τοῦτο εἶπεν, ἐρεθισθεὶς ὑπὸ τοῦ μάντεως.

Ib. ἦλθε — τάχ' ἂν] Iungendum est τάχ' ἂν necessario cum participio βιασθὲν ὀργῇ, ita ut sensus hic sit: ἀλλὰ τοῦτο, τὸ ὄνειδος, ὃ ἦλθε, τάχ' ἂν ὀργῇ βεβιασμένον εἴη μᾶλλον etc. Cfr. O. C. 761 ὦ πάντα τολμῶν κἀπὸ παντὸς ἂν φέρων λόγου δικαίου μηχάνημα. De significatu verbi ἦλθε 'prolatum est' cfr. v. 681, O. C. 1448 νέα τάδε νεόθεν ἦλθέ μοι βαρύποτμα κακὰ παρ' ἀλαοῦ ξένου.

V. 506. τοὔπος exhibent aliquot libri pro eo quod est in cod. La τοῦ πρὸς. Schol.: ἐφάνθη· ἐρρέθη. Explicationem verbi hic quidem ex ipsis poetae verbis, quae sequuntur, ηὐδᾶτο μὲν τάδε, petere licet. Praeterea vide quae ad Trach v. 1 de usu huius verbi adnotavimus. Tum γνώμαις recte Brunckius interpretatus videtur 'consiliis'.

V. 508. οἶδα δ' οὐ] De οὐ particulae positu ad Ant. 96 diximus. Tum γνώμῃ videtur significare 'animo' vel 'animi sententia'.

V. 509. Schol.: τοῦ χοροῦ οὐκ ἔχοντος λέγειν, τίνι γνώμῃ ταῦτα ἐλέγετο, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν συμβάλλειν βουλόμενος ὁ Κρέων περὶ τοῦ βλέμματος καὶ τοῦ σχήματος, ἐν ᾧ ταῦτα ἔλεγεν ὁ Οἰδίπους, πυνθάνεται. — De ὀρθῶν ὀμμάτων vide infra ad v. 1351. ὀρθὴ φρήν Iacobsio opposita videtur τῇ σφαλείσῃ, τῇ παραφόρῳ recte. Cfr. Antiatticista p. 92, 1 εἰς ὀρθὸν φρονεῖν ἀντὶ τοῦ καλῶς φρονεῖν. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ. Eur. Med. 1129 φρονεῖς μὲν ὀρθὰ κοὐ μαίνει;

V. 510. κατηγορεῖτο etc.] 'Obiectum mihi hoc crimen est?'

V. 512. ὅδε — περᾷ] De ὅδε ad Ai. 876 monuimus, de ceteris verbis cfr. Ant. 386 ὅδ' ἐκ δόμων ἄψορρος ἐς δέον περᾷ. Eurip. Iphig. Taur. 724 γυνὴ γὰρ ἥδε δωμάτων ἔξω περᾷ.

V. 513. ἦ cum Elmsleio scripsi; libri ἤ.

Ib. τοσόνδ' ἔχεις τόλμης πρόσωπον] Poetice dictum pro τοσήνδε

ἴκου, φονεὺς ὢν τοῦδε τἀνδρὸς ἐμφανῶς
λῃστής τ' ἐναργὴς τῆς ἐμῆς τυραννίδος;
φέρ' εἰπὲ πρὸς θεῶν, δειλίαν ἢ μωρίαν
ἰδών τιν' ἔν μοι ταῦτ' ἐβουλεύσω ποιεῖν;
ἢ τοὔργον ὡς οὐ γνωριοῖμί σου τόδε
δόλῳ προσέρπον ἢ οὐκ ἀλεξοίμην μαθών;
ἆρ' οὐχὶ μῶρόν ἐστι τοὐγχείρημά σου,
ἄνευ τε πλούτου καὶ φίλων τυραννίδα
θηρᾶν, ὃ πλήθει χρήμασίν θ' ἁλίσκεται;
ΚΡΕ. οἶσθ' ὡς ποίησον; ἀντὶ τῶν εἰρημένων
ἴσ' ἀντάκουσον, κᾆτα κρῖν' αὐτὸς μαθών.
ΟΙΔ. λέγειν σὺ δεινός, μανθάνειν δ' ἐγὼ κακὸς
σοῦ· δυσμενῆ γὰρ καὶ βαρύν σ' ηὕρηκ' ἐμοί.
ΚΡΕ. τοῦτ' αὐτὸ νῦν μου πρῶτ' ἄκουσον ὡς ἐρῶ.
ΟΙΔ. τοῦτ' αὐτὸ μή μοι φράζ', ὅπως οὐκ εἶ κακός.
ΚΡΕ. εἴ τοι νομίζεις κτῆμα τὴν αὐθαδίαν
εἶναί τι τοῦ νοῦ χωρίς, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖς.

**τόλμαν προσώπου.** Cfr. Krueg. II 47, 5, 2.

V. 515. **τοῦδε τἀνδρὸς**] Id est **ἐμοῦ**. Sui occisorem appellat Oedipus Creontem, quod impulsum eum a Tiresia arguebat, ut a se diceret Laium occisum esse, cuius caedis poena morte luenda erat.

V. 518. **ἔν μοι** ex Reisigii coniectura scripsi; libri **ἐν ἐμοί**. De sententia cfr. Herodot. I 37 **οὔτε τινὰ δειλίην μοι παριδὼν οὔτε ἀθυμίην**.

V. 519. Cum Elmsleio **γνωριοῖμι** scripsi pro **γνωρίσοιμι**. Pendent haec ab eo, quod verbo praegresso **ἰδὼν** subest, **ὑπολαβών**. Ceterum **μωρίας** erat **οὐ γνωρίσαι τοὔργον**, contra **δειλίας οὐκ ἀλέξεσθαι**.

V. 520. **ἢ οὐκ** correxit A. Spengelius. Libri habent **κοὐκ**. De **ἀλεξοίμην** vide ad v. 170. — **μαθὼν** i. e. **εἰ μάθοιμι**.

V. 522. **πλούτου** anonymus in translatione Germanica a. 1803 pro **πλήθους** scripsit. Sic ut **φίλων — πλήθει**, ita **πλούτου — χρήμασιν** inter se respondent. Bene monet Matthiaeus, **φίλους** intellegi non tam eos qui regis corpus armis stipant quam eos qui pecunia et opibus eum adiuvant, quod Pisistrato contigisse legimus apud Herodotum I 61.

V. 522 sq. **τυραννίδα θηρᾶν, ὃ**] Sic Eur. Helen. 1686 sq., quem locum Erf. adtulit: **καὶ χαίρεθ', Ἑλένης εἵνεκ' εὐγενεστάτης γνώμης, ὃ πολλαῖς ἐν γυναιξὶν οὐκ ἔνι.** Alia exempla vide ap. Krueg. I 58, 3, 6 et 61, 7, 9.

V. 524. **οἶσθ' ὡς ποίησον;**] 'Fac, scin quomodo?' Cfr. Krueg. II 54, 4, 2.

V. 526 sq. **μανθάνειν σοῦ**] Cfr. 574, Krueg. II 47, 10, 10. Sententiam profert Oedipus ominosam.

V. 527. **βαρὺν**] A quo grave quid metuendum; cf. Antig. 767. 1251. 1256.

V. 528. **τοῦτ' αὐτό**] 'Neque infensum me tibi neque perniciosum esse'.

V. 529. **τοῦτ' αὐτό**] Acerbe et hic et in ea, quae sequitur, responsione iisdem, quibus Creon usus erat, verbis orationem incipit. Recte Herm. ad Eur. Androm. 576: 'Altercantes eadem dicendi forma, qua alter usus erat, respondent'.

ΟΙΔ. εἴ τοι νομίζεις ἄνδρα συγγενῆ κακῶς
δρῶν οὐχ ὑφέξειν τὴν δίκην, οὐκ εὖ φρονεῖς.
ΚΡΕ. ξύμφημί σοι ταῦτ' ἔνδικ' εἰρῆσθαι· τὸ δὲ
πάθημ' ὁποῖον φῂς παθεῖν δίδασκέ με.
ΟΙΔ. ἔπειθες, ἢ οὐκ ἔπειθες, ὡς χρείη μ' ἐπὶ
τὸν σεμνόμαντιν ἄνδρα πέμψασθαί τινα;
ΚΡΕ. καὶ νῦν ἔθ' αὐτός εἰμι τῷ βουλεύματι.
ΟΙΔ. πόσον τιν' ἤδη δῆθ' ὁ Λάϊος χρόνον —
ΚΡΕ. δέδρακε ποῖον ἔργον; οὐ γὰρ ἐννοῶ.
ΟΙΔ. ἄφαντος ἔρρει θανασίμῳ χειρώματι;
ΚΡΕ. μακροὶ παλαιοί τ' ἂν μετρηθεῖεν χρόνοι.
ΟΙΔ. τότ' οὖν ὁ μάντις οὗτος ἦν ἐν τῇ τέχνῃ;
ΚΡΕ. σοφός γ' ὁμοίως κἀξ ἴσου τιμώμενος.
ΟΙΔ. ἐμνήσατ' οὖν ἐμοῦ τι τῷ τότ' ἐν χρόνῳ;
ΚΡΕ. οὔκουν ἐμοῦ γ' ἑστῶτος οὐδαμοῦ πέλας.
ΟΙΔ. ἀλλ' οὐκ ἔρευναν τοῦ θανόντος ἔσχετε;
ΚΡΕ. παρέσχομεν, πῶς δ' οὐχί; κοὐκ ἠκούσαμεν.
ΟΙΔ. πῶς οὖν τόθ' οὗτος ὁ σοφὸς οὐκ ηὔδα τάδε;
ΚΡΕ. οὐκ οἶδ'· ἐφ' οἷς γὰρ μὴ φρονῶ σιγᾶν φιλῶ.
ΟΙΔ. τόσον δέ γ' οἶσθα καὶ λέγοις ἂν εὖ φρονῶν.

V. 533. Schol.: οὐχ ὑφέξειν· οὐκ ἐκτίσειν τὴν τιμωρίαν.

V. 537. Schol.: σεμνόμαντιν· ἐν εἰρωνείᾳ. Ceterum recte iam ab aliis monitum est nihil in medio πέμψασθαι offensionis esse, ut quo Oedipus significetur aliquem sua causa iussus esse mittere, ut ad se veniret Tiresias.

V. 538. αὐτός εἰμι τῷ βουλεύματι] Sic Philoct. 521 τότ' οὐκ ἔθ' αὐτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῇς et Thucyd. III 38, quem comparat Elmsleius: ἐγὼ μὲν οὖν ὁ αὐτός εἰμι τῇ γνώμῃ.

V. 540. οὐ γὰρ ἐννοῶ] Creon cum non intellegeret, quo consilio de Laio inciperet loqui Oedipus, orationem eius interpellavit.

V. 541. θανασίμῳ χειρώματι] 'Mortifera subactione' i. e. a latronibus subactus. Cfr. Ai. 1033 ὄλωλε θανασίμῳ πεσήματι.

V. 542. μακροὶ παλαιοί τ'] Gl. ἐπὶ πολὺ διήκοντες καὶ πάλαι ἀρξάμενοι. BR. Hoc dicit: μακρὸς παλαιός τ' ἂν χρόνος εἴη, εἰ μετρηθείη.

V. 543. ἦν ἐν τῇ τέχνῃ] Sic Ai. 271 ἦν ἐν τῇ νόσῳ. Cfr. Abresch. Auctar. Thucyd. ad calcem Animadv. in Aesch. T. II p. 405 et Vig. de Idiot. p. 607 ed. Herm. ERF.

V. 545. De forma rara ἐμνησάμην vide Krueg. II 39 s. v. μιμνήσκω.

V. 547. ἔρευναν ἔσχετε] Gl. ζήτησιν ἐποιήσατε. BR.

V. 548. Iure iam aliis παρέσχομεν offensioni fuit. Exspectatur simplex ἔσχομεν. Non male Schneidewinus ἀλλ' ἔσχομεν coniecit.

Ib. κοὐκ ἠκούσαμεν] Ne quis κοὐκ pro κοὔτοι positum putet, tenendum est cohaerere verba παρέσχομεν κοὐκ ἠκούσαμεν, parenthetice interiectis πῶς δ' οὐχί; 'habuimus; cur non? neque quicquam comperimus'.

ΚΡΕ. ποῖον τόδ'; εἰ γὰρ οἶδά γ', οὐκ ἀρνήσομαι.
ΟΙΔ. ὁθούνεκ', εἰ μὴ σοὶ ξυνῆλθε, τὰς ἐμὰς
οὐκ ἄν ποτ' εἶπε Λαΐου διαφθοράς.
ΚΡΕ. εἰ μὲν λέγει τάδ', αὐτὸς οἶσθ'· ἐγὼ δέ σου
μαθεῖν δικαιῶ ταὔθ', ἅπερ κἀμοῦ σὺ νῦν.
ΟΙΔ. ἐκμάνθαν'· οὐ γὰρ δὴ φονεὺς ἁλώσομαι.
ΚΡΕ. τί δῆτ'; ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν γήμας ἔχεις;
ΟΙΔ. ἄρνησις οὐκ ἔνεστιν ὧν ἀνιστορεῖς.
ΚΡΕ. ἄρχεις δ' ἐκείνῃ ταὐτὰ γῆς ἴσον νέμων;
ΟΙΔ. ἂν ᾖ θέλουσα, πάντ' ἐμοῦ κομίζεται.
ΚΡΕ. οὔκουν ἰσοῦμαι σφῷν ἐγὼ δυοῖν τρίτος;
ΟΙΔ. ἐνταῦθα γὰρ δὴ καὶ κακὸς φαίνει φίλος.

V. 553. Schol.: *ὁ μάντις εἰ μὴ ἐλάμβανέ σε κοινωνὸν τοῦ βουλεύματος, οὐκ ἄν με ἔφη τοῦ Λαΐου φονέα.* Verborum *τὰς ἐμὰς* etc. sensus hic sit necesse est: 'non meam Lai occisionem dixisset', i. e. non a me occisum esse Laium dixisset. Olim ex Lud. Doederlini coniectura scripsi *τάσδ' ἐμάς*. Nunc librorum scripturam revocavi. Articulus eadem ratione, qua *καλεῖν, ἀποκαλεῖν τινα τὸν προδότην* dicitur, positus esse videtur, ex recta oratione *αἱ σαὶ διαφθοραί* explicandus. Cfr. Trach. 1249 *τὸ σὸν θεοῖσι δεικνὺς ἔργον.*

V. 555 sq. *σοῦ μαθεῖν ταὐτά*] Proprie: 'eandem tui percontationem instituere'; cfr. quae ad 259 monui. Hoc autem dicit Creon: Eodem modo, quo tu interrogando me probare studuisti subornatum a me Tiresiam esse, ego te interrogando probabo non posse a me Tiresiam subornatum esse.

V. 557. *ἐκμάνθαν'*] Suspicatur Oedipus id agere Creontem, ut a se occisum esse Laium ostendat. Contra Creon explicare incipit, qua de causa ipse existimari non possit id agere, ut Laio expulso regno potiatur.

V. 559. *οὐκ ἔνεστιν*] Sic Electr. 527 *ἔξοιδα· τῶνδ' ἄρνησις οὐκ ἔνεστί μοι.* Similiter in Soph. fr. Creus. 326 ed. Dind.: *ἥδιστον δ' ὅτῳ πάρεστι λῆψις ὧν ἐρᾷ καθ' ἡμέραν.*

V. 560. *ἄρχεις δ' ἐκείνῃ ταὐτά*] Vulgo *γῆς* ex *ἴσον* aptum putant esse. Quod si verum esset, non tam potestatem quam fines regni inter se divisos haberent rex et regina. Id autem alienissimum. Immo *γῆς* ex *ἄρχεις* pendet. Illud autem dubitari potest, significetne *ἴσον νέμων* quod visum est editoribus, 'parem regni partem obtinens et administrans', ut v. 201 *ἀστραπᾶν κράτη νέμων*, coll. v. 237. Ant. 1016, an potius 'parem dignitatem tribuens' sc. Iocastae, ut Philoct. 1020 *οὐδὲν ἡδὺ γὰρ θεοὶ νέμουσί μοι*, coll. v. 1062. Ant. 1371. At posterior ratio multo praestat; nam de liberalitate Oedipi sermo est, quae in dando posita est, non de potentia eiusdem, quae in obtinendo cernitur. DOEDERL. Non videntur illa a Sophocle scripta esse, quo digna potius sunt haec: *ταὐτὰ τῆς τιμῆς νέμων*, 'parem regiae dignitatis partem tribuens'. Cfr. Phil. 1062 *τιμὴν ἐμοὶ νείμειεν* et Hom. *I* 616 *ἶσον ἐμοὶ βασίλευε καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς.*

V. 560. *ἐμοῦ κομίζεται*] Cfr. 1163 *ἐδεξάμην δέ του*, Krueg. II 46, 1, 7.

V. 563. *ἐνταῦθα* etc.] Creontem non contentum esse significat tertia potestatis parte, sed solum regnare velle, quam criminationem is diluit versibus proximis. DIND. Castigat maxime

ΚΡΕ. οὐκ, εἰ διδοίης γ', ὡς ἐγώ, σαυτῷ λόγον.
σκέψαι δὲ τοῦτο πρῶτον, εἴ τιν' ἂν δοκεῖς
ἄρχειν ἑλέσθαι ξὺν φόβοισι μᾶλλον ἢ
ἄτρεστον εὕδοντ', εἰ τά γ' αὔθ' ἕξει κράτη.
ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' αὐτὸς ἱμείρων ἔφυν
τύραννος εἶναι μᾶλλον ἢ τύραννα δρᾶν,
οὔτ' ἄλλος ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.
νῦν μὲν γὰρ ἐκ σοῦ πάντ' ἄνευ φόβου φέρω·
εἰ δ' αὐτὸς ἦρχον, πολλὰ κἂν ἄκων ἔδρων.
πῶς δῆτ' ἐμοὶ τυραννὶς ἡδίων ἔχειν
ἀρχῆς ἀλύπου καὶ δυναστείας ἔφυ;
οὔπω τοσοῦτον ἠπατημένος κυρῶ,
ὥστ' ἄλλα χρῄζειν ἢ τὰ σὺν κέρδει καλά.
νῦν πᾶσι χαίρω, νῦν με πᾶς ἀσπάζεται,
νῦν οἱ σέθεν χρῄζοντες αἰκάλλουσί με·
τὸ γὰρ τυχεῖν αὐτοῖς ἅπαν ἐνταῦθ' ἔνι.
πῶς δῆτ' ἐγὼ κεῖν' ἂν λάβοιμ' ἀφεὶς τάδε;

perfidiam, qua imperii communicati beneficium referat insidiis.

V. 564. ὡς ἐγὼ] Alii Triclinium secuti interpretantur ὡς ἐγὼ ἐμαυτῷ, ἤγουν σκέψαι ὡς ἐγὼ σκέπτομαι, alii ὡς ἐγὼ σοί. Sed recte Heimsoethius ἐγὼ in ἔχω mutavisse videtur, ut v. 1061 plurimi et optimi libri ἔχω pro ἐγὼ exhibent. Comparant editt. Eur. Med. 872 ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην et Herodt. II 162 extr. οὐδένα λόγον ἑωϋτῷ δόντα, ubi vid. Wesselingium.

V. 565. ἂν δοκεῖς etc.] Pertinere ἂν particulam ad ἑλέσθαι iam Triclinius monuit.

V. 567. ἄτρεστον εὕδοντ'] Scil. ἄρχειν. Verbum εὕδειν metaphorico sensu, 'tranquillum esse', etiam supra v. 65 usurpatum.

V. 568. ἱμείρων ἔφυν etc.] Similiter Phil. 1052 νικᾶν γε μέντοι πανταχοῦ χρῄζων ἔφυν. De sententia comparat Brunck. Eur. Hipp. 1013 sqq.

V. 569. τύραννα δρᾶν] 'Regia agere', i. e. regia potestate frui. Cfr. Ant. 1169 καὶ ζῆ τύραννον σχῆμ' ἔχων. Saepius τύραννος pro τυραννικός Aeschylus et Euripides usurparunt.

V. 571. φέρω] Exspectes φέρομαι. Sed vide quae ad O. C. 6 adnotata sunt.

V. 575. οὔπω — κυρῶ] 'Nondum in tanto errore versor', i. e. nondum ita stultus sum.

V. 576. τὰ σὺν κέρδει καλά] Vide ad v. 55.

V. 577. νῦν πᾶσι χαίρω] Recte Brunckius: 'nunc omnibus oblector', id est nunc omnes amo et (νῦν — ἀσπάζεται) vicissim ab omnibus amor.

V. 578. αἰκάλλουσί με ex Lud. Dindorfii coniectura scripsi. Libri inepte ἐκκαλοῦσί με.

V. 579. τὸ γὰρ τυχεῖν ἅπαν ἔστιν αὐτοῖς ἐνταῦθα, ἤγουν ἐν ἐμοί, 'omnia quae cupiunt ut consequantur in me positum esse intellegunt'. De τυγχάνω cum quarto casu iuncto vide ad Eur. Med. 758. BR. Praestabit fortasse ἐνταῦθα explicare ἐν τούτῳ, id est ἐν τῷ αἰκάλλειν με, nisi potius versus spurius putari debet, cuius numeros corrigunt ex libris deterioribus αὐτοῖσι πᾶν recipientes.

V. 580. κεῖν' ἂν — τάδε] Κεῖνα, i. e. τύραννος εἶναι, τάδε, i. e. τύραννα δρᾶν.

*οὐκ ἂν γένοιτο νοῦς κακὸς καλῶς φρονῶν.*
*ἀλλ᾽ οὔτ᾽ ἐραστὴς τῆσδε τῆς γνώμης ἔφυν,*
*οὔτ᾽ ἂν μετ᾽ ἄλλου δρῶντος ἂν τλαίην ποτέ.*
*καὶ τῶνδ᾽ ἔλεγχον, τοῦτο μὲν Πυθώδ᾽ ἰὼν*
*πυθοῦ τὰ χρησθέντ᾽ εἰ σαφῶς ἤγγειλά σοι·*
*τοῦτ᾽ ἄλλ᾽, ἐάν με τῷ τερασκόπῳ λάβῃς*
*κοινῇ τι βουλεύσαντα, μή μ᾽ ἁπλῇ κτάνῃς*
*ψήφῳ, διπλῇ δέ, τῇ τ᾽ ἐμῇ καὶ σῇ, λαβών.*
*γνώμῃ δ᾽ ἀδήλῳ μή με χωρὶς αἰτιῶ·*
*οὐ γὰρ δίκαιον οὔτε τοὺς κακοὺς μάτην*
*χρηστοὺς νομίζειν οὔτε τοὺς χρηστοὺς κακούς.*
*φίλον γὰρ ἐσθλὸν ἐκβαλεῖν ἴσον λέγω*
*καὶ τὸν παρ᾽ αὑτῷ βίοτον, ὃν πλεῖστον φιλεῖ.*
*ἀλλ᾽ ἐν χρόνῳ γνώσει τάδ᾽ ἀσφαλῶς· ἐπεὶ*
*χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος,*

V. 581. Schol.: *φρονῶν· ὁ καλῶς φρονῶν νοῦς οὐκ ἂν κακὸς γένοιτο.* Negat eum, qui bene sentiat, prava posse consilia concipere.

V. 582. *ἀλλ᾽ οὔτ᾽ — ἔφυν*] 'Sed neque ipse in hac sententia i. e. voluntate esse consuevi'; scil. ut rex esse vellem (*κεῖνα λάβοιμι*). Frequentat autem Sophocles, quod monuit iam Brunck. ad hunc locum, verbum *ἐρᾶν* et nomen *ἔρως* pro 'cupere, optare, fovere'. Vide O. C. 436, 512. Ai. 967. Phil. 651, 660.

V. 583. *τλαίην ποτέ*] Ex *δρῶντος* repetendum *δρᾶν*. ERF. De usu verbi *τλῆναι* ad O. C. 180 monitum est. Probabiliter coniecit Heimsoethius *δρᾶν τόδ᾽ ἂν τλαίην.*

V. 584. *τῶνδ᾽ ἔλεγχον*] De hoc appositionis genere vide Krueg. II 57, 10, 6. — *τοῦτο μὲν — τοῦτ᾽ ἄλλο*, 'primum — deinde' pro eo quod aliquoties apud Atticos scriptores, crebro apud Herodotum invenitur *τοῦτο μὲν — τοῦτο δέ.* Cfr. Ant. 165 *τοῦτο μὲν — τοῦτ᾽ αὖθις*, ib. 61 *τοῦτο μὲν — ἔπειτα*, Phil. 1345 *τοῦτο μὲν — εἶτα*, Ai. 670 *τοῦτο μὲν — δέ.*

V. 585. *πυθοῦ* habet cod. Pal., *πύθου* Flor. *Γ*. In La *πεύθου* in litura. Fuit *επυθου*, unde apparet archetypum *πυθου* litera *ε* superscripta exhibuisse. Sententia flagitat aoristum.

V. 588. Schol.: *διπλῇ δέ· ὅτι καὶ αὐτὸς τὸν ἐμαυτοῦ καταψηφίσομαι θάνατον.*

V. 589. *γνώμῃ ἀδήλῳ*] 'Opinione incerta'. Cfr. 681 *δόκησις ἀγνὼς λόγων.* — *χωρίς*, 'privatim' (einseitig), i. e. sine me, mea defensione non audita.

V. 590. *μάτην*] Gl. *ἀνεξετάστως.* BRUNCK.

V. 593. *τὸν παρ᾽ αὑτῷ βίοτον*] Maluit *τὸν παρ᾽ αὑτῷ βίοτον* hic dicere, quam id, quod exspectes, *τὸν αὑτοῦ βίοτον*, quod vitam opponit amico, qui apud aliquem versetur. Comparare licet *ὁ χρόνος ξυνών* O. C. 7. Valde vero commendatur quod in aliquot libris invenitur *παρ᾽ αὑτοῦ* solito dicendi genere, de quo vide Krueg. I 50, 8, 10. — De *ὃν πλεῖστον φιλεῖ* (*τις*) vide eundem 61, 4, 5.

V. 595 sq. *χρόνος δίκαιον — μιᾷ*] Sententia, de qua dixi in A. Soph. emend. p. 140 sq., in eo posita est, quod unum flagitium pravos mores pravumque ingenium satis illustrat, uno bono facinore probitas et fides hominis non potest comprobari et

κακὸν δὲ κἂν ἐν ἡμέρᾳ γνοίης μιᾷ.
ΧΟΡ. καλῶς ἔλεξεν εὐλαβουμένῳ πεσεῖν,
ἄναξ. φρονεῖν γὰρ οἱ ταχεῖς οὐκ ἀσφαλεῖς.
ΟΙΔ. ὅταν ταχύς τις οὑπιβουλεύων λάθρᾳ
χωρῇ, ταχὺν δεῖ κἀμὲ βουλεύειν πάλιν.
εἰ δ' ἡσυχάζων προσμενῶ, τὰ τοῦδε μὲν
πεπραγμέν' ἔσται, τἀμὰ δ' ἡμαρτημένα.
ΚΡΕ. τί δῆτα χρῄζεις; ἦ με γῆς ἔξω βαλεῖν;
ΟΙΔ. ἥκιστα. θνῄσκειν, οὐ φυγεῖν σε βούλομαι.
ΚΡΕ. ὅταν προδείξῃς οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν.
ΟΙΔ. ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις;
ΚΡΕ. οὐ γὰρ φρονοῦντά σ' εὖ βλέπω.
ΟΙΔ. τὸ γοῦν ἐμόν.
ΚΡΕ. ἀλλ' ἐξ ἴσου δεῖ κἀμόν.
ΟΙΔ. ἀλλ' ἔφυς κακός.

longo demum temporis spatio constantiae fiducia paratur.

V. 597. *καλῶς — πεσεῖν*] 'Optime dixit ei, qui cavet, ne cadat', i. e. diligenter haec, quae dixit, considerabit is, qui cavet, ne praeceps feratur. De *πεσεῖν* cfr. Elmsleius El. 398 *ἐξ ἀβουλίας πεσεῖν* et 429 *μηδ' ἀβουλίᾳ πεσεῖν*.

V. 598. Schol.: *ὁ γὰρ ταχὺ βουλευόμενος καὶ μὴ πολλάκις βασανίζων τὴν γνώμην σφάλλεται, πρὸς ὃ ὁ Οἰδίπους φησίν, ὅτι πρὸς τὰς ταχείας ἐπιβουλὰς δεῖ ταχεῖαν καὶ τὴν ἄμυναν εἶναι*. Cfr. Theogn. 633 *βουλεύου δὶς καὶ τρὶς ὅ τοι κ' ἐπὶ τὸν νόον ἔλθῃ· ἀτηρὸς γάρ τοι λάβρος ἀνὴρ τελέθει*. His et v. 673—675 tragica quae dicitur culpa Oedipi vel maxime illustratur. Cfr. quae Antigona patrem commonet O. C. 1197 *κἂν κεῖνα (i. e. πατρῷα καὶ μητρῷα πήμαθ' ἅπαθες) λεύσσῃς, οἶδ' ἐγώ, γνώσει κακοῦ θυμοῦ τελευτὴν ὡς κακὴ προσγίγνεται*.

V. 599 sq. *ταχύς τις — χωρῇ*] Exspectaveris *ταχύ τι χωρῇ*, sed vide quae ad Philoct. 1062 adnotavimus. De *τὶς* pronomine cum masculino adiectivi coniuncto satis dixit Passovius Lex. Gr. sub illo pronomine. — *βουλεύειν πάλιν* i. q. *ἀντιβουλεύειν*.

V. 602. *τἀμά*] Scil. *τὰ βουλεύματα*, ut ex 600 apparet. — *ἡμαρτημένα*, 'irrita erunt'.

V. 605. *οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν*] Optime hoc exponit gl. in B: *οἷός ἐστιν ὁ ἐμὸς πρὸς σὲ φθόνος*, cum primum ostenderis, quae mea sit erga te invidia. BR. Hunc sensum adiuvat particula *γὲ* adiecta quam adici iussit Meinekius (*προδείξῃς γ'*).

V. 607—611. Recte monet Iacobsius breves has enuntiationes obscurius elatas iram magis magisque incensam indicare.

V. 607. *τὸ γοῦν ἐμόν*] Scil. *εὖ φρονῶ*, id est 'mearum certe rerum intellegentiam habeo'. Quod ita dicit Oedipus, ut quid sibi conducat intellegere se adsignificet. Cfr. quae sunt in fragm. Eur. a Weilio nuper edito v. 11 *εἰ τἄλλα κρίνειν ἐστὶν ἀνόητον γυνή, περὶ τῶν γ' ἑαυτῆς πραγμάτων ἴσως φρονεῖ*.

V. 608. *κἀμόν* i. e. *καὶ (τὸ) ἐμόν*. Cfr. O. C. 606 *καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τἀμὰ κἀκείνων πικρά*; Trach. 1068 *εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ κείνης ὁρῶν κτἑ.*, El. 991 *τῷ λέγοντι καὶ κλύοντι σύμμαχος*, Eur. Phoen. 474 *προυσκεψάμην τοὐμόν τε καὶ τοῦδε*.

ΚΡΕ. εἰ δὲ ξυνιεῖς μηδέν;
ΟΙΔ. ἀρκτέον γ' ὅμως.
ΚΡΕ. οὔτοι κακῶς γ' ἄρχοντος.
ΟΙΔ. ὦ πόλις, πόλις.
ΚΡΕ. κἀμοὶ πόλεως μέτεστιν, οὐχὶ σοὶ μόνῳ.
ΧΟΡ. παύσασθ', ἄνακτες· καιρίαν δ' ὑμῖν ὁρῶ
τήνδ' ἐκ δόμων στείχουσαν Ἰοκάστην, μεθ' ἧς
τὸ νῦν παρεστὸς νεῖκος εὖ θέσθαι χρεών.

## ΙΟΚΑΣΤΗ.

Τί τὴν ἄβουλον, ὦ ταλαίπωροι, στάσιν
γλώσσης ἐπήρασθ', οὐδ' ἐπαισχύνεσθε γῆς
οὕτω νοσούσης ἴδια κινοῦντες κακά;
οὐκ εἶ σύ τ' οἴκους σύ τε, Κρέον, κατὰ στέγας,
καὶ μὴ τὸ μηδὲν ἄλγος εἰς μέγ' οἴσετε;

V. 609. ξυνιεῖς scripsi cum Brunckio pro eo quod habet La ξυνίεις. Vulgo ξυνίης. De Attica forma ἱεῖς, τιθεῖς vide Cobet. Var. Lect. p. 221, A. de Bamberg. in Annal. gymn. Berolin. vol. XXVIII (1874) p. 28. Schol.: μηδέν· ὧν ὑπονοεῖς. — ἀρκτέον γ' ὅμως· ἀλλὰ χρὴ βασιλεύειν. Immo, G. Dindorfius inquit, βασιλεύεσθαι, cum ἀρκτέον hic passive dicatur; qui frequens est adiectivi verbalis ἡσσητέος usus, rarior aliorum. Cfr. Krueg. I 56, 18, 4. — Apparet autem e verbis sequentibus Creontis hoc dictum ab Oedipo esse debere: ʻnihilominus oportet cives regi se pati, i. e. regnum ferre'. Ad quae respondet Creon: ʻminime vero, male cum quis regnat'.

V. 610 sqq. ὦ πόλις, πόλις] Oedipus, cum a Creonte male regnare dictus esset, civitatem, quam bene se administrasse sibi conscius erat, appellat, ut iniuriam sibi inlatam ulciscatur. Ei Creon ita respondet, ut sibi quoque civi cives opem laturos iniuriamque, qua ab Oedipo adfectus esset, ulturos esse dicat.

V. 614. εὖ θέσθαι] Conferendum El. 1434 βᾶτε κατ' ἀντιθύρων ὅσον τάχιστα, νῦν, τὰ πρὶν εὖ θέμενοι, τάδ' ὡς πάλιν.

V. 615 sq. στάσιν γλώσσης] Similiter Trach. 1179 ταρβῶ μὲν ἐς λόγου στάσιν τοιάνδ' ἐπελθών.

V. 616. ἐπήρασθ' ex optimis codd. probante Elmsleio recepi pro ἐπήρατ'. Confert Elmsl. Demosth. pro cor. p. 302 ed. Reisk.: ταύτην τὴν φωνὴν ἐκεῖνος ἀφῆκε δι' ἐμέ, πολλοὺς καὶ θρασεῖς τὰ πρὸ τούτων ἐπαιρόμενος λόγους.

E. 617. Schol.: ἴδια κινοῦντες κακά· φιλονεικοῦντες.

V. 618 sq. οὐκ εἶ σύ τ' — καὶ μὴ — οἴσετε;] Frequens haec particularum οὐ et μή in interrogatione coniunctio, ita ut οὐ particula aliquid fieri iubeatur, οὐ μὴ particulis aliquid fieri vetetur. Sic Ai. 75 οὐ σῖγ' ἀνέξει, μηδὲ δειλίαν ἀρεῖ; Trach. 1183 οὐ θᾶσσον οἴσεις, μηδ' ἀπιστήσεις ἐμοί; Eurip. Hippol. 498 ὦ δεινὰ λέξασ', οὐχὶ συγκλῄσεις στόμα, καὶ μὴ μεθήσεις αὖθις αἰσχίστους λόγους; Helen. 437 οὐκ ἀπαλλάξει δόμων, καὶ μὴ πρὸς αὐλείοισιν ἑστηκὼς πύλαις ὄχλον παρέξεις δεσπόταις;

Ib. οἴκους . . κατὰ στέγας] Kvičala requirit οἶκον i. e. κατὰ στέγας οἶκον. At Creontem in alia domo habitare, cognoscitur ex v. 676 et 515.

V. 619. Schol. rec.: τὸ μηδὲν ἄλγος· καὶ μὴ τὴν οὐδαμινὴν

ΚΡΕ. ὅμαιμε, δεινά μ' Οἰδίπους ὁ σὸς πόσις
δρᾶσαι δικαιοῖ, δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν,
ἢ γῆς ἀπῶσαι πατρίδος ἢ κτεῖναι λαβών.
ΟΙΔ. ξύμφημι· δρῶντα γάρ νιν, ὦ γύναι, κακῶς
εἴληφα τοὐμὸν σῶμα σὺν τέχνῃ κακῇ.
ΚΡΕ. μή νυν ὀναίμην, ἀλλ' ἀραῖος, εἴ σέ τι
δέδρακ', ὀλοίμην, ὧν ἐπαιτιᾷ με δρᾶν.
ΙΟΚ. ὦ πρὸς θεῶν πίστευσον, Οἰδίπους, τάδε,
μάλιστα μὲν τόνδ' ὅρκον αἰδεσθεὶς θεῶν,
ἔπειτα κἀμὲ τούσδε θ', οἳ πάρεισί σοι.
(στροφὴ α'.)
ΧΟΡ. πιθοῦ θελήσας φρονήσας τ', ἄναξ, λίσσομαι.
ΟΙΔ. τί σοι θέλεις δῆτ' εἰκάθω;
ΧΟΡ. τὸν οὔτε πρὶν νήπιον νῦν τ' ἐν ὅρκῳ μέγαν
καταίδεσαι.

λύπην εἰς μέγα κομίσετε. Immo recte monuit Musgravius substantivum ἄλγος non cum verbis τὸ μηδέν, de quibus vide quae ad Aiac. 1208 monita sunt, sed cum εἰς μέγα iungendum esse.

V. 621 sq. Schol.: ἀποκρίνας· ἓν τῶν δύο ποιήσας. De synizesi cfr. Herm. Elem. doctr. metr. p. 53, qui ad hunc locum comparat scriptorem Phoenicis v. 28 *duodecies undis irrigat omne nemus*. Cum autem haec synizesis nullo tragicorum exemplo probetur, Dindorfius eleganter scripsit δρᾶσαι δικαιοῖ, θάτερον δυοῖν κακοῖν, monens verbum ἀποκρίνας neminem illo sensu usurpavisse. Sed alia suadent v. 621 sq., quibus Creonti non optio datur aut caedem aut exilium eligendi sed caedes statuitur. Fortasse et verba δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν et v. proximus ex interpretatione et explicatione repetenda sunt poetaque nihil aliud scripsit nisi haec: δρᾶσαι δικαιοῖ, θάνατον ἐκκρίνας ἐμοί.

V. 624. τοὐμὸν σῶμα] Id est ἐμέ. Cfr. Eur. Alc. 636 οὐκ ἦσθ' ἄρ' ὀρθῶς τοῦδε σώματος πατήρ, id est ἐμὸς πατήρ. Ad quem locum alia citantur ex Heracl. exempla. BR. Adde O. C. 355. El. 1233. 1333.

V. 625. μή νυν ex coniectura scripsi. Libri μὴ νῦν. Confer quae ad Ant. 699 adnotavimus.

Ib. Suidas: ἀραῖος· ἀρᾷ ὑποκείμενος. Vide v. 1291.

V. 625 sq. ἀραῖος — δρᾶν] De verborum collocatione confer quae exempla ad O. C. 1233 attulimus.

V. 630. πιθοῦ θελήσας φρονήσας τ'] Recte Brunck.: 'obtempera volens prudensque'. Cfr. Ai. 371 ὕπεικε καὶ φρόνησον εὖ. Philoct. 1343 συγχώρει θέλων. Schol.: οἷον, μὴ τῇ ὀργῇ εἴκων, ἀλλὰ τὰ δέοντα διασκεψάμενος. καλῶς τὸ θελήσας. πολλάκις γάρ ἐπὶ ταῖς ὀργαῖς μεταγνῶναί τις ὀφείλων, αἰδούμενος ἐμμένει τοῖς ἁμαρτήμασιν.

V. 631. θέλεις εἰκάθω] Vide Krueg. II 54, 2, 5.

V. 632. οὔτε πρὶν νήπιον] chori animo obversatur illa quam supra Creon habuit oratio quam idem collaudavit v. 616 sq.

Ib. ἐν ὅρκῳ μέγαν] Id est μέγαν ὅρκῳ, ἐν ᾧ ἐστι. Cfr. quae ad v. 17 monita sunt. De iurisiurandi apud veteres religione comparat Brunck. Eur. Hipp. 1037.

*ΟΙΔ.* οἶσθ᾽ οὖν ἃ χρῄζεις; *ΧΟΡ.* οἶδα. *ΟΙΔ.* φράζε
δή, τί φῄς.
*ΧΟΡ.* τὸν ἐναγῆ φίλον μήποτ᾽ ἐν αἰτίᾳ
σὺν ἀφανεῖ λόγῳ σ᾽ ἄτιμον βαλεῖν.
*ΟΙΔ.* εὖ νυν ἐπίστω, ταῦθ᾽ ὅταν ζητῇς, ἐμοὶ
ζητῶν ὄλεθρον ἢ φυγὴν ἐκ τῆσδε γῆς.
(στροφὴ β΄.)
*ΧΟΡ.* οὐ τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον Ἅλιον·
ἐπεὶ ἄθεος, ἄφιλος ὅ τι πύματον
ὀλοίμαν, φρόνησιν εἰ τάνδ᾽ ἔχω.
ἀλλά μοι δυσμόρῳ γᾶ φθίνουσα

V. 634. *φράζε δή, τί φῄς*] Respondet nostro: 'was du meinst'. Ai. 794 *ὥστε μ᾽ ὠδίνειν, τί φῄς*. ERF. Schaeferus comparat Xen. An. II 1, 15 *σὺ δ᾽ ἡμῖν εἰπέ, τί λέγεις*.

V. 635. *τὸν ἐναγῆ*] Id est *ἐξώλειαν ἑαυτῷ ἐπαρώμενον*. Cfr. Aeschin. in Ctesiph. p. 502, quo ex loco huius nostri interpretatio petenda. *Ἐναγής* et *ἀραῖς ἔνοχος* iuncta ibid. p. 512, 515. ERF. Recte; respicit hoc verbo chorus ad ipsius Creontis verba v. 645 *ἀραῖος ὀλοίμην, εἰ* etc.

Ib. *ἐν αἰτίᾳ*] Iungendum cum *βαλεῖν*, ut *ἐν αἰτίᾳ βαλεῖν* sit: 'culpae vel criminis arguere'. Sic Trachin. 940 *ὥς νιν ματαίως αἰτίᾳ βάλοι κακῇ*. Plato p. 1287 F *μηδέποτε βαλεῖν ἐν αἰτίᾳ τὸν δεικνύντα*. Philo Iud. Vol. I p. 545 *οὐ πᾶσαν κάκωσιν ἐν αἰτίᾳ τίθεμαι*. MUSGR. Itaque *σὺν ἀφανεῖ λόγῳ ἐν αἰτίᾳ βαλεῖν* idem est atque quod supra dixit Creon v. 608 *γνώμῃ δ᾽ ἀδήλῳ μή με — αἰτιῶ*. Apte conferunt editores Antiphont. p. 136 (733 Reisk., 59 Bekk.) *ἐγὼ μὲν γάρ σοι φανερὰν τὴν πρόνοιαν εἰς ἐμὲ ἀποδείκνυμι, σὺ δέ με ἐν ἀφανεῖ λόγῳ ζητεῖς ἀπολέσαι*.

V. 636. Ex Hermanni coniectura *σ᾽* pronomen post *λόγῳ* addidi.

V. 637. *εὖ νυν* ipse scripsi. Libri *εὖ νῦν*. Confer notam ad v. 625. Item infra v. 680 *σύ νυν* pro *σὺ νῦν*. Schol.: *εὖ νυν ἐπίστω· γίνωσκε, ὅτι τούτῳ συνηγορῶν ἐμὲ ἀδικεῖς. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἢ ὄλεθρόν μοι ἐπάγεις, εἰ παρόψομαι τὸν ἐπιβεβουλευκότα*.

V. 639. *οὐ τὸν*] Id est *οὐ μὰ τὸν* etc. Saepissime *μά* sic opprimitur, ut infra 1088. Antig. 758, El. 1063, Eur. Ion 870. BR. Schol.: *ἐπὶ ὅρκον καταπέφευγεν, ἐξ οὗ μάλιστα ἐδόκει πεῖσαι τὸν βασιλέα. ἥλιον δὲ ὄμνυσιν, ὅτι πάντα ἑωρακὼς αὐτὸς συνῄδει τὸ πᾶν*. Epitheton *πρόμος* principium diei spectare videtur.

V. 640. *ἄθεος*] Vide ad v. 249 ed. meae. — Schol. codicis Lips.: *ὅ τι πύματον ὀλοίμαν· φθαρείην ὅπερ ἔσχατον, ἤγουν ἀπώλειαν ἥτις ἐσχάτη, τουτέστι φθαρείην ἐσχάτην ἀπώλειαν*.

V. 642 sqq. Ut nunc se verba habent, videtur chorus hoc dicere: 'conficit animum meum calamitas civitatis, si augetur etiam malis his, quae a vobis proficiscuntur'. Verum est in hac sententia aliquid incommodi, ita ut mendo laborare hunc locum putem, id quod vel ex numeris versus antistr. intellegitur. G. Dindorfio pro *φθίνουσα* videtur *φθινὰς* scriptum fuisse, Hermannus *ψυχὰν* ex interpretis adnotatione in textum venisse et *μοι δυσμόρῳ* ex *μ᾽ ἁ δυσμόρως* ortum esse censuit. Cum maiore probabilitatis specie scripseris de Naucki coniectura *ἀλλά μ᾽ ἁ δύσμορος γᾶ φθίνουσα τρύχει, καὶ τάδ᾽ εἰ κακοῖς*

τρύχει ψυχάν, καὶ τάδ᾽ εἰ κακοῖς κακὰ
προσάψει τοῖς πάλαι τὰ πρὸς σφῷν.
ΟΙΔ. ὅδ᾽ οὖν ἴτω, κεἰ χρή με παντελῶς θανεῖν,
ἢ γῆς ἄτιμον τῆσδ᾽ ἀπωσθῆναι βίᾳ.
τὸ γὰρ σόν, οὐ τὸ τοῦδ᾽ ἐποικτείρω στόμα
ἐλεινόν· οὗτος δ᾽, ἔνθ᾽ ἂν ᾖ, στυγήσεται.
ΚΡΕ. στυγνὸς μὲν εἴκων δῆλος εἶ, βαρὺς δ᾽, ὅταν
θυμοῦ περάσῃς. αἱ δὲ τοιαῦται φύσεις
αὑταῖς δικαίως εἰσὶν ἄλγισται φέρειν.
ΟΙΔ. οὔκουν μ᾽ ἐάσεις κἀκτὸς εἶ;
ΚΡΕ. πορεύσομαι,
σοῦ μὲν τυχὼν ἀγνῶτος, ἐν δὲ τοῖσδ᾽ ἴσος.
(ἀντιστροφὴ α΄.)
ΧΟΡ. γύναι, τί μέλλεις κομίζειν δόμων τόνδ᾽ ἔσω;
ΙΟΚ. μαθοῦσά γ᾽ ἥτις ἡ τύχη.

κακὰ προσάψει τοῖς πάλαι τὰ πρόσφατα.

V. 645. προσάψει] Hoc loco neutralem significationem habet, ut συνάπτειν Aesch. Pers. 885. Eur. Hipp. 187. ERF. Immo, Elmsleius inquit, activum est προσάψει. Pendet a γᾶ v. 642. 'Addita habeat' recte interpretatur anonymus apud Burgessium. Eurip. Herc. 1210 ἰὼ παῖ, κατάσχεθε λέοντος ἀγρίου θυμόν, ὡς δρόμον ἐπὶ φόνιον ἀνόσιον ἐξάγει, κακὰ θέλων κακοῖς συνάψαι, τέκνον. Adde Med. 78. Iph. T. 487.

V. 646. ἴτω] I. e. ἀπίτω. Vide ad Philoct. 48.

V. 649. στυγήσεται] Cfr. ad v. 1466.

V. 650. στυγνὸς — δῆλος εἶ] Odii in me plenus es etiam cum cedis, i. e. me dimittis.

V. 650 sq. βαρὺς δ᾽ — περάσῃς] Schol.: ὅταν δὲ ἐπὶ τὸ πέρας ἔλθῃς τῆς ὀργῆς, τότε βαρέως οἴσεις τὸ πρᾶγμα, οἷον μετανοήσεις καὶ ἄδικα (l. τὰ ἄδικα) ἐνθυμηθήσῃ. Itaque βαρύς hic significaret 'poenitentiae stimulis gravatus'. Cuius tamen significationis exemplum simile non novi. Recte Brunckius haec verba sic interpretatus est: 'ubi vero ira deferbuerit, tu te ipsum oderis'. Constructio verbi περᾶν cum genetivo inde explicanda quod περᾶσαι sensum habet dictionis πέραν ἐλθεῖν.

V. 651 sq. αἱ δὲ — φέρειν] 'Istiusmodi vero natura sibimet ipsi molestissima est', i. e. qui ira ita abripi se patitur, ut aliquid decernat, cuius eum postea poeniteat, sibimet ipsi maximos dolores parat.

V. 653. πορεύσομαι] Accommodatius videtur πορεύομαι. Saepe hae formae in libris commutatae sunt.

V. 654. σοῦ μὲν τυχὼν ἀγνῶτος] 'Te consecutus talem, qui me non noris', i. e. a te non agnitus qualis sum, ἐν δὲ τοῖσδ᾽ ἴσος, 'inter hos vero idem qui antea'. De locutione τυχεῖν τινός τινος vide ad Phil. 318 ed. meae.

V. 655. Schol.: ὡς κατέγνωκεν ὁ χορὸς τοῦ Οἰδίποδος, παρακελεύεται τῇ γυναικὶ εἰσάγειν αὐτόν.

V. 656. μαθοῦσα] Adsumendum e versu anteced. κομιῶ αὐτὸν ἔσω, μαθοῦσα, 'ubi cognovero'. Cfr. ad Trach. 332 ed. meae. Schol.: πιθανῶς μετὰ τὸ διηλλάχθαι αὐτοὺς ἐπιζητεῖ τὴν αἰτίαν. ἅμα δὲ καὶ ἵνα ἀρχὴ γένηται τοῦ ἀναγνωρισμοῦ.

ΧΟΡ. δόκησις ἀγνὼς λόγων ἦλθε, δάπτει δὲ καὶ
τὸ μὴ ᾿νδικον.
ΙΟΚ. ἀμφοῖν ἀπ᾿ αὐτοῖν; ΧΟΡ. ναίχι. ΙΟΚ. καὶ τίς
ἦν λόγος;
ΧΟΡ. ἅλις ἔμοιγ᾿, ἅλις, γᾶς προπονουμένας,
φαίνεται, ἔνθ᾿ ἔληξεν, αὐτοῦ μένειν.
ΟΙΔ. ὁρᾷς, ἵν᾿ ἥκεις, ἀγαθὸς ὢν γνώμην ἀνήρ,
τοὐμὸν παριεὶς καὶ καταμβλύνων κέαρ;
(ἀντιστροφὴ β΄.)
ΧΟΡ. ἄναξ, εἶπον μὲν οὐχ ἅπαξ μόνον, ἴσθι δὲ
παραφρόνιμον, ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα
πεφάνθαι μ᾿ ἄν, εἴ σε νοσφίζομαι,
ὅς τ᾿ ἐμὰν γᾶν φίλαν ἐν πόνοις

V. 657. *δόκησις — ἦλθε*] I. e. 'ignara sive incerta opinio quae verbis prolata, non rebus probata est'. Tum de usu verbi *ἦλθε* confer v. 523. Schol.: *ὁ χορὸς ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀπολογεῖται· ὑπὲρ μὲν τοῦ Κρέοντος, ὅτι ἐπ᾿ ἀδήλοις ἐγκέκληται· ὑπὲρ δὲ τοῦ Οἰδίποδος, ὅτι εἰκότως ὠργίσθη, ἐπὶ τοιούτοις διαβληθείς.*

Ib. Schol.: *τὸ μὴ ᾿νδικον· οἷον τὸ μὴ ἐνδίκως θρυλούμενον, ὅ ἐστιν ἡ ψευδὴς διαβολή, κἂν τὸ συνειδὸς ἐρρωμένον ᾖ.* 'Mordet, sc. Creontem, iniusta Oedipi criminatio'. MUSGR. Immo, nisi fallor, mordebat Oedipum Tiresiae criminatio, ut choro videbatur, iniusta.

V. 659. Schol.: *ἀμφοῖν ἀπ᾿ αὐτοῖν· οἷον, ἀμφότεροι τῆς διαφορᾶς αἴτιοί εἰσιν;*

V. 660. Schol.: *ἅλις ἔμοιγ᾿, ἅλις· αὔταρκές μοι φαίνεται στῆσαι τὸν λόγον ἔνθα ἔληξεν· ἀντὶ τοῦ ἱκανὰ λέλεκται, καὶ αὔταρκές ἐστιν ἀναπεπαῦσθαι τὰ τοῦ λόγου, ἔνθα ἔληξεν ἡ στάσις.*

V. 661. Proverbium suadebat *μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον*. Cfr. Theogn. 423 *πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδον ἄμεινον*, Callim. ap. schol. O. C. 510 *τί δάκρυον εὔδον ἐγείρεις;*

V. 662 sq. Schol.: *ὁρᾷς, ἵν᾿ ἥκεις, ἀγαθός· τοῦτό φησιν ὁ Οἰδίπους ἀγανακτῶν. διὰ τί πρὸς ἕτερον ἀποφεύγεις, καίτοι ἀγαθὸς ὢν ἀνήρ, καὶ οὐχ ὁμολογεῖς τὰ λυπήσαντά με τῇ Ἰοκάστῃ; διὰ τί οὖν οὐ συνοργίζῃ μοι, ἀλλὰ πραΰνεις με ὑπὲρ τοῦ Κρέοντος;*

V. 663 sq. *τοὐμὸν παριεὶς καὶ — κέαρ*] Iungo *τοὐμὸν παριείς*, 'id quod ex re mea fuerit omittens, non curans, neglegens', *καὶ τὸ σὸν κέαρ κατ.*, 'animum, quo erga me affectus esse debeas, hebetans, languescere sinens'. Talem interpretationem mihi proxima chori verba videntur requirere. Si *κέαρ* ad Oedipum redit, iram regis intellexerim, quae ipso iudice in tali discrimine non leniri et retundi debebat, sed excitari potius ad superandas Creontis insidias. FR. IACOBS. Recte videtur Hartungus scripsisse: *ὁρᾷς ἵν᾿ ἥκεις· ἀγαθὸς . . παρίῃς* (debebat *παριεῖς*, ut ad v. 609 monuimus) *καὶ καταμβλύνεις κέαρ.*

V. 664. *οὐχ ἅπαξ μόνον*] 'Non semel tantum', i. e. crebro, saepe.

V. 665. *παραφρόνιμον*] 'Insanum, amentem'; *ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα*, 'ad omne prudens consilium inhabilem'. MUSGR.

V. 666. *εἴ σε νοσφίζομαι*] 'Si te deseram', i. e. si, quod tu suspicaris, cum Creonte contra te faciam. Probabiliter scripsit Hartung.: *εἴ σ᾿ ἐνοσφιζόμαν.*

σαλεύουσαν κατ' ὀρθὸν οὔρισας,
τανῦν τ' εὔπομπος, εἰ δύνα, γενοῦ.
ΙΟΚ. πρὸς θεῶν δίδαξον κἄμ', ἄναξ, ὅτου ποτὲ
μῆνιν τοσήνδε πράγματος στήσας ἔχεις.
ΟΙΔ. ἐρῶ (σὲ γὰρ τῶνδ' ἐς πλέον, γύναι, σέβω)
Κρέοντος οἷά μοι βεβουλευκὼς ἔχει.
ΙΟΚ. λέγ', εἰ σαφῶς τὸ νεῖκος ἐγκαλῶν ἐρεῖς.
ΟΙΔ. φονέα μέ φησι Λαΐου καθεστάναι.
ΙΟΚ. αὐτὸς ξυνειδὼς ἢ μαθὼν ἄλλου πάρα;
ΟΙΔ. μάντιν μὲν οὖν κακοῦργον εἰσπέμψας, ἐπεὶ
τό γ' εἰς ἑαυτὸν πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα.
ΙΟΚ. σύ νυν ἀφεὶς σεαυτὸν ὧν λέγεις πέρι
ἐμοῦ 'πάκουσον καὶ μάθ', οὕνεκ' ἐστί σοι

V. 669. σαλεύουσαν restituit Dobraeus. Libri ἀλύουσαν. Cfr. Archil. fr. 23 ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις, Aristoph. Ran. 704 τὴν πόλιν ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.

Ib. κατ' ὀρθὸν οὔρισας] 'Vento secundo direxisti, ut prospero cursu uteretur'. Cfr. Trachin. 827 καὶ τάδ' ὀρθῶς ἔμπεδα κατουρίζει, Eur. Androm. 610, praeterea supra v. 23 et Ant. 162 τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν.

V. 667—670. ὡς τ' — τανῦν τε] Idem hic dicit atque v. 52 sq. iam dictum a poeta est: ὄρνιθι γὰρ καὶ τὴν τότ' αἰσίῳ τύχην παρέσχες ἡμῖν, καὶ τανῦν ἴσος γενοῦ. — De τὲ — τὲ particularum collocatione ad v. 35 sqq. diximus, de omisso πάλαι adverbio, cui oppositum τανῦν est, ad v. 447. — Nomen εὔπομπος recte explicat schol. cod. Lips.: ἀγαθὸς ὁδηγός, κυβερνήτης. Retinuit enim metaphoram poeta, administrationem civitatis cum gubernatione navis comparans. — Forma δύνα, quam hic exhibet optimus liber La, invenitur etiam Phil. 849. Eadem a Porsono pro δύνῃ restituitur Phil. 798, Eur. Androm. 239, Hec. 253.

V. 671 sq. ὅτου — μῆνιν πράγματος] De genetivo a μῆνιν pendente vid. ad Philoct. 325 ed. meae. Tum μῆνιν, ἔριν, νεῖκος, βοήν, κραυγὴν ἱστάναι ita dicunt poetae, ut nihil significent aliud nisi quod μηνίειν sive ὀργίζεσθαι, βοᾶν apud scriptores prosaicos significant. Cfr. Hom. Od. 19, 11, Il. 13, 333, Aesch. Cho. 885, Philoct. 1263, Eurip. Or. 1529, Heracl. 128, Iph. A. 1039. De dictione στήσας ἔχεις vide Krueg. II 56, 3, 8.

V. 673 sq. ἐρῶ — — Κρέοντος οἷα — ἔχει] I. e. ἐρῶ τὰ τοῦ Κρέοντος βουλεύματα, οἷά μοι βεβ. ἔχει. Vide de hac locutione Herm. in Mus. Stud. Antiq. p. 156 sq. et ad Vig. p. 880 et Krueg. II 47, 10, 6.

Ib. σὲ γὰρ — σέβω] Tibi enim me loqui et exponere rem iubenti obtemperare malo quam his, qui universam rem silentio premendam iudicant.

V. 675. εἰ σαφῶς — ἐρεῖς] 'Si vere contentionem, cuius causam in Creontem confers, exponere vis'. De locutione νεῖκος ἐγκαλεῖν dictum ad Phil. 325.

V. 678. μάντιν — εἰσπέμψας] Sc. φησί, id est, 'immo vero vates impius dicit, quem ad me misit', ἐπεὶ — στόμα, 'nam quod ad se ipsum attinet, i. e. nam ipse totum sermonem liberum servat', scil. ab eiusmodi dicto, me Laium interfecisse.

V. 680. σύ νυν ἀφεὶς — πέρι] Proprie: 'absolve te ab iis rebus,

βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης.
φανῶ δέ σοι σημεῖα τῶνδε σύντομα.
χρησμὸς γὰρ ἦλθε Λαΐῳ ποτ', οὐκ ἐρῶ
Φοίβου γ' ἀπ' αὐτοῦ, τῶν δ' ὑπηρετῶν ἄπο,
ὡς αὐτὸν ἥξοι μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν,
ὅστις γένοιτ' ἐμοῦ τε κἀκείνου πάρα.
καὶ τὸν μέν, ὥσπερ γ' ἡ φάτις, ξένοι ποτὲ
λῃσταὶ φονεύουσ' ἐν τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς·
παιδὸς δὲ βλάστας οὐ διέσχον ἡμέραι
τρεῖς, καί νιν ἄρθρα κεῖνος ἐνζεύξας ποδοῖν
ἔρριψεν ἄλλων χερσὶν εἰς ἄβατον ὄρος.
κἀνταῦθ' Ἀπόλλων οὔτ' ἐκεῖνον ἤνυσεν
φονέα γενέσθαι πατρὸς οὔτε Λάϊον
τὸ δεινόν, οὑφοβεῖτο, πρὸς παιδὸς παθεῖν.

de quibus dicis', i. e. abice curam de iis rebus, de quibus dicis.

V. 682. *μαντικῆς ἔχον τέχνης*] Docui iam ad Aiac. 745 saepe Sophoclem verba simplicia pro compositis posuisse iisque eundem casum adiunxisse, quem vulgo composita tantum adsciscere soleant. Ita hoc loco *ἔχον* eo sensu posuisse censendus est, quo scriptores prosaici *μετέχον* posuissent, nisi scripsit *μαντικῆς ἔχον μέρος*.

V. 683. *σημεῖα τῶνδε σύντομα*] 'Brevia huius rei indicia, sive argumenta'. Cfr. Ant. 446 *σὺ δ' εἰπέ μοι μὴ μῆκος, ἀλλὰ σύντομα*. Egregie autem poeta Iocastam, ut Oedipi animum sollicitudine, qua premebatur, liberaret, vatumque nullam esse auctoritatem probaret, ea ipsa proferentem inducit, quibus et Oedipi curam augeri necessario nec vatum genus despici debere luculenter appareret.

V. 686. *ὡς αὐτὸν* etc.] De sententia confer O. C. 969 *εἴ τι θέσφατον πατρὶ χρησμοῖσιν ἱκνεῖθ', ὥστε πρὸς παίδων θανεῖν*. De locutione Phil. 331 *ἐπεὶ γὰρ ἔσχε μοῖρ' Ἀχιλλέα θανεῖν*, ex quo loco coniecerit quispiam hoc loco fortasse *ἕξοι* scriptum fuisse. Sed potuit utrumque dici.

V. 689. Schol.: *ἐν τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς· καλῶς τὸν τόπον προσέθηκεν, ἵνα εἰς ὑπόμνησιν ἀγάγοι τὸν Οἰδίποδα.*

V. 690. *παιδὸς δὲ βλάστας*] Pro accusativo absoluto accipit Brunckius. Quidni a *διέσχον* illum pendere dicas? 'natales pueri non distinuerunt tres dies ab eo, quod postea factum est, i. e. tres dies inde a nato puero non elapsi sunt. MATTHIAE. Recte. Quod autem ea quae subiungenda erant, particula *καὶ* adiunguntur, id eadem ratione explicandum est qua Graeci dicunt *οὐ πολλαὶ ἡμέραι διετρίβοντο καὶ κτέ*. Cfr. Krueg. I 69, 32, 6.

V. 691. *νιν ἄρθρα — ποδοῖν*] De duplici accusativo vide Krueg. II 46, 16. Verba *ἄρθρα ποδοῖν ἐνζ*. schol. rec. explicat: *τὰ σφυρὰ περόνῃ συνάψας*. Consulto tamen haec demum infra v. 1034 explanantur.

V. 692. Ego non dubito, quin Sophocles *ἄβατον εἰς ὄρος* scripserit, quod proposuit Musgravius. — *ὄρος*, in Cithaeronem.

V. 693 sq. *ἤνυσεν — γενέσθαι*] 'Perfecit, ut esset'. Similiter Aesch. Pers. 721 *στρατὸς ἤνυσεν περᾶν*.

τοιαῦτα φῆμαι μαντικαὶ διώρισαν,
ὧν ἐντρέπου σὺ μηδέν. ὧν γὰρ ἂν θεὸς
χρείαν ἐρευνᾷ, ῥᾳδίως αὐτὸς φανεῖ.
ΟΙΔ. οἷόν μ' ἀκούσαντ' ἀρτίως ἔχει, γύναι,
ψυχῆς πλάνημα κἀνακίνησις φρενῶν.
ΙΟΚ. ποίας μερίμνης τοῦθ' ὑποστραφεὶς λέγεις;
ΟΙΔ. ἔδοξ' ἀκοῦσαι σοῦ τόδ', ὡς ὁ Λάϊος
κατασφαγείη πρὸς τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς.
ΙΟΚ. ηὐδᾶτο γὰρ ταῦτ', οὐδέ πω λήξαντ' ἔχει.
ΟΙΔ. καὶ ποῦ 'σθ' ὁ χῶρος οὗτος, οὗ τόδ' ἦν πάθος;
ΙΟΚ. Φωκὶς μὲν ἡ γῆ κλῄζεται· σχιστὴ δ' ὁδὸς
ἐς ταὐτὸ Δελφῶν κἀπὸ Δαυλίας ἄγει.
ΟΙΔ. καὶ τίς χρόνος τοῖσδ' ἐστὶν οὑξεληλυθώς;
ΙΟΚ. σχεδόν τι πρόσθεν ἢ σὺ τῆσδ' ἔχων χθονὸς
ἀρχὴν ἐφαίνου, τοῦτ' ἐκηρύχθη πόλει.
ΟΙΔ. ὦ Ζεῦ, τί μου δρᾶσαι βεβούλευσαι πέρι;
ΙΟΚ. τί δ' ἔστι σοι τοῦτ', Οἰδίπους, ἐνθύμιον;
ΟΙΔ. μήπω μ' ἐρώτα. τὸν δὲ Λάϊον φύσιν

V. 697 sq. ὧν γὰρ ἂν θεὸς χρείαν etc.] i. e. ὧν γὰρ ἂν χρείαν (φῆναι) ἐρευνᾷ sive ἃ γὰρ ἂν χρῆναι φῆναι ἐρευνᾷ, 'quae deus palam fieri ex usu exploraverit, ea facile ipse palam faciet'.

V. 700. ψυχῆς πλάνημα] 'Vagatio, error, i. e. fluctuatio mentis'; vide v. 67 φροντίδος πλάνοις et O. C. 316 ἆρ' ἔστιν; ἆρ' οὐκ ἔστιν; ἢ γνώμη πλανᾷ. Contra ἀνακίνησις φρενῶν est 'perturbatio animi'.

V. 701. ποίας μερίμνης — λέγεις;] I. e. ποία ἐστὶν ἡ μέριμνα, ἧς ὑποστραφεὶς (i. e. φροντίζων) τοῦτο λέγεις; Apte confert Elmsleius Ai. 1117 τοῦ δὲ σοῦ ψόφου οὐκ ἂν στραφείην, ad quem locum (v. 1089 sq. ed. meae) vide quae nos adnotavimus.

V. 707. Describitur locus, ubi viae Delphos a Thebis ducenti alia ad Dauliam ducens via se adiungebat. De Daulia Strabo p. 423 B ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ μετὰ Δελφοὺς ὡς πρὸς τὴν ἕω Δαυλὶς πολίχνιον. Locum, ubi Oedipus patrem interfecit, σχιστὴν ὁδόν proprio nomine vocatum esse testatur Pausan. in Phocic. p. 808. MUSGR. Cfr. Ulrichii Reisen und Forschungen in Griechenland p. 147 et p. 155 not. 12. Δελφῶν κἀπὸ Δαυλίας, i. e. ἀπὸ Δελφῶν καὶ ἀπὸ Δαυλίας. Sic infra 761 ἀγροὺς — κἀπὶ ποιμνίων νομάς. Cfr. Krueg. I et II 68, 9, 2.

V. 708. τοῖσδ'] 'Ex quo haec gesta sunt'. Cfr. Krueg. I 48, 5, 3.

V. 711. Schol.: ὦ Ζεῦ — πέρι· ἀναμιμνήσκεται ὁ Οἰδίπους καὶ τοῦ χρόνου καὶ τοῦ τόπου, καὶ πρὸς τὸν Δία φησί, τί μοι ποιήσεις;

V. 712. ἐνθύμιον] 'Terriculamentum'. Adfatim hanc notionem illustravimus ad Eur. Herc. 724. MUSGR. Erfurdtius praeterea Wagnerum ad Alciphr. T. II p. 44 conferri iubet.

V. 713. φύσιν] Gl. τὸν τοῦ σώματος ὄγκον.

τίν' εἶχε φράζε, τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων.
ΙΟΚ. μέλας, χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα,
μορφῆς δὲ τῆς σῆς οὐκ ἀπεστάτει πολύ.
ΟΙΔ. οἴμοι τάλας· ἔοικ' ἐμαυτὸν εἰς ἀρὰς
δεινὰς προβάλλων ἀρτίως οὐκ εἰδέναι.
ΙΟΚ. πῶς φής; ὀκνῶ τοι πρός σ' ἀποσκοποῦσ', ἄναξ.
ΟΙΔ. δεινῶς ἀθυμῶ, μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ·
δείξεις δὲ μᾶλλον, ἢν ἓν ἐξείπῃς ἔτι.
ΙΟΚ. καὶ μὴν ὀκνῶ μέν, ἃν δ' ἔρῃ μαθοῦσ' ἐρῶ.
ΟΙΔ. πότερον ἐχώρει βαιὸς ἢ πολλοὺς ἔχων
ἄνδρας λοχίτας, οἷ' ἀνὴρ ἀρχηγέτης;
ΙΟΚ. πέντ' ἦσαν οἱ ξύμπαντες, ἐν δ' αὐτοῖσιν ἦν
κῆρυξ· ἀπήνη δ' ἦγε Λάϊον μία.
ΟΙΔ. αἰαῖ, τάδ' ἤδη διαφανῆ. τίς ἦν ποτε
ὁ τούσδε λέξας τοὺς λόγους ὑμῖν, γύναι;
ΙΟΚ. οἰκεύς τις, ὅσπερ ἵκετ' ἐκσωθεὶς μόνος.
ΟΙΔ. ἦ κἀν δόμοισι τυγχάνει τανῦν παρών;
ΙΟΚ. οὐ δῆτ'· ἀφ' οὗ γὰρ κεῖθεν ἦλθε καὶ κράτη
σέ τ' εἶδ' ἔχοντα Λάϊόν τ' ὀλωλότα,

V. 714. *τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων*] Vulgo ad *ἔχων* adsumendum *ἦν* putant, quod lateat in praegressis verbis *φύσιν τίνα εἶχε*. Quibus non assentior. Brunckius pro *ἔχων* ex coniectura *τότε* posuit; Hartungus *ἔτυχε*, Dindorfius *ἦλθε* scripsit pro *εἶχε*. Sed cum etiam *ἥβης* pro *ἡλικίας* insolenter dictum sit, pro *ἥβης ἔχων* scribendum videtur *ἔχων ἔβη*.

V. 715. *μέλας* ex deterioribus libris recepi pro *μέγας*. Illud enim et Homericis *μελανόχροος οὐλοκάρηνος* (Od. 19, 246) et eo commendatur quod de statura proximo versu exponitur, itaque hic tempus aetatis describendum erat. Cfr. Ant. 1092 *ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγὼ τήνδ' ἐκ μελαίνης ἀμφιβάλλομαι τρίχα* et cum *λευκανθὲς* Aristoph. Vesp. 1064 *κύκνου πολιώτεραι δὴ αἵδ' ἐπανθοῦσιν τρίχες*.

V. 717 sq. *ἔοικ' — προβάλλων — οὐκ εἰδέναι*] Id est *ἔοικα προβαλεῖν ἐμαυτὸν οὐκ εἰδώς*.

V. 719. *ὀκνῶ τοι*] 'Timeo, tremo'. Sic infra 922 *ὡς νῦν ὀκνοῦμεν πάντες* et alibi saepissime.

V. 720. *μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ*] Aptissime ita dixit Oedipus, respiciens fortasse ad ea, quae Tiresiae obiecerat 371 *τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματ' εἶ*.

V. 723. *βαιός*] Suidas *βαιαί· μικραί. καὶ βαιὸς ἰδίως ἀντὶ τοῦ εἷς. Σοφοκλῆς — ἐν Αἰχμαλωτίσι· ἔσπεισα βαιᾶς κύλικος ὥστε δεύτερα*. Rectius Musgravius hic *βαιὸς* interpretatur: 'tenuis, i. e. cum exiguo comitatu'.

V. 724. *λοχίτας*] Gl. *ὑπασπιστάς*. BR.

V. 726. *κῆρυξ*] Praecones apud veteres sacrosancti erant, unde reges atque imperatores iis etiam comitibus securitatis causa utebantur. Vide Eustath. ad Hom. Il. *Α* 334. Praeconem autem Oedipo sua insignia in memoriam vocabant.

V. 732 sqq. Egregie poeta Iocastam ea hic loquentem introducit, quibus ipsis insciens fa-

ἐξικέτευσε τῆς ἐμῆς χειρὸς θιγὼν
ἀγρούς σφε πέμψαι κἀπὶ ποιμνίων νομάς,
ὡς πλεῖστον εἴη τοῦδ' ἄποπτος ἄστεως.
κἄπεμψ' ἐγώ νιν. ἄξιος γάρ, οἷ' ἀνὴρ
δοῦλος, φέρειν ἦν τῆσδε καὶ μείζω χάριν.
ΟΙΔ. πῶς ἂν μόλοι δῆθ' ἡμὶν ἐν τάχει πάλιν;
ΙΟΚ. πάρεστιν. ἀλλὰ πρὸς τί τοῦτ' ἐφίεσαι;
ΟΙΔ. δέδοικ' ἐμαυτόν, ὦ γύναι, μὴ πόλλ' ἄγαν
εἰρημέν' ᾖ μοι, δι' ἅ νιν εἰσιδεῖν θέλω.
ΙΟΚ. ἀλλ' ἵξεται μέν· ἀξία δέ που μαθεῖν
κἀγὼ τά γ' ἐν σοὶ δυσφόρως ἔχοντ', ἄναξ.
ΟΙΔ. κοὐ μὴ στερηθῇς γ', ἐς τοσοῦτον ἐλπίδων
ἐμοῦ βεβῶτος. τῷ γὰρ ἂν καὶ μείζονι
λέξαιμ' ἂν ἢ σοὶ διὰ τύχης τοιᾶσδ' ἰών;
Ἐμοὶ πατὴρ μὲν Πόλυβος ἦν Κορίνθιος,
μήτηρ δὲ Μερόπη Δωρίς. ἠγόμην δ' ἀνὴρ

ciat, ut Oedipum interfectorem Lai esse magis magisque iam appareat.

V. 735. **τοῦδ' ἄποπτος ἄστεως**] De significatu adiectivi ἄποπτος vide quae ad El. 1463 et in censura Aiac. ab Lobeck. edit. p. 7 sqq. exposuimus.

V. 736 sq. οἷ' ἀνὴρ pro eo quod La habet ὅ γ' ἀνὴρ restituit Hermannus ductus hac scholiastae adnotatione: **οἷον τὸ αἴτημα οὐχ ὑπερέβαλε δοῦλον.** Ita si persanatus locus videtur, usus vocabuli ἄξιος in servo excusatur, ut οἷα eadem ratione positum sit qua ὡς infra v. 1118 et οἷα Eur. Or. 32 **κἀγὼ μετέσχον, οἷα δὴ γυνή, φόνου,** non qua οἷα 751, ὁποῖα 915. Verum eis quae sequuntur causam dignitatis addi velis, ut exspectaveris **οἷ' ἀνὴρ πιστός** vel quod Nauckius **ἐσθλὸς** vel quod F. Gu. Schmidtius (Anal. Soph. p. 27) coniecit **εὔνους**.

V. 738. **πῶς ἂν μόλοι**] 'Utinam veniat!' Vide quae ad Philoct. 777 adnotavi.

V. 739. **πάρεστιν**] Gl. **δυνατόν ἐστι τοῦτο.** — **ἐφίεσαι**: gl. **ἐντέλλῃ.** BR. Accusativum non obstare quin 'desideras' interpretemur, cognoscitur ex eis quae habet Krueg. I 47, 14, 5.

V. 740. **δέδοικ' ἐμαυτὸν μὴ εἰρημέν' ᾖ μοι** eadem ratione dicta sunt atque **δέδοικ' ἐμαυτὸν μὴ εἰρηκὼς ὦ.** Cfr. Krueg. I 61, 6, 5.

V. 743. **δυσφόρως ἔχοντ'**] Gl. **βαρέως διακείμενα.** Paullo infra **δυσφόρως ἦγον, βαρέως, χαλεπῶς.** BR. **ἐν σοί**, 'in animo tuo'.

V. 744. **στερηθῇς**] Sc. **τοῦ μαθεῖν.** — **ἐς τοσ. ἐλπ. ἐμοῦ βεβῶτος**, 'cum eo usque spei progressus sim', sc. fore, ut patefiat quod vereor ne appareat, Lai me interfectorem esse.

V. 745 sq. **τῷ γὰρ ἂν καὶ μείζονι** etc.] Id est: **τίς γὰρ ἂν καὶ μᾶλλον ἄξιος εἴη μαθεῖν ταῦτα παρ' ἐμοῦ ἢ σύ** etc. Dixerat enim Iocasta modo: **ἀξία δέ που** etc. Est igitur **μείζων** 'praestantior', quo sensu a prosaicis etiam scriptoribus dici solet. Cfr. Demosth. c. Leptin. p. 461, 15 coll. 462, 2 et eiusdem F. L. 419, 12.

V. 746. **διὰ τύχης τοιᾶσδ' ἰών**] 'Cum hanc fortunam expertus sim', seu potius, 'cum in tali discrimine verser'. BR. Confer Krueg. I 68, 22, 2.

V. 748. Schol.: **Φερεκύδης φησὶ Μέδουσαν εἶναι τὴν Πολύβου γυναῖκα, θυγατέρα δὲ Ὀρσι-**

ἀστῶν μέγιστος τῶν ἐκεῖ, πρίν μοι τύχη
τοιάδ᾽ ἐπέστη, θαυμάσαι μὲν ἀξία,
σπουδῆς γε μέντοι τῆς ἐμῆς οὐκ ἀξία.
ἀνὴρ γὰρ ἐν δείπνοις μ᾽ ὑπερπλησθεὶς μέθῃ
καλεῖ παρ᾽ οἴνῳ πλαστὸς ὡς εἴην πατρί.
κἀγὼ βαρυνθεὶς τὴν μὲν οὖσαν ἡμέραν
μόλις κατέσχον· θἀτέρᾳ δ᾽ ἰὼν πέλας
μητρὸς πατρός τ᾽ ἤλεγχον· οἳ δὲ δυσφόρως
τοὔνειδος ἦγον τῷ μεθέντι τὸν λόγον.
κἀγὼ τὰ μὲν κείνοιν ἐτερπόμην, ὅμως δ᾽
ἔκνιζέ μ᾽ αἰεὶ τοῦθ᾽· ὑφεῖρπε γὰρ πολύ.
λάθρᾳ δὲ μητρὸς καὶ πατρὸς πορεύομαι

*λόχου τοῦ ἀδελφιδοῦ. οἳ δὲ Ἀντιοχίδα τὴν Χάλκωνος.* De Pherecydis fragmento, quod est LXXI apud Sturzium, vide Sturz. p. 206. Ab Apollodoro et Hygino fab. 66 appellatur Periboea. — *Δωρίς· Πελοποννησιακή.*

Ib. Schol.: *ἡγόμην· ἐτρεφόμην, ἐτύγχανον.* Immo significat 'existimabar'. Sic Antig. 34 *τὸ πρᾶγμα ἄγειν ὡς παρ᾽ οὐδέν,* quod recte interpretatur scholiasta, *ἡγεῖσθαι.* Similia sunt *ἐν τιμῇ ἄγειν, δυσφόρως ἄγειν.* Vide ad v. 756 sq.

V. 750. *τοιάδε* explicatur verbis *θαυμάσαι . . οὐκ ἀξία.* — De *θαυμάσαι ἀξία* i. e. 'insolens, nova' cfr. O. C. 1152 *λόγος . . σμικρὸς μὲν εἰπεῖν, ἄξιος δὲ θαυμάσαι.*

V. 751. *σπουδῆς — τῆς ἐμῆς οὐκ ἀξία*] 'Studio meo non digna', i. e. non digna, ob quam ea studiose facerem, quae feci.

V. 752. *ὑπερπλησθεὶς μέθῃ*] Sic et *ὄψιν . . ἔπλησα δακρύων* et *δακρύοισιν γὰρ Ἑλλάδ᾽ ἅπασαν ἔπλησε* Euripides dicit Med. 905, Or. 1363. Cfr. Trach. 54 *παισὶ τοσοῖσδε πληθύεις,* Aesch. Pers. 134 *πίμπλαται δακρύμασιν.*

V. 753. *παρ᾽ οἴνῳ*] 'Inter pocula'. Cfr. Apollon. Rhod. I 458 et Valck. ad Callim. p. 15, 262. ERF. Verba *καλεῖ με ὡς πλαστὸς εἴην* dicta hoc sensu sunt: 'nomine me appellans dicit subditicium me esse'. Cfr. Plat. Crit. p. 44 B *καλέσαι με καὶ εἰπεῖν· ὦ Σώκρατες κτέ.,* Prot. p. 339 E *καλέσας αὐτόν, ὦ Πρόδικε, ἔφην ἐγώ, κτέ.* Ceterum haerere me fateor in coniunctis verbis *ἐν δείπνοις* et *παρ᾽ οἴνῳ,* quorum alterutrum posuisse satis erat. Heimsoethius *παροινῶν* scribendum esse suspicatus est.

V. 754. *βαρυνθείς*] Gl. *χολωθείς.* Rusticus in Aristoph. Nub. 1363 *κἀγὼ μόλις μέν, ἀλλ᾽ ὅμως ἠνεσχόμην τὸ πρῶτον· ἔπειτα δ᾽* etc. BR.

V. 754 sq. *τὴν μὲν οὖσαν ἡμέραν — κατέσχον*] Apte adscripsit Neuius Philoct. 690 *πῶς ἄρα πανδάκρυτον οὕτω βιοτὰν κατέσχεν;*

V. 756 sq. *δυσφόρως τοὔνειδος ἦγον*] Id est *ἐδυσφόρουν.* Comparavit Neuius Platon. de Rep. VII p. 528 C: *εἰ πόλις ὅλη ξυνεπιστατοῖ ἐντίμως ἄγουσα αὐτά.* Adde quae ad v. 748 modo monuimus.

V. 758. *τὰ μὲν κείνοιν ἐτερπόμην*] Latine dixeris: 'parentibus gaudebam, contentus eram'. Cfr. El. 261. De accusativo ex verbo *τέρπεσθαι* apto vide Krueg. II 46, 6, 9.

V. 759. *ὑφεῖρπε*] 'Animum subierat'. Libanius vol. I p. 784 A: *πολὺς τοιοῦτος ὑφεῖρπε λόγος.* MUSGR. Cfr. Sallust. Iug. c. 11 *quod verbum in pectus Iugurthae altius quam quisquam ratus descendit.*

*Πυθώδε. καί μ' ὁ Φοῖβος ὧν μὲν ἱκόμην*
*ἄτιμον ἐξέπεμψεν, ἄλλα δ' ἄθλια*
*καὶ δεινὰ καὶ δύστηνα προύφηνεν λέγων,*
*ὡς μητρὶ μὲν χρείη με μιχθῆναι, γένος δ'*
*ἄτλητον ἀνθρώποισι δηλώσοιμ' ὁρᾶν,*
*φονεὺς δ' ἐσοίμην τοῦ φυτεύσαντος πατρός.*
*κἀγὼ 'πακούσας ταῦτα, τὴν Κορινθίαν*
*ἄστροις τὸ λοιπὸν ἐκμετρούμενος χθόνα*
*ἔφευγον, ἔνθα μήποτ' ὀψοίμην κακῶν*
*χρησμῶν ὀνείδη τῶν ἐμῶν τελούμενα.*
*στείχων δ' ἱκνοῦμαι τούσδε τοὺς χώρους, ἐν οἷς*

V. 761 sq. *ὧν μὲν ἱκόμην ἄτιμον ἐξέπεμψεν*] I. e. *ἐκείνων, ἃ ἱκόμην, ἄτιμον ἐξ.* Ut autem supra 306 *πέμπειν* dictus est is, 'qui oraculum consultum mittit aliquem', ita hic *ἱκνεῖσθαι* significat 'consultum venire oraculum'. Itaque *ἄτιμον ἐξ. ἐκείνων, ἃ ἱκόμην*, significabit: 'non respondit ad ea, de quibus consultum eum veneram'. Similiter *ἀτιμάζειν* usurpatum O. C. 49 *πρός νυν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς, τοιόνδ' ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω φράσαι*, Ant. 21 *τάφου . . ἀτιμάσας.* Cfr. etiam quae ad v. 335 adnotavimus.

V. 763. *προύφηνεν λέγων* ex coniectura scripsi. Libri *προυφάνη λέγων.* De *προύφηνεν* 'effatus est, edidit' cfr. Trachin. 324 *ἥτις οὐδαμὰ προύφηνεν οὔτε μείζον' οὔτ' ἐλάσσονα.* Plutarch. Demosth. c. 19 *ἐν οἷς ἥ τε Πυθία δεινὰ προύφαινε μαντεύματα καὶ χρησμὸς ᾔδετο.* Idem Camill. c. 4 *λόγια προύφαινεν ἀπόρρητα.* Hinc *πρόφαντον* dicitur quod editum ab oraculo est, Trachin. 1159 *ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι.* ibid. 1163 *ὡς τὸ θεῖον ἦν πρόφαντον*, et *πρόφανσις* 'effatum' Trachin. 662 *ἐπὶ προφάνσει θηρός.* Adde Buttmannum in indice Demosth. Mid. p. 184.

V. 764. *χρείη* ut *χρῆναι* 854 sensu fere a *μέλλειν* non discrepat.

V. 765. Schol.: *ἄτλητον· τὸ μὴ δυνάμενον ὑπὸ ἀνθρώπων ὁρᾶσθαι.* Rectius videtur Matth. § 535 c. not. 1 verba *δηλώσοιμ' ὁρᾶν* iungere. Vide ad El. 1433 sq.

V. 766. *τοῦ φυτεύσαντος πατρός*] Vide quae ad El. 334 sq. et supra ad v. 431 adnotavimus.

V. 767 sq. *τὴν Κορ. ἄστροις ἐκμετρούμενος χθόνα*] Theodul. apud Boissonad. anecd. II p. 238 *τὸ ἄστροις σημαίνεσθαι ἐπὶ τῶν μακρὰν ὁδὸν καὶ ἔρημον πορευομένων· οἱ γὰρ φεύγοντες ἀειφυγίαν τοῖς ἄστροις ἐσημειοῦντο τὴν ἑαυτῶν πατρίδα* (cfr. Suid. in *Ἀστρονομία*). Itaque verba *ἔφευγον ἐκμετρ. τὴν Κορ. χθόνα ἄστροις* idem fere significant quod *ἔφευγον τηλόθεν εἰσορῶν τὴν Κορ. χθόνα*, ut est Phil. 454 *τηλόθεν τό τ' Ἴλιον καὶ τοὺς Ἀτρείδας εἰσορῶν φυλάξομαι.* Ceterum usitata locutio est *ἄστροις τεκμαίρεσθαι* (*σημαίνεσθαι, σημειοῦσθαι*), unde Nauckius speciose conicit *τεκμαρούμενος χθόνα.* Omnium optime illustrat Toupius ad Suidam v. *χρῆν*.

V. 769. *ἔφευγον, ἔνθα* etc.] Intellegendum ad *ἔφευγον ἐκεῖσε.* Verba *κακῶν χρησμῶν ὀνείδη τῶν ἐμῶν* hoc sensu dicta: 'mala dedecora, i. e. turpia facinora, quae mihi ab oraculo praedicta erant, i. e. quae me perpetraturum esse Phoebus effatus erat'. Pro *κακῶν* exspectaveris *κακά*, quod ipsum fortasse a poeta scriptum fuit, sed potuit etiam *κακῶν* dici. Vide ad Philoct. 159 sq. et 1101 sq. ed. meae. De locutione denique *χρησμοὶ οἱ*

*σὺ τὸν τύραννον τοῦτον ὄλλυσθαι λέγεις.*
*καί σοι, γύναι, τἀληθὲς ἐξερῶ. τριπλῆς*
*ὅτ' ἦ κελεύθου τῆσδ' ὁδοιπορῶν πέλας,*
*ἐνταῦθά μοι κῆρύξ τε κἀπὶ πωλικῆς*
*ἀνὴρ ἀπήνης ἐμβεβώς, οἷον σὺ φής,*
*ξυνηντίαζον· κἀξ ὁδοῦ μ' ὅ θ' ἡγεμὼν*
*αὐτός θ' ὁ πρέσβυς πρὸς βίαν ἠλαυνέτην.*
*κἀγὼ τὸν ἐκτρέποντα, τὸν τροχηλάτην,*
*παίω δι' ὀργῆς· καί μ' ὁ πρέσβυς ὡς ὁρᾷ,*
*ὄχου παραστείχοντα τηρήσας μέσον*
*κάρα διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο.*
*οὐ μὴν ἴσην γ' ἔτισεν, ἀλλὰ συντόμως*
*σκήπτρῳ τυπεὶς ἐκ τῆσδε χειρὸς ὕπτιος*
*μέσης ἀπήνης εὐθὺς ἐκκυλίνδεται·*
*κτείνω δὲ τοὺς ξύμπαντας. εἰ δὲ τῷ ξένῳ*
*τούτῳ προσήκει Λαΐου τι συγγενές,*

*ἐμοί*, 'oracula mihi edita', vide Krueg. I 47, 7, 8.

V. 774. *ἦ* pro *ἦν* Elmsleius restituit. Vide ad v. 1092.

V. 775. Verba *ἐπὶ πωλικῆς ἀπήνης ἐμβεβώς* etiam ad *κῆρυξ* pertinent. Vide quae ad v. 412 adnotavimus.

V. 777. *ὅ θ' ἡγεμών*] Et 'auriga', qui post ὁ *τροχηλάτης*. Sic dici aurigam nemo mirabitur, qui meminerit *τὸν τῆς ὁδοῦ ἡγεμόνα*. Nolim enim comparare Aeschyleum *κώπης ἄναξ*. SCHAEF.

V. 778. *πρὸς βίαν*] I. e. *βιαίως*. Cfr. Krueg. I 68, 39, 8.

V. 779. *τὸν τροχηλάτην*] Gl. *τὸν ἡνίοχον*. BR. Haec verba per *ἐπεξήγησιν* addita sunt, ne dubitaretur, quisnam esset ὁ *ἐκτρέπων*. Sic 837 *τὸν ἄνδρα, τὸν βοτῆρα* et in fragm. Aristoph. ap. Athen. p. 161 F: *τοὺς πάλαι ποτέ, τοὺς Πυθαγοριστὰς γενομένους*. ERF. Elmsleius comparat Eur. Phoen. 39.

V. 780. *δι' ὀργῆς*] 'Ira commotus'. Cfr. Krueg. II 68, 22, 2.

V. 780 sqq. *καί μ' ὁ πρέσβυς — καθίκετο*] 'Et senex, simulac me (sc. aurigam verberare) vidit, e curru, observans illud ipsum temporis momentum, quo praeteribam, feriit me'. HERM. De genetivo *ὄχου* vide Krueg. II 46, 1, 6. Doederlino *ὄχους* legendum videtur cl. El. 727, ubi de uno curru dictum *Βαρκαίοις ὄχοις*, quod molestus sit genetivus tam longe a *καθίκετο* divulsus. Recte, ut videtur, nisi totus v. 781 ab interprete additus est. — Cum *καθίκετο* cfr. Herod. VII 35 *τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάστιγι πληγάς*.

V. 782. Schol.: *κέντροισι· πληγαῖς. δὶς ἔπαισέ με τοῖς κέντροις, οἷς ἐκέντριζε τοὺς ἵππους. οὐκ ἐπίσης δὲ καὶ παρ' ἐμοῦ ἔλαβεν*. Neuius, Immo fustis, inquit, intellegendus est, duplici stimulo praefixus.

V. 783. *ἴσην*] Gl. *ἴσην δίκην ἀπέδωκεν, ἀντέτισεν*. BR. Vel *τιμωρίαν*. Vide L. Bos. p. 474 ed. Schaef. ERF. Habes vocem eius qui iracundiam explevit Oedipi ingenio accommodatam. Cfr. Aesch. Ag. 532 *Πάρις γὰρ οὐδὲ συντελὴς πόλις ἐξεύχεται τὸ δρᾶμα τοῦ πάθους πλέον*.

V. 787. *Λαΐου* ex Bothii coniectura scripsi. Libri *Λαΐῳ*. Schol.: *τοῦ ὑπ' ἐμοῦ φονευθέντος εἰ ἦν τις πρὸς Λάϊον*

τίς τοῦδέ γ' ἀνδρός ἐστιν ἀθλιώτερος;
τίς ἐχθροδαίμων μᾶλλον ἂν γένοιτ' ἀνήρ;
ὃν μὴ ξένων ἔξεστι μηδ' ἀστῶν τινι
δόμοις δέχεσθαι μηδὲ προσφωνεῖν τινα,
ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων.· καὶ τάδ' οὔτις ἄλλος ἦν
ἢ 'γὼ 'π' ἐμαυτῷ τάσδ' ἀρὰς ὁ προστιθείς.
λέχη δὲ τοῦ θανόντος ἐν χεροῖν ἐμαῖν
χραίνω, δι' ὧνπερ ὤλετ'. ἆρ' ἔφυν κακός;
ἆρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος; εἴ με χρὴ φυγεῖν
καί μοι φυγόντι μῆστι τοὺς ἐμοὺς ἰδεῖν
μηδ' ἐμβατεύειν πατρίδος, ἢ γάμοις με δεῖ
μητρὸς ζυγῆναι καὶ πατέρα κατακτανεῖν
[Πόλυβον, ὃς ἐξέφυσε κἀξέθρεψέ με.]
ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν

συγγένεια. ἢ οὕτως· εἰ δὲ οὗτος ὁ ξένος, ὃν ἀπέκτεινα, Λάϊός ἐστιν· οὔπω γὰρ οἶδεν, εἰ αὐτός ἐστιν.

V. 788. Spurium esse hunc versum Dindorfius putat. Pro ἔστιν in libris est νῦν ἔστ.'

V. 790. Libri ᾧ — τινά. Recte Schaeferus ᾧ in ὃν mutavit, sed quam non est verisimile poetae placuisse ambiguitatem, quae τινὰ in τινὶ mutato corrigenda erat. Eodem modo erratum O. C. 1402 ubi τινὶ pro τινὰ restituit Tyrwhittus. DIND.

V. 791. προσφωνεῖν τινα] Hoc quoque τινὶ dici poterat, sed poeta ad accusativum transire maluit, ne prorsus eadem huius atque praecedentis versus terminatio esset. DIND.

V. 792 sq. καὶ τάδ' — προστιθείς] Recte Triclinius: τὸ τάδε καὶ τάσδ' ἀρὰς ταὐτόν ἐστιν. αἱ γὰρ ἀραί, ἃς ἠράσατο τῷ Λαΐου φονεῖ, οὐκ ἄλλο τι ἦσαν, ἢ μὴ προσδέχεσθαι αὐτὸν τοὺς πολίτας μηδὲ προσφωνεῖν. Itaque simillime a Sophocle hic pronomen τάδε substantivo τάσδ' ἀράς explicatur accuratius, atque Homerus *I* 244 dixit: ταῦτ' αἰνῶς δείδοικα κατὰ φρένα, μή οἱ ἀπειλὰς ἐκτελέσωσι θεοί, ubi ταῦτα nihil est aliud nisi τάσδε τὰς ἀπειλάς. Vide ad Ai. 1035 sq. ed. meae. Dixit ἐπ' ἐμαυτῷ, non ἐπ' ἐμοί quia sensus est αὐτὸς ἐγὼ ἐπ' ἐμαυτῷ τάσδ' ἀρὰς προσέθηκα. Cfr. Demosth. IV § 11 τῆς τύχης ἥπερ ἀεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα.

V. 794. λέχη] Gl. ἤγουν τὴν γυναῖκα. BR. Vide ad Philoct. 669 τὸν πελάταν λέκτρων τῶν Διός. De locutione ἐν χεροῖν χραίνω vide quae ad Philoct. 60 monui.

V. 795. ἆρα] I. e. ἆρ' οὐκ. Vide quae ad Ai. 269 adnotavimus.

V. 796. πᾶς] De usu huius pronominis ad Ant. 770 diximus.

V. 797 sq. μῆστι — πατρίδος] Dicit haec Oedipus, nondum quicquam suspicans, quibus parentibus natus sit, sed etiam tum credens Polybum patrem suum matremque Meropen esse.

V. 798. ἐμβατεύειν πατρίδος] Vide Krueg. II 47, 23, 4. De ἢ 'aut' i. e. 'alioqui' vel quod nos dicimus 'widrigenfalls' significante cfr. Phil. 1341 λέγει σαφῶς ὡς δεῖ γενέσθαι ταῦτα . . . ἢ δίδωσ' ἑκὼν κτείνειν ἑαυτόν.

V. 800. Uncis inclusi hunc versum ut spurium. Neque enim nomen patris proferri hic a poeta convenit, ut cetera incommoda huius versus omittam explicare.

V. 801 sq. ἆρ' οὐκ — ἂν ὀρθοίη λόγον;] 'Nonne haec ab

(στροφὴ α΄.)

ΧΟΡ. *Εἴ μοι ξυνείη φέροντι*
*μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων ἔργων τε πάντων,*
*ὧν νόμοι πρόκεινται*
*ὑψίποδες, οὐρανίαν*
*δι' αἰθέρα τεκνωθέντες, ὧν Ὄλυμπος*
*πατὴρ μόνος, οὐδέ νιν*
*θνατὰ φύσις ἀνέρων*
*ἔτικτεν οὐδὲ μήποτε λάθα κατακοιμάσῃ·*

pietate rerumque divinarum violatione mala oriantur exponit, denique Iovem, deum potentissimum, precatur, ut oracula illa, quae Iocasta spreverat, ab Apolline Laio olim data, vera esse ostendat, ne huius dei auctoritas et fides, quae imminui coeperit, penitus tollatur deorumque immortalium cultus neglegatur. — Posuit igitur Sophocles ea, quae in initio huius carminis videantur commemoranda fuisse, in fine eius; quod idem fecit cum alibi, tum in primo chori cantu, qui in Antigona legitur. Qua in re qua arte poeta usus sit, bene scholiasta ad Antig. 155 exposuit.

V. 836. *εἰ*] I. e. *εἴθε*, 'utinam'. Cfr. Krueg. II 54, 3, 3. — *εἴ μοι ξυνείη μοῖρα*, 'utinam fato mihi destinatum sit, ut'. Ceterum brevitati studuit poeta, cum *φέροντι* i. e. *ἔχοντι* posuit pro *ἔχοντι ἔχειν* scilicet *εἰς ἀεί*. Putat enim se pium et honestum esse chorus optatque, ut semper sit. Cfr. Simonid. frgm. 5 *οὐδέ μοι ἐμμελέως τὸ Πιττάκειον νέμεται* (scil. *εἰρῆσθαι*) *καίτοι σοφοῦ παρὰ φωτὸς εἰρημένον*.

V. 837. *τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων* etc.] *Ἡ εὔσεπτος ἁγνεία* est 'veneranda sive sancta integritas'; ad cuius substantivi explicationem adiectus est genetivus *λόγων ἔργων τε πάντων*, significans id, in quo cerni debeat integritas illa.

V. 838. *ὧν νόμοι πρόκεινται*] Leges Sophocles eas hic dicit, quae a dis insitae animis hominum sint, quarum hanc potissimum eamque gravissimam hic significat: *εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς*. Cfr. de his, quae a dis latae dicebantur, legibus Xenoph. Mem. IV 4, 19, Soph. Ant. 450 sqq., Eur. Bacch. 896, Platon. Legg. VII p. 793 A, B, C, Aristot. Eth. V 15, Polit. III 18. De verbo *πρόκεινται* cfr. Eur. Iph. T. 1189 *τὸν νόμον ἀνάγκη τὸν προκείμενον σέβειν*. Antig. 481.

V. 839. *ὑψίποδες*] Videntur leges *ὑψίποδες* i. e. *ὑψίβατοι* dictae propter ortum suum, quod non creatae in terra humi serpant, sed in coelo genitae quasi evectae super humana circumferantur. Loquitur enim poeta de legibus ut de persona, quemadmodum supra similiter de oraculo (v. 151 et 473 ed. m.) locutus est.

V. 839 sq. Schol.: *οὐρανίαν δι' αἰθέρα· ἀντὶ τοῦ ἐν οὐρανῷ τεχθέντες*. Cfr. Krueg. II 68, 23, 1.

V. 840 sq. *ὧν Ὀλ. πατὴρ μόνος*] Olympum, sedem et domicilium deorum, posuit pro dis ipsis, qui *πατέρες νόμων* dicuntur, quod leges illas hominibus dederint.

V. 841. *νιν*] I. e. *νόμους*. Cfr. Krueg. II 51, 1, 13 et de relativa constructione mutata eundem I 60, 6, 2.

V. 842. *θνατὰ φύσις ἀνέρων*] 'Mortalis natura hominum' i. e. mortales homines. Cfr. Matth. § 430.

*μέγας ἐν τούτοις θεὸς οὐδὲ γηράσκει.*
(*ἀντιστροφὴ α΄.*)
*ὕβρις φυτεύει τύραννον·*
*ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν, ἃ μὴ 'πίκαιρα*
*μηδὲ συμφέροντα,*
*ἀκρότατα γεῖσ' ἀναβᾶσ'*
*ἀποτμοτάταν ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν,*
*ἔνθ' οὐ ποδὶ χρησίμῳ*

V. 844. *οὐδὲ μήποτε — κατακοιμάσῃ*] 'Neque unquam eas oblivio consopiet i. e. delebit'.

V. 845. Schol.: *ἐν τοῖς νόμοις μέγας ἐστὶν ὁ θεός. τουτέστι, θεία δύναμις καὶ μεγάλη τοῖς νόμοις ἔνεστιν.*

V. 846. *ὕβρις φυτεύει τύραννον*] Verbum *ὕβρις* opponitur *τῇ εὐσέπτῳ ἁγνείᾳ λόγων ἔργων τε πάντων* etc., ita ut impietatem significet. Ea cum dicitur *φυτεύειν τύραννον*, i. e. *μήτηρ τυραννίδος εἶναι* (cfr. Ai. 174), hoc significatur: 'impietas mater est eorum hominum, qui regnum adfectant' i. e. qui leges divinas violant, solent eo insolentiae progredi, ut regnum adfectent ideoque reipublicae statum convellant et libertatem civium evertant. Poetice autem species pravae cupiditatis posita est pro universo genere libidinum et turpis avaritiae, qua homines divinarum legum neglegentes suas utilitates quaerunt sine modestia et continentia, hac autem immodica aviditate usque eo ducuntur ubi eis necopinantibus interitus paratus est. Huic pravo studio opponitur bonum et reipublicae salutare certamen atque industria non libidinose alieni appetentium, sed assiduitate et arte suas res augentium sive quibus nominibus Hesiodus carminis quod *Ἔργα καὶ Ἡμέραι* inscribitur initio utitur, opponuntur *κακὴ* et *ἀγαθὴ ἔρις*. Similiter Euripides Iph. T. 407 sqq. depingit avaritiam quidvis audentium *κεινᾷ δόξᾳ*, quod hic *μάταν* dicitur, et opponit importunae libidini opportunum quaestum his: *γνώμα δ', οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλβου, τοῖς δ' ἐς μέσον ἥκει.* Maxime autem ad pernoscendam huius loci sententiam apti sunt alter (v. 332—375) et tertius (v. 582—625) Antigonae fabulae cantus. Illo enim describitur mira hominum industria, quae ad honestas res conversa et cum pietate modestiaque coniuncta rempublicam auget, libidini serviens statum reipublicae convellit. Tertio carmine summa Iovis i. e. divinae Iustitiae potentia celebratur, impotens hominum insolentia deridetur. De intemperantia exitii causa ibi haec monentur: *ἁ γὰρ δὴ πολύπλαγκτος ἐλπὶς πολλοῖς μὲν ὄνασις ἀνδρῶν, πολλοῖς δ' ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων, εἰδότι δ' οὐδὲν ἕρπει, πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσαύσῃ.*

V. 847. *εἰ . . ὑπερπλησθῇ*] Cfr. quae ad v. 193 adnotavimus.

V. 849. *ἀκρότατα γεῖσ' ἀναβᾶσ'* pro *ἀκροτάταν εἰσαναβᾶσ'* egregie emendavit G. Wolffius. Ne dubites, confer Eur. Suppl. 728 *ὑβριστὴν λαόν, ὃς πράσσων καλῶς, ἐς ἄκρα βῆναι κλιμάκων ἐνήλατα ζητῶν, ἀπώλεσ' ὄλβον.*

V. 850. *ἀποτμοτάταν* pro *ἀπότομον* restituit Car. Schnellius in Fleckeiseni annal. philol. vol. CXI p. 475. — Aoristus *ὤρουσεν* repentinum casum significat.

V. 851. *οὐ ποδὶ χρησίμῳ χρῆται*] 'Ubi utitur pede non utibili' i. e. humi iacet neque surgit. *χρῆται οὐ χρησίμῳ ποδὶ* facete dicitur ut Ant. 716 de de-

χρῆται, τὸ καλῶς δ' ἔχον
πόλει πάλαισμα μήποτε λῦσαι θεὸν αἰτοῦμαι·
θεὸν οὐ λήξω ποτὲ προστάταν ἴσχων.

(στροφὴ β'.)

εἰ δέ τις ὑπέροπτα χερσὶν ἢ λόγῳ πορεύεται,
δίκας ἀφόβητος οὐδὲ δαιμόνων ἕδη σέβων,
κακά νιν ἕλοιτο μοῖρα δυσπότμου χάριν χλι-
δᾶς,
εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως
καὶ τῶν ἀσέπτων ἔρξεται,
ἢ τῶν ἀθίκτων ἕξεται ματάζων.
τίς ἔτι ποτ' ἐν τοῖσδ' ἀνὴρ θυμοῦ βέλη
εὔξεται ψυχᾶς ἀμύνειν;
εἰ γὰρ αἱ τοιαίδε πράξεις τίμιαι,
τί δεῖ με θυοσκεῖν;

(ἀντιστροφὴ β'.)

οὐκ ἔτι τὸν ἄθικτον εἶμι γᾶς ἐπ' ὀμφαλὸν σέβων

merso ὑπτίοις κάτω στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.

V. 856. ὑπέροπτα πορεύεται] 'Proprie insolentem viam ingreditur' i. e. 'insolenter se gerit'. Elmsleius comparat Ai. 197 ἀτάρβητα ὁρμᾶται et Eur. Ion. 717 λαιψηρὰ πηδᾷ.

V. 857. Schol.: δίκας ἀφόβητος· τὴν δίκην μὴ δεδοικώς. Cfr. Krueg. II 47, 26, 9. Vocabulum ἕδη recte Musgravius interpretatus est 'statuas, simulacra'. Vide quae ad El. 1355 sq. adnotavimus.

V. 860. Schol.: δυσπότμου χάριν χλιδᾶς· ἕνεκα, φησί, τῆς ἀνοσίου τρυφῆς καὶ ὑπερηφανίας. Significat enim δύσποτμος hic 'scelestum', quo sensu non raro a tragicis δύστηνος dici consuevit. Vide ad Philoct. 1016.

V. 861. εἰ μὴ τὸ κέρδος — δικαίως] Articuli haec vis est: 'nisi lucrum, quod quaerit, honeste faciet'. Fuit autem communis prope populi opinio, οὐδὲν ῥῆμα aut πρᾶγμα σὺν κέρδει κακὸν εἶναι. Vide El. 61. Philoct. 108 sq.

V. 862. καὶ τῶν ἀσέπτων ἔρξεται] Sponte apparet repetendam esse quae modo posita est μὴ particulam, ita ut sensus sit: 'et (sc. nisi) impie factis abstinebit'. Hesychius: ἄσεπτον· ἀσεβές. Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσιν.

V. 864. ἢ — ματάζων] Ἕξεται non est abstinebit, ut quidam interpretes explicant, sed 'tanget'. Tum τὰ ἄθικτα sunt 'inviolabilia, sancta', ματάζων 'dementer faciens', cui contrarium est σωφρονῶν. Cfr. μάταν v. 874.

V. 866. εὔξεται scripsit Musgravius. Libri ἔρξεται. Sensus est: 'Quis haec videns iram ab animo suo arcebit' i. e. 'quis non irascetur'. Haec loquitur chorus ad excusandam de reginae dictis indignationem.

V. 867. αἱ τοιαίδε πράξεις] Quales descripsit v. 856 sq.

V. 868. θυοσκεῖν i. e. 'sacra facere' scripsi pro eis quae habet La χορεύειν πονεῖν ἢ τοῖς θεοῖς. Ex his enim collatis cum eis quae sunt apud Hesych. θυοσκεῖν· ἱεροῖς παρέχεσθαι ἢ θεοῖς effici Sophoclem θυοσκεῖν scripsisse mox demonstrabo in N. Mus. Rhen.

V. 870. τὸν ἄθικτον] Ad Eur. Ion. 231 coniecturam de hac

*οὐδ' ἐς τὸν Ἄβαισι ναὸν οὐδὲ τὰν Ὀλυμ-*
*πίαν,*
*εἰ μὴ τάδε χειρόδεικτα πᾶσιν ἁρμόσει βροτοῖς.*
*ἀλλ', ὦ κρατύνων, εἴπερ ὄρθ' ἀκούεις,*
*Ζεῦ πάντ' ἀνάσσων, μὴ λάθοι*
*σὲ τάν τε σὰν ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν.*
*φθίνοντα γὰρ Λαΐου*
*θέσφατ' ἐξαιροῦσιν ἤδη,*
*κοὐδαμοῦ τιμαῖς Ἀπόλλων ἐμφανής·*
*ἔρρει δὲ τὰ θεῖα.*

## *ΙΟΚΑΣΤΗ.*

*Χώρας ἄνακτες, δόξα μοι παρεστάθη*

voce proposui, lapidem illum album, qui Delphis, teste Pausania in Phocic. c. 16, umbilicus terrae audiebat, septo aliquo inclusum fuisse, multitudinis arcendae causa. MUSGR. Vide supra 480 sq.

V. 871. *τὸν Ἄβαισι ναόν*] De oraculo Apollinis, quod Abis, urbe Phocica, fuit, complura habet Pausanias in Phocic. c. 35. MUSGR. De dativo vide Krueg. II 46, 2. — *τὰν Ὀλυμπίαν*, Iovis cultu celeberrimam. Conf. Mela II 3.

V. 874. Schol.: *εἰ μὴ ταῦτα τῶν χρησμῶν ἢ τὰ λεχθέντα ὑπὸ Ἰοκάστης φανερὰ καὶ κατάδηλα γένηται.* Non puto fieri posse, ut *τάδε* pronomine aliud significetur quam id, de quo in iis, quae proxime sequuntur, chorus loquitur i. e. 'oracula Laio olim data'. Neque illud dubito, quin sensus huius versus hic sit: 'nisi oracula illa verissima esse omnes intellegent'. Verum haereo etiam nunc in verbo *ἁρμόσει*, non quod intransitive positum sit, id quod nonnunquam fieri allatis exemplis ad Ant. 1296 docuimus, sed quod ipsa illa intransitiva significatio 'congruere' non satis huic loco convenit. Videtur hic *πᾶσιν ἁρμόσει βροτοῖς* significare 'omnibus hominibus accommodabuntur sive probabuntur'. *Χειρόδεικτα* per prolepsin dictum: 'ita probabuntur ut digitis monstrentur'.

V. 875 sq. *εἴπερ ὄρθ' ἀκούεις — πάντ' ἀνάσσων*] 'Siquidem recte vocaris summus rector'. Cfr. Krueg. I 46, 12, 1. De verbis *μὴ λάθοι* etc. comparat Elmsleius Eur. Med. 332 *Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν.* De locutione *πάντα ἀνάσσειν* vide quae dixi in Censura Aiac. ab Lobeck. edit. p. 86 § 4.

V. 878. *φθίνοντα γάρ*] Particula *γὰρ* post *μὴ λάθοι* posita est ut post *τεκμήριον δέ*. Nam ea ipsa afferuntur quae Iuppiter cernere iubetur. *Φθίνοντα* proleptice dictum: 'ut ad irritum cadant'. — Numeri v. stroph. argumento sunt, aliquid intercidisse: *φθίνοντα γὰρ Πυθόχρηστα Λαΐου* coniecit Schneidewinus.

V. 879. Schol.: *ἐξαιροῦσιν· ἀντὶ τοῦ ἀφανίζουσιν. τὰ γὰρ ἐπὶ Λαΐῳ θεσπισθέντα ἐκφαυλίζεται ὑπὸ Ἰοκάστης καὶ παραγράφεται καὶ ψευδῆ νομίζεται.*

V. 881. *ἔρρει δὲ τὰ θεῖα*] 'Perit cultus deorum'. Simillime Eur. Troad. 27 *ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακή, νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.*

V. 882. *χώρας ἄνακτες*] Eustathius p. 1425, 48 *παρὰ Σοφοκλεῖ γοῦν ἡ Ἰοκάστη τοὺς ἐν Θήβαις εὐγενεῖς χώρας ἄνακτας*

ναοὺς ἱκέσθαι δαιμόνων, τάδ' ἐν χεροῖν
στέφη λαβούσῃ κἀπιθυμιάματα.
ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμὸν Οἰδίπους ἄγαν
λύπαισι παντοίαισιν· οὐδ' ὁποῖ' ἀνὴρ
ἔννους, τὰ καινὰ τοῖς πάλαι τεκμαίρεται,
ἀλλ' ἔστι τοῦ λέγοντος, εἰ φόβους λέγοι.
ὅτ' οὖν παραινοῦσ' οὐδὲν ἐς πλέον ποιῶ,
πρὸς σ', ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἄγχιστος γὰρ εἶ,
ἱκέτις ἀφῖγμαι τοῖσδε σὺν κατάργμασιν,

λέγει. Explicatio ipsa huius appellationis exstat 1223. Cfr. v. 85. O. C. 831 ὦ γῆς ἄνακτες. Ant. 940 Θήβης οἱ κοιρανίδαι, 988 Θήβης ἄνακτες.

Ib. δόξα μοι παρεστάθη] I. e. 'in mentem mihi venit'. Cfr. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 9.

V. 883. ναοὺς — δαιμόνων] Intellegenda sunt loca sacra, in quibus deorum statuae positae erant.

V. 883 sq. ἐν χεροῖν — λαβούσῃ] Sic Hom. Il. XV 229 ἀλλὰ σύ γ' ἐν χείρεσσι λάβ' αἰγίδα θυσανόεσσαν. Dictum autem ἐν χεροῖν λαβεῖν eadem ratione, qua dicitur πεσεῖν ἐν κονίαις, κεῖσθαι εἰς ἀνάγκην et alia similia.

V. 884. στέφη — κἀπιθυμιάματα] Vocabulo στέφη minime serta sunt intellegenda, sed κλάδοι ἱκτήριοι, de quibus ad v. 3 diximus. Alterum vocabulum ἐπιθυμιάματα quid significet, satis declaratur his verbis El. 634 ἔπαιρε δὴ σὺ θύμαθ' ἡ παροῦσά μοι πάγκαρπ', ἄνακτι τῷδ' ὅπως λυτηρίους εὐχὰς ἀνάσχω δειμάτων, ὧν νῦν ἔχω. Quae verba dicit Clytaemnestra Apollini supplicatura, ut mala, quae imminere videntur, averruncet.

V. 885. ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμόν] Apte comparant editores Apoll. Rhod. III 368 ὑψοῦ δὲ χόλῳ φρένες ἠερέθοντο et Polyb. III 82, 2 μετέωρος καὶ θυμοῦ πλήρης. Ceterum hic locutio sumpta ab undis navem tollentibus. Illud autem ne mirere, quod Oedipus dicatur αἴρειν τὸν θυμόν, cum potius dicendum fuisse videatur: αἴρεται ὁ θυμὸς τοῦ Οἰδίπου, vide quae ad O. C. 149 et 1606 sq. ed. meae adnotata sunt.

V. 886. Schol.: οὐδ', ὁποῖ' ἀνὴρ ἔννους· οὐχ ὡς συνετὸς ἀνὴρ διὰ τῶν φθασάντων τὰ παρόντα γιγνώσκει. εἰ γὰρ ὁ ὑπὸ Ἀπόλλωνος δοθεὶς τῷ Λαΐῳ χρησμὸς ἠκύρωται, δῆλον, ὅτι καὶ ἃ νῦν ἐμαντεύσατο ὁ Τειρεσίας ψευδῆ ἐστιν.

V. 888. Schol.: ἀλλ' ἔστι τοῦ λέγοντος· μόνοις προσέχει τοῖς τὰ δεινὰ καὶ φοβερὰ ἀπαγγέλλουσιν, τῶν δὲ παραμυθουμένων οὐκ ἀνέχεται. De genetivo τοῦ λέγοντος vide Krueg. I 47, 6, 4, de pleonasmo, qui est in verbis λέγοντος λέγοι, ad Philoct. 55, denique de optativo supra ad v. 310.

V. 889. οὐδὲν ἐς πλέον ποιῶ] Eur. Hippol. 284 οὐδὲν εἴργασμαι πλέον. Plato Apol. sub init.: πλέον τι — ποιῆσαι ἀπολογούμενον. MUSGR.

V. 890. Schol.: ἄγχιστος· πρὸ τῶν θυρῶν γὰρ ἵδρυντο. Vide quae ad huius fab. v. 16 et ad El. 624 ed. meae adnotata sunt.

V. 891. In editionibus omnibus ex codd. auctoritate scribitur: τοῖσδε σὺν κατεύγμασιν. Quod sic tantum scribi potuit, si κατεύγματα 'suffimenta' significarent. Nam perinepte quidam viri docti 'preces' interpretati sunt, a qua interpretatione iam addito pronomine τοῖσδε deterreri debebant. Itaque emendavi τοῖσδε σὺν κατάργμασιν i. e. τοῖσδε σὺν ἐπιθυμιάμασιν. Cfr. El. 634 sq. ἔπαιρε δὴ σὺ θύμαθ' ἡ παροῦσά μοι πάγκαρπα. Ad

ὅπως λύσιν τιν' ἡμὶν εὐαγῆ πόρῃς·
ὡς νῦν ὀκνοῦμεν πάντες ἐκπεπληγμένον
κεῖνον βλέποντες ὡς κυβερνήτην νεώς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἆρ' ἂν παρ' ὑμῶν, ὦ ξένοι, μάθοιμ', ὅπου
τὰ τοῦ τυράννου δώματ' ἐστὶν Οἰδίπου;
μάλιστα δ' αὐτὸν εἴπατ', εἰ κάτισθ' ὅπου.
ΧΟΡ. στέγαι μὲν αἵδε καὐτὸς ἔνδον, ὦ ξένε·
γυνὴ δὲ μήτηρ ἥδε τῶν κείνου τέκνων.
ΑΓΓ. ἀλλ' ὀλβία τε καὶ ξὺν ὀλβίοις ἀεὶ
γένοι', ἐκείνου γ' οὖσα παντελὴς δάμαρ.

quem locum schol.: πάγκαρπα· ἐπίπαν ὅσπρια ἔθνον τοῖς θεοῖς. Hesychius: θύματα· σφάγια, ἀπαρχαί, ἱερεῖα, ὄργια. Est autem κατάργματα idem quod ἀπαρχαί, quo vocabulo Hesychius ad explicandum nomen θύματα utitur. Sic Eurip. Iph. T. 244 χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη. Plutarch. Thes. c. 22 τὴν δὲ εἰρεσιώνην ἐκφέρουσι, κλάδον ἐλαίας ἐρίῳ μὲν ἀνεστεμμένον, ὥσπερ τότε τὴν ἱκετηρίαν, παντοδαπῶν δὲ ἀνάπλεων καταργμάτων.

V. 892. ὅπως — πόρῃς] Recte Iacobsius monuit λύσιν εὐαγῆ dici eiusmodi sollicitudinum quibus urgebatur levamen, quo ille purus sceleris (ἄγος), quo se pollutum esse putabat, appareret, ideoque per prolepsin ὅπως λύσιν εὐαγῆ πόρῃς dictum esse pro ὅπως λύσιν ἡμὶν πόρῃς τοιαύτην, ὥστε εὐαγῆ τὸν Οἰδίπουν φαίνεσθαι. Idem acute addit istiusmodi λύσιν εὐαγῆ adduci videri nuntio ex Corintho allato, quamquam eo revera Oedipus scelere isto obstrictus luculentius deinceps ostendatur. Similiter preces Clytaemnestrae exaudiri videntur adventu paedagogi de morte Orestis nuntiantis El. 660, ita ut salus in exitium convertatur et tragica περιπέτεια paretur. — Non inutile duco adscripsisse Pollucis verba Onom. T. I 33 p. 12 ed. Dind.: καὶ τὰ πράγματα, τὸ μὲν ἅγιον, καθαρόν, ὅσιον, ἁγνόν, εὐαγές, ἄχραντον· τὸ δὲ ἐναντίον ἐναγές, ἐξάγιστον, δυσαγές, μιαρόν etc.

V. 893 sq. ὡς νῦν — νεώς] Certum est hoc dicere Iocastam: 'nunc enim omnes solliciti sumus, cum perculsum illum videmus, qui nobis idem valeat quod nautis gubernator navis'.

V. 895 sqq. Schol.: Ἔρχεται ἄγγελος ἀπὸ Κορίνθου ἀπαγγέλλων τὸν θάνατον Πολύβου καὶ ἀντ' αὐτοῦ τύραννον τὸν Οἰδίποδα αἱρεῖσθαι. οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἐκτεθέντα τὸν Οἰδίποδα εὑρὼν (debebat dicere λαβὼν) καὶ δοὺς Πολύβῳ.

V. 897. μάλιστα δ' αὐτὸν εἴπατ'] De μάλιστα adverbii usu ad Ant. 327 dictum est.

V. 899. γυνὴ δὲ μήτηρ ἥδε] Haec verba, si a sequentibus disiunxeris, veram Iocastae conditionem depingunt. Nec mihi dubium est, quin eam ob causam selegerit Sophocles, ut in audientium animos, tanquam ominose dicta, altius descenderent. De huius versus ambiguitate vide etiam schol. Hermogenis p. 389. MUSGR. Equidem dubito, an hoc Sophocles non cogitaverit.

V. 901. γένοι' scripsi pro γένοιτ'. Nam proxima arguunt, Iocastam ab nuntio appellari. Schol.: παντελής· τοῦτο πρὸς τὸ γυνὴ δὲ μήτηρ ἥδε τῶν

ΙΟΚ. αὕτως δὲ καὶ σύ γ', ὦ ξέν'· ἄξιος γὰρ εἶ
τῆς εὐεπείας εἵνεκ'. ἀλλὰ φράζ', ὅτου
χρῄζων ἀφῖξαι χὤ τι σημῆναι θέλων.
ΑΓΓ. ἀγαθὰ δόμοις τε καὶ πόσει τῷ σῷ, γύναι.
ΙΟΚ. τὰ ποῖα ταῦτα; πρὸς τίνος δ' ἀφιγμένος;
ΑΓΓ. ἐκ τῆς Κορίνθου. τὸ δ' ἔπος οὐξερῶ τάχα,
ἥδοιο μέν, πῶς δ' οὐκ ἄν, ἀσχάλλοις δ' ἴσως.
ΙΟΚ. τί δ' ἔστι; ποίαν δύναμιν ὧδ' ἔχει διπλῆν;
ΑΓΓ. τύραννον αὐτὸν οὐπιχώριοι χθονὸς
τῆς Ἰσθμίας στήσουσιν, ὡς ηὐδᾶτ' ἐκεῖ.
ΙΟΚ. τί δ'; οὐχ ὁ πρέσβυς Πόλυβος ἐγκρατὴς ἔτι;
ΑΓΓ. οὐ δῆτ', ἐπεί νιν θάνατος ἐν τάφοις ἔχει.
ΙΟΚ. πῶς εἶπας; ἦ τέθνηκε Πόλυβος, ὦ γέρον;
ΑΓΓ. εἰ μὴ λέγω τἀληθές, ἀξιῶ θανεῖν.
ΙΟΚ. ὦ πρόσπολ', οὐχὶ δεσπότῃ τάδ' ὡς τάχος

κείνου τέκνων. τοῦτο γάρ τέλειον ἐν γάμῳ. Rectius interpretantur 'iustis iuncta nuptiis'. Nam altera pars voc. παντελής ad τέλη νυμφικά (Ant. 1241) i. e. caerimonias nuptiales referenda est. Cfr. γαμήλιον τέλος Aesch. Eum. 835, Poll. III 38 προτελίζεσθαι δὲ ἐλέγοντο οὐ μόνον αἱ νύμφαι, ἀλλὰ καὶ οἱ νυμφίοι καὶ τέλος ὁ γάμος, schol. ad Aristoph. Thesmoph. 973.

V. 905. δόμοις τε καὶ πόσει τῷ σῷ] I. e. 'cum familiae, tum marito tuo'. Saepe enim τὲ — καὶ particulae eodem sensu quo Romanorum 'cum — tum' usurpantur, ita ut priore substantivo genus, posteriore species significetur. Sic supra 64 ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ πόλιν τε κἀμὲ καὶ σ' ὁμοῦ στένει. Pertinet huc frequentata illa dictio Homerica Τρῶές τε καὶ Ἕκτωρ.

V. 907. ὃ ἐξερῶ τάχα ut El. 35 ὧν πεύσει τάχα. De attractione accusativi τὸ ἔπος vide supra ad v. 444. Schol.: ἥδοιο μέν· διὰ μὲν τὸ εὖ πράσσειν καὶ ἑτέρας ἀρχῆς ἀντιλαβέσθαι ἡσθήσεσθαί φησιν αὐτήν.

V. 908. ἥδοιο — ἀσχάλλοις] Assumitur ἂν ex interpositis πῶς δ' οὐν ἄν.

V. 910. Schol.: τύραννον αὐτὸν οὐπιχώριοι· πιθανῶς ὁ ἄγγελος τὰ ἡδέα πρῶτον ἀπαγγέλλει, πρὶν εἰπεῖν τὰ περὶ θανάτου. Conf. v. 929 ibique scholiastam et Eurip. El. 230 ζῇ· πρῶτα γάρ σοι τἀγάθ' ἀγγέλλειν θέλω.

V. 914 sq. Cum cod. La habeat haec: ἦ τέθνηκε Πόλυβος; ΑΓ. εἰ δὲ μὴ | λέγω γ' ἐγὼ τἀληθὲς, ἀξιῶ θανεῖν, aut interpolatus aut lacunosus locus putandus est. Nauckius coniecit ἦ τέθνηκεν Οἰδίπου πάτηρ; ΑΓΓ. τέθνηκε Πόλυβος· εἰ δὲ μή, ἀξιῶ θανεῖν, ut elegantia poetae agnoscatur nuntium gnarum considerate respondentem facientis. Hac elegantia sublata facetias nuntio idoneas intulit Dindorfius his: ἦ τέθνηκεν Οἰδίπου πατήρ; ΑΓΓ. τέθνηκεν· εἰ δὲ μή, αὐτὸς ἀξιῶ θανεῖν. Meliore autem ratione videtur lacuna indicari, cum appareat oculum librarii ab altero τέθνηκε ad alterum aberravisse et duo versus nuntii stichomythiam bene claudant. Fortasse haec scripsit poeta: πῶς εἶπας; ἦ τέθνηκεν Οἰδίπου πατήρ; ΑΓΓ. τέθνηκε Πόλυβος· εἰ δὲ μὴ λέγω γ' ἐγὼ | τἀληθές, αὐτὸς ἀξιῶ θανεῖν, γύναι.

V. 916. Schol.: ὦ πρόσπολ'· θεραπαινίδι κελεύει.

μολοῦσα λέξεις; ὦ θεῶν μαντεύματα,
ἵν' ἐστέ· τοῦτον Οἰδίπους πάλαι τρέμων
τὸν ἄνδρ' ἔφευγε μὴ κτάνοι, καὶ νῦν ὅδε
πρὸς τῆς τύχης ὄλωλεν οὐδὲ τοῦδ' ὕπο.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὦ φίλτατον γυναικὸς Ἰοκάστης κάρα,
τί μ' ἐξεπέμψω δεῦρο τῶνδε δωμάτων;
ΙΟΚ. ἄκουε τἀνδρὸς τοῦδε καὶ σκόπει κλύων,
τὰ σέμν' ἵν' ἥκει τοῦ θεοῦ μαντεύματα.
ΟΙΔ. οὗτος δὲ τίς ποτ' ἐστὶ καὶ τί μοι λέγει;
ΙΟΚ. ἐκ τῆς Κορίνθου, πατέρα τὸν σὸν ἀγγελῶν
ὡς οὐκέτ' ὄντα Πόλυβον, ἀλλ' ὀλωλότα.
ΟΙΔ. τί φής, ξέν'; αὐτός μοι σὺ σημήνας γενοῦ.
ΑΓΓ. εἰ τοῦτο πρῶτον δεῖ μ' ἀπαγγεῖλαι σαφῶς,
εὖ ἴσθ' ἐκεῖνον θανάσιμον βεβηκότα.
ΟΙΔ. πότερα δόλοισιν ἢ νόσου ξυναλλαγῇ;
ΑΓΓ. σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή.
ΟΙΔ. νόσοις ὁ τλήμων, ὡς ἔοικεν, ἔφθιτο.

V. 918. Schol.: ἵν' ἐστέ· ὅπου ἐστέ. Post ἐστέ interrogandi signum posuerunt Brunckius et Erfurdtius. At est haec potius exclamatio. HERM. Cfr. Krueg. I 51, 8, 1.

V. 920. πρὸς τῆς τύχης] Cfr. quae ad Philoct. 941 sq. de πρὸς et ὑπὸ discrimine monui. De οὐδέ conf. ad v. 393.

V. 921. Ἰοκάστης κάρα] Vide de hac loquendi consuetudine Antig. 1 et Matth. § 430.

V. 924. τὰ σέμν'] Ironice dictum. — ἵν' ἥκει, 'quo evaserint oracula', id est quid factum sit oraculis. Vide ad v. 982 ed. meae.

V. 926 sq. πατέρα — ὄντα] I. e. ἀγγελῶν, ὡς οὐκ ἔτ' ἔστιν ὁ πατήρ σου. Cfr. ad v. 821.

V. 928. σημήνας γενοῦ] Sic Ai. 588 μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ. Phil. 772 μὴ σαυτόν θ' ἅμα κἄμ', ὄντα σαυτοῦ πρόστροπον, κτείνας γένῃ, huius fab. 1146 οὐ σιωπήσας ἔσει; Ant. 1067 ἀντιδοὺς ἔσει.

V. 929. Schol.: εἰ τοῦτο πρῶτον· ἠθικῶς φησὶν ὁ ἄγγελος, ὡς οὐκ ἀπὸ τούτων θέλων ἄρξασθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἡδέων.

V. 930. εὖ ἴσθι] Hiatus tollendi causa Porsonus σάφ' ἴσθ', Hartungus ἀπαγγεῖλαι, σαφῶς κάτισθ', Meinekius ἔξισθ' coniecerunt. At excusari videtur hiatus εὖ ἴσθι pro uno vocabulo pronuntiatis.

Ib. θανάσιμον βεβηκότα] Eadem fere ratione dictum, qua dicitur οἴχεται θανών (Phil. 414) et θανὼν φροῦδος (ib. 425 sq. El. 1152). Comparare licet nostrum 'mit Tod abgehen'.

V. 931. δόλοισιν i. e. ἐπιβουλευθείς. Coniectura Meinekii φόνοισιν non opus esse videtur.

Ib. νόσου ξυναλλαγῇ] 'Morbi interventu'. Cfr. quae ad v. 34 monita sunt.

V. 932. σμικρὰ — ῥοπή] Seneca Oed. 809 *animam senilem mollis exsolvit sopor*. ERF. Apte affert Iacobs. Plat. de Rep. VIII p. 556 E ὥσπερ σῶμα νοσῶδες μικρᾶς ῥοπῆς ἔξωθεν δεῖται προσλαβέσθαι πρὸς τὸ κάμνειν etc.

V. 933. ὁ τλήμων] 'Infelix', i. e. quem mortuum esse doleo.

ΑΓΓ. καὶ τῷ μακρῷ γε συμμετρούμενος χρόνῳ.
ΟΙΔ. φεῦ φεῦ, τί δῆτ' ἄν, ὦ γύναι, σκοποῖτό τις
τὴν Πυθόμαντιν ἑστίαν ἢ τοὺς ἄνω
κλάζοντας ὄρνις, ὧν ὑφηγητῶν ἐγὼ
κτανεῖν ἔμελλον πατέρα τὸν ἐμόν; ὁ δὲ θανὼν
κεύθει κάτω δὴ γῆς· ἐγὼ δ' ὅδ' ἐνθάδε
ἄψαυστος ἔγχους, εἴ τι μὴ τὠμῷ πόθῳ
κατέφθιθ'· οὕτω δ' ἂν θανὼν εἴη 'ξ ἐμοῦ.
τὰ δ' οὖν παρόντα συλλαβὼν θεσπίσματα
κεῖται παρ' Ἅιδῃ Πόλυβος ἄξι' οὐδενός.
ΙΟΚ. οὔκουν ἐγώ σοι ταῦτα προὔλεγον πάλαι;
ΟΙΔ. ηὔδας· ἐγὼ δὲ τῷ φόβῳ παρηγόμην.
ΙΟΚ. μὴ νῦν ἔτ' αὐτῶν μηδὲν ἐς θυμὸν βάλῃς.
ΟΙΔ. καὶ πῶς τὸ μητρὸς λέκτρον οὐκ ὀκνεῖν με δεῖ;
ΙΟΚ. τί δ' ἂν φοβοῖτ' ἄνθρωπος, ᾧ τὰ τῆς τύχης
κρατεῖ, πρόνοια δ' ἐστὶν οὐδενὸς σαφής;
εἰκῇ κράτιστον ζῆν, ὅπως δύναιτό τις.

V. 934. Schol.: τοῦτο ὁ ἄγγελός φησιν, ὡς παραμυθούμενος, ὅτι μακραίων ἀπέθανε καὶ οὐ δεῖ ἐπ' αὐτῷ ἀπολοφύρεσθαι. Commensus cum longo tempore mortuus esse cum dicitur, hoc videtur significari: 'et obiit longum vitae tempus emensus'.

V. 936. τὴν Πυθόμ. ἑστίαν] Id est τὴν μαντικὴν Πυθοῦς ἑστίαν.

V. 937. ὧν ὑφηγητῶν] Sc. ὄντων. Cfr. Krueg. I 47, 4, 6.

V. 938. Elmsleius et G. Dindorfius κτενεῖν scripserunt, quod habet Dresd. b, quia cum omnino veteres poetae, tum Sophocles ἔμελλον cum infinitivo futuri iungant. — Numeri versus depingunt subridentem et eum quidem ridentem γέλωτα Αἰάντειον.

V. 939. Schol.: κεύθει· ἀντὶ τοῦ κεύθεται, κρύπτεται. Vide Krueg. II 52, 2, 1.

V. 940. ἄψαυστος ἔγχους] Active dictum; cfr. Krueg. II 47, 26, 8. — De sqq. εἴ τι μή vide ad v. 124 sq. — τῷ ἐμῷ πόθῳ, 'mei desiderio'; cfr. Krueg. I 47, 7, 8.

V. 942. συλλαβών] 'Secum auferens'. Sic συλλαβὼν ἀράς O. C. 1384. Philoct. 577 ἔκπλει σεαυτὸν συλλαβών. Tum ἄξια οὐδενός significat: 'ita ut irrita facta sint'.

V. 947. τὸ μητρὸς λέκτρον] Eodem sensu v. 951 τὰ μητρὸς νυμφεύματα dictum. De καὶ πῶς ad v. 990 diximus.

V. 948 sq. ᾧ τὰ τῆς τύχης κρατεῖ] Recte Brunck. interpretatur: 'cum res humanas omnes verset Fortuna', comparans Thucyd. IV 62 τὸ δὲ ἀστάθμητον τοῦ μέλλοντος ὡς ἐπὶ πλεῖστον κρατεῖ. Non enim in unum Oedipum, quae scholiastae opinio est, sed in totum genus humanum haec dicta esse vel ex v. 951, in cuius initio σὺ δὲ positum sit, apparere mihi videtur.

V. 949. πρόνοια] 'Rerum futurarum scientia'. Sic τᾶς παλαιφάτου προνοίας Trach. 823. MUSGR. Brunckius comparat Pind. Olymp. XII 10 σύμβολον δ' οὔπω τις ἐπιχθονίων πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσσομένας εὗρεν θεόθεν.

V. 950. εἰκῇ] Gl. ὡς ἔτυχε· ἁπλῶς καὶ ἀφροντίστως, καὶ μὴ πρὸς μαντείας ὁρῶντα. De optativo δύναιτο vide ad v. 310.

σὺ δ' ἐς τὰ μητρὸς μὴ φοβοῦ νυμφεύματα·
πολλοὶ γὰρ ἤδη κἀν ὀνείρασιν βροτῶν
μητρὶ ξυνηυνάσθησαν. ἀλλὰ ταῦθ' ὅτῳ
παρ' οὐδέν ἐστι, ῥᾷστα τὸν βίον φέρει.
ΟΙΔ. καλῶς ἅπαντα ταῦτ' ἂν ἐξείρητό σοι,
εἰ μὴ 'κύρει ζῶσ' ἡ τεκοῦσα· νῦν δ' ἐπεὶ
ζῇ, πᾶσ' ἀνάγκη, κεἰ καλῶς λέγεις, ὀκνεῖν.
ΙΟΚ. καὶ μὴν μέγας γ' ὀφθαλμὸς οἱ πατρὸς τάφοι·
ΟΙΔ. μέγας, ξυνίημ'· ἀλλὰ τῆς ζώσης φόβος.
ΑΓΓ. ποίας δὲ καὶ γυναικὸς ἐκφοβεῖσθ' ὕπερ;
ΟΙΔ. Μερόπης, γεραιέ, Πόλυβος ἧς ᾤκει μέτα.
ΑΓΓ. τί δ' ἔστ' ἐκείνης ὑμὶν ἐς φόβον φέρον;
ΟΙΔ. θεήλατον μάντευμα δεινόν, ὦ ξένε.
ΑΓΓ. ἦ ῥητὸν ἢ οὐ θεμιστὸν ἄλλον εἰδέναι;
ΟΙΔ. μάλιστά γ'· εἶπε γάρ με Λοξίας ποτὲ
χρῆναι μιγῆναι μητρὶ τἠμαυτοῦ τό τε
πατρῷον αἷμα χερσὶ ταῖς ἐμαῖς ἑλεῖν.
ὧν εἵνεχ' ἡ Κόρινθος ἐξ ἐμοῦ πάλαι

V. 951. ἐς τὰ μητρὸς etc.] De ἐς praepositionis vi confer Krueg. I, 68, 21, 8.

V. 952 sq. Ut Hippias apud Herodot. VI 197 ἐδόκεε τῇ μητρὶ τῇ ἑωυτοῦ συνευνηθῆναι et C. Iulius Caesar apud Sueton. c. 7. Cfr. Cicero de Divinatione I 29. — Pro ξυνηυνάσθησαν videtur scribendum ξυνηυνάθησαν, vetus forma Attica pro ξυνηυνήθησαν. Sic Trach. 918 εὐνατηρίοις restituit G. Dindorfius pro εὐναστηρίοις et infra v. 1212 La ἐδυνάσθησαν habet pro ἐδυνάθησαν.

V. 954. παρ' οὐδέν ἐστι] Vide Ant. 34 καὶ τὸ πρᾶγμ' ἄγειν οὐχ ὡς παρ' οὐδέν. El. 1327 πότερα παρ' οὐδὲν τοῦ βίου κήδεσθ' ἔτι; Alia eiusdem generis plurima Blomfield. Aesch. Ag. gloss. 221 attulit.

V. 957. πᾶσ' ἀνάγκη] Vide quae ad Antig. 770 adnotavimus.

V. 958. ὀφθαλμός] 'Lux i. e. solatium, levamen', ut Eur. Andr. 406. ERF. Adde Blomf. Aesch. Pers. gloss. 173.

V. 959. τῆς ζώσης φόβος] I. e. ἡ ζῶσα φοβεῖ με.

V. 960. ποίας — ὕπερ] De ποῖος καὶ ad Ant. 766 diximus. De postposita praepositione vide v. proximum et quae ad Trach. 90 sq. attuli exempla.

V. 962. τί δ' ἔστ' ἐκείνης] Vide Krueg. I 47, 10, 2. — De locutione ὑμὶν ἐς φόβον φέρον vide ad v. 498.

V. 964. θεμιστὸν praeeunte Iohnsono scripsi. Libri errore vulgato θεμιτόν. Brunckius ἢ οὐχὶ θεμιτὸν scripsit. De forma θεμιστός in Emendat. p. 56 sqq. dixi.

V. 967. πατρῷον αἷμα — ἑλεῖν] 'Sanguinem paternum suis manibus capere' poetice dictum pro 'patrem occidere'.

V. 968 sq. ἡ Κόρινθος ἐξ ἐμοῦ — μακρὰν ἀπ.] Praegnanter usurpatum est verbum ἀποικεῖσθαι, sic ut et relinquere locum, in quo habitaveris, et adire locum, in quem habitatum concedas, significet. Itaque sensus: 'propterea Corintho a me olim relicta in remotum locum habitatum concessi'. Praeterea adverte ἐξ ἐμοῦ, pro quo ὑπ'

μακρὰν ἀπῳκεῖτ'· εὐτυχῶς μέν, ἀλλ' ὅμως
τὰ τῶν τεκόντων ὄμμαθ' ἥδιστον βλέπειν.
ΑΓΓ. ἦ γὰρ τάδ' ὀκνῶν κεῖθεν ἦσθ' ἀπόπτολις;
ΟΙΔ. πατρός τε χρῄζων μὴ φονεὺς εἶναι, γέρον.
ΑΓΓ. τί δῆτ' ἐγὼ οὐχὶ τοῦδε τοῦ φόβου σ', ἄναξ,
ἐπείπερ εὔνους ἦλθον, ἐξελυσάμην;
ΟΙΔ. καὶ μὴν χάριν γ' ἂν ἀξίαν λάβοις ἐμοῦ.
ΑΓΓ. καὶ μὴν μάλιστα τοῦτ' ἀφικόμην, ὅπως,
σοῦ πρὸς δόμους ἐλθόντος, εὖ πράξαιμί τι.
ΟΙΔ. ἀλλ' οὔποτ' εἶμι τοῖς φυτεύσασίν γ' ὁμοῦ.
ΑΓΓ. ὦ παῖ, καλῶς εἶ δῆλος οὐκ εἰδὼς τί δρᾷς.
ΟΙΔ. πῶς, ὦ γεραιέ; πρὸς θεῶν, δίδασκέ με.
ΑΓΓ. εἰ τῶνδε φεύγεις εἵνεκ' εἰς οἴκους μολεῖν.
ΟΙΔ. ταρβῶν γε, μή μοι Φοῖβος ἐξέλθῃ σαφής.

ἐμοῦ exspectaveris. Cfr. Krueg. II 52, 5, 1.

V. 970. Cfr. Hom. Od. IX 34 ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων γίνεται, εἴ περ καί τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκήων.

V. 974. ἐξελυσάμην] Saepe aoristus post τί et τί οὖν pro praesente infertur, de quo usu vide Heind. ad Plat. Protag. p. 460. ERF. Adde Krueg. I 53, 6, 2.

V. 975. λάβοις ἐμοῦ] Vide ad v. 561.

V. 976. Schol.: τοῦτο· διὰ τοῦτο. Immo vide quae ad v. 259 adnotavi. Sic O. C. 1291 ἃ δ' ἦλθον, ἤδη σοι θέλω λέξαι, πάτερ, 1308 τί δῆτα νῦν ἀφιγμένος κυρῶ; Aristoph. Plut. 966 ἀλλ' ὅ τι μάλιστ' ἐλήλυθας, λέγειν σε χρῆν, Platon Protag. p. 310 ἀλλ' αὐτὰ ταῦτα καὶ νῦν ἥκω παρὰ σέ, Plaut. Mil. Gl. IV 4, 22 *id nos ad te, si quid velles, venimus.*

V. 977. Schol.: πρὸς δόμους· εἰς Κόρινθον. — σοῦ — ἐλθόντος, 'ubi venisses'.

Ib. εὖ πράξαιμί τι] Sic Aristoph. Pl. 341 χρηστόν τι πράττων. Pac. 215 εἰ δ' αὖ τι πράξαιτ' ἀγαθόν. Eur. Herc. 728 προσδόκα δὲ δρῶν κακῶς κακόν τι πράξειν. His omnibus in exemplis, quorum similia passim obvia, πράττειν sensu verbi πάσχειν usurpatur. BR. Bene ed. Oxon.: 'ut a te beneficii aliquid consequerer'. Vide Trach. 191. MUSGR.

V. 978. τοῖς φυτεύσασιν] De una matre intellegendum est. Vide quae ad v. 361 adnotata sunt.

V. 979. καλῶς] 'Valde, prorsus'. Sic recte Wakef. S. C. P. I, p. 161 coll. Theocrit. III 3 τὸ καλὸν πεφιλαμένε, ubi schol.: τὸ καλόν· ἀντὶ τοῦ λίαν. Cfr. idem ibid. P. V p. 53 et ad Eur. Herc. 1019. Diodorus Sic XIII 108 ὅσα μὴ καλῶς ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐδόκει διεφθάρθαι. Idem XVIII 9 μήπω καλῶς ἐγνωσμένης τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς. Chariton p. 156, 22 πρὶν καλῶς τὴν ναῦν καταχθῆναι. Dorvillius p. 691 'omnino, τελείως'. SCHAEFER. Significat 'probe' ut Aristoph. Thesm. 919 ἦ τοι γυνή φιλεῖ με, δήλη 'στὶν καλῶς.

V. 981. τῶνδε εἵνεκ'] Exspectaveris numerum singularem. Sed vide quae ad Philoct. 1326 sq. diximus.

V. 982. μή μοι Φοῖβος ἐξέλθῃ σαφής] De σαφής cfr. O. C. 623 εἰ Ζεὺς ἔτι Ζεὺς χὠ Διὸς Φοῖβος σαφής. Ibid. 792 ὅσῳπερ

ΑΓΓ. ἢ μὴ μίασμα τῶν φυτευσάντων λάβῃς;
ΟΙΔ. τοῦτ' αὐτό, πρέσβυ, τοῦτό μ' εἰς ἀεὶ φοβεῖ.
ΑΓΓ. ἆρ' οἶσθα δῆτα πρὸς δίκης οὐδὲν τρέμων;
ΟΙΔ. πῶς δ' οὐχί, παῖς γ' εἰ τῶνδε γεννητῶν ἔφυν;
ΑΓΓ. ὁθούνεκ' ἦν σοι Πόλυβος οὐδὲν ἐν γένει.
ΟΙΔ. πῶς εἶπας; οὐ γὰρ Πόλυβος ἐξέφυσέ με;
ΑΓΓ. οὐ μᾶλλον οὐδὲν τοῦδε τἀνδρός, ἀλλ' ἴσον.
ΟΙΔ. καὶ πῶς ὁ φύσας ἐξ ἴσου τῷ μηδενί;
ΑΓΓ. ἀλλ' οὔ σ' ἐγείνατ' οὔτ' ἐκεῖνος οὔτ' ἐγώ.
ΟΙΔ. ἀλλ' ἀντὶ τοῦ δὴ παῖδά μ' ὠνομάζετο;
ΑΓΓ. δῶρόν ποτ', ἴσθι, τῶν ἐμῶν χειρῶν λαβών.
ΟΙΔ. κᾆθ' ὧδ' ἀπ' ἄλλης χειρὸς ἔστερξεν μέγα;
ΑΓΓ. ἡ γὰρ πρὶν αὐτὸν ἐξέπεισ' ἀπαιδία.
ΟΙΔ. σὺ δ' ἐμπολήσας ἢ τυχών μ' αὐτῷ δίδως;

καὶ σαφεστέρων κλύω Φοίβου τε καὐτοῦ Ζηνός, huius fab. 390 ποῦ σὺ μάντις εἶ σαφής; De locutione σαφῆ ἐξελθεῖν compara huius fabulae 1182 τὰ πάντ' ἂν ἐξήκοι σαφῆ, 1084 οὐκ ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι ποτ' ἄλλος, 953 τὰ σέμν' ἵν' ἥκει etc., 1519 ἀλλὰ θεοῖς γ' ἔχθιστος ἥκω. Quibus ex locis facile apparet, quo sensu 1357 ἦλθον accipiendum sit.

V. 985. Schol.: ἆρ' οἶσθα, ὅτι ἀδίκως εὐλαβῇ; De dictione πρὸς δίκης, 'iure' significante, vide Krueg. II 68, 37, 7.

V. 987. ὁθούνεκ' ἦν σοι — οὐδὲν ἐν γένει] Id est ὅτι Πόλυβος οὐδέν σοι (sive σοι οὐκ) ἐγγενὴς sive συγγενὴς ἦν. Sic infra 1430 dictum τοῖς ἐν γένει pro τοῖς ἐγγενέσιν. Similiter El. 1124 ἐν δυσμενείᾳ γ' οὖσα. Addo (Demosth.) contra Euerg. p. 1160, 22 οὐ γάρ ἐστιν ἐν γένει σοι ἡ ἄνθρωπος, coll. p. 1161, 12.

V. 989. οὐ μᾶλλον — ἴσον] 'Nihilo magis quam hic homo i. e. ego, sed eodem modo'.

V. 990. καὶ πῶς] Saepe καί in interrogationibus cum aliis nominibus, tum adverbiis πῶς et ποῦ et pronomini interrogativo τίς ita praeponitur, ut non tam copulandi vim habeat, quam potius maiore cum vi interrogationem efferendam esse indicet. Sic καὶ τίς El. 883 οἴμοι τάλαινα, καὶ τίνος βροτῶν λόγον τόνδ' εἰσακούσασ' ὧδε πιστεύεις ἄγαν; ibid. 236, huius fab. 684, 735, 1435, Ant. 548, 1173, O. C. 73, 1172, 1439, Trach. 187, 1140; καὶ ποῦ huius fab. 732, O. C. 296, Trach. 68; καὶ πῶς huius fab. v. 1019, Ai. 50, El. 1189, O. C. 606, Trach. 1210, Philoct. 1247.

Ib. τῷ μηδενί] I. e. τῷ μὴ φύσαντι. Ut enim ea quae adiectivis adverbialiter adici debent poetae per adiectiva eloquuntur, cuius dicendi generis ad Phil. 1426 exempla allata sunt, ita hic ὁ μηδείς pro ὁ μή sive μηδαμῶς positum est. Comparari potest etiam illa Graecorum dicendi consuetudo qua ea quae soluta sunt constructione constructioni accommodant ut si pro τὸ 'ἀληθῶς' vel 'ἀληθείᾳ' λέγειν dicitur τὴν ἀλήθειαν λέγειν. Itaque non probandae coniecturae ut τῷ μή; λέγε vel τῷ μὴ ἐν γένει (ἐγγενεῖ).

V. 994. ἀπ' ἄλλης χειρός] Intellegendum, quod versu antecedenti positum, λαβών.

V. 996. τυχών ex Bothii coniectura scripsi. Inepte libri τεκών. Eodem significatu 'inci-

*ΑΓΓ.* εὑρὼν ναπαίαις ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς.
*ΟΙΔ.* ὡδοιπόρεις δὲ πρὸς τί τούσδε τοὺς τόπους;
*ΑΓΓ.* ἐνταῦθ' ὀρείοις ποιμνίοις ἐπεστάτουν.
*ΟΙΔ.* ποιμὴν γὰρ ἦσθα κἀπὶ θητείᾳ πλάνης;
*ΑΓΓ.* σοῦ δ', ὦ τέκνον, σωτήρ γε τῷ τότ' ἐν χρόνῳ.
*ΟΙΔ.* τί δ' ἄλγος ἴσχοντ' ἐν κακοῖς με λαμβάνεις;
*ΑΓΓ.* ποδῶν ἂν ἄρθρα μαρτυρήσειεν τὰ σά.
*ΟΙΔ.* οἴμοι, τί τοῦτ' ἀρχαῖον ἐννέπεις κακόν;
*ΑΓΓ.* λύω σ' ἔχοντα διατόρους ποδοῖν ἀκμάς.
*ΟΙΔ.* δεινόν γ' ὄνειδος σπαργάνων ἀνειλόμην.

dendi' positum infra v. 1039 ἦ γὰρ παρ' ἄλλου μ' ἔλαβες οὐδ' αὐτὸς τυχών;

V. 998. ὡδοιπόρεις — τούσδε τοὺς τόπους] De verbo ὁδοιπορεῖν cum simplici accusativo iuncto vide ad Philoct. 144 sq. et Krueg. II 46, 7, 2.

V. 1000. Schol.: κἀπὶ θητείᾳ πλάνης· μίσθιος καὶ ἐπὶ μισθῷ πλάνης. ἔστι δὲ ἀρσενικόν.

V. 1001. σοῦ δ' ex Flor. Γ restitui. Ceteri libri σοῦ γ'. 'Recte haec sententia verbis Oedipi opponitur. Nam cum Oedipus humilem, quae olim fuerit, nuntii conditionem esset miratus, hic, ut non ignobilem fuisse ostendat, illud quidem concedit, sed tamen servatorem se fuisse addit Oedipi, viri summo loco nati'. G. DINDORF.

V. 1002. Schol.: εἰπόντος τοῦ γέροντος, ὅτι σωτήρ σοι γέγονα, ὅπερ κοινὸν ἐπὶ πάντων ἐκτεθειμένων, ἀναπυνθάνεται ὁ Οἰδίπους, ὅτι ἐν ποίῳ ἄρα κακῷ ὄντα κατὰ τὴν ἔκθεσιν, ἵνα ἐκεῖνος εἴπῃ τὸ περὶ τῶν ποδῶν, ὅπερ ἐπιγινώσκει ἡ Ἰοκάστη. Nemodum interpretum editorumve in hoc versu haesit. Atque inaudita est tautologia in verbis τί ἄλγος ἴσχοντα atque ἐν κακοῖς, quae non potuit a Sophocle admitti. Accedit, quod in optimo codice La pro κακοῖς scribitur καιροῖς. Hinc non dubito, quin pro κακοῖς aut καλοῖς aut καλῷ scribendum sit, ita ut ἐν καλῷ significet 'opportune'. Sic El. 384 νῦν γὰρ ἐν καλῷ φρονεῖν. Schol.: νῦν εὔκαιρόν ἐστι καλῶς φρονῆσαι. Vide quae plura attuli ad Philoct. 1132. [Recte Wunderus, nisi quod cum optimus liber ἐν καιροῖς λαμβάνεις omisso μὲ exhibeat, καιροῖς ex interpretatione repetendum est et poeta ἐν δέοντι λαμβάνεις scripsisse videtur. Cfr. ad v. 1382.]

V. 1005. λύω σ' ἔχοντα — ἀκμάς] Plenam hic poeta locutionem posuit pro breviore, quae in usu est, λύω σε διάτορον τὰ τοῖν ποδοῖν ἄρθρα.

V. 1006. δεινόν γ' — ἀνειλόμην] 'Magno dedecori mihi sunt crepundia, quae accepi', sive, ut Brunckius interpretatur: 'monumenta sane illa nactus sum, quibus non est quod glorier', adnotans praeterea: 'Σπάργανα sunt monumenta, crepundia, ut bene Donatus ad Terentii Eunuch. IV 6, 15 *Monumenta sunt, quae Graeci dicunt* γνωρίσματα καὶ σπάργανα. Vide ad eum locum eruditam Frid. Lindenbruchii notam'. Ernestius in Clavi Cic.: *Crepundia*, παίγνια, quae pueris dantur, ut iis ludendo se oblectent; tanquam monilia, torques, anuli, crepitacula et similia. Ex iis solebant aut expositi aut rapti a praedonibus etc. infantes agnosci; unde γνωρίσματα Brut. 9. Vide Salm. ad Vopisc. Aurelian. c. 4 T. II p. 321.

ΑΓΓ. ὥστ' ὠνομάσθης ἐκ τύχης ταύτης ὃς εἶ.
ΟΙΔ. ὢ πρὸς θεῶν, πρὸς μητρὸς ἢ πατρός, φράσον.
ΑΓΓ. οὐκ οἶδ'· ὁ δοὺς δὲ ταῦτ' ἐμοῦ λῷον φρονεῖ.
ΟΙΔ. ἦ γὰρ παρ' ἄλλου μ' ἔλαβες οὐδ' αὐτὸς τυχών;
ΑΓΓ. οὔκ, ἀλλὰ ποιμὴν ἄλλος ἐκδίδωσί μοι.
ΟΙΔ. τίς οὗτος; ἦ κάτοισθα δηλῶσαι λόγῳ;
ΑΓΓ. τῶν Λαΐου δήπου τις ὠνομάζετο.
ΟΙΔ. ἦ τοῦ τυράννου τῆσδε γῆς πάλαι ποτέ;
ΑΓΓ. μάλιστα. τούτου τἀνδρὸς οὗτος ἦν βοτήρ.
ΟΙΔ. ἦ κἄστ' ἔτι ζῶν οὗτος, ὥστ' ἰδεῖν ἐμέ;
ΑΓΓ. ὑμεῖς γ' ἄριστ' εἰδεῖτ' ἂν οὑπιχώριοι.
ΟΙΔ. ἔστιν τὶς ὑμῶν τῶν παρεστώτων πέλας,
ὅστις κάτοιδε τὸν βοτῆρ', ὃν ἐννέπει,
εἴτ' οὖν ἐπ' ἀγρῶν εἴτε κἀνθάδ' εἰσιδών;
σημήναθ', ὡς ὁ καιρὸς ηὑρῆσθαι τάδε.
ΧΟΡ. οἶμαι μὲν οὐδέν' ἄλλον ἢ τὸν ἐξ ἀγρῶν,
ὃν κἀμάτευες πρόσθεν εἰσιδεῖν· ἀτὰρ
ἥδ' ἂν τάδ' οὐχ ἥκιστ' ἂν Ἰοκάστη λέγοι.
ΟΙΔ. γύναι, νοεῖς ἐκεῖνον, ὅντιν' ἀρτίως

V. 1008. Triclinius: *πρὸς μητρὸς ἢ πατρός· ἔπαθον τοῦτο δηλονότι, ἤγουν τὸ διατρυπηθῆναι τοὺς ἀστραγάλους. ἀσύνετον γὰρ καὶ ἀνακόλουθον πρὸς τὰ ἐπαγόμενα τὸ νομίζειν ἐρωτᾶν τὸν Οἰδίποδα, εἰ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἢ μητρὸς ὠνομάσθη.* Recte addit Neuius post exclamationem v. 1006, quam indignitas rei expressit, resumi sententiam v. 1008. Celeritas diverbii efficit, ut facile *πρὸς μητρὸς ἢ πατρὸς* referantur ad *διατόρους ἔχοντα.*

V. 1011. *οὔκ*] Negatione afficitur bimembris quaestionis pars posterior. Platon. Gorg. p. 453 D: *ΣΩ. ὅστις διδάσκει ὁτιοῦν πρᾶγμα, πότερον, ὃ διδάσκει, πείθει ἢ οὔ; ΓΟ. οὐ δῆτα, ἀλλὰ πάντων μάλιστα πείθει.* Theaet. p. 149 E: *ΣΩ. τῆς αὐτῆς ἢ ἄλλης οἴει τέχνης εἶναι θεραπείαν τε καὶ ξυγκομιδὴν τῶν ἐκ γῆς καρπῶν καὶ αὖ τὸ γιγνώσκειν, εἰς ποίαν γῆν ποῖον φυτόν τε καὶ σπέρμα καταβλητέον; ΘΕ. οὔκ ἀλλὰ τῆς αὐτῆς.* NEUIUS.

V. 1017. Schol.: *εἰδεῖτ' ἄν· ἀντὶ τοῦ εἰδείητε ἄν.*

V. 1021. *ηὑρῆσθαι*] De perfecto cfr. Krueg. I 53, 3, 4 et qui ibi allatus est locus Plat. Crit. p. 46 A *οὐδὲ βουλεύεσθαι ἔτι ὥρα, ἀλλὰ βεβουλεῦσθαι.* De dictione *ὁ καιρὸς* vide eundem I 50, 6, 5.

V. 1022. *τὸν ἐξ ἀγρῶν*] I. e. eum quem ex agris arcessere iubebas.

V. 1024. De duplici *ἂν* vide ad v. 334.

V. 1025 sq. *γύναι — λέγει*] Aut vitii aliquid latet in duobus his versibus, aut, quod probabilius mihi est, librariorum incuria excidit integer versus, qui his additus erat a poeta. Certum est enim, quod recte me per literas monuit G. T. A. Kruegerus, hoc dici ab Oedipo debere: 'mulier, putasne illum,

μολεῖν ἐφιέμεσθα τόν θ' οὗτος λέγει;
ΙΟΚ. τί δ', ὅντιν' εἶπε; μηδὲν ἐντραπῇς. τὰ δὲ
ῥηθέντα βούλου μηδὲ μεμνῆσθαι μάτην.
ΟΙΔ. οὐκ ἂν γένοιτο τοῦθ', ὅπως ἐγὼ λαβὼν
σημεῖα τοιαῦτ' οὐ φανῶ τοὐμὸν γένος.
ΙΟΚ. μὴ πρὸς θεῶν, εἴπερ τι τοῦ σαυτοῦ βίου
κήδει, ματεύσῃς τοῦθ'· ἅλις νοσοῦσ' ἐγώ.
ΟΙΔ. θάρσει· σὺ μὲν γὰρ οὐδ' ἐὰν τρίτης ἐγὼ
μητρὸς φανῶ τρίδουλος, ἐκφανεῖ κακή.
ΙΟΚ. ὅμως πιθοῦ μοι, λίσσομαι· μὴ δρᾶ τάδε.
ΟΙΔ. οὐκ ἂν πιθοίμην μὴ οὐ τάδ' ἐκμαθεῖν σαφῶς.
ΙΟΚ. καὶ μὴν φρονοῦσά γ' εὖ τὰ λῷστά σοι λέγω.
ΟΙΔ. τὰ λῷστα τοίνυν ταῦτά μ' ἀλγύνει πάλαι.
ΙΟΚ. ὦ δύσποτμ', εἴθε μήποτε γνοίης ὃς εἶ.
ΟΙΔ. ἄξει τις ἐλθὼν δεῦρο τὸν βοτῆρά μοι;
ταύτην δ' ἐᾶτε πλουσίῳ χλιδᾶν γένει.

quem modo venire huc iussimus (cfr. v. 833 ed. meae) quemque hic dicit, unum eundemque an diversum esse?' Haec ipsa igitur, quae extremo loco posui, 'unum eundemque an diversum esse', enuntiata fuisse a poeta credo eo versu, quem excidisse dico, minime assentiens Kruegero sic existimanti, Oedipi haec addere volentis orationem interruptam ab Iocasta esse.

V. 1027. *τί δ', ὅντιν' εἶπε;*] Sensus hic est: 'quid vero (sc. curas), quem significaverit ille? noli curare. Quae vero dicta sunt, eorum ne meminisse quidem velis inutiliter'. Id est: inutile est curare, quis sit ille, de quo loquitur nuntius: inutilius etiam meminisse (cordi tibi esse) quae fecisse a nuntio dictus est.

V. 1027 sq. Schol.: *συνίησιν ἤδη τὸ πᾶν ἡ Ἰοκάστη καὶ θέλει ἤδη ἑαυτὴν διαχειρίσασθαι, πρὶν ἔκπυστα γενέσθαι τὰ κακά. τοῦτο δὲ δηλοῖ διὰ τὸ ἅλις νοσοῦσ' ἐγώ.* Recte negat G. T. A. Kruegerus iam nunc existimandam esse Iocastam necem sibi inferre cogitare. Quod consilium tum denique cepisse putanda est, cum eo progressum Oedipum esse vidisset in investigatione rei, ut iam non posset non patefieri. Itaque *ἅλις νοσοῦσ' ἐγώ* cum dicit Iocasta, hoc videtur significare: 'satis est me miseram esse, i. e. satis est me scire, cuius mariti uxor sim, summique illius mali onus sustinere; noli tu quoque eius rei scientiam adipisci adeptusque tuum ipsius interitum accelerare'.

V. 1029 sq. *οὐκ ἂν γένοιτο τοῦθ', ὅπως — οὐ φανῶ*] De structura ad Trachin. v. 455 *ὅπως δὲ λήσεις, οὐδὲ τοῦτο γίγνεται* diximus.

V. 1032. *ἅλις νοσοῦσ' ἐγώ*] De omisso *εἰμί* cf. Trachin. 332 *ἅλις γὰρ ἡ παροῦσα.* Philoct. 892 *οὔπω νηΐ γὰρ ἅλις πόνος.*

V. 1033. *τρίτης* etc.] Hoc dicit Oedipus: quamvis et matrem suam et aviam et proaviam fuisse servas appareat, tamen nihil detractum iri de nobilitate Iocastae. — Vulgo metro pessumdato *οὐδ' ἂν ἐκ τρίτης.* Augustanus c *οὐδ' ἐὰν ἐκ τρίτης.* Cuius vestigia secutus cum Hermanno *ἐκ* delevi.

V. 1041. Schol. *τρυφᾶν καὶ ἐναβρύνεσθαι,* unde Nauckius *χλιδᾶν* restituit pro *χαίρειν.* Cfr.

ΙΟΚ. ἰοὺ ἰού, δύστηνε· τοῦτο γάρ σ' ἔχω
V. 1147. ὡς ἄλλην χθόνα] Ὡς hic non valet εἰς, siquidem ab Atticis ea potestate non usurpatur, nisi rei animatae iunctum, sed est pro καθά pertinetque ad δοκῶν, quemadmodum recte haec in glossis explicantur: καθὰ δοκῶν ἐκεῖνον ἀποίσειν τὸν παῖδα εἰς ἄλλην χθόνα, ἔνθεν αὐτὸς ἦν. BR. Comparat Elmsleius Eurip. Herc. 984 ἄλλῳ δʼ ἐπεῖχε τόξʼ, ὃς ἀμφιβώμιον ἔπτηξε κρηπῖδʼ, ὡς λεληθέναι δοκῶν. Adde Aristoph. Thesm. 185 ὡς δοκῶν εἶναι γυνή, Herod. VII 213 ἦλθέ οἱ ἐς λόγους ὡς μέγα τι παρὰ βασιλέος δοκέων οἴσεσθαι.

V. 1151. τὰ πάντʼ ἂν ἐξ. σαφῆ] Vide ad v. 982.

V. 1152. Schol.: εὖ πεπλαγίασται ὁ λόγος, ὡς τὴν πήρωσιν αἰνιττομένου. ἀλλʼ ἐπὶ τὸν θάνατον αὐτῷ ὁ λόγος· ἀπορήσας γὰρ ξίφους ἑαυτὸν ἐτύφλωσεν.

V. 1153 sq. Inter πέφασμαι et quod praecedit φῶς ratio intercedit. De numero plurali οἷς . . οὓς vide ad v. 361.

V. 1155 sqq. ἰὼ — ἐναριθμῶ] Cfr. Soph. Ai. 125 ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν εἴδωλʼ, ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν et Pind. Pyth. VIII 135 τί δέ τις; τί δʼ οὔ τις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. De tota re cfr. Aesch. Sept. c. Th. 769 sqq. πρόπρεμνα δʼ ἐκβολὰν φέρει ἀνδρῶν ἀλφηστᾶν ὄλβος ἄγαν παχυνθείς. τίνʼ ἀνδρῶν γὰρ τοσόνδʼ ἐθαύμασαν θεοὶ ξυνέστιοι πόλεος ὁ πολύβατός τʼ ἀγὼν βροτῶν, ὅσον τότʼ Οἰδίπουν τίον, ἁρπαξάνδραν κῆρʼ ἀφελόντα χώρας;

V. 1156. ἴσα καὶ] Conf. Krueg. I 69, 32, 5.

τίς γὰρ τίς ἀνὴρ πλέον
τᾶς εὐδαιμονίας φέρει
ἢ τοσοῦτον, ὅσον δοκεῖν
καὶ δόξαντ' ἀποκλῖναι;
τὸν σόν τοι παράδειγμ' ἔχων
τὸν σὸν δαίμονα,. τὸν σόν, ὦ τλᾶμον Οἰδιπόδα, βροτῶν
οὐδὲν μακαρίζω·

(ἀντιστροφὴ α΄.)

ὅστις καθ' ὑπερβολὰν
τοξεύσας ἐκράτησε τοῦ πάντ' εὐδαίμονος ὄλβου,
ὦ Ζεῦ, κατὰ μὲν φθίσας
τὰν γαμψώνυχα παρθένον
χρησμῳδόν, θανάτων δ' ἐμᾷ
χώρᾳ πύργος ἀνέστα·

V. 1160 sq. Schol.: *ὅσον δόξαι εὐδαίμων εἶναι.* De infinitivo cfr. Krueg. I 55, 3, 5. Verbum *ἀποκλῖναι* recte gl. codd. Lipss. explicant *ἐκπεσεῖν, ἐκτραπῆναι.* Sensus igitur hic est: 'quis hominum plus felicitatis aufert, quam ut videatur felix et, postquam visus est, in alteram sortem declinet?' Magnopere errant qui chorum hoc carmine de subita potissimum vice fortunarum humanarum conqueri putant. Immo ille, Oedipi exemplum intuens, propterea hominum sortem deplorat, quod hoc tantum consequantur, ut per aliquod tempus videantur esse felices, nunquam autem vere felices sint. — De usu verbi activi *φέρειν* ad v. 571 admonuimus.

V. 1162 sq. *τὸν σόν* scripsi pro *το σόν* cum Camerario. Schol.: *τὸν σὸν βίον παράδειγμα ἔχων, οὐδένα μακαρίζω καὶ εὐδαιμονίζω.*

V. 1165. *οὐδὲν* Hermannus scripsit pro *οὐδένα.* Nauckius comparavit fragm. 652, 4 *Ἄρης γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν λωτίζεται.*

V. 1166. *ὅστις*] Non ad sortem, *δαίμονα*, sed ad ipsum Oedipum referendum esse cum per se patet, tum ex verbis quae sequuntur *κατὰ μὲν φθίσας* etc. intellegitur. — *καθ' ὑπερβολὰν τοξεύσας* explicatur in scholiis: *ὑπερβολικῶς εὐτυχήσας*, 'nimium prospero nisu.'

V. 1167—1172. *ἐκράτησε — ἀνέστα*] Tertia persona de Oedipo utitur, post quam rursus ad secundam transit (*καλεῖ — ἐτιμάθης*), qua supra usus erat. Quo non intellecto vetus aliquis corrector *ἐκράτησε*, quod Hermannus restituit, in *ἐκράτησας* violata metri lege mutavit eiusque errore inductus recentior *ἀνέστα*, quod cod. La a prima manu habet, in *ἀνέστας* corrupit. *ἀνέστα* legit scholiasta, qui interpretatur *ἀσφάλεια καὶ ἀπαλέξησις γέγονε.* DIND. De *πάντ' εὐδαίμονος* cfr. Krueg. I 46, 4, 4.

V. 1170. Triclin.: *τὴν γαμψώνυχα· ἤτοι τὴν Σφίγγα. ἰστέον δέ, ὅτι ἡ Σφὶγξ εἶχε πρόσωπον καὶ κεφαλὴν κόρης, σῶμα κυνός, πτερὰ ὄρνιθος, φωνὴν ἀνθρώπου, ὄνυχας λέοντος.*

V. 1171 sq. Schol.: *θανάτων· τῶν ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς γινομένων. πύργος δέ, ἀντὶ τοῦ ἀσφάλεια καὶ ἀπαλέξησις γέγονε.* Cfr. ad. v. 484. De locutione *πύργος θανάτων* cfr. Krueg. II 47, 7, 2 (*λιμὴν ἀτυχίας*). — Ceterum cum haec verba *θανά-*

*ἐξ οὗ καὶ βασιλεὺς καλεῖ*
*ἐμὸς καὶ τὰ μέγιστ' ἐτιμάθης ταῖς μεγάλαι-*
*σιν ἐν*
*Θήβαισιν ἀνάσσων.*
(*στροφὴ β'.*)
*τανῦν δ' ἀκούειν τίς ἀθλιώτερος;*
*τίς ἄταις ἀγρίαις, τίς ἐν πόνοις*
*ξύνοικος ἀλλαγᾷ βίου;*
*ἰὼ κλεινὸν Οἰδίπου κάρα,*
*ᾧ μέγας λιμὴν*
*αὐτὸς ἤρκεσεν*
*παιδὶ καὶ πατρὶ*
*θαλαμηπόλῳ πεσεῖν,*

*των* — *ἀνέστα* opposita sint illis *κατὰ μὲν φθίσας* — *χρησμῳδόν*, exspectaverit quispiam *ἀναστάς*. At liberius poetae orationem conformare licuit. Vide ad v. 447.

V. 1173. In hiatu *καλεῖ ἐμὸς* nulla offensio est. Sic v. 1159 *φέρει*, *ἦ* etc., Antig. 119 *στόμα ἔβα* in eodem versuum genere. Vide plura in Advers. in Soph. Philoct. p. 117—119 et apud Seidl. ad Eur. El. 153 et 207.

V. 1174 sq. *τὰ μέγιστ' ἐτιμ.*] Gl. *τὰς μεγίστας τιμὰς ἐτιμήθης*. Cfr. Xenoph. Anab. VII 3, 19 *ἄξιον οὖν σοι μεγαλοπρεπέστατα τιμῆσαι Σεύθην*. Plutarch. Nic. c. 10 *τἄλλα μὲν ὡς ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πρόθυμος εἰς αὐτοὺς ἐτιμήθη*. Adde quae ad v. 259 sq. adnotavi.

V. 1177. *ἀκούειν*] Quantum audio; cfr. ad Vig. p. 744 et Krueg. II 55, 3, 8.

V. 1178 sq. Verba in libris sic tradita: *τίς ἐν πόνοις, τίς ἄταις ἀγρίαις* transposuit et v. 1189 *δικάζει τ'* pro *δικάζει τὸν* scripsit Hermannus aequabilitatis restituendae causa. Ex praegresso comparativo *ἀθλιώτερος* adsumendum est ad *ξύνοικος* adverbium *μᾶλλον*. Verbis *ἀλλαγᾷ βίου*, 'mutatione vitae', i. e. mutato vitae statu, cum significetur id, quo in labores calamitatesque coniectus sit Oedipus, ita ut *ξύνοικος* iungendum sit cum substantivis *πόνοις* et *αταις*, advertenda est insolentior locutio *ἐν πόνοις ξύνοικον εἶναι*, 'in laboribus habitare', siquidem vulgo *ξυνοικεῖν* vel *ξύνοικον εἶναι πόνοις*, non *ξύν. ἐν πόνοις*, dici solet. De praepositione ante secundum demum nomen posita vide ad v. 707.

V. 1181—1184. *ᾧ μέγας* — *πεσεῖν*] Schol. *ᾧ ὑποδοχὴ εἰς τὸ ἄμφω δέξασθαι, σὲ καὶ τὸν πατέρα. Ἢ ὅτι μήτηρ ἦν καὶ γυνὴ ἡ Ἰοκάστη ἣν λέγει λιμένα. Θαλαμηπόλῳ δὲ νυμφίῳ.* Prior ratio praeferenda videtur, ut sensus non sit: 'cui idem sinus magnus suffecit, in quo infans et parens maritus iaceret', sed 'cui filio idem ac patri magnum receptaculum suffecit, in quo maritus iaceret'. Epitheton *μέγας* recte eo refert Hermannus, quod *λιμὴν* iusto maior fuerit. At haeremus in vocabulo *λιμήν*, ad quem defendendum non satis est v. 422 sq. attulisse, praesertim cum verbum *πεσεῖν*, non *εἰσπλεῦσαι* et paulo post alia imago *ἄλοκες* sequatur. Heimsoethius coniecit *πῶς γάμου λιμήν*, speciose illud quidem, sed non ita ut satisfaciat. Nobis scripsisse videtur poeta *ᾧ μέγας γύης*. Cfr. Ant. 569 *ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι*, Aesch. Sept. 752 *πατροκτόνον Οἰδιπόδαν, ὅστε ματρὸς*

πῶς ποτε, πῶς ποθ' αἱ πατρῷαί σ' ἄλοκες
φέρειν, τάλας,
σῖγ' ἐδυνάθησαν ἐς τοσόνδε;
(ἀντιστροφὴ β'.)
ἐφηῦρέ σ' ἄκονθ' ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος
δικάζει τ' ἄγαμον γάμον πάλαι
τεκνοῦντα καὶ τεκνούμενον.
ἰὼ Λαϊήϊον τέκνον,
εἴθε σ', εἴθε σε
μήποτ' εἰδόμαν.
δύρομαι γὰρ ὡς
περίαλλ' ἰαχέων

ἁγνὰν σπείρας ἄρουραν, ἵν' ἐτράφη, ῥίζαν αἱματόεσσαν ἔτλα et infra ad v. 1232 sq. — De dativo θαλαμηπόλῳ cfr. Krueg. I 55, 2, 5. — De πεσεῖν confert Nauckius Eur. Hel. 1093 ὦ πότνι', ἢ Δίοισιν ἐν λέκτροις πίτνεις, hymn. Ven. 199 βροτοῦ ἀνέρος ἔμπεσον εὐνῇ.

V. 1185. Schol. rec.: πατρῷαι ἄλοκες· ἤγουν ἡ γυνή, ἔνθα σπείρει σε πατήρ. Similiter dictum v. 1256 μητρῴαν ἄρουραν.

V. 1188. ἐφηῦρε — χρόνος] Fragm. inc. 657 ed. Dind. πάντ' ἐκκαλύπτων ὁ χρόνος εἰς τὸ φῶς ἄγει. Adde Aiac. 646. 714.

V. 1189. δικάζει] Gl. καταδικάζει. Reddi poterat 'ulciscitur, poenas repetit'. Vide quae notavimus ad Eurip. Med. 157. BR. Triclinius: τὸ ἄγαμον διὰ τὸν Οἰδίποδα νοητέον, οὕτω· δικάζει ὁ χρόνος τὸν κακόγαμον γάμον τοῦ Οἰδίποδος πρὸς Ἰοκάστην, τεκνοποιοῦντα ἐξ αὐτῆς καὶ γεννώμενον αὐτὸν ἐξ αὐτῆς. Quoniam, nuptias dum importunas dicit, maritum maxime, ut de cuius solius miseria hic agatur, intellegi poeta vult, cum substantivo γάμον participia ad Oedipum referenda coniunxit paullo audacius. Est igitur γάμος τεκνῶν καὶ τεκνούμενος 'nuptiae, in quibus liberos procreat qui in iisdem procreatus est'. Simillime v. 1403 sqq. poeta locutus est.

V. 1191. Λαϊήϊον Bothius pro Λαΐειον scripsit comparans Φοιβήϊον ab Eur. Iph. A. 756 usurpatum. Addo Eur. Phaeth. fr. 775 v. 64 κηρύσσω δ' ὁσίαν βασιλήϊον. Fortasse praestat quod Erfurdtius scripsit ἰὼ Λαΐειον ὦ τέκνον.

V. 1192. εἴθε σ', εἴθε σε. Sic ex mea coniectura scripsi. In libris enim secundum pronomen desideratur. Sed solet id hac orationis forma repeti. Sic 1097 τίς σε, τέκνον, τίς σ' ἔτικτε; Trach. 1004 ἐᾶτέ μ', ἐᾶτέ με δύσμορον. 1024 τᾷδέ με, τᾷδέ με. O. C. 1407 sq. μή τοί με — μή μ' ἀτιμάσητέ γε. Ant. 1286 τί μ' ἄρα, τί μ' ὀλέκεις; 1319 ἐγὼ γάρ σ', ἐγώ σ' ἔκανον. Trach. 97 πόθι μοι πόθι μοι ναίει; In brevi syllaba nulla offensio. Vide v. 1183 et Ai. 391. 392. 395 ed. meae.

V. 1195. De verbo ἰαχέων vide me. cur. crit. p. 12 sq. Recte Ellendtius s. v. ἰαχαῖος: 'neque de praesente ἰαχεῖν satis certo constat neque non contractum in ἰαχῶν praetulisset poeta'. Nec probari potest quod Blaydesius reponi iubet περίαλλά σ' ἀχέων nec quod auctore Hermanno Erfurdtius proposuit ἰακχίων ἐκ στομάτων 'vociferante ore' interpretatus. Nam ἀχέων gen. foret nominis ἄχος, ἰακχίων autem nusquam exstat. Melius G. Burgesius coniecit ἰὰν χέων.

ἐκ στομάτων. τὸ δ' ὀρθὸν εἰπεῖν, ἀνέπνευσά τ' ἐκ σέθεν
καὶ κατεκοίμησα τοὐμὸν ὄμμα.

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ γῆς μέγιστα τῆσδ' ἀεὶ τιμώμενοι,
οἷ' ἔργ' ἀκούσεσθ', οἷα δ' εἰσόψεσθ', ὅσον δ'
ἀρεῖσθε πένθος, εἴπερ ἐγγενῶς ἔτι
τῶν Λαβδακείων ἐντρέπεσθε δωμάτων.
οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν
νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην, ὅσα
κεύθει, τὰ δ' αὐτίκ' ἐς τὸ φῶς φανεῖ κακά,

At optime nomini στομάτων suum epitheton additur, si scribimus ἰαλέμων ἐκ στομάτων cl. Hesych. ἰαλέμων· δυστήνων, ἀθλίων et Eur. Herc. 109 ἰαλέμων γόων.

V. 1195 sq. Schol.: περίαλλα· περιάλλως, ὑπερβολικῶς. De ὡς particula cum περίαλλα iungenda ad El. 1414 monuimus.

V. 1196. τὸ δ' ὀρθὸν εἰπεῖν] 'Ut verum dicam'. Cfr. Krueg. I 55, 1, 2. Schol. rec.: ἀνέπνευσα· ἀναψυχὴν ἔσχον ἐκ σοῦ. ἀναπνέω τὸν ἀέρα καὶ ἀπὸ τούτου ἀνέπνευσα ἀμεταβάτως, ὅτε ἐν βίᾳ τινὶ ὢν εἶτα ἀπηλλάγην αὐτῆς.

V. 1197. κατεκοίμησα] I. e. κατέμυσα, ut schol. interpretatur. Ceterum chorus haec sentit: 'ita afficior ut si per te revixerim et per te exspiraverim'. Cfr. v. 50.

V. 1199. Schol.: ἐξάγγελος ἔρχεται ἀπαγγέλλων, ὅτι ἀγχόνῃ ἐτελεύτησεν ἡ Ἰοκάστη καὶ ὁ Οἰδίπους ἑαυτὸν ἐτύφλωσεν.

V. 1201. Schol.: ἐγγενῶς· γνησίως.

V. 1203 sq. Aqua marina vel fluviali caedes ablui putabatur. Aeneas apud Verg. Aen. II 718 *me bello e tanto digressum et caede recenti attrectare nefas, donec me flumine vivo abluero.* Vide Dacier. et Tertullian. de baptismo c. 5. Hic ne maiorum quidem Europae Asiaeque fluviorum aquis ablui posse tanta scelera nuntius dicit. BOTHIUS. Erfurdtius conferri iubet Valcken. ad Eur. Hippol. 654 et Iacobs. ad Anthol. Gr. vol. III p. II p. 11.

V. 1204 sq. ὅσα κεύθει — κακά] Vulgo maiore post κεύθει posita interpunctione hoc dici a nuntio interpretes putant: 'nec Phasis neque Ister eluat mala, quae haec domus tegit; alia autem mox in lucem proferet'; ita quidem, ut, quae tegi intus mala dicantur, nex intellegenda sit Iocastae, quae autem mox in conspectum proditura, Oedipus oculorum lumine privatus. Quam interpretationem probari non posse, ut cetera mittam, vel inde apparet, quod verba ὅσα κεύθει per usum linguae Graecae non licet de una Iocastae nece intellegi. Immo ut dubitari nequit, quin malis illis, quae statim appalitura dicuntur, ἑκόντα κοὐκ ἄκοντα appellata, et Iocastae caedes violenta et Oedipi oculorum amissus significetur, ita certissimum est, quae tegere mala domus regia dicatur, intellegi omnia illa flagitia debere, quae antea a gente Labdacidarum commissa sint. Itaque recte haec Doederlinus ita interpretatur, ut plena sit locutio: ὅσα τὰ μὲν κεύθει, τὰ δ' αὐτίκα φανεῖ κακά, ac per illa mala atrox Iocastae nex intellegatur, oculis vulgi subtractae, per haec mala Oedipi excaecatio statim in pu-

ἑκόντα κοὐκ ἄκοντα. τῶν δὲ πημονῶν
μάλιστα λυποῦσ' αἳ φανῶσ' αὐθαίρετοι.
ΧΟΡ. λείπει μὲν οὐδ' ἃ πρόσθεν εἴδομεν τὸ μὴ οὐ
βαρύστον' εἶναι· πρὸς δ' ἐκείνοισιν τί φῄς;
ΕΞΑΓ. ὁ μὲν τάχιστος τῶν λόγων εἰπεῖν τε καὶ
μαθεῖν, τέθνηκε θεῖον Ἰοκάστης κάρα.
ΧΟΡ. ὦ δυστάλαινα, πρὸς τίνος ποτ' αἰτίας;
ΕΞΑΓ. αὐτὴ πρὸς αὑτῆς. τῶν δὲ πραχθέντων τὰ μὲν
ἄλγιστ' ἄπεστιν· ἡ γὰρ ὄψις οὐ πάρα.
ὅμως δ', ὅσον γε κἀν ἐμοὶ μνήμης ἔνι,
πεύσει τὰ κείνης ἀθλίας παθήματα.
ὅπως γὰρ ὀργῇ χρωμένη παρῆλθ' ἔσω
θυρῶνος, ἵετ' εὐθὺ πρὸς τὰ νυμφικὰ
λέχη κόμην σπῶσ' ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς·

blicum proditari. Idem addit Iocastae interitum pro multiplici malo habitum esse, primum quod perisset regina, dein quod sua manu perisset, porro quod flagitiis onusta perisset, sui ipsius filii uxor.

V. 1026. Schol.: ἑκουσίως γὰρ ἑαυτὸν καὶ ὁ Οἰδίπους ἐτύφλωσε καὶ ἡ Ἰοκάστη ἀπήγξατο. μάλιστα (φησὶ) τῶν κακῶν λυπεῖ τὰ μὴ ἐκ τύχης συμβάντα, ἀλλ' ὥσπερ ἐπίσπαστα καὶ αὐτάγρετα γινόμενα. Confert Musgravius Philoct. 1318 ἑκουσίοισιν βλάβαις. Elmsleius: Hesychius ἆκον· ἀκούσιον· Σοφοκλῆς Οἰδίποδι Τυράννῳ. Sic etiam in Oed. Col. 133, 240, 977.

V. 1207. αἳ φανῶσ'] De coniunctivo sine ἂν particula posito vide Krueg. I 54, 15, 3.

V. 1208 sq. Pro ᾔδειμεν quod libri habent scripsit Elmsleius ᾔδεμεν. Praetuli εἴδομεν propter ea quae praecedunt ὅσα κεύθει, τὰ δ' αὐτίκ' εἰς τὸ φῶς φανεῖ κακά. Intransitive usurpatum λείπει, ita ut proprie verba significent hoc: 'Ne ea quidem, quae antea videramus, deficiunt, ut non sint luctuosa, i. e. nihil abest, quin ea etiam, quae antea videramus, luctuosa sint'. De μὴ οὐ post οὐ λείπει cfr. Eur. Tro. 796 τίνος ἐνδεόμεν μὴ οὐ πανσυδίᾳ χωρεῖν ὀλέθρου διὰ παντός, Iph. A. 41 τῶν ἀπόρων οὐδενὸς ἐνδεὶς μὴ οὐ μαίνεσθαι, Krueg. I 67, 12, 6.

V. 1210. τάχιστος εἰπεῖν] 'Celerrimus, i. e. brevissimus dictu'. Non supplendum ἐστίν, sed ὁ . . λόγος ex ratione locutionum τὸ λεγόμενον, τὸ τῆς παροιμίας, τὸ τῶν παιζόντων explicandum, ut ex hoc loco appareat quod addubitatur illas locutiones nominativos esse, non accusativos. Cfr. Krueg. I 57, 10, 11. Μὲν dicit, quia iam ea quae sequuntur τῶν δὲ πραχθέντων κτἑ. in mente habet.

V. 1214. ἄλγιστ' ἄπεστιν . . πάρα] Apta haec ad incitandos spectatores ut ea quae audiunt, cogitatione informent ut visa.

V. 1215. κἀν ἐμοὶ — ἔνι] Huius pleonasmi multa exempla attuli in Advers. ad Soph. Philoct. p. 55 sq.

V. 1217. ὀργῇ χρωμένη] 'Furore percita, in der Leidenschaft'. ERF. De παρῆλθ' ἔσω compara El. 1338 εἴσω παρέλθεθ'. Plutarch. Camill. c. 30 παρελθόντες γὰρ εἰς αὐτὴν etc.

V. 1218. εὐθὺ πρὸς] Cum forma εὐθύ apud tragicos nusquam reperiatur, recte ex deterioribus libris Nauckius recepisse videtur εὐθὺς ἐς.

V. 1219. ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς] I. e. ἀμφοῖν χεροῖν, ut recte

πύλας δ', ὅπως εἰσῆλθ', ἐπιρράξασ' ἔσω,
καλεῖ τὸν ἤδη Λάϊον πάλαι νεκρόν,
μνήμην παλαιῶν σπερμάτων ἔχουσ', ὑφ' ὧν
θάνοι μὲν αὐτός, τὴν δὲ τίκτουσαν λίποι
τοῖς οἶσιν αὐτοῦ δύστεκνον παιδουργίαν.
γοᾶτο δ' εὐνάς, ἔνθα δύστηνος διπλοῦς
ἐξ ἀνδρὸς ἄνδρα καὶ τέκν' ἐκ τέκνων τέκοι.
χὤπως μὲν ἐκ τῶνδ' οὐκ ἔτ' οἶδ' ἀπόλλυται.
βοῶν γὰρ εἰσέπαισεν Οἰδίπους, ὑφ' οὗ
οὐκ ἦν τὸ κείνης ἐκθεάσασθαι κακόν·
ἀλλ' εἰς ἐκεῖνον περιπολοῦντ' ἐλεύσσομεν.
φοιτᾷ γὰρ ἡμᾶς ἔγχος ἐξαιτῶν πορεῖν
γυναῖκά τ' οὐ γυναῖκα, μητρῴαν δ' ὅπου

explicatur in scholiis recentioribus. Sic O. C. 1112 πλευρὸν ἀμφιδέξιον, 'utrumque latus'. ἀμφιδεξίοις χερσί Aeschylum in Telepho dixisse testatur Hesychius. ERF.

V. 1220. Schol.: τὸ ἑξῆς· ὅπως εἰσῆλθεν ἔσω, ἐπιρρήξασα τὰς πύλας, τουτέστι κλείσασα, Ὅμηρος (Ω 454): τὸν τρεῖς μὲν ἐπιρρήσσεσκον Ἀχαιοί, τρεῖς δ' ἀναοίγεσκον, καλῶς δὲ τοῖς λέκτροις ἐπεμπίπτει· δι' αὐτὰ γὰρ ἀπόλλυται. Videatur ad Homeri locum Eustath. p. 1358. Atticam formam ἐπιρράξασ', pro qua epicam ἐπιρρήξασ' habent libri, restituit Dobraeus.

V. 1222. σπερμάτων] Gl. παίδων, τουτέστι τοῦ Οἰδίποδος. BR.

V. 1223 sq. τίκτουσαν] De τίκτειν, non tantum 'parere', sed etiam 'parentem esse' significante, vide ad Philoct. 1067. — λίποι δὲ dictum pro λιπών. Cfr. Krueg. I 59, 2, 6. — τοῖς οἶσιν αὐτοῦ, i. e. filio suo, Oedipo. Vide ad v. 361.

V. 1224. παιδουργίαν] Pro παιδουργόν. Sic ὁμηλικίη pro ὁμῆλιξ Odyss. ζ 23 et alibi apud Homerum. Eur. Androm. 937 Σειρήνων — ποικίλων λαλημάτων. Suppl. 173 πρεσβεύματα pro πρέσβεις. Conf. ad Ai. 381. MUSGR.

V. 1225 sq. ἔνθα δύστηνος διπλοῦς etc.] 'Ubi duplex peperisset infandum genus, maritum e marito, natos e nato'. ERF. Διπλοῦς accusativus est numeri pluralis, referendus ad nomen illud, quod continetur vocabulis ἄνδρα et τέκνα, id est ἀνθρώπους, recte explicatum ab Erfurdtio 'duplex genus'. De augmento in γοᾶτο omisso vide Krueg. II 28, 3, 4.

V. 1227. χὤπως — ἀπόλλυται] Insolentior verborum ordo pro: χὤπως μὲν ἐκ τῶνδε (i. e. μετὰ ταῦτα) ἀπόλλυται, οὐκέτι οἶδα. Eiusdem generis exempla alia multa collegimus ad O. C. 1223.

V. 1228 sq. ὑφ' οὗ οὐκ ἦν etc.] Posuit poeta ὑφ' οὗ, quod verbum, a quo pendent haec, οὐκ ἦν hac notione dictum: 'impediebamur'.

V. 1230. Schol.: περιπολοῦντα· περιερχόμενον ὥσπερ ἐμμανῆ.

V. 1232. γυναῖκά τ'] Repete πορεῖν, ita ut significet 'arcessere, adducere'. Simillime dictum O. C. 1458 πῶς ἄν, εἴ τις ἔντοπος, τὸν πάντ' ἄριστον δεῦρο Θησέα πόροι;

V. 1232 sq. μητρῴαν — διπλῆν ἄρουραν οὗ etc.] 'Geminum arvum, ex quo ipse et liberi sui procreati essent'. De ἄρουρα confer 1485 πατὴρ ἐφάνθην ἔνθεν αὐτὸς ἠρόθην et 1497 τὴν τεκοῦσαν ἤροσεν. Addo Platon. de legg. VIII p. 839 A ἀπεχο-

κίχοι διπλῆν ἄρουραν οὗ τε καὶ τέκνων.
λυσσῶντι δ' αὐτῷ δαιμόνων δείκνυσί τις·
οὐδεὶς γὰρ ἀνδρῶν οἳ παρῆμεν ἐγγύθεν.
δεινὸν δ' ἀΰσας ὡς ὑφηγητοῦ τινος
πύλαις διπλαῖς ἐνήλατ'· ἐκ δὲ πυθμένων
ἔκλινε κοῖλα κλῇθρα κἀμπίπτει στέγῃ.
οὗ δὴ κρεμαστὴν τὴν γυναῖκ' ἐσείδομεν,
πλεκταῖς ἑώραις ἐμπεπλεγμένην. ὁ δὲ
ὅπως ὁρᾷ νιν, δεινὰ βρυχηθεὶς τάλας,
χαλᾷ κρεμαστὴν ἀρτάνην. ἐπεὶ δὲ γῇ
ἔκειτο τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν.
ἀποσπάσας γὰρ εἱμάτων χρυσηλάτους
περόνας ἀπ' αὐτῆς, αἷσιν ἐξεστέλλετο,
ἄρας ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὑτοῦ κύκλων,

μένους δὲ ἀρούρας θηλείας πάσης, ἐν ᾗ μὴ βούλοιτο ἂν σοι φύεσθαι τὸ σπαρέν.

V. 1236. ὡς ὑφηγ. τινος] 'Tanquam admonitus ab aliquo Iocastam intus esse'. MUSGR. Vide ad v. 937.

V. 1237. Schol. rec.: ἐνήλατ'· λὰξ ἐπέθετο.

V. 1237 sq. ἐκ δέ πυθμένων — κλῇθρα] Dissentiunt editores in interpretatione horum verborum. Mihi vix dubium videtur, quin voce πυθμένων 'cardines', qui sunt in foribus, et vocabulo κλῇθρα 'postes' intellegi debeant. Conf. Theocr. XXIV 15 ὦρσεν ἐπὶ πλατὺν οὐδόν, ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων et Verg. Aen. II 480 *limina perrumpit postesque a cardine vellit aeratos* et ibid. v. 493 *labat ariete crebro ianua et emoti procumbunt cardine postes*. Schol.: ἀνέτρεψε τὰς θύρας καὶ κατέβαλεν ἐκ τῶν πυθμένων. Quid κοῖλα significet, pariter hic ignoro atque Trachin. 887 ed. meae.

V. 1240. ἑώραις] Eustath. ad Il. Γ p. 389, 42 ἠερέθεσθαι δὲ κυρίως μὲν τὸ ἐν ἀέρι κρέμασθαι, ἐξ οὗ καὶ ἡ αἰώρα — ὅτι δὲ ἡ ῥηθεῖσα αἰώρα καὶ διὰ τοῦ ε ψιλοῦ ἔχει τὴν ἄρχουσαν, ὡς δηλοῖ οὐ μόνον τὸ πλεκταῖς ἑώραις ἐμπεπλεγμένην, ἀλλὰ καὶ τὸ μετέωρος, ἕτεροι ἐπαγωνιζέσθωσαν. BR. Hermannus Valcken. ad Theocr. Adon. p. 243 C conferri iubet. At cum La in v. proximo ὅπως δ' exhibeat, melior forma αἰώραις restituenda videtur hoc modo: πλεκταῖσιν αἰώραισιν ἐμπεπλεγμένην· | ὅπως δ' ὁρᾷ, in quibus αἰώραισιν idem quod κρεμαστῇ ἀρτάνῃ v. 1242. Magis speciose quam caute Nauckius scribit πλεκταῖσιν ἀρτάναισιν αἰωρουμένην, in quibus certe ἀγχόναισιν praestaret propter v. 1242.

V. 1242. χαλᾷ] Ut Latinorum verba *laxare* et *levare*, ita Graecorum χαλᾶν nonnunquam 'solvendi' notionem habet. De dativo loci γῇ vide ad v. 20.

V. 1243. τλήμων] Sc. Iocasta. De articulo emisso vide Krueg. II 50, 7, 4. — In sequentibus de δὲ particula in apodosi posita idem II 65, 9, 2 exposuit.

V. 1244 sq. Fibulis olim utebantur mulieres Graecae more Dorum vel Carum, donec male aliquando illis usae vestitum Ionicum usurpare iussae sunt. Vide Herod. V 87 et 88. Monuit Dacer. cfr. Eur. Hec. 1170. L. Bosii Antiq. Gr. IV 16, 2. G. G. S. Koepkii Beschreib. des häusl. Zustand. der Griech. p. 680. Ael. Var. Hist. I 18. BOTHIUS.

V. 1246. Schol. rec.: ἄρας·

αὐδῶν τοιαῦθ', ὁθούνεκ' οὐκ ὄψοιντό νιν
οὔθ' οἷ' ἔπασχεν οὔθ' ὁποῖ' ἔδρα κακά,
ἀλλ' ἐν σκότῳ τὸ λοιπὸν οὓς μὲν οὐκ ἔδει
ὀψοίαθ', οὓς δ' ἔχρῃζεν οὐ γνωσοίατο.
τοιαῦτ' ἐφυμνῶν πολλάκις τε κοὐχ ἅπαξ
ἤρασσ' ἐπαίρων βλέφαρα, φοίνιαι δ' ὁμοῦ
γλῆναι γένει' ἔτεγγον, οὐδ' ἀνίεσαν

ἐπάρας, ἀναπετάσας, ἐκέντησε τὰ μέρη τῶν ἑαυτοῦ ὀφθαλμῶν, ἔνθα ἁρμόζεται τὰ βλέφαρα, τουτέστι τὰς κόρας. Cfr. Eurip. Phoen. 61 εἰς ὄμμαθ' αὑτοῦ δεινὸν ἐμβάλλει φόνον, χρυσηλάτοις πόρπαισιν αἱμάξας κόρας. Ad quem locum scholiasta: ὅμοια καὶ Ἑλλάνικος. ἐν δὲ τῷ Οἰδίποδι οἱ Λαΐου θεράποντες ἐτύφλωσαν αὐτόν· 'ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ' ἐρείσαντες πέδῳ ἐξομματοῦμεν καὶ διόλλυμεν κόρας'.

V. 1247 sq. ὁθούνεκα, ὅτι sive ὡς. De optativo futuri vide Krueg I 53, 7, 10. Ceterum recte G. Dindorfius: Pro ὄψοιντο fuerunt qui tempus requirerent praeteritum, ut hoc diceretur, oculos priora mala et crimina Oedipi non vidisse, sed in posterum luce privatos non esse visuros quos non oporteret. Unde Hermannus ὄψαιντο coniecit, forma aoristi veteribus Atticis inaudita. Hoc si voluisset Sophocles, non ὄψαιντο dicturus, sed alio verbo usurus et totum sententiam sic potius conformaturus erat ut hoc diceret Oedipus, oculos se effodisse quia priora eius crimina non animadvertissent.

V. 1247 sq. οὐκ ὄψοιντό νιν οὔθ' οἷ' ἔπ.] I. e. οὐκ ὄψοιντο οἷα αὐτὸς ἔπασχεν. Vide quae notavimus ad Arist. Concion. 1125. Graecis acceptum habent hoc schema comici Latini (immo omnes poetae Latini), apud quos frequentissimum est. Sic Plautus Rud. II 3, 59 *eam veretur, ne perierit*. BR. Verbis οἷα ἔπασχεν ad nuptias quibus inscius cum matre iunctus est, verbis ὁποῖ' ἔδρα ad interfectionem patris respici puta.

V. 1249 sq. ἐν σκότῳ — ὀψοίατο] 'Per tenebras visuros esse', i. e. omnino non visuros esse. Sic τηλόθεν εἰσορῶν Philoct. 454 'e longinquo videns' pro 'non videns'. βλέφαρα κέκληταί γ' ὡς καπηλείου θύραι, apud Polluc. Lib. VII sect. 193 ex Sophoclis Phineo: 'palpebra clauditur, ut popinae fores, i. e. non clauditur'. Conf. Antig. 717. MUSGR. Conf. Seidler. ad Eur. Troad. 566.

V. 1251. Schol.: ἐφυμνῶν· ἀνοιμώζων. Vide Brunck. ad Electr. 382 et Blomfield. in gloss. ad Aesch. Sept. c. Theb. v. 6. Verba πολλάκις — ἅπαξ iungenda cum sequentibus ἤρασσε etc. Inepte enim Oedipus clamasset iterum iterumque oculos suos in posterum non visuros esse quos cognoscere cupivisset. Quod satis erat semel dixisse.

V. 1252. Schol.: ἤρασσε· ἀναπετάσας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔπαιεν. At vix verba ἐπαίρων βλέφαρα sic intellegi possunt ut vult scholiasta (ἀναπετάσας τοὺς ὀφθαλμούς) nec sententia apta. Si ἐπαίρων sanum est, ex eis quae paulo ante sunt περόνας — ἄρας interpretatio repeti debet. Quamquam Nauckio concedendum melius iungi ἐπαίρων βλέφαρα. Is conicit ἤρασσε πείρων· Praetulerim ἤρασσ' ἐπαίσσων i. e. ἤρασσ' ἐπάσσων, ut nos dicimus 'er stiess darauf los'.

V. 1252 sq. φοίνιαι — ἔτεγγον] I. e. γλῆναι δὲ ἀραχθεῖσαι φόνῳ τὰ γένεια ἔτεγγον, pupillae fibulis effossae cruore suo exstillante genas rigabant.

V. 1253 sqq. οὐδ' ἀνίεσαν —

φόνου μυδώσας σταγόνας, ἀλλ' ὁμοῦ μέλας
ὄμβρος χαλάζης αἱματοῦς ἐτέγγετο.
τάδ' ἐκ δυοῖν ἔρρωγεν οὐ μόνου κάτα,
ἀλλ' ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμμιγῆ κακά.
ὁ πρὶν παλαιὸς δ' ὄλβος ἦν πάροιθε μὲν
ὄλβος δικαίως· νῦν δὲ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ
στεναγμός, ἄτη, θάνατος, αἰσχύνη, κακῶν
ὅσ' ἐστὶ πάντων ὀνόματ', οὐδέν ἐστ' ἀπόν.
ΧΟΡ. νῦν δ' ἔσθ' ὁ τλήμων ἐν τίνι σχολῇ κακοῦ;
ΕΞΑΓ. βοᾷ διοίγειν κλῇθρα καὶ δηλοῦν τινα
τοῖς πᾶσι Καδμείοισι τὸν πατροκτόνον,
τὸν μητρὸς — αὐδῶν ἀνόσι' οὐδὲ ῥητά μοι,
ὡς ἐκ χθονὸς ῥίψων ἑαυτὸν οὐδ' ἔτι
μενῶν δόμοις ἀραῖος, ὡς ἠράσατο.

ἐτέγγετο] In v. 1255 αἱματοῦς scripsi ex Heathii coniectura. Libri αἵματος habent. Sensus est: 'neque emittebant (sc. αἱ ἀραχθεῖσαι γλῆναι) tabi liquentes guttas, sed simul ater imber grandinis sanguineus profundebatur'. Ὄμβρος χαλάζης nobis est: ein Hagelregen, Latine 'imber grandinis', ut dixit Lucretius VI 106. Itaque μέλας ὄμβρ. χαλ. αἱματοῦς nobis erit: 'ein schwarzer Hagelregen von Blut'. Cfr. Krueg. II 47, 5, 2. Cum sententia οὐδ' ἀνίεσαν . . σταγόνας conferri potest locutio ἀστακτὶ λείβων δάκρυον O. C. 1251, ἀστάκτων ὑδάτων Eur. Iph. T. 1252 vel quae sunt apud Aeschylum Ag. 1533 δέδοικα δ' ὄμβρον κτύπον δομοσφαλῆ τὸν αἱματηρόν, ψακὰς δὲ λήγει.

V. 1256 sq. μόνου κάτα scripsi pro μόνου κακά idemque ante me Otto in dissertatione quae inscribitur quaestiones Sophocleae criticae. Monast. 1868 edita p. 42 proposuit. Quamquam autem sententia aliquid insoliti habet, tamen nulla causa est cur de Dindorfi suspicione hunc et proximum versum interpolatori lacunam explenti tribuamus et poetae consilium non agnoscamus mores nuntii ut hominis de plebe informantis.

V. 1259. Pro τῇδε θἠμέρᾳ, quod libri habent, Lobeckius (Soph. Ai. p. 282 ed. tert.) et hoc loco et Ai. 756 τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ scripsit insolitae crasis vitandae gratia. Ai. 778 in La τῆιδε θ' ἡμέραι radendo factum ex τῆιδ' ἐν ἡμέραι.

V. 1263 sqq. Schol.: πιθανὴ ἡ αἰτία τοῦ ἐξιέναι αὐτόν, ἵνα (φησὶ) δείξῃ τοῖς πολίταις, ὅτι ἀξίως ἑαυτὸν ἐτιμωρήσατο ἐπὶ ἀκουσίοις παθήμασι, καὶ ὡς μέλλων ἑκοντὶ ἐξιέναι τῆς πόλεως διὰ τὰς ἀράς, ἃς ἔφθασεν ἐπαρασάμενος.

V. 1263. βοᾷ] 'Cum clamore iubet'. Xenoph. Anab. I 8, 12 τῷ Κλεάρχῳ ἐβόα ἄγειν τὸ στράτευμα. § 19 ἐβόων δὲ ἀλλήλοις μὴ θεῖν δρόμῳ et alibi saepe. SCHAEF.

V. 1265. Schol. rec.: τὸν μητρός· ἔμελλε λέγειν τὸν μητρὸς μιάστορα· σιγᾷ δὲ τοῦτο διὰ τὸ αἰσχρὸν καὶ φησὶν ἀνόσιον, ἄρρητον εἶναι.

V. 1267. ἀραῖος, ὡς ἠράσατο] I. e. ἀραῖς ὑποκείμενος, ἃς ἠράσατο, sive, ut schol. ad v. 1263 interpretatur, διὰ τὰς ἀράς, ἃς ἔφθασεν ἐπαρασάμενος. Sic supra v. 644 ἀραῖος ὀλοίμην.

ῥώμης γε μέντοι καὶ προηγητοῦ τινος
δεῖται· τὸ γὰρ νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν.
δείξει δὲ καὶ σοί. κλῇθρα γὰρ πυλῶν τάδε
διοίγεται· θέαμα δ' εἰσόψει τάχα
τοιοῦτον, οἷον καὶ στυγοῦντ' ἐποικτίσαι.
ΧΟΡ. ὦ δεινὸν ἰδεῖν πάθος ἀνθρώποις,
ὦ δεινότατον πάντων, ὅσ' ἐγὼ
προσέκυρσ' ἤδη.
τίς σ', ὦ τλῆμον, προσέβη μανία;
τίς ὁ πηδήσας μείζονα δαίμων
τῶν μακίστων
πρὸς σῇ δυσδαίμονι μοίρᾳ;
ἀλλ' οὐδ' ἐσιδεῖν δύναμαί σ' ἐθέλων
πόλλ' ἀνερέσθαι, πολλὰ πυθέσθαι,
[πολλὰ δ' ἀθρῆσαι·]
τοίαν φρίκην παρέχεις μοι.

## ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

αἰαῖ αἰαῖ,
φεῦ φεῦ, δύστανος ἐγώ. ποῖ γᾶς
φέρομαι τλάμων; πᾷ μοι φθογγά
διαπέταται φοράδην;

V. 1268. ῥώμης] I. e. forti auxilio alicuius.

V. 1269. νόσημα] I. e. πάθημα. — Schol. rec.: μεῖζον ἢ φέρειν· βαρὺ πλέον ἢ ὥστε δύνασθαι φέρειν τινά. Cfr. Krueg. I 49, 4.

V. 1272. οἷον — ἐποικτίσαι] Vide ad v. 1160. — Eadem sententia in Ai. 924.

V. 1274 sq. ὅσ' ἐγὼ προσέκυρσ' ἤδη] Insolentius προσκυρεῖν hic cum accusativo iunctum, similiter atque τυγχάνειν nonnunquam cum eodem casu coniungitur, idem quod hic προσκυρεῖν significans: 'consequi' sive 'experiri'. Cfr. Krueg. II 47, 14, 4.

V. 1275 sq. τίς σ' — προσέβη μανία;] Sic Ai. 137 σὲ δ' ὅταν πληγὴ Διὸς — ἐπιβῇ et Philoct. 193 τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν — ἐπέβη.

V. 1276 sq. τίς ὁ πηδήσας] I. e. τίς ἐστιν ὁ δαίμων, ὃς ἐπήδησεν. Est autem πηδᾶν μείζονα brevitas quaedam dictionis pro μείζονα πηδήματα πηδᾶν. Vide quae ad v. 259 sq. adnotavi.

V. 1279. Inter verba μοίρᾳ et ἀλλ' οὐδ' etc. in codicibus omnibus additum reperitur φεῦ φεῦ δύστανος. Quod delevi cum G. Dindorfio, ut illatum ex v. 1284.

V. 1281. Verba πολλὰ δ' ἀθρῆσαι parum apta induxi. Alii verba πόλλ' ἀνερέσθαι — ἀθρῆσαι spuria iudicant.

V. 1286. διαπέταται cum interiectionibus quae praecedunt φεῦ φεῦ Dindorfius delevit. At neque φέρεται quod e membro praecedente adsumendum foret, cum φοράδην bene coniungitur neque διαπέταται interpolatoris manum prodit. Illud etiam obstat quominus de exclamatione ἀπαπαῖ (cfr. Phil. 746) cogite-

ἰὼ δαῖμον, ἵν' ἐξήλλου.
ΧΟΡ. ἐς δεινὸν οὐδ' ἀκουστὸν οὐδ' ἐπόψιμον.

(στροφὴ α'.)

ΟΙΔ. ἰὼ σκότου
νέφος ἐμὸν ἀπότροπον ἐπιπλόμενον ἄφατον,
ἀδάματόν τε καὶ δυσούριστον ὄν.
οἴμοι,
οἴμοι μάλ' αὖθις, οἷον εἰσέδυ μ' ἅμα
κέντρων τε τῶνδ' οἴστρημα καὶ μνήμη κακῶν.
ΧΟΡ. καὶ θαῦμα γ' οὐδὲν ἐν τοσοῖσδε πήμασιν
διπλᾶ σε πενθεῖν καὶ διπλᾶ θροεῖν κακά.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ΟΙΔ. ἰὼ φίλος,

mus. Scholiastae interpretatio ποῦ ἐστιν ἡ φθογγὴ [ἥτις σφόδρα μοι διαπέταται], ἧς φερομένης ἀκούω bene conveniat verbis: πᾷ μοι φθογγὰ κελαδεῖ φοράδην;

V. 1287. ἰὼ δαῖμον. ἵν' ἐξήλλου] ἐξήλλου dedi ex Hermanni coniectura. Libri plerique ἐξήλου. pauci ἐξήλω. Eadem ratione hoc dictum, qua paullo ante v. 1276 sqq. τίς ὁ πηδήσας μείζονα δαίμων τῶν μακίστων πρὸς σῇ δυσδαίμονι μοίρᾳ; Cfr. Aesch. Pers. 516 ὦ δυσπόνητε δαῖμον, ὡς ἄγαν βαρὺς ποδοῖν ἐνήλλου παντὶ Περσικῷ γένει. Hoc enim dicit: 'o deus, quo prorupisti sive evasisti!' i. e. in quam tu me calamitatem coniecisti! De ἵνα cfr. ad v. 918.

V. 1288. ἐς δεινὸν — ἐπόψιμον] Id est intellecto ἐξήλλετο sive προέβη: 'in calamitatem cum auditu crudelem, tum visu nefariam'.

V. 1289 sq. σκότου νέφος] 'Caliginis nubes', i. e. caliginosa nubes, qua obducti sunt oculi mei. Ἀπότροπον, 'abominanda', Hesychio interprete, ὅ τις ἂν ἀποτράποιτο. Cfr. Ai. 607. Verba ἐπιπλόμενον ἄφατον explicat scholiasta: ἀφάτως ἐπεληλυθός, i. e. 'quae nefando modo in me ingruit'. Nisi forte praestat, deleto post ἀπότροπον commate, totum membrum sic accipere: 'vae, caliginis nubes, quae in me ingruit (ἐπιπλόμενον), abominanda nefanda'.

V. 1291. ὄν post δυσούριστον in libris omissum addidit Hermannus. At neque numeris v. antistr. 1300 haec emendatio admodum commendatur et sensus potius δυσούριστον quod explicat schol. ὅρον μὴ ἔχον corruptum esse arguit. Nauckius coniecit δυσοιώνιστον (cfr. Suidas ἀπαίσιον· δυσοιώνιστον), Wilamowitzius δυσεξούριστον. In mentem mihi venit δυσεξάκριστον, ut ratio similis inter ἀδάματον et δυσεξάκριστον intercedat atque inter ἄτλατον et φευκτάν Ai. 223.

V. 1293 sq. οἷον εἰσέδυ — κακῶν] I. e. οἷον τὸν θυμὸν οἰστρᾷ ταῦτα τὰ κέντρα ἅμα καὶ ἡ τῶν κακῶν μνήμη, 'quanto furore inflammant animum meum hice stimuli pariter atque maleficiorum praeteritorum memoria'. Stimulis autem significat oculorum effossionem, proprie fibulas, quibus oculos effodit. Scholiasta: ὁμοῦ με εἰσέδυ ἥ τε ἀπὸ τῆς πηρώσεως ἀλγηδὼν καὶ ἡ τῶν κακῶν ὑπόμνησις.

V. 1296. διπλᾶ σε πενθεῖν] Id est διπλοῦν πένθος σε αἴρεσθαι, coll. Eurip. Hel. 143 οὐ διπλᾶ χρῄζω στένειν et fragm. 1064 ed. Dind. ὕστερον στένει διπλᾶ.

Ib. θροεῖν scripsi cum Nauckio. Libri plerique habent φορεῖν, aliquot φέρειν.

σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος. ἔτι γὰρ
ὑπομένεις με τὸν τυφλὸν κηδεύων.
φεῦ φεῦ.
οὐ γάρ με λήθεις, ἀλλὰ γιγνώσκω σαφῶς,
καίπερ σκοτεινός, τήν γε σὴν αὐδὴν ὅμως.
ΧΟΡ. ὦ δεινὰ δράσας, πῶς ἔτλης τοιαῦτα σὰς
ὄψεις μαρᾶναι; τίς σ' ἐπῆρε δαιμόνων;
(στροφὴ β'.)
ΟΙΔ. Ἀπόλλων τάδ' ἦν, Ἀπόλλων, φίλοι,
ὁ κακὰ τελῶν, τάδ' ἐμὰ πάθεα.
ἔπαισε δ' αὐτόχειρ νιν οὔτις, ἀλλ' ἐγὼ τλάμων.
τί γὰρ ἔδει μ' δρᾶν,
ὅτῳ γ' ὁρῶντι μηδὲν ἦν ἰδεῖν γλυκύ;
ΧΟΡ. ἦν τᾷδ', ὅπωσπερ καὶ σὺ φής.
(στροφὴ γ'.)
ΟΙΔ. τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτὸν ἢ στερκτὸν ἢ προσήγορον

V. 1293. Schol.: ἐπίπολος· περιπολῶν ἐμὲ καὶ περιμένων (μόνιμος) ἔτι. νῦν δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ χοροῦ γνωρίζει, ἴσως διὰ τὸ τεταράχθαι ἐπὶ τῷ τοσούτῳ προσφάτῳ κακῷ.

V. 1300. ὑπομένεις με κηδεύων] Herodot. VII 101 ὑπομενέουσι χεῖρας ἐμοὶ ἀνταειρόμενοι. Diodor. Sic. XIX 12 μηδέποθ' ὑπομένειν ποιοῦντας τὸ προσταττόμενον. Xenoph. Cyrop. IV 5, 22 ὑπόμεινον προστάξας. SCHAEF.

V. 1301. οὐ γάρ με λήθεις — σαφῶς] Apte me admonuit G. T. A. Kruegerus Hom. Il. Ω 563 καὶ δέ σε γιγνώσκω, Πρίαμε, φρεσὶν οὐδέ με λήθεις.

V. 1302. καίπερ σκοτεινός] Cfr. v. 419 βλέποντα νῦν μὲν ὄρθ', ἔπειτα δὲ σκότον. Adscripsit Neuius Eurip. Alc. 379 καὶ μὴν σκοτεινὸν ὄμμα μου βαρύνεται. Ceterum similis sententia est Ai. 15 sq.: ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς ὅμως, φώνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενί.

V. 1303 sq. τοιαῦτα σὰς ὄψεις μαρᾶναι] Vide quae ad v. 259 adnotavi. De usu verbi τλῆναι ad O. C. 180 diximus.

V. 1304. Schol.: ἐπῆρε· ἔπεισε. καὶ Εὐριπίδης (Or. 286)· ὅστις μ' ἐπάρας ἔργον ἀνοσιώτατον.

V. 1305. Ἀπόλλων τάδ' ἦν] Iungendum τάδε cum nomine κακά.

V. 1306. Restitui cum Nauckio quae La habet a prima manu. Alia manus addidit alterum κακά et alterum ἐμά (ὁ κακὰ κακὰ τελῶν ἐμὰ τάδ' ἐμὰ πάθεα). Ab Apolline cur mala sua Oedipus adducta dicat, explicat ipse 1382 sq. τὸν ἐκ θεῶν φανέντ' ἄναγνον. Adde 1440 sq. Et praedixerat iam Tiresias 377 ἐπεὶ ἱκανὸς Ἀπόλλων, ᾧ τάδ' ἐκπρᾶξαι μέλει.

V. 1307. ἔπαισε δ' αὐτόχειρ νιν etc.] Dixit ita poeta, cum in mente haberet dicere: ἔπαισε δ' αὐτόχειρ νιν (sc. τὰς ὄψεις) οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐγώ, vel ἔπαισε δέ νιν οὔτις ἄλλος, ἀλλ' ἐγὼ αὐτόχειρ.

V. 1310. τᾷδ' emendavit Nauckius. La exhibet τάδ'. Vulgo ταὐθ'.

V. 1311 sq. τί δῆτ' ἐμοὶ — ἡδονᾷ] Referendum ἡδονᾷ non solum ad ἀκούειν, sed etiam ad βλεπτόν et στερκτόν sensusque hic est: 'quid adspicere, quid diligere, quid sive quem, qui me adloquatur, audire cum voluptate possum?'

ἔτ᾽ ἔστ᾽ ἀκούειν ἡδονᾷ, φίλοι;
ἀπάγετ᾽ ἐκτόπιον ὅ τι τάχιστά με,
ἀπάγετ᾽, ὦ φίλοι, τὸν ὄλεθρον μέγαν,
τὸν καταρατότατον, ἔτι δὲ καὶ θεοῖς
ἐχθρότατον βροτῶν.
ΧΟΡ. δείλαιε τοῦ νοῦ τῆς τε συμφορᾶς ἴσον,
ὥς σ᾽ ἠθέλησα μηδαμὰ γνῶναί ποτ᾽ ἄν.

(ἀντιστροφὴ β΄.)

ΟΙΔ. ὄλοιθ᾽ ὅστις ἦν ὃς ἀγρίας πέδας
νομάδος [ἐπιποδίας] ἔλαβέ μ᾽ ἀπό τε φόνου
ἔρυτο κἀνέσωσεν, οὐδὲν ἐς χάριν πράσσων.
τότε γὰρ ἂν θανὼν
οὐκ ἦ φίλοισιν οὐδ᾽ ἐμοὶ τοσόνδ᾽ ἄχος.
ΧΟΡ. θέλοντι κἀμοὶ τοῦτ᾽ ἂν ἦν.

(ἀντιστροφὴ γ΄.)

ΟΙΔ. οὔκουν πατρός γ᾽ ἂν φονεὺς ἦλθον οὐδὲ νυμφίος

V. 1314. *ἀπάγετ᾽ ἐκτόπιον*] I. e. *ἐκ τοῦ τόπου*. Sic v. 1411 *θαλάσσιον ἐκρίψατε*. Cfr. Krueg. II 57, 5, 2.

V. 1315. *τὸν ὄλεθρον μέγαν*] Plena oratio esset: *τὸν ὄλεθρον μέγαν ὄντα*. Vide ad Vig. p. 932 sq. HERM. Cfr. Aristoph. Thesmoph. 394 *τὰς μέγ᾽ ἀνδράσιν κακόν*. Cum libri habeant *ὀλέθριον*, Erfurdtius *τὸν μέγ᾽ ὀλέθριον* scripsit.

V. 1318. *δείλαιε τοῦ νοῦ — ἴσον*] Hoc dicit chorus: 'miser es aeque eo, quod intellegis, quanta sint mala tua, ita ut dis hominibusque te invisum iam esse debere sentias, quam malis ipsis'. Ceterum *δείλαιε τοῦ νοῦ* etc. eodem sensu dictum atque *οἰκτείρω σε τοῦ τοῦ* etc., qua in locutione genetivum non ab omissa praepositione regi omnes hodie sciunt. Eadem ratione adiectiva *σχέτλιος*, *τάλας*, *τλήμων* cum genetivo coniunguntur. Cfr. Eur. Hec. 783 *ὦ σχετλία σὺ τῶν ἀμετρήτων πόνων*. Hel. 240 *ὦ τάλαινα συμφορᾶς*, ibid. 1223 *οἴ ᾽γὼ τῶν ἐμῶν τλήμων κακῶν*. Ion 960 *τλήμων σὺ τόλμης*. Vide Krueg. II 47, 3, 2.

V. 1319. *μηδαμὰ γνῶναι* scripsit Dobraeus pro *μηδ᾽ ἀναγνῶναι*.

V. 1320. *ὅστις ἦν*] Sic El. 1123 *δόθ᾽, ἥτις ἐστί, προσφέροντες*.

V. 1320. *ὃς ἀγρίας — ἔλαβε*] Ad verba *ἀγρίας* adsumenda praepositio *ἀπὸ* est, ante *φόνου* posita. Cfr. ad v. 707.

V. 1321. *νομάδος*] Schol. *τῆς διανεμομένης τοὺς πόδας μου*. Cfr. Aesch. fragm. 249 *φαγέδαιναν ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός* et ad Phil. 311 ed. meae.

Ib. *ἐπιποδίας* quod perturbat aequabilitatem antistrophicam induxi.

V. 1322. *ἔρυτο*, quod est *ἐρύσατο*, cum Dindorfio scripsi. Libri *ἔρρυτο*. De coniunctis verbis *ἔρυτο* et *ἀνέσωσεν* cfr. O. C. 285 *ῥύου με κἀκφύλασσε*.

V. 1324. De *ἦ* pro *ἦν* scripto cfr. ad v. 1092.

V. 1325. *θέλοντι — ἦν*] Vide de hac forma loquendi Krueg. I 48, 6, 4.

V. 1326. *ἦλθον*] Proprio significatu accipio: 'non patris interfector huc venissem'. Alii pro *ἦν* positum exstimant. ERF. Vide tamen quae ad v. 982 adnotavi.

βροτοῖς ἐκλήθην ὧν ἔφυν ἄπο.
νῦν δ' ἄθεος μέν εἰμ', ἀνοσίων δὲ παῖς,
ὁμογενὴς δ' ἀφ' ὧν αὐτὸς ἔφυν τάλας.
εἰ δέ τι πρεσβύτερον ἔτι κακοῦ κακόν,
τοῦτ' ἔλαχ' Οἰδίπους.
*ΧΟΡ.* οὐκ οἶδ', ὅπως σε φῶ βεβουλεῦσθαι καλῶς.
κρείσσων γὰρ ἦσθα μηκέτ' ὢν ἢ ζῶν τυφλός.
*ΟΙΔ.* ὡς μὲν τάδ' οὐχ ὧδ' ἔστ' ἄριστ' εἰργασμένα,
μή μ' ἐκδίδασκε, μηδὲ συμβούλευ' ἔτι.
ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδ', ὄμμασιν ποίοις βλέπων
πατέρα ποτ' ἂν προσεῖδον εἰς Ἅιδου μολών,
οὐδ' αὖ τάλαιναν μητέρ', οἷν ἐμοὶ δυοῖν
ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχόνης εἰργασμένα.
ἀλλ' ἡ τέκνων δῆτ' ὄψις ἦν ἐφίμερος
βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε προσλεύσσειν ἐμοί.

V. 1330. ὁμογενὴς δ' ἀφ' ὧν etc.] Schol.: ἐξ ὧν ἐτέχθην, ἐξ αὐτῶν καὶ τέτοκα. Quo tamen significatu activo cum alibi usurpatum ὁμογενὴς non videatur, Meinekius ὁμολεχὴς coniecit, recte ut videtur.

V. 1331. πρεσβύτερον] 'gravius'. Cfr. Eurip. fragm. 951 ed. Dind. ἐγὼ δ' οὐδὲν πρεσβύτερον νομίζω τᾶς σωφροσύνας. Vide etiam Ant. 720. — ἔτι ex Hermanni coniectura scripsi. Libri ἔφυ.

V. 1334. κρείσσων γὰρ ἦσθα] De ἂν particula recte omissa vide Krueg. I 53, 2, 7. De participio cfr. Ai. 635 κρείσσων γὰρ Ἅιδᾳ κεύθων ὁ νοσῶν μάταν, Hom. Od. 14, 466 ἔπος προέηκεν, ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον, Theogn. 423 πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδον ἄμεινον, supra ad v. 284.

V. 1335. Schol.: τάδε· τὰ τῆς τυφλώσεως.

V. 1337. Schol.: φησὶ πρὸ τοῦ θανάτου ταῦτα διαθεῖναι, ὅπως ἂν τοῖς γονεῦσι καθ' Ἅιδου μὴ συντυγχάνῃ ὁρῶν. εἶναι γὰρ αὐτῷ τοῦτο αἰσχρόν. Neuius adscripsit Hom. Ψ 65. Verg. Aen. VI 494 sqq. schol. ad Soph. El. 445.

V. 1339 sq. οἷν ἐμοὶ — εἰργασμένα] 'Quos in duos atrociora admisi scelera, quam quae suspendio (i. e. gravissimo supplicio) lui possint', ut recte interpretatur Brunckius. Vide Krueg. I 47, 27, 2. De structura verbi ἐργάζεσθαι confert Schaeferus Arist. Vesp. 1350 πολλοῖς γὰρ ἤδη χἀτέροις ταῦτ' εἰργάσω. Vide Krueg. I 46, 12, 3.

V. 1340. κρείσσον' ἀγχόνης] Cfr. interpretes Aristoph. Ach. 125 et Monk. ad Eurip. Alc. 233.

V. 1341. Schol.: ἐν ἐρωτήσει. Itaque vulgo post ἐμοὶ signum interrogandi positum. Non recte; est enim haec ὑποφορά. Vide Devar. de particc. p. 8 et Hoogeveen. ad Vig. p. 470. SCHAEF. Latine: *at enim*.

V. 1342. βλαστοῦσ'] Exspectamus βλαστόντων. Sed vide ad Phil. 1101. — De sensu locutionis βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε vide ad O. C. 269. — Postremo de pleonasmo, qui est in verbis ὄψις ἦν ἐφίμερος τέκνων προσλεύσσειν ἐμοί, vide ad Philoct. 830 ὡς πάντων ἐν νόσῳ εὐδρακὴς ὕπνος ἄυπνος λεύσσειν.

οὐ δῆτα τοῖς γ' ἐμοῖσιν ὀφθαλμοῖς ποτε·
οὐδ' ἄστυ γ' οὐδὲ πύργος οὐδὲ δαιμόνων
ἀγάλμαθ' ἱερά, τῶν ὁ παντλήμων ἐγώ,
κάλλιστ' ἀνὴρ εἷς ἔν γε ταῖς Θήβαις τραφείς,
ἀπεστέρησ' ἐμαυτὸν αὐτὸς ἐννέπων
ὠθεῖν ἅπαντας τὸν ἀσεβῆ, τὸν ἐκ θεῶν
φανέντ' ἄναγνον καὶ γένους τοῦ Λαΐου.
τοιάνδ' ἐγὼ κηλῖδα μηνύσας ἐμὴν
ὀρθοῖς ἔμελλον ὄμμασιν τούτους ὁρᾶν;
ἥκιστά γ'· ἀλλ' εἰ τῆς ἀκουούσης ἔτ' ἦν
πηγῆς δι' ὤτων φραγμός, οὐκ ἂν ἐσχόμην
τὸ μὴ ἀποκλῇσαι τοὐμὸν ἄθλιον δέμας,
ἵν' ἦ τυφλός τε καὶ κλύων μηδέν. τὸ γὰρ
τὴν φροντίδ' ἔξω τῶν κακῶν οἰκεῖν γλυκύ.

V. 1343. ποτὲ hic parum aptum. Scribendum videtur ἔτι.

V. 1345. τῶν] Sic v. 1427 τὸ μήτε γῆ etc. Cfr. Krueg. II 15, 1, 8.

V. 1346. κάλλιστ' ἀνὴρ εἷς — τραφείς] Verbum τραφεὶς valet διατρῖψαι, ut recte exponitur in glossis. Sic τροφή, i. e. διαγωγή sive διατριβή, in Oed. Col. 362. BR. De εἷς adiectivo numerali cum κάλλιστα iungendo cfr. Krueg. I 49, 10, 5.

V. 1347 sqq. αὐτὸς ἐννέπων — τοῦ Λαΐου] Ad ὠθεῖν ἅπαντας repetendum est ἐμαυτόν, ut reliqua omnia in appositione sint. Sensus est: 'ipse ego me illis omnibus privavi, expelli me iubens, hominem impium, qui per oraculum et scelestus et Laio sanguini coniunctus repertus sum'. HERM. Non sine vi addidit καὶ γένους τοῦ Λαΐου, siquidem patefacta cognatione illa piaculi magnitudo maxime patefacta est.

V. 1351. ὀρθοῖς — ὄμμασιν] Rectis oculis. Cfr. Eur. Hec. 972 αἰδώς μ' ἔχει . . κοὐκ ἂν δυναίμην προσβλέπειν ὀρθαῖς κόραις, Iph. A. 851 χαῖρ'· οὐ γὰρ ὀρθοῖς ὄμμασίν σ' ἔτ' εἰσορῶ ψευδὴς γενομένη καὶ παθοῦσ' ἀνάξια, Xenoph. H. Gr. VII 1, 30 νῦν ἀγαθοὶ γενόμενοι ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασιν. Praeterea comparat Kuinoel. Theocr. V 35 ἀλλ' οὔτι σπεύδω· μέγα δ' ἄχθομαι, εἴ τύ με τολμῇς ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι ποτιβλέπεν. Statii Theb. X 537 *non ora virum, non pectora flectit imber atrox, rectosque tenent in moenia vultus.* Suet. Aug. c. 16 *unde praebitam Antonio materiam putem exprobrandi, ne rectis quidem oculis eum adspicere potuisse instructam aciem.*

V. 1352 sq. εἰ τῆς ἀκ. — φραγμός] I. e. εἰ ἐξῆν ἔτι φράξαι τὴν ἀκούουσαν πηγὴν δι' ὤτων. Est autem ἡ ἀκούουσα πηγὴ δι' ὤτων, ut recte explicat scholiasta, ἡ ἀκουστικὴ δύναμις.

V. 1353 sq. οὐκ ἂν ἐσχόμην τὸ μὴ ἀποκλ.] 'Non temperassem mihi, quin occluderem' etc. De accusativo articuli, ab ἐσχόμην pendente, vide quae exempla Krueg. I 67, 12, 3 attulit; de μὴ eundem ib. 8. Ceterum perapte poeta ἀποκλεῖσαι δέμας dixit retenta metaphora, qua auditum et visum fontes esse dixerat ex corpore manantes.

V. 1355. ἵν' ἦ] 'Ut essem'. Vide Krueg. I 54, 8, 8.

V. 1356. τὸ γὰρ τὴν φρ. — γλυκύ] Non male reddidit Camerarius: sensu carere grata res est in malis.

*ἰὼ Κιθαιρών, τί μ' ἐδέχου; τί μ' οὐ λαβὼν*
*ἔκτεινας εὐθύς, ὡς ἔδειξα μήποτε*
*ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦ γεγώς;*
*ὦ Πόλυβε καὶ Κόρινθε καὶ τὰ πάτρια*
*λόγῳ παλαιὰ δώμαθ', οἷον ἆρά με*
*κάλλος κακῶν ὕπουλον ἐξεθρέψατε.*
*νῦν γὰρ κακός τ' ὢν κἀκ κακῶν εὑρίσκομαι.*
*ὦ τρεῖς κέλευθοι καὶ κεκρυμμένη νάπη,*
*δρυμός τε καὶ στενωπὸς ἐν τριπλαῖς ὁδοῖς,*
*αἳ τοὐμὸν αἷμα τῶν ἐμῶν χειρῶν ἄπο*
*ἐπίετε πατρός, ἆρά μου μέμνησθ', ὅτι*
*οἷ' ἔργα δράσας ὑμιν εἶτα δεῦρ' ἰὼν*
*ὁποῖ' ἔπρασσον αὖθις; ὦ γάμοι, γάμοι,*
*ἐφύσαθ' ἡμᾶς καὶ φυτεύσαντες πάλιν*

V. 1358. *ὡς ἔδειξα μήποτε*] 'Ne unquam ostendissem'. Vide ad v. 1355.

V. 1360. *τὰ πάτρια*] Glossa apud Brunckium: *τὰ πατρῷα.* Vide quae ad Philoct. 709 adnotavimus.

V. 1361. *λόγῳ*] Vide El. 59 cum adnotatione nostra.

V. 1362. *κάλλος κακῶν ὕπουλον*] I. e. 'externe pulcrum, interne morbis latentibus plenum'. *ὕπουλον* dicitur id, quod cicatrice obductum, non tamen persanatum est. MUSGR.

V. 1363. Hunc versum debilem recte Hartungius videtur eiecisse.

V. 1365 delet Blaydesius.

V. 1366. *τοὐμὸν αἷμα πατρός*] I. e. 'sanguis patris mei'. Vide Matth. ad Eurip. Phoen. 30. Fortasse tamen poeta scripsit *ὅμαιμον αἷμ' αἳ.* Cfr. Aesch. Eum. 653 *τὸ μητρὸς αἷμ' ὅμαιμον ἐκχέας πέδοι.*

V. 1367 sq. *ἆρα μου μέμνησθ', ὅτι οἷ' ἔργα* etc.] Nihil offensionis in eo est, quod post *ὅτι* et *οἷα* et *ὁποῖα* sequitur. Est enim *οἷα* pro *μέγιστα* sive *μεγαλοπρεπέστατα* et *ὁποῖα* pro *κάκιστα.* Cfr. Ant. 2 cum adnotatione mea. Similiter Latini loquuntur. Cfr. Cic. Or. Milon. § 38 *quantae quoties occasiones quam praeclarae fuerunt!* Ad quem locum consulatur Matthiaeus. In aliquot libris est *μέμνησθ' ἔτι*, quod fortasse praeferendum.

V. 1368. *ὑμιν*] Gl. *παρ' ὑμῖν.* BR. Immo ipsam regionem nefando suo facinore laesam ait Oedipus, quemadmodum alibi parietes locuturi esse, si vocem habeant, et huiusmodi alia dicuntur *παθητικῶς.* BOTHIUS. Dativus qui dicitur ethicus est.

V. 1369 sqq. *ὦ γάμοι, γάμοι*] Hunc locum citat Longinus de sublimitate XXIII, isto exemplo observationem illustrans, *ὅτι ἔσθ' ὅπου προσπίπτει τὰ πληθυντικὰ μεγαλορρημονέστερα καὶ αὐτῷ δοξοκομποῦντα τῷ ὄχλῳ τοῦ ἀριθμοῦ.* — Deinde prolatis sex versibus addit: *πάντα γὰρ ταῦτα, τὰ μὲν ἓν ὄνομά ἐστιν, Οἰδίπους, ἐπὶ δὲ θατέρων Ἰοκάστη, ἀλλ' ὅμως χυθεὶς εἰς τὰ πληθυντικὰ ὁ ἀριθμὸς συνεπλήθυσε καὶ τὰς ἀτυχίας.* Cfr. not. ad v. 366. BR.

V. 1370 sq. *πάλιν ἀνεῖτε ταὐτὸν σπέρμα*] Ad solam Iocastam haec verba referenda sunt, quae dicitur eiusdem, quem genuit, semen excepisse et in lucem edidisse.

ἀνεῖτε ταὐτὸν σπέρμα, κἀπεδείξατε
πατέρας ἀδελφοὺς παῖδας αἷμ' ἐμφύλιον,
νύμφας γυναῖκας μητέρας τε χὠπόσα
αἴσχιστ' ἐν ἀνθρώποισιν ἔργα γίγνεται.
ἀλλ', οὐ γὰρ αὐδᾶν ἔσθ' ἃ μηδὲ δρᾶν καλόν,
ὅπως τάχιστα, πρὸς θεῶν, ἔξω μέ που
καλύψατ' ἢ φονεύσατ' ἢ θαλάσσιον
ἐκρίψατ', ἔνθα μήποτ' εἰσόψεσθ' ἔτι.
ἴτ', ἀξιώσατ' ἀνδρὸς ἀθλίου θιγεῖν.
πίθεσθε, μὴ δείσητε. τἀμὰ γὰρ κακὰ
οὐδεὶς οἷός τε πλὴν ἐμοῦ φέρειν βροτῶν.

*ΧΟΡ.* ἀλλ' ὧν ἐπαιτεῖς ἐς δέον πάρεσθ' ὅδε
Κρέων τὸ πράσσειν καὶ τὸ βουλεύειν· ἐπεὶ
χώρας λέλειπται μοῦνος ἀντὶ σοῦ φύλαξ.

*ΟΙΔ.* οἴμοι, τί δῆτα λέξομεν πρὸς τόνδ' ἔπος;
τίς μοι φανεῖται πίστις ἔνδικος; τὰ γὰρ

V. 1371 sqq. *κἀπεδείξατε — μητέρας τε*] Hoc dicit poeta: 'et fecistis, ut pater frater et filius idem (*αἷμ' ἐμφύλιον*) in iisdem nuptiis esset', i. e. ut pater esset, qui erat eorum, quorum pater erat, frater, et filius esset eius, cuius ipsius maritus erat. Verba autem *αἷμ' ἐμφ.* referenda etiam ad sqq. sunt, *νύμφας*, *γυναῖκας*, *μητ.*, hoc sensu: 'et fecistis, ut *αἷμ' ἐμφ.* esset *νύμφη γυνὴ καὶ μήτηρ*', i. e. ut sponsa esset, quae uxor fuerat et mater.

V. 1375. *οὐ γὰρ — καλόν*] Isocrates I § 15 *ἃ ποιεῖν αἰσχρόν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν.* Heliod. IV 10 *κρύπτουσαν ἃ καὶ πάσχειν αἰσχρὸν καὶ ἐκλαλεῖν αἰσχρότερον.* P. Syrus sentent. 792 *quod facere turpe est, dicere ne honestum puta.* ERF. Confer etiam Philoct. 86 *οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων, τούσδε καὶ πράσσειν στυγῶ.*

V. 1377. *θαλάσσιον ἐκρίψατ'*] *Ἐς θάλατταν ῥίψατε.* Cfr. ad v. 1314. Ceterum probabiliter Burgesius *καλύψατ'* et *ἐκρίψατ'* commutavit. Cum sententia cfr. Aesch. Prom. 582 *πυρί με φλέξον ἢ χθονὶ κάλυψον ἢ ποντίοις δάκεσι δὸς βοράν*, unde etiam hic *ἤ με φλέξατ'* aptius quis duxerit quam *ἢ φονεύσατ'*.

V. 1378. *ἔνθα μήποτ' εἰσόψεσθ'*] *Μὴ* particula posita est, quia in verbis inest sensus membri finalis. Sic Electr. 380 *μέλλουσι γάρ σ' — ἐνταῦθα πέμψειν, ἔνθα μήποθ' ἡλίου φέγγος προσόψει.* Adde huius fab. v. 769 et Trachin. 791. 889 ed. meae.

V. 1380. *μὴ δείσητε*] Vide P. Victorii Var. Lect. V. 4. BR. Cum Victorio consentiens Musgravius recte vertit: 'neque meum contactum prae metu (sc. piaculi contrahendi) fugiatis; nostrae enim labes tam ingentes sunt, ut cum aliis communicari non possint'. ERF.

V. 1382. Schol.: *ὧν ἐπαιτεῖς· ὧν χρείαν ἔχεις.* *Εἰς δέον* est 'opportune'. Cfr. Ant. 386. Eur. Alc. 1101. Similiter *ἐν δέοντι* usurpatur. Vide Eur. Or. 212. Med. 1277. Hipp. 923. Alc. 817.

V. 1383. *τὸ πράσσειν*] De articuli infinitivo praepositi vi cfr. Krueg. II 50, 6, 7.

V. 1386. *τίς — ἔνδικος*] Sensus hic videtur: 'quae mihi merito fides habebitur?' Neque

πάρος πρὸς αὐτὸν πάντ' ἐφηύρημαι κακός.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐχ ὡς γελαστής, Οἰδίπους, ἐλήλυθα,
οὐδ' ὡς ὀνειδιῶν τι τῶν πάρος κακῶν.
ἀλλ' εἰ τὰ θνητῶν μὴ καταισχύνεσθ' ἔτι
γένεθλα, τὴν γοῦν πάντα βόσκουσαν φλόγα
αἰδεῖσθ' ἄνακτος Ἡλίου τοιόνδ' ἄγος
ἀκάλυπτον οὕτω δεικνύναι, τὸ μήτε γῆ
μήτ' ὄμβρος ἱερὸς μήτε φῶς προσδέξεται.
ἀλλ' ὡς τάχιστ' ἐς οἶκον ἐσκομίζετε.
τοῖς ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλισθ' ὁρᾶν
μόνοις τ' ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά.

ΟΙΔ. πρὸς θεῶν, ἐπείπερ ἐλπίδος μ' ἀπέσπασας,
ἄριστος ἐλθὼν πρὸς κάκιστον ἄνδρ' ἐμέ,
πιθοῦ τί μοι· πρὸς σοῦ γὰρ οὐδ' ἐμοῦ
φράσω.

enim Neuio accesserim, πίστις interpretanti 'obsequium'.

V. 1389. τῶν πάρος κακῶν] Refertur ad contentionem, quae Creontem inter et Oedipum paullo ante intercesserat, ita ut κακά 'maledicta' significent.

V. 1390—97 Nauckius post v. 1381 collocatos orationi Oedipodis continuat. Cum autem v. 1395—97 minime Oedipo conveniant, Engerus et Meinekius solos v. 1390—94 transposuerunt eosque ille versui 1378, hic v. 1381 subiecit. Nisi totus locus interpolatori tribuendus est, Meinekii ratio maxime probatur.

V. 1391. τὴν γοῦν πάντα βόσκουσαν etc.] Suidas: βόσκουσαν· τρέφουσαν. Σοφοκλῆς περὶ Οἰδίποδος. Apte comparat Erfurdtius Aesch. Agam. 632 sq.: οὐκ οἶδεν οὐδεὶς ὥστ' ἀπαγγεῖλαι τορῶς πλὴν τοῦ τρέφοντος Ἡλίου χθονὸς φύσιν.

V. 1392 sq. αἰδεῖσθε δεικνύναι] De locutione αἰδεῖσθαί τινα ποιεῖν τι ad Philoct. 1354 monuimus. De sententia cfr. Eur. Iph. T. 1207 κρᾶτα κρύψαντες πέπλοισιν ἡλίου πρόσθεν φλογός.

V. 1393 sq. τὸ μήτε γῆ — προσδέξεται] Prohibet Creon terram, imbrem, lumen, quae veteres ut sancta divinaque verebantur, tam taetro spectaculo pollui. ERF. Μὴ particula in membro relativo posita est, quia latet sensus conditionalis. Similiter dictum Philoct. 715 ὦ μελέα ψυχά, ὃς μηδ' οἰνοχύτου πώματος ἥσθη δεκέτει χρόνῳ.

V. 1396 sq. τοῖς ἐν γένει — κακά] Id est τοῖς ἐγγενέσι sive τοῖς συγγενέσιν. Vide ad v. 987. Dativus pendet a locutione εὐσεβῶς ἔχει, formata ad dictionem satis usitatam, καλῶς ἔχει μοι, decet me. De sententia cfr. Ant. 1247 ἄχη τέκνου κλύουσαν ἐς πόλιν γόους οὐκ ἀξιώσειν, ἀλλ' ὑπὸ στέγης ἔσω δμωαῖς προθήσειν πένθος οἰκεῖον στένειν.

V. 1398. ἐλπίδος μ' ἀπέσπασας] 'Spem meam fefellisti'. Non enim Creontem, opprobriis ab ipso lacessitum supra 531 sqq., tam humanum sibi tamque benevolum speraverat. MUSGR.

V. 1400. Schol.: πρὸς σοῦ γάρ, οὐδ' ἐμοῦ, φράσω· ὑπὲρ σοῦ

ΚΡΕ. καὶ τοῦ με χρείας ὧδε λιπαρεῖς τυχεῖν;
ΟΙΔ. ῥῖψόν με γῆς ἐκ τῆσδ᾽ ὅσον τάχισθ᾽, ὅπου
θνητῶν φανοῦμαι μηδενὸς προσήγορος.
ΚΡΕ. ἔδρασ᾽ ἂν εὖ τοῦτ᾽ ἴσθ᾽ ἄν, εἰ μὴ τοῦ θεοῦ
πρώτιστ᾽ ἔχρῃζον ἐκμαθεῖν τί πρακτέον.
ΟΙΔ. ἀλλ᾽ ἥ γ᾽ ἐκείνου πᾶσ᾽ ἐδηλώθη φάτις,
τὸν πατροφόντην, τὸν ἀσεβῆ μ᾽ ἀπολλύναι.
ΚΡΕ. οὕτως ἐλέχθη ταῦθ᾽· ὅμως δ᾽ ἵν᾽ ἕσταμεν
χρείας, ἄμεινον ἐκμαθεῖν τί δραστέον.
ΟΙΔ. οὕτως ἄρ᾽ ἀνδρὸς ἀθλίου πεύσεσθ᾽ ὕπερ;
ΚΡΕ. καὶ γὰρ σὺ νῦν τἂν τῷ θεῷ πίστιν φέροις.
ΟΙΔ. καὶ σοί γ᾽ ἐπισκήπτω τε καὶ προστρέψομαι,
τῆς μὲν κατ᾽ οἴκους αὐτὸς ὃν θέλεις τάφον
θοῦ· καὶ γὰρ ὀρθῶς τῶν γε σῶν τελεῖς ὕπερ.

γὰρ καὶ οὐχ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ λέξω. Conf. Krueg. I 68, 37, 1.

V. 1401. *καὶ τοῦ με χρείας* etc.] Similiter O. C. 1755 *τίνος, ὦ παῖδες, χρείας ἀνύσαι;*

V. 1403. *μηδενὸς προσήγορος*] De genetivo ex adiectivo *προσήγορος* apto cfr. Krueg. II 47, 26, 7.

V. 1404. *εὖ τοῦτ᾽ ἴσθ᾽ ἄν*] Scholiasta: *ὁ μὲν τῷ προειρημένῳ χρησμῷ ἀξιοῖ ἀκολουθεῖν, ὅτι δεῖ ῥίπτειν αὐτὸν ἀπὸ τῆς χώρας· ὁ δὲ Κρέων ἐπανερέσθαι φησὶ δεῖν, ὅτι καὶ Λαΐου παῖς καὶ βασιλεὺς τυγχάνει.*

V. 1406 sq. *φάτις — ἀπολλύναι*] Ut verba *λέγω, φωνῶ, ἐννέπω* et alia (vide ad v. 345 et ad Phil. 101) iubendi notione usurpantur, ita non mirum est *φάτιν* non tam famam quam iussum hic significare.

V. 1408 sq. Schol.: *ἡ χρεία ἡ κατέχουσα ἡμᾶς (φησὶ) ταῦτα ἀπαιτεῖ.* Ceterum *ἵν᾽ ἕσταμεν χρείας* dictum esse pro *ὅτι ἐνταῦθα χρείας ἕσταμεν* monuit Matth. § 480 not. 3.

V. 1410. *ἀθλίου*] Cum per se patet, tum maxime ex iis quae scripta sunt v. 1518 sq.: *τοῦ θεοῦ μ᾽ αἰτεῖς δόσιν. — ἀλλὰ θεοῖς γ᾽ ἔχθιστος ἥκω. — τοιγαροῦν τεύξει τάχα,* facile apparet *ἄθλιον* se appellare Oedipum non tam, quod infelix, quam quod dis infestissimus sit, ita ut *ἄθλιος* hoc loco idem atque *ἄθεος* significet. Glossae codd. Lipss.: *ὑπὲρ ἀνδρὸς δὴ οὕτως ἀθλίου πεύσεσθε, ἤγουν ἐρωτήσετε;* Ceterum pro *οὕτως* et nexus sententiarum et notio *ἀνδρός* repugnantem notionem deorum requirens flagitaverit *θεῶν* sive *ἐκ θεῶν*.

V. 1411. *τῷ θεῷ πίστιν φέροις*] Similiter El. 735 *τῷ τέλει πίστιν φέρων.*

V. 1412 sq. *καὶ σοί γ᾽* etc.] Permirum est neminem interpretum in hoc loco haesisse. Atqui post ea, quae Creo modo dixit, *καὶ γὰρ σὺ νῦν γ᾽ ἂν τῷ θεῷ πίστιν φέροις*, nullo pacto ita pergere Oedipus potuit, ut diceret: *καὶ σοί γ᾽ ἐπισκήπτω* etc., nihil ut dicam de mira temporis praesentis et futuri coniunctione. Immo qui stilum Sophocleum norit, non dubitabit, quin a librariis hic aliquid turbatum sit, et, nisi vehementer fallor, aliquot versus exciderint.

V. 1414. *τελεῖς* fut. est verbi *τελεῖν* non eius quod significat 'perficere', sed eius quod est 'initiare, sacrare'. Cfr. Ant. 545 *τὸν θανόντα θ᾽ ἁγνίσαι.*

ἐμοῦ δὲ μήποτ' ἀξιωθήτω τόδε
πατρῷον ἄστυ ζῶντος οἰκητοῦ τυχεῖν.
ἀλλ' ἔα με ναίειν ὄρεσιν, ἔνθα κλῄζεται
οὑμὸς Κιθαιρὼν οὗτος, ὃν μήτηρ τέ μοι
πατήρ τ' ἐθέσθην ζῶντι κύριον τάφον,
ἵν' ἐξ ἐκείνων, οἵ μ' ἀπωλλύτην, θάνω.
καίτοι τοσοῦτόν γ' οἶδα, μήτε μ' ἂν νόσον
μήτ' ἄλλο πέρσαι μηδέν· οὐ γὰρ ἄν ποτε
θνῄσκων ἐσώθην, μὴ 'πί τῳ δεινῷ κακῷ.
ἀλλ' ἡ μὲν ἡμῶν μοῖρ', ὅποιπερ εἶσ', ἴτω.
παίδων δὲ τῶν μὲν ἀρσένων μή μοι, Κρέων,
προθῇ μέριμναν· ἄνδρες εἰσίν, ὥστε μὴ
σπάνιν ποτὲ σχεῖν, ἔνθ' ἂν ὦσι, τοῦ βίου·
ταῖν δ' ἀθλίαιν οἰκτραῖν τε παρθένοιν ἐμαῖν,

V. 1415 sq. *ἐμοῦ δὲ μήποτ' ἀξιωθήτω — τυχεῖν*] De usu verbi *ἀξιοῦν* cfr. Ai. 494 *μή μ' ἀξιώσῃς βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν*, de significatu verbi *τυχεῖν τινός τινος* Advers. nostra in Soph. Phil. p. 80 sqq.

V. 1417. *ἔα*] De monosyllabo hoc imperativo vide ad Antig. 95. — *ἔνθα κλῄζεται οὑμὸς Κιθ.*, 'ubi Cithaeron est, in quo expositus fuisse dicor'. Cfr. Trach. 659 *ἔνθα κλῄζεται θυτήρ*. De sollemni usu verbi *καλεῖσθαι* sive *λέγεσθαι*, ubi locus significandus est qui ab aliqua re nomen accepit, confert Schneidewinus Il. XI 758 *Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη κέκληται*, Simonid. fragm. 107 (Bgk. ed. tert. p. 1154) *ὑπ' Εὐβοίας ἄκρῳ πάγῳ ἔνθα καλεῖται ἁγνᾶς Ἀρτέμιδος τοξοφόρου τέμενος*, Pind. Nem. IX 41 *ἔνθ' Ἀρέας πόρον ἄνθρωποι καλέοισι*, Eur. Or. 331 *ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοί*, Soph. Trach. 639 *ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ πυλάτιδες κλέονται*. Addo Eur. Hipp. 121 *Ὠκεανοῦ τις ὕδωρ στάζουσα πέτρα λέγεται κτέ.* et locum ex hac dicendi consuetudine emendandum sic: *οὗ τὰ Θησέως Περίθῳ καλεῖται πίστ' ἀεὶ συνθήματα* O. C. 1594.

V. 1420. *οἵ μ' ἀπωλλύτην*] 'Qui me perdere voluerunt'. Verba saepe non tam actionem significant, quam consilium seu voluntatem agendi. In El. 320 *πράσσων* scholiasta explicat *ἐπιχειρῶν πράττειν*. In Oed. C. 993 *κτείνοι*, 'occidere velit'. In Arist. Pace 212 *ἐκείνων πολλάκις σπονδὰς ποιούντων*, i. e. *ποιεῖν ἐπιθυμούντων*. BR.

V. 1421 sq. *μήτε μ' ἂν — πέρσαι μηδέν*] 'Me perditurum esse', sive 'perdere posse', non, ut vulgo interpretantur, 'perditurum fuisse'; sic enim non quadrant sequentia. Praesagit autem Oedipus mortis genus, quo futurum erat ut absumeretur. ERF.

V. 1423. *θνῄσκων*] Male glossae interpretantur *εἰ ἔθνησκον*. Hoc dicit: 'non essem, cum in eo eram, ut perirem, servatus'. HERM.

V. 1426. *προθῇ* ex Elmsleii coniectura scripsi. Libri *πρόσθῃ*. Conferatur El. 1334 *νῦν δ' εὐλάβειαν τῶνδε προυθέμην ἐγώ*.

V. 1427. *σχεῖν* adiecto *ποτὲ* vim futuri accipit.

V. 1428. *ταῖν δ' ἀθλίαιν* etc.] Genetivus pendet a verbo *μέλεσθαι*, quod iam nunc observatur, etsi longiore sententia interposita non *ταύταιν μέλεσθαι*, sed *αἶν μέλεσθαι* infertur.

αἶν οὔποθ' ἡμὴ χωρὶς ἐστάθη βορᾶς
τράπεζ' ἄνευ τοῦδ' ἀνδρός, ἀλλ' ὅσων ἐγὼ
ψαύοιμι, πάντων τῶνδ' ἀεὶ μετειχέτην·
αἶν μοι μέλεσθαι· καὶ μάλιστα μὲν χεροῖν
ψαῦσαί μ' ἔασον κἀποκλαύσασθαι κακά.
ἴθ', ὦναξ,
ἴθ', ὦ γονῇ γενναῖε. χερσί τἂν θιγὼν
δοκοῖμ' ἔχειν σφάς, ὥσπερ ἡνίκ' ἔβλεπον.
τί φημί;
οὐ δὴ κλύω που, πρὸς θεῶν, τοῖν μοι φίλοιν
δακρυρροούντοιν, καί μ' ἐποικτείρας Κρέων
ἔπεμψέ μοι τὰ φίλτατ' ἐκγόνοιν ἐμοῖν;
λέγω τι;
ΚΡΕ. λέγεις. ἐγὼ γάρ εἰμ' ὁ πορσύνας τάδε,
γνοὺς τὴν παροῦσαν τέρψιν, ἣς ἔχει πάλαι.

V. 1429. ἡμὴ parum aptum est. Optime coniecit Arndtius ἄλλη.

Ib. χωρὶς ἐστάθη] 'Seorsim posita est'; cuius sententiae explicandae causa adiectum est versu sequenti ἄνευ τοῦδ' ἀνδρός, i. e. ἄνευ ἐμοῦ. — De locutione βορᾶς, i. e. τροφῆς, τράπεζα vide Krueg. I 47, 8, 4.

V. 1431. πάντων τῶνδ'] Huiusmodi locos considerent qui in locis similibus satis inconsiderate pro ὅδε pronomine ὃ δὲ scribendum putarunt. Vide ad Philoct. 87.

V. 1432. αἶν μοι μέλεσθαι] 'Quarum te rogo ut curam habeas'. *Μοὶ* dativus ethicus est. De infinitivo cfr. ad v. 457.

Ib. μάλιστα μέν] His quod secundum ostenditur, id Oedipus omittit, quia primum potissimumque impetrat.

V. 1435. ὦ γονῇ γενναῖε] Cfr. Ai. 1067 cum adnotatione nostra.

V. 1437. τί φημί extra versum positum ut Trach. 865. De sensu cfr. O. C. 316 ἦ γνώμη πλανᾷ καὶ φημὶ κἀπόφημι κοὐκ ἔχω τί φῶ.

V. 1438. Schol.: τοῖν μοι φίλοιν· ἀντὶ τοῦ τῶν ἐμῶν θυγατέρων. δέον δὲ εἰπεῖν δακρυρροούσαιν, ἀρσενικῶς ἐξήνεγκεν. ἔστι δὲ Ἀττικώτερον, ὡς τὸ μὰ τὼ θεώ (Ceres et Proserpina) καὶ τὼ χεῖρε. Vide quae ad El. 960 et O. C. 1658 adnotavimus.

V. 1440. ἐκγόνοιν gen. qui dicitur definitivus est. De neutro τὰ φίλτατα cfr. quae exempla Krueg. II 47, 10, 2 collegit.

V. 1443. Scriptura vulgata haec est: ἥ σ' εἶχεν. Quam olim ex codice Lc in ἥ σ' ἔχει mutavi. Nunc ex coniectura ἧς ἔχει scripsi. Nam ἔχει με τέρψις non potest aliud significare quam 'voluptate fruor'; quae significatio aliena ab hoc loco est. Sensus hic est: 'quod cognovi praesentem voluptatem, in quam ex longo tempore incumbis', id est, 'quod cognovi dudum te concupiscere eam voluptatem, qua nunc frueris'. De ἔχομαί τινος, 'incumbo in aliquid, concupisco aliquid', satis est attulisse Xenoph. Anab. VI 1, 17 κοινῇ τῆς σωτηρίας ἔχεσθαι. Soph. O. C. 424 τῆσδε τῆς μάχης πέρι, ἧς νῦν ἔχονται, et, quod non minus huc pertinet, compositum ἀντέχεσθαι (collatis quae ad v. 682 huius fab. monita sunt), Soph. Creus. fr. 325 ed. Dind. τοῦ κέρδους ἀντέχεσθαι. — Ceterum πάλαι non raro de rebus, quae modo facta sunt (cfr. e. gr. v. 1161 εἶπον — πάλαι. El.

ΟΙΔ. ἀλλ' εὐτυχοίης, καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ
δαίμων ἄμεινον ἢ 'μὲ φρουρήσας τύχοι.
ὦ τέκνα, ποῦ ποτ' ἐστέ; δεῦρ' ἴτ', ἔλθετε
ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας,
αἳ τοῦ φυτουργοῦ πατρὸς ὑμὶν ὧδ' ὁρᾶν
τὰ πρόσθε λαμπρὰ προυξένησαν ὄμματα·
ὃς ὑμίν, ὦ τέκν', οὔθ' ὁρῶν οὔθ' ἱστορῶν
πατὴρ ἐφάνθην ἔνθεν αὐτὸς ἠρόθην.
καὶ σφὼ δακρύω· προσβλέπειν γὰρ οὐ σθένω·
νοούμενος τὰ λοιπὰ τοῦ πικροῦ βίου,
οἷον βιῶναι σφὼ πρὸς ἀνθρώπων χρεών.
ποίας γὰρ ἀστῶν ἥξετ' εἰς ὁμιλίας,
ποίας δ' ἑορτάς, ἔνθεν οὐ κεκλαυμέναι
πρὸς οἶκον ἵξεσθ' ἀντὶ τῆς θεωρίας;
ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς,
τίς οὗτος ἔσται, τίς παραρρίψει, τέκνα,

1101. 1477) aut fiunt, usurpatur ita, ut vehementiae potius quam diuturnitatis significationem habeat.

V. 1444. *τῆσδε τῆς ὁδοῦ*] Genetivus pretii est (vide Krueg. I 47, 17), pendens a notione, quae latet in verbis *ἄμεινον — τύχοι*. Sic Oed. Col. 1505 *καί σοι θεῶν τύχην τις ἐσθλὴν ἧκε τῆσδε τῆς ὁδοῦ*.

V. 1447. *ὡς*] Elmsleius scribit *ἐς*, sed *ὡς* inde explicationem habet, quod verbis *τὰς ἀδελφὰς χέρας* persona significatur.

V. 1448 sq. *αἳ τοῦ φυτ. — ὄμματα*] I. e. *αἳ τὰ τοῦ πατρὸς ὄμματα τὰ πρόσθε λαμπρὰ περιεποίησαν ὧδε ὁρᾶν*, 'quae fecerunt, ut parentis vestri oculos prius lucidos tales videatis quales videtis'. Vix autem intellegi potest usus verbi *προξενεῖν* recipiendumque videtur, quod Th. Gomperzius et M. Schmidtius coniecerunt *π ρ ο υ σ έ λ η σ α ν*. Verbum *προυσελεῖν*, quod Etym. M. p. 690, 11 interpretatur *ὑβρίζειν*, reperitur Aesch. Prom. 438 et Aristoph. Ran. 730 atque etiam Prom. 113 a librariis obscuratum est.

V. 1452. *καὶ σφὼ δακρύω· — σθένω*] Egregie dictum hoc sensu: Cum oculis adspicere vos nequeam nec vultu meum erga vos animum prodere, lacrimis ostendo dolorem, quo frangor, cogitans' etc. Similiter Eurip. Phoen. 1440 sq. *φωνὴν μὲν οὐκ ἀφῆκεν, ὀμμάτων δ' ἄπο προσεῖπε δακρύοις, ὥστε σημῆναι φίλα.*

V. 1454. *οἷον βιῶναι σφὼ πρὸς ἀνθρ. χρεών*] Non intellexit scholiasta *πρὸς* praepositionis vim, haec adnotans: *πῶς ὑμῖν βιῶναι ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀνάγκη. ἢ ἡ πρός ἀντὶ τῆς μετά, ἀντὶ τοῦ μετὰ ἀνδρῶν.* Immo haec est praepositionis vis: 'qualem ab hominibus' sive 'per homines parari vobis necesse sit'. Similiter Herodot. VII 5 *ἵνα λόγος τέ σε ἔχῃ πρὸς ἀνθρώπων ἀγαθός*. Adde Antig. 51 et quae ad Ai. 503 sq. adnotavimus.

V. 1456 sq. Schol. rec.: *εἰς ποίας ἑορτάς, ὅθεν οὐκ ἐπανήξετε πρὸς τὸν οἶκον κεκλαυμέναι ἀντὶ τῆς ἀπὸ τῆς θεωρίας τέρψεως;*

V. 1459. *τίς οὗτος ἔσται, τίς*] Vide quae ad v. 1113 adnotavimus.

Ib. *παραρρίψει*] Neutraliter hoc usurpatum, ut fere solet

τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων, ἃ τοῖς ἐμοῖς
γονεῦσιν ἔσται σφῷν θ' ὁμοῦ δηλήματα;
τί γὰρ κακῶν ἄπεστι; τὸν πατέρα πατὴρ
ὑμῶν ἔπεφνε· τὴν τεκοῦσαν ἤροσεν,
ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη, κἀκ τῶν ἴσων
ἐκτήσαθ' ὑμᾶς, ὧνπερ αὐτὸς ἐξέφυ.
τοιαῦτ' ὀνειδιεῖσθε. κᾆτα τίς γαμεῖ;
οὐκ ἔστιν οὐδείς, ὦ τέκν', ἀλλὰ δηλαδὴ
χέρσους φθαρῆναι κἀγάμους ὑμᾶς χρεών.
ὦ παῖ Μενοικέως, ἀλλ' ἐπεὶ μόνος πατὴρ
ταύταιν λέλειψαι, νὼ γάρ, ὣ 'φυτεύσαμεν,
ὀλώλαμεν δύ' ὄντε, μὴ παρά σφ' ἴδῃς
πτωχὰς ἀνάνδρους ἐγγενεῖς ἀλωμένας,

παραβάλλεσθαι et ἀναρρίπτειν, subaudito κίνδυνον. 'Quis adeo proiecta erit audacia?' BRUNCK. παραρρίψει λαμβάνων dictum eadem ratione, qua supra v. 1300 ed. meae ὑπομένεις κηδεύων, 'audebit suscipere.'

V. 1460 sq. ἃ τοῖς ἐμοῖς — δηλήματα] Verbis ἐμοῖς γονεῦσι Laium et Iocastam, σφῷν γονεῦσιν Oedipum et Iocastam significat. ἔσται tum scilicet, cum πρὸς γάμων ἀκμὰς perveneritis. Vertendum igitur: 'quae meis parentibus simulque vestris noxae erunt'. ERF. At ex iis, quae statim post profert Oedipus, de ea tantum ignominia hic videtur dicere posse, quae filiabus inhaereat a parentibus, i. e. Oedipo et Iocasta, tanquam haereditate accepta. Itaque aliquid vitii in verbis latere videtur. Cum autem emendatio neque inventa sit quae satis probetur neque inveniri posse videatur, poetam opinor nihil dedisse nisi haec: τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων δηλήμονα.

V. 1466. τοιαῦτ' ὀνειδιεῖσθε] Id est τοιαῦτα ὀνείδη λήψεσθε. De futuro med. passivo significatu adhibito vide Krueg. I 39, 11.

V. 1468. φθαρῆναι] 'Perire, pessum ire'.

V. 1469. ὦ παῖ Μενοικέως, ἀλλ'] Perapte ἀλλὰ hic post nomen positum est, ut in venustissimo versu Homerico (Z 429) Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοί ἐσσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ. Perit in his locis vis orationis particula adversativa initio membri posita.

V. 1471. ὀλώλαμεν] 'Periimus', quod et de misero et de mortuo dici constat.

Ib. μὴ παρά σφ' ἴδῃς scripsi de Porsoni coniectura pro μή σφε παρίδῃς. De tmesi cfr. Krueg. II 68, 48, 3. Quod Dawesius coniecit μή σφε περιίδῃς, id probari non posse Porsonus ad Eur. Med. 284 demonstravit monens tragicos numquam in senarios, trochaicos, anapaestos legitimos περὶ admittere ante vocalem sive in eadem sive in diversis vocibus. Erfurdtius παρίδῃς genuinae vocis esse interpretamentum iudicans coniecit μή σφ' ἀτιμάσῃς.

V. 1472. πτωχὰς — ἀλωμένας] Similiter Trach. 300 ταύτας ὁρώσῃ δυσπότμους ἐπὶ ξένης χώρας ἀοίκους ἀπάτοράς τ' ἀλωμένας. Cfr. Schaefer. ad Demosth. F. L. p. 440, 21

Ib. ἐγγενεῖς] Ne quis forte pro ἐγγενεῖς vocabulum reliquis significatione cognatum requirat, simillimum apponam locum Eur. Heracl. 224 σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν . . ἱκέτας ἀλήτας συγγενεῖς (οἴμοι κακῶν· βλέψον

μηδ' ἐξισώσῃς τάσδε τοῖς ἐμοῖς κακοῖς.
ἀλλ' οἴκτισόν σφας, ὧδε τηλικάσδ' ὁρῶν
πάντων ἐρήμους, πλὴν ὅσον τὸ σὸν μέρος.
ξύννευσον, ὦ γενναῖε, σῇ ψαύσας χερί.
σφῷν δ', ὦ τέκν', εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας,
πόλλ' ἂν παρῄνουν· νῦν δὲ τοῦτ' εὔχεσθέ μοι,
οὗ καιρὸς ἐᾷ ζῆν, τοῦ βίου δὲ λῴονος
ὑμᾶς κυρῆσαι τοῦ φυτεύσαντος πατρός.
ΚΡΕ. ἅλις, ἵν' ἐξήκεις δακρύων· ἀλλ' ἴθι στέγης ἔσω.
ΟΙΔ. πειστέον, κεἰ μηδὲν ἡδύ. ΚΡΕ. πάντα γὰρ καιρῷ καλά.
ΟΙΔ. οἶσθ' ἐφ' οἷς οὖν εἶμι; ΚΡΕ. λέξεις καὶ τότ' εἴσομαι κλύων.
ΟΙΔ. γῆς μ' ὅπως πέμψεις ἄποικον. ΚΡΕ. τοῦ θεοῦ μ' αἰτεῖς δόσιν.

πρὸς αὐτούς, βλέψον) ἕλκεσθαι βίᾳ. ERF. Cfr. Liv. II 6 *ne se ortum, eiusdem sanguinis, extorrem egentem ante oculos suos perire sinerent.* Dindorfio ἐκγενεῖς scribendum videtur.

V. 1473. μηδ' ἐξισώσῃς τάσδε] I. e. τὰ τῶνδε κακά. De qua brevitate loquendi cfr. Krueg. I 48, 13, 9. Similiter Latini.

V. 1474. ὧδε] Referendum hoc ad ἐρήμους esse iam Erfurdtius monuit.

V. 1476. σῇ ψαύσας χερί] Fidei datae hoc pignus erat. Vide Eur. Med. 21. Heraclid. 308. Helen. 847. MUSGR. His corrigit quasi usum verbi ξύννευσον quod caecus Oedipus cognoscere nequit.

V. 1477. εἰχέτην] De hac forma cfr. Elmsl. ad Aristoph. Ach. 733 et ad Eur. Med. 1041.

V. 1478. εὔχεσθέ μοι sensui repugnat. Ut quod πολλά requirit contrarium ἕν inferatur, scribendum videtur τοῦθ' ἓν εὔχομαι. Idem et τοῦτ' ἐπεύχομαι etiam Blaydesium proposuisse video.

V. 1479. καιρὸς ἐᾷ ex Dindorfii coniectura scripsi. Libri καιρὸς ἀεὶ ζῆν. Aliter corrector Aldinus numeros restituit articulo τοῦ omisso. At articulus aptissimus est. Fortasse praestat de Meinekii coniectura οὗ καιρὸς ᾖ, ζῆν ponere, ut ἀεὶ ex ηι et superscripto ἂν repetendum sit.

V. 1481. ἅλις, ἵν' ἐξ. δακρύων] 'Sufficit id, quo lacrimando processisti', i. e. satis iam lacrimavisti.

V. 1482. πάντα γὰρ καιρῷ καλά] Omnia enim eo quod (i. e. quae) opportuno tempore fiunt pulchra sunt.

V. 1483. ἐφ' οἷς — εἶμι] 'Qua lege, qua conditione eam'. Sic Aristoph. Plut. 1168 οὐκοῦν ἐπὶ τούτοις εἰσίω. Vide ibid. v. 1000. 1141. Lysistr. 251. Ran. 589. BR.

Ib. λέξεις καὶ τότ' εἴσομαι κλύων] Aesch. Sept. c. Theb. 261 λέγοις ἂν ὡς τάχιστα καὶ τάχ' εἴσομαι. Plaut. Pseud. II 2, 62 HA. *Non itast, sed scin, quid te, orem, Sure? PS. sciam, si dixeris.* ERF.

V. 1484 sq. γῆς μ' ὅπως — τεύξει τάχα] Eadem pluribus verbis dicta iam v. 1436—1445 sunt. De dictione γῆς ἄποικον vide ad v. 189.

*ΟΙΔ.* ἀλλὰ θεοῖς γ' ἔχθιστος ἥκω. *ΚΡΕ.* τοιγαροῦν τεύξει τάχα.
*ΟΙΔ.* φῂς τάδ' οὖν; *ΚΡΕ.* ἃ μὴ φρονῶ γὰρ οὐ φιλῶ λέγειν μάτην.
*ΟΙΔ.* ἄπαγέ νύν μ' ἐντεῦθεν ἤδη. *ΚΡΕ.* στεῖχέ νυν, τέκνων δ' ἀφοῦ.
*ΟΙΔ.* μηδαμῶς ταύτας γ' ἕλῃ μου. *ΚΡΕ.* πάντα μὴ βούλου κρατεῖν.
καὶ γὰρ ἁκράτησας οὔ σοι τῷ βίῳ ξυνέσπετο.
*ΧΟΡ.* ὦ πάτρας Θήβης ἔνοικοι, λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε,
ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ᾔδη καὶ κράτιστος ἦν ἀνήρ,
οὗ τίς οὐ ζήλῳ πολιτῶν ταῖς τύχαις ἐπέβλεπεν,

V. 1485. *ἔχθιστος ἥκω*] De *ἥκω* vide quae ad v. 982 adnotavi.

V. 1485 sq. *τοιγαροῦν τεύξει τάχα*] Sc. *τῆς τοῦ θεοῦ* (i. e. *τοῦ Ἀπόλλωνος*) *δόσεως ἣν αἰτεῖς με*. Quibus verbis cum hoc dici a Creonte Oedipus putaret, mox id, quod cuperet, ab Apolline oraculum editum iri, quo ex civitate Thebana expelleretur, facile apparet verba sequentia, *φῂς τάδ' οὖν*, ad quae supplendum *τεύξεσθαί με τάχα τῆς τοῦ θεοῦ δόσεως*, in hunc sensum dicta ab Oedipo esse: 'ain tu hoc futurum esse, ut mox deo volente ex patria eiciar?'

V. 1486. *ἃ μὴ φρονῶ γὰρ*] Particulam *γὰρ* referri debere ad sententiam suppressam *φημὶ ταῦτα* non monerem, nisi haec verba male ab interprete quodam explicata essent. Cfr. Aesch. Eum. 899 *ἔξεστι γάρ μοι μὴ λέγειν ἃ μὴ τελῶ*. De *μάτην* cfr. ad v. 360.

V. 1488. *ἕλῃ μου*] Vide ad v. 561. Sed poeta scripsisse videtur *ταύτα 'φέλῃ μου* vel potius *τούτω 'φέλῃ μου*.

Ib. Suidas: *πάντα μὴ βούλου κρατεῖν· ἐπὶ τῶν εἰς πάντα εὐδαιμονεῖν βουλομένων*. Cfr. O. C. 839 *μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς*.

V. 1489. *οὔ σοι τῷ βίῳ ξυνέσπετο*] I. e. felicitas qua gaudebas non per totam vitam te est comitata. DIND. Planius esset *διὰ βίου* quod scripsit Nauckius. At *σοι* dat. ethicus est, ut habeas idem quod *οὐ τῷ σῷ βίῳ ξυνέσπετο*.

V. 1490—1496. Hartungius et propter *λεύσσετ' Οἰδίπους ὅδε* et propter appellationem *ὦ πάτρας Θήβης ἔνοικοι* Oedipo tribuit, quae etiam sententia fuit eius scholiastae qui scripsit haec: *αὐτάρκως ἔχει τὸ δρᾶμα· τὰ γὰρ ἑξῆς ἀοίκεια γνωμολογοῦντος Οἰδίποδος*. Idem Cobetus proponit, qui *ᾔδη* primam personam haberi et *ἐλήλυθεν* in *ἐλήλυθα* mutari iubet. At obstat *ἦν* (1491) quae est tertia persona apud Sophoclem (vide ad v. 1092) et pronuntiat haec coryphaeus ad ceteros choreutas conversus ut neque verba illa ab demonstrante Oedipum exeuntem dicta neque appellatio *ὦ πάτρας Θ. ἔνοικοι* quidquam offensionis habeat. Ex eo autem quod in extrema fabula Phoenissarum Euripidis Oedipus haec eloquitur, effici nequit etiam hic eandem personam ea pronuntiare.

V. 1490. Coniungenda sunt *Οἰδίπους ὅδε εἰς ὅσον .. ἐλήλυθεν*.

V. 1492. *οὗ τίς* pro *ὅστις*

*εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλήλυθεν.*
*ὥστε θνητὸν ὄντ' ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν*
*ἡμέραν ἐπισκοποῦντα μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν*
*τέρμα τοῦ βίου περάσῃ μηδὲν' ἀλγεινὸν πα-*
*θών.* 1496

scripsi ex Martini, *ταῖς τύχαις* pro *καὶ τύχαις* ex Ellendtii, *ἐπ-έβλεπεν* pro *ἐπιβλέπων* ex Musgravii coniectura. Sensus est: 'cuius fortunis quis civium non invidebat?' Cfr. O. C. 1133 *ἀνδρὸς. ᾧ τίς οὐκ ἔνι κηλὶς κακῶν ξύνοικος;* Tres mutationes, propter quas sunt qui de Iacobsii sententia versum malint eicere, vitari possunt, si scribimus *οὗ τίς οὐ ζήλῳ πολιτῶν ἦν τύχαις ἐπιβλέπων;*

V. 1493. *κλύδωνα συμφορᾶς*] Cfr. Eur. Med. 362 *εἰς ἄπορον κλύδωνα κακῶν.*

V. 1494 sq. De sententia comparant editores Eur. Androm. 100. Troad. 509. Suppl. 270. Iph. A. 161. Soph. Trach. 1 sq. fragm. 572 Dind. *οὐ χρή ποτ' εὖ πράσσοντος ὀλβίσαι τύχας ἀνδρὸς, πρὶν αὐτῷ παντελῶς ἤδη βίος διεκπερανθῇ.* Aesch. Agam. 927 sqq. Ovid. Met. III 135.

Ib. *ἰδεῖν* corruptum est, medela incerta. Proposuit Stanleius *ἔδει*, Nauckius *χρεών* vel *θέμις*.

V. 1496. *τέρμα τοῦ βίου*] Prius nomen sine articulo positum, ut Oed. C. 725 *τέρμα τῆς σωτηρίας* et Phil. 900 *δυσχέρεια τοῦ νοσήματος.* ERF.

# APPENDIX.

P. 3, l. 23 *πρός του πολιτῶν* vel *πρὸς συμποτῶν του* coniecit et l. 27 sq. *ἀπλῶς τινες* pro *ἅπαντες* scripsit We. (i. e. alter editor).

V. 8 delet Wu. (i. e. prior editor). 35 *ὅς τε* Wu. 48 Wu. *προμηθίας* ex libris deterioribus. 74 sq. *τοῦ γὰρ εἰκότος, ἄπεστι πλείω, χρόνου* suspecta habet We. (A. Soph. em. p. 98). 93 in schol. *ἀγωνιῶ* We. 117 corruptum habet Wu. 128 *κακὸν τὸ ποῖον* conicit We. 159 *ἄντομ' Ἀθάνα* We. 172 *ἀνέχουσι* corruptum iudicat Wu. 209 sq. *πευκίνᾳ δᾳδι* We. 212 *προφρόνως* We. 216 Wu. *αὐτὸς* pro *αὐτό* et 217 *αὐτὸς* pro *ἀστὸς* ex deterioribus libris recepit. 241—46 suspectos habet We. 289 *δείματος τρέφει* Wu. 321 sq. Wu. choro tribuit. 415 *μυχός*, 417 *ὅρμον ὃν* We., 489 *ἔπος μεμφομένων νιν, καταφαίην*, 498 *ἔργοις τι πρὸς βλάβην*, 621 sq. *θάνατον ἐκκρίνας κακῶν* deleto v. 622 We. 625 *μή νυν* et 680 *σύ νυν* Wu. 650 schol. *τὰ ἄδικα*, 653 *πορεύομαι*, 682 *ἔχον μέρος* We. 737 *πιστός*, 763 *προὔφηνεν* Wu. 781 suspectum habet Wu. 800 delet Wu. 825 sq. *τόν γε Λαΐου φανεῖ χρησμὸν δικαίως ὀρθόν*, 832 *ἀγρόθεν* We. 835 *οὔ σοι* Wu. 855 Wu. *τὸν ἐγὼ οὐ λήξω*. 868 *θνοσκεῖν*, 901 *γένοι'* We. 907 Wu. *τάχ' ἂν* ex Brunckii coniectura. 914 sq. *τέθνηκεν Οἰδίπου . . γύναι*, 953 *ξυνηυνάθησαν* We. 964 *θεμιστὸν* Wu. 1025 sq. lacunam statuit Wu. 1055 sq. aliquid vitii contraxisse suspicatur Wu. 1060 *ἦρι* We. Post v. 1104 lacunam statuit We. (cfr. A. Soph. em. 43). 1114 *βρέφος*, 1181 *γύης*, 1195 *ἰαλέμων*, 1240 *πλεκταῖσιν αἰώραισιν ἐμπεπλεγμένην*, 1252 *ἐπάσσων*, 1286 *κελαδεῖ*, 1291 *δυσεξάκριστον* We. 1319 Wu. cum Neuio *ὡς ἠθέλησα μηδέ σ' ἂν γνῶναί ποτε* scripsit. 1343 *ἔτι*, 1366 *ὅμαιμον αἷμ' αἶ*, 1377 *ἤ με φλέξατ'*, 1410 *θεῶν* (*ἐκ θεῶν*) We. 1412 aliquot versus excidisse suspicatur Wu. 1443 *ἧς ἔχει* Wu. 1460 sq. *ὀνείδη λαμβάνων δηλήμονα*, 1488 *τούτω 'φέλῃ μου*, 1492 *ἦν τύχαις ἐπιβλέπων*; We.

# METRA

QUIBUS

## SOPHOCLES IN HAC FABULA USUS VIDETUR.

---

Vss. 1—150 trimetri iambici.

Vss. 151—158.

151. 153. 158 hexametri dactyl.
152 – –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – dimeter iamb.
154 ⏒ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – trim. dact. cum anacr.
155 –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram dact.
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ idem.
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ dim. dact.

Vss. 167—175.

– ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ –́ ⏑ – dim. iamb.
– ⏑́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – idem.
⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑ –́ ⏒ anapaesticus.
170 –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.
⏒ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏒ tetram. dact. cat. cum anacr.
⏒ –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏒ idem cum dipod. iamb. cat.
– –́ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏒ idem cum dipod. iamb.
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dact.
175 – –́ ⏑ –, ⏑ –́ – dim. iam. cat.

Vss. 185—196.

185 ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ dim. iamb. brachyc.
– –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – dim iamb.
⏑ –́ ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ – trim. iamb. cat.
⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – trim. iamb.
⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ – dipod. iamb. et cret.
190 ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – dim. troch. brachyc.
– –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – qualis 154.
–́ ⏑ – ⏑ – ⏒ qualis 190.
⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – dim. iamb.
–́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – dim. troch. cat.
195 ⏑ –́ – –́ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – ischiorrhogicus et dim. troch. cat.
–́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, –́ ⏑ – ⏑ – – trim. troch. brachyc.
Vss. 211—457 trimetri iambici.

Vss. 458—466.

⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ dipod. iamb. et logaoedic.
– –́ – –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ idem cum dipod. spond.
–, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconicus (cfr. Elem. p. 556. Epit. p. 197).
–, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ idem.
⏑, –́ ⏑ ⏑ – – glyconic. catal.
⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑ –́ – – dim. anapaest.
idem.
–, –́ ⏑ ⏑ – – qualis 462.
–́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏓ dim. troch. brachyc.

Vss. 476—483.

–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – tetram. choriamb.
idem.
⏑ ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ tetram. ionic. a min. cat.
⏑ ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ – dim. ionic. a min.
–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏒ pentam. chori. hyperc.
⏑ ⏑ –́, ⏑ ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ trim. ion. a min. cat. ab anap. incipiens.
⏑ ⏑ –́, ⏑ ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ tetram. ion. a min. cat. ab anap. incipiens.
⏑ ⏑ –́, ⏑ ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ dim. ion. a min. cat. ab anap. incipiens.
Vss. 494—629 trimetri iambici.

Vss. 630—638.

⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, –́ ⏑ – dipod. iamb. et trim. cret.
⏑ –́ ⏑ –, ⏒ –́ ⏑ – dim. iamb.
⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, –́ ⏑ – qualis 630.
⏑ –́ ⏑ – monom. iamb. cohaerens cum 632.
trimeter iamb.
⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́, – ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́ dimet. dochm.
⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ –́ idem.
trimeter iambicus.
idem.

Vss. 639—645.

⏓ –́ – –́ ⏑ –́, ⏑ –́ ⏑́ ⏑ – ⏑́ ⏑ ischiorrh. et doch. (Elem. p. 247. 274. 287).
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑, ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ dochm. et cret. (Seidl. p. 63. 125. Elem. p. 269. 285).
⏑ –́ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ ⏒́ dim. dochm.
–́ ⏑ –, –́ ⏑ –, –́ ⏑ – trim. cret.
⏓ –́ –́ –, ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – antisp. et dim. iamb. brachyc.
⏑ –́ –́ –, ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – antisp. et dim. iamb. brachyc.
Vss. 646—654 et 671—835 trimetri iambici.

Vss. 836—845.

⏒ –́ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ dipod. iamb. et troch.
–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ ⏒ tetram. epitr.
–́ ⏑ – ⏑ – ⏒ dim. troch. brachyc.
–́ ⏑ ⏑ ⏑, –́ ⏑ ⏑ – paeon. prim. et choriamb.
⏑ –́ ⏑ ⏑ – – – ⏑, –́ ⏑ – ⏓ logaoed. cum anacr. et monom. troch.
⏒, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glycon. qualis 460.
idem.
⏑ –́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ – penth. iamb. et dim. chor. cum troch.
⏑ ⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – – ionic. a min. et logaoed. exitum spondiac. habens.

Vss. 856—868.

–́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, –́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – tetram. troch. cat.
⏒ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – logaoed. cum anacr. et dim. troch. cat.
idem.
– –́ ⏑ –, – –́ ⏑ –, ⏑ –́ – trim. iamb. cat.
– –́ ⏑ –, – –́ ⏑ ⏒ dim. iamb.
⏒ –́ ⏑ –, – –́ ⏑ –, ⏑ –́ – qualis 861.
⏑ ⏑́⏑ ⏑ –, –́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ – monom. iamb. et dim. epitr. cat.
–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ – dim. epitr.
–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ – trim. epitr. cat.
⏒ –́ ⏑ ⏑ – ⏒ adonius cum anacrusi.
Vss. 882—1056 trimetri iambici.

Vss. 1057—1066.

–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ chori. et dipod. troch.
–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – epitr. et tetram. dact.
–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ – –, –́ ⏑ dim. epitr. cum trochaeo.
–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –, – –́ ⏑ ⏒ epitr. penth. dact. dipod. iamb.
–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ – dim. epitr.
–́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –, ⏒ –́ ⏑ –, ⏑ –́ – dim. epitr., penth. dact., dim. iamb. cat.
⏒ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏒, –́ ⏑ – –́ – logaeod. cum anacr. cret. troch. (de hoc versu vide quae in Consp. metr. ad Electr. 477 exposui).
Vss. 1079—1154 trimetri iambici.

Vss. 1155—1165.

–, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconic. qualis 460.
–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –, –́ –́, –́ ⏑ ⏑ – – glycon. et pherecrat.
–, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ qualis 1155.
–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏓́ glyconeus.
–́ ⏓́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ idem.
–́ –́, –́ ⏑ ⏑ – – pherecrateus.

–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconeus.
–́ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –, –́ ⏑́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ duo glyconei.
–, –́ ⏑ ⏑ – – chori. hyperc. cum anacr.

Vss. 1177—1186.

⏑ –́ ⏑ – –, ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – penth. iamb. et dim. iamb. brachyc.
⏑ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – iamb., chori., diiamb.
⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ ⏓ dim. iamb.
⏓ –́ –́ ⏑, –́ ⏑ – ⏑ ⏓ antisp. et monom. troch. hyperc.
–́ ⏑ – ⏑ ⏓ monom. troch. hyperc.
–́ ⏑ – ⏑ – idem.
–́ ⏑ – ⏑ ⏓ idem.
⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – dim. iamb. brachyc. cum anacr.
–́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – chori., diiamb., chori., diiamb.
–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ – ⏑ chori. et dim. troch. brachyc.
Vss. 1199—1272 trimetri iambici.
Vss. 1273—1282 duo systemata anapaestica.
Vss. 1283—1287 systema anapaesticum,
Vs. 1288 trimeter iambicus.

Vss. 1289—1292.

⏓ –́ ⏑ – mon. iamb.
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑, ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ dim. dochm.
⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏓ –́ dim. dochm.
Vss. 1293—1296 trimetri iambici.

Vss. 1305—1319.

⏑ –́ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ ⏑́ dim. dochm.
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏕, ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏕ dim. iamb.
⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, –́ – dim. iamb. cum troch.
⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́ dochmius.
trim. iambicus.
⏓ –́ ⏑ –, – –́ ⏑ – dim. iamb.
⏓ –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ ⏓ dipod. iamb., dim. cret., dipod. iamb.
⏑ –́ ⏑ – –, –́ ⏑ – ⏑ ⏓ pent. iamb. et mon. troch. hyperc.
⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ ⏑́ ⏑, ⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ ⏑́ dim. dochm.
⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́, ⏑ ⏑ ⏑ –́ ⏑ –́ idem.
– ⏑́ ⏑ –́ ⏑ ⏑́ ⏑, ⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́ idem.
– ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́ dochm.
– –́ ⏑ –, – –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ ⏓ trim. iamb.
idem.
Vss. 1335—1480 trimetri iambici, exceptis versibus 1434. 1437. 1441, qui sunt bacchii hac forma: ⏑ –́ ⏓
Vss. 1481—1496 tetrametri trochaici.

---

# SOPHOCLIS

# TRAGOEDIAE.

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

**EDUARDUS WUNDERUS.**

---

VOL. I. SECT. III.

CONTINENS

## OEDIPUM COLONEUM.

---

EDITIO QUINTA

QUAM CURAVIT

**N. WECKLEIN.**



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXIX.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

# ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

# ΟΙΔΙΠΟΥΣ

## ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι.

---

# ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΞΕΝΟΣ *).
ΧΟΡΟΣ *ἀττικῶν γερόντων.*
ΙΣΜΗΝΗ.
ΘΗΣΕΥΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.

*) Elmsleius et hic et in fabula ipsa invitis codicibus pro *ξένος* scripsit *Ἀθηναῖός τις*, monens ad. v. 36: „Quae hic inducitur persona nimis absurde *ξένος* vulgo appellatur, vel etiam absurdius *ξένος ἀλήτης*, quomodo ipse Oedipus v. 1096 nominatur. Natus error e v. 33, ubi *ὦ ξεῖνε* eum appellat Oedipus. Eodem argumento *χορὸς ξένων* dici potuisset, qui vulgo est *χορὸς Ἀττικῶν γερόντων*." Non satis commodum profecto nomen *ξένος* videtur esse rectiusque, ut Dindorfius monuit, *ὁδοιπόρος* appellatus esset; patet enim ex fabula ipsa eum si non Coloniatam (cfr. v. 78), certe Atheniensem fuisse.

# ΥΠΟΘΕΣΙΣ*).

*Ο ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι ΟΙΔΙΠΟΥΣ συνημμένος πώς ἐστι τῷ ΤΥΡΑΝΝΩι. τῆς γὰρ πατρίδος ἐκπεσὼν ὁ Οἰδίπους ἤδη γεραιὸς ὢν ἀφικνεῖται εἰς Ἀθήνας, ὑπὸ τῆς θυγατρὸς Ἀντιγόνης χειραγωγούμενος. ἦσαν γὰρ**) τῶν ἀρσένων περὶ τὸν πατέρα φιλοστοργότεραι. ἀφικνεῖται δὲ εἰς Ἀθήνας κατὰ πυθόχρηστον, ὥς αὐτός φησι, χρησθὲν αὐτῷ, παρὰ ταῖς σεμναῖς καλουμέναις θεαῖς μεταλλάξαι τὸν βίον. τὶ μὲν οὖν πρῶτον γέροντες ἐγχώριοι, ἐξ ὧν ὁ χορὸς συνέστηκε, πυθόμενοι συνέρχονται καὶ διαλέγονται πρὸς αὐτόν. ἔπειτα δὲ Ἰσμήνη παραγενομένη τὰ κατὰ τὴν στάσιν ἀπαγγέλλει τῶν παίδων καὶ τὴν γενησομένην***) ἄφιξιν τοῦ Κρέοντος πρὸς αὐτόν· ὃς καὶ παραγενόμενος ἐπὶ τῷ ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς τοὐπίσω ἄπρακτος ἀπαλλάττεται. ὁ δὲ πρὸς τὸν Θησέα διελθὼν τὸν χρησμὸν οὕτω τὸν βίον καταστρέφει παρὰ ταῖς θεαῖς.*

*Τὸ δὲ δρᾶμα τῶν θαυμαστῶν*[1]*· ὃ καὶ ἤδη*

*) De his argumenti expositionibus confer quae Dindorfius in annotationibus ad scholia Vol. II p. 14—18 monuit.

**) *ἦσαν γὰρ*] Excidisse videtur *αἱ θυγατέρες*, nisi neglegentius locutus hoc ex praecedente *θυγατρὸς* colligi voluit. DINDORF.

***) *γενησομένην* pro *γενομένην* scripsit Elmsleius.

1) Adscribenda huc putavi, quae ad hanc fabulam pertinentia a M. Tullio Cicerone aliisque scriptoribus Graecis et Latinis memoriae prodita sunt. M. Tullius Cat. mai. c. 7: *Sophocles*, inquit, *ad summam senectutem tragoedias fecit; quod propter studium cum rem familiarem neglegere videretur, a filiis in iudicium vocatus est, ut, quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic illum quasi de-*

γεγηρακὼς ὁ Σοφοκλῆς ἐποίησε, χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ πατρίδι[2]), ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτοῦ δήμῳ· ἦν γὰρ Κολωνῆθεν[3])· ὥστε τὸν μὲν δῆμον ἐπίσημον ἀποδεῖξαι, χαρίσασθαι δὲ καὶ τὰ μέγιστα τοῖς Ἀθηναίοις, δι' ὧν ἀπορθήτους ἔσεσθαι καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοὺς κρατήσειν ὑποτίθεται ὁ Οἰδίπους προαναφωνῶν, καὶ ὅτι διαστασιάσουσι πρὸς Θηβαίους ποτέ, καὶ τούτων κρατήσουσιν ἐκ χρησμῶν διὰ τὸν τάφον αὐτοῦ.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν τῇ Ἀττικῇ

---

*sipientem a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat et proxime scripserat, Oedipum Coloneum, recitasse iudicibus quaesisseque, num illud carmen desipientis videretur. Quo recitato, sententiis iudicum est liberatus.* Appuleius in Apologia p. 298: *Sophocles poeta, Euripidi aemulus et superstes, vixit enim ad extremam senectam; cum igitur accusaretur a filio suomet dementiae, quasi iam per aetatem desiperet, protulisse dicitur Coloneum suam peregregiam tragoediarum, quam forte tum in eo tempore conscribebat, eamque iudicibus legisse, nec quidquam amplius pro defensione sua addidisse, nisi ut audacter dementiae condemnarent, si carmina senis displicerent. Ibi ego comperior omnes iudices tanto poetae adsurrexisse, miris laudibus eum tulisse ob argumenti sollertiam et cothurnum facundiae, nec ita multum omnes abfuisse, quin accusatorem potius dementiae condemnarent.* Valerius Maximus VIII 7, 12: *Sophocles quoque gloriosum cum rerum natura certamen habuit, tam benigne mirifica illa opera sua exhibendo, quam illa operibus eius tempora liberaliter subministrando. Prope enim centesimum annum attigit, sub ipsum transitum ad mortem Oedipode Coloneo scripto, qua sola fabula omnium eiusdem studii poetarum praeripere gloriam potuit; idque ignotum esse posteris filius eius Iophon noluit, sepulcro patris quae retuli insculpendo.* Plutarchus in libro de re publica ab sene gerenda p. 785 A: Σοφοκλῆς δὲ λέγεται μὲν ὑπὸ τῶν υἱῶν παρανοίας δίκην φεύγων ἀναγνῶναι τὴν ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνοῦ πάροδον, ἥ ἐστιν ἀρχή, εὐίππου, ξένε, τᾶσδε — βάσσαις. Pseudo-Lucianus in Macrobiis c. 24 T. III p. 226: Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς ῥᾶγα σταφυλῆς καταπιὼν ἀπεπνίγη πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ἐπὶ τέλει τοῦ βίου παρανοίας κρινόμενος ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος, ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνει· ὡς τοὺς δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν. Commemoratum etiam de iudicio illo in vita Sophoclis est: φαίνεται δὲ καὶ παρὰ πολλοῖς ἡ πρὸς τὸν υἱὸν Ἰοφῶντα γενομένη αὐτῷ δίκη ποτέ — καὶ τότε τὸν Οἰδίποδα παραναγνῶναι. — Assentior autem prorsus Dindorfio, qui in vita Sophoclis p. XLII sqq. totam illam narrationem auctore potissimum Satyro, philosopho Peripatetico, fictam esse gravissimis argumentis demonstravit.

2) χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ πατρίδι etc.] Scholiasta ad 457 πολλαχοῦ δὲ οἱ τραγικοὶ χαρίζονται ταῖς πατρίσιν ἔνια. Cf. etiam schol. ad Ai. 202. El. 707. 731.

3) ἦν — Κολωνῆθεν] Confer Dindorfium in vita Sophoclis p. X sq.

*ἐν τῷ ἱππίῳ Κολωνῷ, πρὸς τῷ ναῷ τῶν Σεμνῶν. ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ἀθηναίων ἀνδρῶν*[4]). *προλογίζει Οἰδίπους.*

---

## ΑΛΛΩΣ.

*Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς*[1]) *ὁ υἱδοῦς ἐδίδαξεν, υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος, ὅς ἐστι τέταρτος ἀπὸ Καλλίου*[2]), *ἐφ' οὗ φασιν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι. σαφὲς δὲ τοῦτ' ἐστὶν ἐξ ὧν ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου*[3]) *ἀνάγει τοὺς τραγικοὺς ὑπὲρ γῆς, ὁ δὲ Φρύνιχος ἐν Μούσαις, ἃς συγκαθῆκε τοῖς Βατράχοις, φησὶν οὕτως·*

*μάκαρ Σοφοκλέης, ὃς πολὺν χρόνον βιοὺς*
*ἀπέθανεν, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ δεξιός,*
*πολλὰς ποήσας καὶ καλὰς τραγῳδίας·*
*καλῶς ἐτελεύτησ', οὐδὲν ὑπομείνας κακόν.*

*ἐπὶ δὲ τῷ λεγομένῳ ἱππίῳ Κολωνῷ τὸ δρᾶμα κεῖται. ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος Κολωνὸς ἀγοραῖος*[4]) *πρὸς τῷ*

---

4) *ἐξ Ἀθηναίων ἀνδρῶν*] Ex Coloniatis chorum constare disertis verbis poeta ipse v. 78 dicit. Cum v. 145 *τῆσδ' ἔφοροι χώρας* appellentur, videntur custodes eius regionis in qua lucus Eumenidum erat cogitandi esse.

---

1) *Σοφοκλῆς ὁ υἱδοῦς — ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος*] i. e. Olymp. XCIV 3 sive a. 401 a. Chr. n.

2) *ὃς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου*] Callias, Alexias, Pythodorus, Euclides, Micon. Quintus igitur a Callia Micon, si quintus a Gyge Croesus apud Herodotum I 13. Sed alteram numerandi rationem non solum recentiores, verum etiam nonnunquam sequuntur veteres. ELMSL.

3) *ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου*] Consentit Ranarum argumenti scriptor: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετ' Ἀντιγένη διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια.* Consentit etiam de Phrynichi Musis. ELMSL. Olymp. XCIII 3.

4) *ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος Κολωνὸς ἀγοραῖος*] Duos Colonos, forensem, *τὸν ἀγοραῖον*, et equestrem, *τὸν τῶν Ἱππέων*, commemorant etiam Harpocratio in v. *Κολωνίτας* p. 219 [p. 107 ed. Lips.], Pollux VII 132 et Suidas [schol. ad Eur. Phoen. 1701]. Pausan. I 30, 4 Colonum equestrem ponit Academiae Platonis sepulcro et Timonis turri finitimum: *κατὰ τοῦτο τῆς χώρας φαίνεται πύργος Τίμωνος —. δείκνυται δὲ καὶ χῶρος καλούμενος Κολωνὸς ἵππιος, ἔνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα,* cum quibus congruit Tullius de Fin. V 1. REIS.

Εὐρυσακείῳ[5]), πρὸς ᾧ οἱ μισθαρνοῦντες προειστήκεσαν, ὥστε καὶ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τοῖς καθυστερίζουσι τῶν καιρῶν διαδοθῆναι·

ὄψ' ἦλθες, ἀλλ' εἰς τὸν Κολωνὸν ἴεσο.

μνημονεύει τῶν δυεῖν Κολωνῶν Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ διὰ τούτων·

οὗτος, πόθεν ἦλθες; — Εἰς Κολωνὸν ᾠχόμην,[6])
οὐ τὸν ἀγοραῖον, ἀλλὰ τὸν τῶν ἱππέων.

---

## ΣΑΛΟΥΣΤΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὰ πραχθέντα περὶ τὸν Οἰδίποδα ἴσμεν ἅπαντα τὰ ἐν τῷ ἑτέρῳ ΟΙΔΙΠΟΔΙ. πεπήρωται γὰρ καὶ ἀφῖκται εἰς τὴν Ἀττικὴν ὁδηγούμενος ἐκ μιᾶς τῶν θυγατέρων, Ἀντιγόνης. καὶ ἔστιν ἐν τῷ τεμένει τῶν Σεμνῶν, ὅ ἐστιν ἐν τῷ καλουμένῳ Ἱππίῳ Κολωνῷ, οὕτω κληθέντι, ἐπεὶ καὶ Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερὸν Ἱππίου καὶ Προμηθέως, καὶ αὐτοῦ οἱ ὀρεωκόμοι ἵστανται· ἔστι γὰρ αὐτῷ πυθόχρηστον ἐνταῦθα δεῖν αὐτὸν ταφῆς τυχεῖν· οὗ μή ἐστιν ἑτέρῳ βέβηλος τόπος, αὐτόθι κάθηται· καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ τὰ τῆς ὑποθέσεως προέρχεται. ὁρᾷ γάρ τις αὐτὸν τῶν ἐντεῦθεν, καὶ πορεύεται ἀγγελῶν, ὅτι τις ἄρα τῷ χωρίῳ τούτῳ προσκάθηται. καὶ ἔρχονται οἱ ἐν τῷ τόπῳ ἐν χοροῦ σχήματι μαθησόμενοι τὰ πάντα. πρῶτος οὖν ἐστι καταλύων τὴν ὁδοιπορίαν καὶ τῇ θυγατρὶ διαλεγόμενος. ἄφατος δέ ἐστι καθόλου ἡ οἰκονομία ἐν τῷ δράματι, ὡς οὐδενὶ ἄλλῳ σχεδόν.

---

5) *πρὸς τῷ Εὐρυσακείῳ*] Prope sacellum Eurysacis, qui fuit Aiacis Telamonii filius. Pausan. I 35, 2 *διαμένουσι δὲ καὶ ἐς τόδε τῷ Αἴαντι παρὰ Ἀθηναίοις τιμαὶ αὐτῷ τε καὶ τῷ Εὐρυσάκει· καὶ γὰρ Εὐρυσάκους βωμός ἐστιν ἐν Ἀθήναις*. BOTH.

6) *Εἰς Κολωνὸν ἱέμην* Pherecrati redditum ex Harpocrat. p. 114, 8.

Post haec argumenta placet de duabus rebus disserere, quas non licet transire silentio, siquidem earum cognitio ad intellegendos aliquot huius fabulae locos paene necessaria est, de vita dico Oedipi Thebis post effossos oculos usque ad exsilium transacta et de scaena fabulae.

## DE VITA OEDIPI THEBIS POST EFFOSSOS OCULOS USQUE AD EXSILIUM TRANSACTA.

Cum in Oedipo Rege tota Oedipi vita ab initio usque ad amissum oculorum visum a Sophocle explicata sit, non est mirandum exstitisse, qui in hac fabula, quae illi arctissime conexa esset, reliquam vitam viri illius eadem perspicuitate describendam fuisse existimarent. Quod cum non factum viri quidam docti, sed silentio quaedam Oedipi fata, quae commemorata explicatius ab aliis scriptoribus essent, a Sophocle praetermissa animadvertere sibi visi essent, aut maluisse eum hanc eius vitae partem obscuriorem relinquere, quam ea tradere, quae nec verisimilitudini fabulae nec dignitati congrua putasset[1]), aut propria aliqua fabula, quae media inter utrumque Oedipum fuisset, ea, quae Thebis vel incluso vel eiecto Oedipo accidissent, complexum esse[2]) suspicati sunt. Quod postremum quam improbabile sit, sponte apparebit ex iis, quae deinceps expositurus sum. Neque vero illud concedo, Sophoclem consulto quidquam, quod alicuius momenti in vita Oedipi fuisset, obscurum reliquisse, quia non aptum tragoediae dignitati existimaret, sed alia silentio eum praeterisse puto, quae commemorare nihil necesse fuit, alia secus tradidisse, ut, qui fuit admirabilis eius venustatis sensus, tragoediae maiestati accommodata essent.

Ac primum quidem silentio negant viri docti recte praetermissum esse, quid responsi ab Apolline datum Creonti esset, qui cum ab Oedipo (extr. O. R. 1432—1444. 1517—1521) post oculos effossos enixe rogatus esset, ut ex patria terra se eiceret, prius se hoc, quam Apollinis voluntatem explorasset, facturum negaverat. At mea sententia quod Creon illa in fabula iactaverat, Apollinem ea de re consulturum se esse, istiusmodi fuit, ad quod respici in hac fabula non opus esset, in qua suffecit profecto dici id, quod dictum est 431—441. 591. 765—771, Oedipum non eiectum eo tempore, quo voluisset, sed invitum domi retentum esse. Qua traditione id simul consecutus poeta est, ut, sive fuit ea de re ora-

1) Est haec Iacobi sententia, quem vide in Quaestion. Sophocl. vol. I p. 343.

2) Coniecit hoc Doederlinus ad O. C. 361 suae ed. p. 316.

culum editum sive non fuit, a Creonte inique Oedipum tractatum esse appareret, ut qui, si iusserat Apollo, statim, si non iusserat, nunquam debuerit ex urbe expelli. Non minus inutile fuit commemorari de oraculo a poeta, si fuit eiusmodi editum, ex quo, utrum retinendus an expellendus Oedipus esset, non posset certo intellegi. Verum enimvero apparet ex tota fabula Sophoclem nullum putasse oraculum editum, quo Creon impulsus esset, ut Oedipum Thebis eiceret. Primum enim ubi Oedipus exsilii sui mentionem facit, ita de eo loquitur, ut se iniuria et vi expulsum ex patria conqueratur (cf. 427—441); deinde filios suos, si voluissent, facile perficere potuisse dicit, ut non eiceretur, sed Thebis remaneret (cf. 441—444). Neutrum autem dici potuit, si ab Apolline mandatum Thebanis fuisset, ut Oedipum exterminarent. Denique nullo modo probabile est Sophoclem in ea esse sententia potuisse, ut duo secum pugnantia oracula ab eodem Apolline edita esse arbitraretur. Pugnaret autem eiusmodi oraculum, quo iussi Thebani essent Oedipum expellere, cum eo, quod editum expulso Oedipo ab Apolline Sophocles refert, fore, ut Oedipum vivum mortuumque Thebani salutis suae causa expeterent (389 sq.). Quo oraculo commotos Thebanos apud Sophoclem legimus, ut Oedipum arcessendum rursus et, ut in potestate sua esset, in confiniis terrae suae collocandum putarent, cum, quod parricida esset, in ipsam civitatem recipere nollent (cf. 407. 600 sq.).

Itaque manifestum hoc est, Sophoclem, ut Oedipus eo quo eiectus Thebis est tempore eiceretur, arbitrio et iniuria Creontis, penes quem imperium fuit, factum putari voluisse[3]). Ac facile quidem apparet egregie id poetam sumpsisse. Ita enim Oedipus et purgatus omnino apparet, quod noluit, cum revocaretur, ad suos redire (590—601), et multo maiore dignus misericordia, quam si ex Apollinis mandato eiectus Thebis dictus esset.

Neque tamen illud neglegendum est, quod Oedipus Sophocleus nunquam id unum Creonti exprobrat, quod se Thebis emiserit, sed hoc tantum reprehendit, quod, cum post detecta scelera sua invitus

3) Aliter tamen, quod obiter adicio, de Creonte iudicavit Euripides Phoenissis, qui eum, simulatque occisis Eteocle et Polynice imperium acceperat, in exsilium mittere Oedipum facit, quod remanente eo unquam urbem salvam fore Tiresias negasset, v. 1579 sqq. *τῶνδε δ', Οἰδίπου, λόγων ἄκουσον· ἀρχὰς τῆσδε γῆς ἔδωκέ μοι Ἐτεοκλέης παῖς σός, γάμων φερνὰς διδοὺς Αἵμονι κόρης τε λέκτρον Ἀντιγόνης σέθεν. οὔκουν σ' ἐάσω τήνδε γῆν οἰκεῖν ἔτι· σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας οὐ μή ποτε, σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος, εὖ πράξειν πόλιν. ἀλλ' ἐκκομίζου. καὶ τάδ' οὐχ ὕβρει λέγω, οὐδ' ἐχθρὸς ὢν σοί, διὰ δὲ τοὺς ἀλάστορας τοὺς σούς, δεδοικὼς μή τι γῆ πάθῃ κακόν.* Ceterum constat a Sophocle tradi Creontem statim post detecta Oedipi flagitia imperium Thebarum accepisse et tenuisse etiam tum, cum Oedipus patria expelleretur. Expulso demum Oedipo filii eius sibi arrogandum imperium putarunt secundum Sophoclem O. C. 367 sqq. Erravit Iacobus Quaest. Soph. p. 342, sub Polynicis regno Thebanos iussisse Oedipum ex patria expelli dicens.

retentus domi esset, postmodo, ubi versari domi iucundum fuerit, invitus ex patria expulsus sit (431—441. 591. 765—771). Nam hoc sine dubio ipse sensit Oedipus, iure quodam suo Thebanos potuisse se, qui et patrem occidisset et matrem uxorem duxisset, ex patria sua expulsum velle, quanquam scelera illa, quae invitus perpetrasset, oculis effossis satis iam expiata arbitratus videtur; verum illud merito indignari potuit, quod, si propter facinora illa abesse e patria debuit, non statim, ut voluerat, eiectus erat; neque propterea reprehendendus erat, quod Thebanos emolumento, quod ex praesentia ipsius in eos redundabat, frui noluit, cum incommodo, quod ex eadem oriri putabatur, laborare illi nollent.

Neque vero, quod quispiam obiecerit, Oedipus iis, quae filiis suis obiecit, omnino iniuria se in exsilium esse missum ostendere voluit. Iis enim si potestas erat facta Oedipi, qui sine oraculo eiceretur, honeste in urbe retinendi, maximo iure crimini verti potuit, quod quam poterant et pietatis causa debebant patri suo misero opem ferre recusassent. Atque id ipsum est, quod iis ab Oedipo exprobratur dicente (441—444): *οἱ δ' ἐπωφελεῖν οἱ τοῦ πατρὸς τῷ πατρὶ δυνάμενοι τὸ δρᾶν οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλ' ἔπους σμικροῦ χάριν φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἠλώμην ἐγώ.*

Iam sponte eo deducti sumus, ut quae causa dirarum illarum fuerit, quibus Oedipus prius quam Athenas pervenisset filios devovisse dicitur[4]), paucis explicemus. Ac ne hanc quidem obscuram voluit Sophocles esse. Cum enim Oedipus nihil filiis suis exprobraverit, nisi quod non prohibuissent, quod prohibere potuissent, ne patria expelleretur (427—430. 441—444. 1356—1364), neque exsulantis ullam curam gessissent, sed sorores, quod ipsos facere convenisset, miserum patrem sublevare in exsilio passi essent (337—352. 1354—1369), cumque, si praeterea commisissent aliquid, quod iure in iis reprehendi posset, minime veri simile sit id Oedipum in tanto contra eos odio omissurum fuisse: quis tandem dubitabit, quin hanc solam ob causam, quod expelli se sivissent nec exsulantem comitati essent tum, cum eiceretur Thebis, filiis mala imprecatus sit? Quin adeo certo id intellegitur ex huius fabulae v. 1370 sqq. *τοιγάρ σ' ὁ δαίμων εἰσορᾷ μὲν οὔ τί πω ὡς αὐτίκ', εἴπερ οἵδε κινοῦνται λόχοι πρὸς ἄστυ Θήβης. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως πόλιν κείνην ἐρείψεις, ἀλλὰ πρόσθεν αἵματι πεσῇ μιανθεὶς χὠ ξύναιμος ἐξ ἴσου. τοιάσδ' ἀρὰς σφῷν πρόσθε τ' ἐξανῆκ' ἐγὼ νῦν τ' ἀνακαλοῦμαι ξυμμάχους ἐλθεῖν ἐμοί, ἵν' ἀξιῶτον τοὺς φυτεύσαντας σέβειν, καὶ μὴ 'ξατιμάζητον, εἰ τυφλοῦ πατρὸς τοιώδ' ἐφύτην*, quae ipsa verba Oedipus Polynici

---

4) Duobus in locis Sophocles dirarum illarum mentionem iniecit, 1299 *ὧν ἐγὼ τὴν σὴν Ἐρινὺν αἰτίαν εἶναι λέγω.* 1375 *τοιάσδ' ἀρὰς σφῷν πρόσθε τ' ἐξανῆκ' ἐγὼ νῦν τ' ἀνακαλοῦμαι ξυμμάχους ἐλθεῖν ἐμοί.* De diris illis ab aliis scriptoribus memoratis vide Valck. ad Eur. Phoen. 68.

dixit, postquam modo exposuit, quam impios se filios adversus patrem, cum expelleretur et in exsilio esset, praestitissent.

Discessit igitur Sophocles ab ea fama, quam secutus Euripides Phoenissis est[5]), qui filios, quod Oedipum post scelera eius detecta domo inclusissent iniuriaque affecissent, diris illis, ut sanguine domum partirentur, ab eo devotos scripsit[6]). Quanquam idem ille Euripides eadem in fabula Tiresiam fecit improbare factum illud filiorum his verbis (872 sqq.): *Ἐτεοκλέους μὲν εἵνεκ' ἂν κλῄσας στόμα χρησμοὺς ἐπέσχον, σοὶ δ', ἐπεὶ χρῄζεις μαθεῖν, λέξω· νοσεῖ γὰρ ἥδε γῆ πάλαι, Κρέον, ἐξ οὗ 'τεκνώθη Λάϊος βίᾳ θεῶν, πόσιν τ' ἔφυσε μητρὶ μέλεον Οἰδίπουν. αἵ θ' αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραὶ θεῶν σόφισμα κἀπίδειξις Ἑλλάδι. ἃ συγκαλύψαι παῖδες Οἰδίπου χρόνῳ χρῄζοντες, ὡς δὴ θεοὺς ὑπεκδραμούμενοι, ἥμαρτον ἀμαθῶς· οὔτε γὰρ γέρα πατρὶ οὔτ' ἔξοδον διδόντες ἄνδρα δυστυχῆ ἐξηγρίωσαν· ἐκ δ' ἔπνευσ' αὐτοῖς ἀρὰς δεινὰς νοσῶν τε καὶ πρὸς ἠτιμασμένος. ἁγὼ τί οὐ δρῶν, ποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη εἰς ἔχθος ἦλθον παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου.*

Itaque longissime Sophoclem ab eorum sententia afuisse apparet, qui Oedipum, ut filiis suis mala imprecaretur, istiusmodi causis adductum narrarunt, quales sunt quae apud Athenaeum XI p. 465 E. F. (p. 1032 sq. ed. Dind.) et apud scholiastam ad O. C. 1375 commemoratae leguntur, de quibus vide Prolegg. Oed. R. p. 7 ed. quintae.

---

## DE SCAENA FABULAE.

Scaena est in Colono equestri, *Κολωνῷ ἱππίῳ* (§ 1), pago Attico tribus Antiochidis, qui multorum deorum religione sacer fuit (§ 2), ab Athenis, quarum turres e scaena conspici fingitur (v. 14 sq. 24), decem stadia remoto (§ 3). In propinquo (v. 16) lucus Furiarum est, in pago illo situs (§ 4), a mortalibus non calcatus, nedum habitatus (v. 39 sq.), lauru, olea vitibusque consitus, et lusciniarum cantu personans (v. 16—18); ante eum rudium saxorum strues, et ipsa sacra Furiis (v. 37—40 coll. cum v. 19 sqq. 84 sq.

---

5) Inclusum Oedipum a filiis esse Diodorus etiam IV 65 narrat, de diris tamen tacens.

6) Phoen. 58 sqq. *μαθὼν* (sc. *Οἰδίπους*) *δὲ τἀμὰ λέκτρα μητρῴων γάμων εἰς ὄμμαθ' αὑτοῦ δεινὸν ἐμβάλλει φόνον χρυσηλάτοις πόρπαισιν αἱμάξας κόρας. ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται, κλείθροις ἔκρυψαν πατέρ', ἵν' ἀμνήμων τύχη γένοιτο, πολλῶν δεομένη σοφισμάτων. ζῶν δ' ἔστ' ἐν οἴκοις, πρὸς δὲ τῆς τύχης νοσῶν ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν ἀνοσιωτάτας, θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε.* Paulo aliter ipse Oedipus de diris illis loquens introducitur ab eodem 1602 sqq. *κτανὼν δ' ἐμαυτοῦ πατέρ' ὁ δυσδαίμων ἐγὼ εἰς μητρὸς ἦλθον τῆς ταλαιπώρου λέχος, παῖδάς τ' ἀδελφοὺς ἔτεκον, οὓς ἀπώλεσα ἀρὰς παραλαβὼν Λαΐου καὶ παισὶ δούς.* Praeterea in his locis Phoen. dirarum illarum mentio fit: 336. 477 sq. 627. 1059 sqq. 1364. 1435. 1550 sqq.

96—101), vulgo *χαλκοῦς* sive *χαλκόπους ὁδὸς* dicta (§ 5), *ἔρεισμα Ἀθηνῶν* (§ 6).

Oedipus in scaenam ingressus versatur primum extra lucum, tum (v. 21—23) sedem capit in rudium saxorum strue illa, quam relinquit in nemus se abscondens (v. 113 sq.), accedente choro, a quo evocatus rursus in conspectum venit (v. 174 sq.), et e locis inaccessis recedere iussus in rudi saxo considit (v. 196 sq.).

§ 1.

Fuit regio edita et saxis aspera; unde ab Hermesianacte in elegia ex Leontii libro III reliqua *πολυπρήων κολώνη* vocatur. Cf. Reisigius in Enarr. O. C. p. IV. — Celebratur amoenitas eius et religio per chorum v. 668—719. — Agri eius finguntur iuxta scaenam siti (v. 58 sqq.); incolae Coloniatae dicebantur (v. 58—65 ibique scholiasta).

§ 2.

Conditor pagi (*ἀρχηγός*), a quo nomen acceperit, deus Colonus secundum Sophoclem (v. 58—65) fuit. Ei deo statuam, iis qui in scaena erant conspiciendam, positam fuisse ostendit Sophocles v. 58 sqq. his utens verbis:

*οἱ δὲ πλησίοι γύαι*
*τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν*
*ἀρχηγὸν εἶναι, καὶ φέρουσι τοὔνομα*
*τὸ τοῦδε κοινὸν πάντες ὠνομασμένοι.*

Statuam enim dei illius (v. 65) a viatore, qui haec dicit, digito monstrari manifesto ex *τόνδε* pronomine apparet; videruntque hoc iam Doederlinus et Reisigius, qui recte Brunckium temeritatis et inscitiae coarguerunt, quod *τόνδ'* invitis codicibus in *τὸν* mutasset. De Colono enim cum nihildum inaudivisset Oedipus, non potuit ullo pacto *τὸν ἱππότην Κολωνὸν* dici. Quod qui pluribus ad versum illum docuit Hermannus, etsi recte *τόνδ'* servavit, tamen in explicando pronomine falsus est, locum monstrari ratus, quem tenere vel tenuisse olim Colonus iste credatur. Nam qui tandem, ut cetera omittam, Coloniatae illi locum praedicare conditorem (*ἀρχηγὸν*) pagi sui poterant? Neque propterea, quod statuae illius a nullo scriptore vetere mentio fit, interpretatio nostra, quam verba Graeca unice tuentur, ullo modo in dubium vocanda est, praesertim cum hoc quoque unus Sophocles tradiderit, ad deum Colonum Coloniatas originem suam referre. Inepti autem profecto illi sunt, qui, quod caecus Oedipus sit, negant credi posse a viatore statuam dei illius monstrari. Non enim postulat viator ab Oedipo, ut oculos convertat in statuam, sed de Colono deo exponens simul statuam eius ibi, ubi Oedipus commoretur, positam exstare admonet, incolarum religionem ea re significaturus. Ceterum constat in

more veterum Graecorum positum fuisse, ut locorum conditores post mortem etiam colerentur. Cf. Herodot VI 38 *καί οἱ τελευτήσαντι* (Miltiadi, Cypseli filio) *Χερσονησῖται θύουσι, ὡς νόμος οἰκιστῇ, καὶ ἀγῶνα ἱππικόν τε καὶ γυμνικὸν ἐπιστᾶσι, ἐν τῷ Λαμψακηνῶν οὐδενὶ ἐγγίνεται ἀγωνίζεσθαι.* Similiter statua Pandionis in tribu cognomine posita erat; cf. Aristoph. Pac. v. 1182. [Etiam in v. 44 libri *τόνδ'* pro *τὸν* et in v. 78 *τοῖσδ'* pro *τοῖς* habent. Nec probabile statuam Coloni sine ulla necessitate in scaena positam fuisse. Colonus autem incolae Coloniatae celeber deus est, ut non intellegatur, quidni *τὸν ἱππότην Κολωνὸν* dici potuerit].

Praeses Coloni (*ἐπιστάτης τοῦ Κολωνοῦ*) fuit Neptunus (v. 54 sq. 888 sq.), cui ara in eo posita fuit, extra scaenam sita (v. 887—889). Hinc ad eam confugit Polynices, ne supplex ab Oedipo patre aliquid petiturus reiceretur (v. 1156—1159). Commemorant de ea praeter Sophoclem Euripides Phoen. 1707 *ἱερὸς Κολωνός, δώμαθ' ἱππίου θεοῦ*, ubi cf. scholiasta, Thucydides VIII 67, quem locum § 3 attuli, et Pausanias I 30, 4 *δείκνυται δὲ καὶ* (sc. *οὐ πόρρω τῆς Ἀκαδημίας*) *χῶρος καλούμενος Κολωνὸς ἵππειος, ἔνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα· διάφορα μὲν καὶ ταῦτα τῇ Ὁμήρου ποιήσει, λέγουσι δ' οὖν· καὶ βωμὸς Ποσειδῶνος ἱππείου καὶ Ἀθηνᾶς ἱππείας.* Minervae ara non memorata est a Sophocle in hac fabula, nisi cui indicata videtur v. 898 *πρὸς τούσδε βωμούς*; nam metri causa numerum singularem poeta ponere potuit, quo usus paullo ante erat v. 888 de Neptuni ara loquens. Minervam equestrem certe memoravit 1070 sqq. *οἳ τὰν ἱππίαν τιμῶσιν Ἀθάναν καὶ τὸν πόντιον γαιάοχον Ῥέας φίλον υἱόν.* Cognomen hoc unde acceperit, narrat Pausanias VIII 47, 1.

Secundum Neptunum maximo cultu Coloniatae Prometheum proseculi videntur (v. 55 sq.), de quo scholiasta ad v. 56 *Τιτὰν Προμηθεύς· περὶ τοῦ τὸν Προμηθέα περὶ τὴν Ἀκαδήμειαν καὶ τὸν Κολωνὸν ἱδρῦσθαι Ἀπολλόδωρος γράφει οὕτω τῇ π̄* (apud Heyn. p. 400)· *Συντιμᾶται δὲ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, καθάπερ ὁ Ἥφαιστος. Καὶ ἔστιν αὐτοῦ παλαιὸν ἵδρυμα καὶ βωμὸς ἐν τῷ τεμένει τῆς θεοῦ. Δείκνυται δὲ καὶ βάσις ἀρχαία κατὰ τὴν εἴσοδον, ἐν ᾗ τοῦ τε Προμηθέως ἐστὶ τύπος καὶ τοῦ Ἡφαίστου. Πεποίηται δὲ* (*ὡς καὶ Λυσιμαχίδης φησὶν*) *ὁ μὲν Προμηθεὺς πρῶτος καὶ πρεσβύτερος, ἐν δεξιᾷ σκῆπτρον ἔχων, ὁ δὲ Ἥφαιστος νέος καὶ δεύτερος. Καὶ βωμὸς ἀμφοῖν κοινός ἐστιν ἐν τῇ βάσει ἀποτετυπωμένος.*

Pausan. I 30, 2 de Promethei ara haec scribit: *ἐν Ἀκαδημίᾳ δέ ἐστι Προμηθέως βωμός· καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας· τὸ δὲ ἀγώνισμα ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾷδα ἔτι καιομένην ἐστίν· ἀποσβεσθείσης δέ, οὐδὲν ἔτι τῆς νίκης τῷ πρώτῳ, δευτέρῳ δὲ ἀντ' αὐτοῦ μέτεστιν· εἰ δὲ μηδὲ τούτῳ καίοιτο, ὁ τρίτος ἐστὶν ὁ κρατῶν· εἰ δὲ καὶ πᾶσιν ἀποσβεσθείη, οὐδείς ἐστιν, ὅτῳ καταλείπεται ἡ νίκη.*

Dicitur autem *πυρφόρος* Prometheus a Sophocle v. 55, quod antiquissimis temporibus *δᾳδοῦχος*, ut monuit iam Reisigius Enarr. p. XXXVII, non hominum fabricator fingebatur. Et dextra quidem ferebat facem; quo respicit Eurip. Phoen. 1121 *δεξιᾷ δὲ λαμπάδα Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν ὡς πρήσων πόλιν.* Facem ergo pro sceptro putasse videntur Lysimachides et Apollodorus apud scholiastam, cuius verba modo attulimus.

Ceterum imprimis conferenda sunt quae Carolus Fridericus Hermannus de Sacris Coloni et Religionibus cum Oedipi fabula coniunctis disputavit egregie in Quaest. Oedipod., quae Marburgi a. 1837 prodierunt, p. 63 sqq.

§ 3.

Thucyd. VIII 67 *ξυνέλεξαν τὴν ἐκκλησίαν ἐς τὸν Κολωνόν· ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω τῆς πόλεως, ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα.* Cf. Reisig. Enarr. p. XXVIII.

§ 4.

Apollod. III 5 extr. *παραγενόμενος δὲ* (sc. *ὁ Οἰδίπους*) *σὺν Ἀντιγόνῃ τῆς Ἀττικῆς εἰς Κολωνόν, ἔνθα τὸ τῶν Εὐμενίδων ἐστὶ τέμενος, καθίζει ἱκέτης, προσδεχθεὶς ὑπὸ Θησέως· καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀπέθανεν.*

§ 5.

Ipsa illa saxa e terra quasi enata, in quibus Oedipus, cum primum in scaenam ingressus esset, sedem cepit, dicta esse *χαλκόπουν* sive *χαλκοῦν ὀδὸν* perspicue intellegitur ex v. 56 sqq. *ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον, χθονὸς καλεῖται τῆσδε χαλκόπους ὀδός.* Ad quem locum scholiasta haec adnotavit *χαλκόπους ὀδός· ὡς οὕτω τινὸς καλουμένου τόπου ἐν τῷ ἱερῷ. Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος* (apud Heyn. p. 401) *δι' αὐτοῦ κατάβασιν εἶναι εἰς Ἅιδου. Καὶ Ἴστρος δὲ μνημονεύει τοῦ χαλκοῦ ὀδοῦ, καὶ Ἀστυδάμας. Καί τις τῶν χρησμοποιῶν φησι·*

*Βοιωτοὶ δ' ἵπποιο ποτιστείχουσι Κολωνόν,*
*ἔνθα λίθος τρικάρανος ἔχει καὶ χάλκεος οὐδός.*

Verum non ea tantum saxa, quae in scaena adumbrata apparebant, sed alia etiam extra scaenam sita, quae coniuncta cum illis fuisse censenda sunt, illo nomine insignita fuisse certo concludi potest ex iis, quae v. 1590 sq. scripta sunt:

*ἐπεὶ δ' ἀφῖκτο τὸν καταρράκτην ὀδόν,*
*χαλκοῖς βάθροισι γῆθεν ἐρριζωμένον.*

Quorum verborum sensus hic est: „cum vero venisset ad limen viae in imam tellurem ducentis (*ἐς τὰ κάτω ῥηκτόν*), quae aeneis

gradibus ex ima terra stabilita erat". Errat enim aliquantisper scholiasta, qui ad locum illum haec adnotavit: *ὃν ἐν ἀρχῇ εἶπε χαλκόπουν ὁδόν, τοῦτον νῦν ὑποτίθεται ἐκτὸς τῆς σκηνῆς, καὶ οὐκέτι ἐν ὄψει τοῦ θεάτρου· καὶ νῦν καταρράκτην προσηγόρευσε διὰ τὸ νομίζειν ἐκεῖνον τὸν τόπον κατάβασιν ἔχειν εἰς Ἅιδου· καὶ εἰσὶν οἳ δι' αὐτῆς τὴν ἁρπαγήν φασι τῆς Κόρης γενέσθαι.* Tantum enim abest, ut quicquam scriptum in hac tragoedia sit, ex quo scaenam fabulae mutatam esse conicere possimus, ut omnia eodem in loco geri manifestum sit. Sed illud tenendum est, quod recte iam monitum ab Hermanno ad v. 1586 suae edit., v. 1590 sq. eum liminis aerei locum sive partem significari, ubi hiatus fuerit, quo descendi ad inferos putabatur.

Ceterum Tartari introitum iam antiquissimis temporibus ferreis portis munitum et aereo limine existimatum esse notum est ex Hom. Il. VIII 15

*ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός,*

et Hesiodi Theogon. 811 sqq.

*ἐνθάδε μαρμάρεαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδὸς*
*ἀστεμφής, ῥίζῃσι διηνεκέεσσιν ἀρηρώς,*
*αὐτοφυής.*

§ 6.

Appellantur eadem illa saxa, quae modo limen aereum dicta vidimus, v. 58 *ἔρεισμα Ἀθηνῶν.* Reisig. Enarr. p. XXXVIII hoc sic interpretatur: „ipsum fundamentum (aerei liminis) imum erat aere stabilitum, ut urbs super late exstructa eo fulciri videretur; quare *ἔρεισμα Ἀθηνῶν.*" At equidem fateor me non intellegere, quomodo Athenae, quae satis remotae ab his saxis erant, super iis exstructae dici potuerint. Vera videntur quae Dindorfius putat, illo poetico epitheto nihil aliud significari quam locum saxis firmum ad Athenas usque pertinentem.

---

# ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι.

## ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

*Τέκνον τυφλοῦ γέροντος Ἀντιγόνη, τίνας*
*χώρους ἀφίγμεθ', ἢ τίνων ἀνδρῶν πόλιν;*
*τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν*
*τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι;*
*σμικρὸν μὲν ἐξαιτοῦντα, τοῦ σμικροῦ δ' ἔτι*
*μεῖον φέροντα, καὶ τόδ' ἐξαρκοῦν ἐμοί.*
*στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με χὼ χρόνος ξυνὼν*
*μακρὸς διδάσκει καὶ τὸ γενναῖον τρίτον.*
*ἀλλ', ὦ τέκνον, θάκησιν εἴ τινα βλέπεις*

V. 1 seqq. Egregie Sophocles Oedipum, quo magis ei auditorum animos in ipso fabulae exordio conciliaret, talem introduxit, ut non solum summis miseriis coopertus, sed etiam singulari animi generositate insignis videretur. Nam quo quis generosiore animo summa quibus premi eum apparet mala fert, eo magis nostram et misericordiam excitare et benevolentiam parare sibi solet.

V. 3 sq. *καθ' ἡμέραν τὴν νῦν*] Primo mane aut certe sobrius in lucum Eumenidum Oedipus delatus videtur fingi. Cf. v. 98—100.

V. 4. Schol. *σπανιστοῖς· εὐτελέσι.* Id est vilibus et modicis, qualia mendicis dari solent. Locutionem *δέχεσθαί τινα δωρήμασιν* illustravit Abresch. ad Aesch. I p. 603. Addo Xen. Anab. V 5, 24 *καὶ ξενίοις, ἢν μὲν ἔλθητε πρὸς τὴν Σινωπέων πόλιν, ἐκεῖ δεξόμεθα.*

V. 6. Schol. *μεῖον φέροντα· βραχύτερον ἀποφερόμενον τοῦ αἰτηθέντος. οὐ γὰρ ὅσα αἰτεῖ τις λαμβάνει.* De *φέρειν*, pro quo quispiam *φέρεσθαι* exspectaverit, vide Reisigium p. XXVII. Deinde advertendum *ἐμοί* est, quod Oedipus statim ante de se ut de alio loquitur. Verum simillima exempla attulit Lobeck., ad Ai. p. 263 not. ed. sec.

V. 7 sq. *χὼ χρόνος ξυνὼν μακρὸς*] l. e. *καὶ ὁ χρόνος, ὃς ξύνεστί μοι, μακρὸς ὤν*, nobis: *und das Alter, in dem ich stehe, ein hohes.* Cf. Matth. § 277 b. Dicitur autem *χρόνος* saepe de aetate (cf. ad Philoct. 304), et *χρόνος μακρός*, ut hoc loco, de senectute (cf. O. R. 963). Itaque hoc dicit Oedipus: *καὶ τὸ γῆρας, ᾧ ξύνειμι.* De locutione *ξύνεστί μοι γῆρας* ad Ai. 330 diximus.

V. 8. *καὶ τὸ γενναῖον τρίτον*] De addito *τρίτον* confert Neuius 331. Ai. 1174. O. R. 581.

V. 9. Libri *θάκοισιν.* Quod

ἢ πρὸς βεβήλοις ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν,
στῆσόν με κἀξίδρυσον, ὡς πυθώμεθα,
ὅπου ποτ' ἐσμέν. μανθάνειν γὰρ ἥκομεν
ξένοι πρὸς ἀστῶν, ἃν δ' ἀκούσωμεν τελεῖν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πάτερ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, πύργοι μέν, οἳ
πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρόσω·
χῶρος δ' ὅδ' ἱρός, ὡς ἀπεικάσαι, βρύων
δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου· πυκνόπτεροι δ'
εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες·
οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου·

dedi ex emendatione Seidleri est. Significat autem θάκησις non idem quod θᾶκος, sed facultatem sedendi. Cfr. θάκημα 1380.

V. 10. βεβήλοις] βέβηλα genere neutro dicit pro βεβήλοις τόποις, ut v. 167 ἄβατα dixit ἀβάτους τόπους. DINDORF.

V. 11. στῆσόν με κἀξίδρυσον] Priore verbo finem eundi fieri, posteriore considere se velle Oedipus significat. Monuit Iacobsius.

Ibid. ὡς πυθώμεθα] Nam nisi consedisset Oedipus, non poterat Antigona ab eo discedere, in quem locum venissent, exploratura.

V. 12. Schol. μανθάνειν γὰρ ἥκομεν· εἰς γὰρ τοῦτο, φησίν, ἐληλύθαμεν, ἅτε δὴ ξένοι ὄντες, παρὰ τῶν ἀστῶν μανθάνειν, τί ἐστι πρακτέον ἡμῖν. Videtur Oedipus ex Atheniensibus, ad quorum urbem se versari sciebat (cf. v. 25), de situ loci illius, in quo malorum finem consecuturus erat, cognoscere voluisse. Ignorabat enim, ut apparet e v. 38. 41 sq. 89 seqq., ad eum ipsum locum se iam pervenisse. De locutione ἥκομεν μανθάνειν cf. Matth. § 532.

V. 13. ἃν] Id est ἃ ἄν.

V. 15. πόλιν στέγουσιν] Non est quod collato Ant. v. 122, ubi est στεφάνωμα πύργων, cum Wakefieldio ad Verg. Ge. I 71 et Doederlino in Spec. ed. Soph. p. 42 στέφουσιν scribamus. Nam verbis „turres quae urbem tegunt" hoc significatur 'turres quibus arx muniri solet, ut urbem ibi sitam esse suspiceris'. Nec dubium est quin turres arcis intellegantur.

Ibid. ὡς ἀπ' ὀμμάτων] 'Quantum oculis conicere licet'. De locutione ἀπ' ὀμμάτων vide Matth. § 396 not. 2 et § 572 et nos ad Philoct. 60. De ὡς cfr. Krueg. I § 69, 62, 6.

V. 16 sq. ὡς ἀπεικάσαι] Cfr. Matth. § 545 vel Krueg. I § 55, 1, 3. Sunt qui ἐπεικάσαι et hoc loco et Trach. 141 praeferant ut usitatum in hac re verbum. Alii, cum cod. La a prima manu ἀφεικάσαι exhibeat, ex aliis libris σάφ' εἰκάσαι recipiunt.

Ibid. βρύων δάφνης] Verbi βρύειν cum genetivo coniuncti exempla ex Aeschyli Choeph. 68 aliisque scriptoribus allata ad Stephani thesaurum. DINDORF.

V. 17. πυκνόπτεροι δ'] Nihil aliud hoc significat nisi 'frequentes' illic esse luscinias; sed ut oratio magis poetica evaderet, simplici πυκναὶ praetulit poeta adiectivum cum πτεροῦ nomine compositum, quoniam de avibus agitur. DINDORF. De elisa in fine trimetri vocali cfr. Herm. Elem. doctr. metr. p. 36 et ad Oed. R. v. 327 ed. nostrae.

V. 19. κῶλα κάμψον] κάμπτειν κῶλα, γόνυ significat 'sedere, quiescere.' Vide Aesch. Prom. 32 [ibique Blomf. in gloss.] 396. Apollon. Rhod. I 1174 BR. ἐπὶ πέτρου ἀξέστου recte explicat schol. ἐπὶ λιθίνου βάθρου, i. e.

μακρὰν γὰρ ὡς γέροντι προὐστάλης ὁδόν.
*ΟΙΔ.* κάθιζέ νύν με καὶ φύλασσε τὸν τυφλόν.
*ΑΝΤ.* χρόνου μὲν εἵνεκ' οὐ μαθεῖν με δεῖ τόδε.
*ΟΙΔ.* ἔχεις διδάξαι δή μ', ὅποι καθέσταμεν;
*ΑΝΤ.* τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα, τὸν δὲ χῶρον οὔ.
*ΟΙΔ.* πᾶς γάρ τις ηὔδα τοῦτό γ' ἡμὶν ἐμπόρων.
*ΑΝΤ.* ἀλλ' ὅστις ὁ τόπος, ἦ μάθω μολοῦσά ποι;
*ΟΙΔ.* ναί, τέκνον, εἴπερ ἐστί γ' ἐξοικήσιμος.
*ΑΝΤ.* ἀλλ' ἔστι μὲν οἰκητός. οἴομαι δὲ δεῖν
οὐδέν· πέλας γὰρ ἄνδρα τόνδε νῷν ὁρῶ.
*ΟΙΔ.* ἦ δεῦρο προσστείχοντα κἀξορμώμενον;
*ΑΝΤ.* καὶ δὴ μὲν οὖν παρόντα· χὤ τι σοι λέγειν
εὔκαιρόν ἐστιν, ἔννεφ', ὡς ἁνὴρ ὅδε.
*ΟΙΔ.* ὦ ξεῖν', ἀκούων τῆσδε τῆς ὑπέρ τ' ἐμοῦ
αὑτῆς θ' ὁρώσης, οὕνεχ' ἡμὶν αἴσιος
σκοπὸς προσήκεις ὧν ἀδηλοῦμεν φράσαι,

petrae ad sedendum natura aptae. Cf. 101 *βάθρον ἀσκέπαρνον*.

V. 20. *μακρὰν ὡς γέροντι ὁδόν*] 'Longum ut seni iter'. De accusativo vide Rost. § 104, 3 a. vel Krueg. I § 46, 6, 2.

V. 22. *χρόνου εἵνεκα*] Schol. *τοῦ μὲν χρόνου οὗ σύνειμί σοι χάριν οὐ χρεία μαθεῖν, ὅτι τυφλὸς εἶ καὶ ὅτι δεῖ σε προμηθείας τυχεῖν*. Vide ad El. 380.

V. 23. *ὅποι καθέσταμεν*] Latet in verbo motus significatio. Sic Eur. Or. 1330 *ἀνάγκης δ' εἰς ζυγὸν καθέσταμεν* et Phoen. 1273 *αἰχμὴν εἰς μίαν καθέστατον*.

V. 24. Schol. *τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα· ὅτι ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐσμεν, οἶδα· τίς δέ ἐστιν οὗτος ὁ δῆμος, ἀγνοῶ*. Pagum Colonum esse postmodo comperit v. 59.

V. 25. Schol. *ηὔδα· ὅτι αὗταί εἰσιν αἱ Ἀθῆναι. Ἐμπόρων δὲ ἀντὶ τοῦ ὁδοιπόρων*. Vide ad Philoct. 534.

V. 28. Schol. *οἴομαι δὲ δεῖν οὐδέν· οὐ δεῖν τοῦ προελθοῦσαν ἐρωτῆσαί με. ἰδοὺ γὰρ ἀνὴρ πάρεστι, παρ' οὗ εἰσόμεθα. καλῶς δὲ τὰ τῆς οἰκονομίας, ἵνα μὴ μόνος Οἰδίπους ἀπολειφθῇ*. Cf. 500 sqq. Neque interrupit poeta colloquium excessu Antigonae et eis quae Antigonam de consilio excedendi dicentem fecit cavit ne offenderet viator fortuito adveniens. De *οὐδέν* vide Matth. § 414 not.

V. 30. *κἀξορμώμενον*] Idem est atque 'et cito quidem cursu'.

V. 31 sq. *καὶ δὴ μὲν οὖν*] De *καὶ δή* ad El. 310 exposui, de *μὲν οὖν* particulis 'immo vero' significantibus cf. Matth. § 625. — De *ἁνὴρ ὅδε*, eccum virum, vide eundem § 264,5.

V. 33. *ἀκούων*] Exspectaveris *ἀκούσας*, i. e. *ἐπεὶ ἤκουσα*. Sed vide ad Philoct. 259. Verbum finitum, ad quod participium referendum, omissum est, quia interrupta ab hospite Oedipi oratio est. De *ὑπέρ τ' ἐμοῦ* pro *ὑπὲρ ἐμοῦ τε* cf. Ai. 53. O. R. 541. Philoct. 1294 et vide Matth. ad Eur. Hec. 459.

V. 34 sq. Schol. *οὕνεχ' ἡμὶν αἴσιος· ὅτι αἴσιος ἡμῖν σκοπὸς ἀφῖξαι, ὥστε φράσαι περὶ ὧν ἀγνοοῦμεν*. Verba *ὧν ἀδηλοῦμεν* cum nomine *σκοπός* coniungenda esse apparet. Ceterum recte Hellerus: *σκοπὸς* significat eum, a quo aliquid tam accurate quam a speculatore cognosci possit. — *ὧν*

ΞΕΝΟΣ.

πρὶν νῦν τὰ πλείον' ἱστορεῖν, ἐκ τῆσδ' ἕδρας
ἔξελθ'· ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν.
ΟΙΔ. τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος; τοῦ θεῶν νομίζεται;
ΞΕΝ. ἄθικτος, οὐδ' οἰκητός. αἱ γὰρ ἔμφοβοι
θεαί σφ' ἔχουσι, Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι.
ΟΙΔ. τίνων τὸ σεμνὸν ὄνομ' ἂν εὐξαίμην κλύων;
ΞΕΝ. τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν
εἴποι λεώς νιν· ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά.

ex Elmsleii coniectura scripsi pro **τῶν**. Nam quamvis saepe Sophocles articulo pro pronomine relativo usus sit, tamen nunquam id fecit nisi praecedenti vocali, veluti huius fab. 161. 304. 747. 1258. Cfr. Matth. § 292. Pariter El. 422 La *θαλλὸν τῷ* contra metrum pro *θαλλόν, ᾧ* exhibet.

V. 36. Qui in scaenam prodit **ξένος**, viatorem fingi Atheniensem satis apparet ex iis, quae cum Oedipo colloquitur. DINDORF.

Ibid. **τὰ πλείονα**] I. e. plura illa, quae te dicturum esse video. Sic Philoct. 576 *μή νύν μ' ἔρῃ τὰ πλείονα*. Cfr. Matth. § 266 not.

V. 37. **οὐχ ἁγνὸν πατεῖν**] I. e. *χῶρον ὃν πατεῖν οὐχ ἁγνόν ἐστι*, 'non iustum, religioni non conveniens', ut dicimus *δίκαιός εἰμι παθεῖν* et similia. Eur. Iph. T. 1045 *βρέτας θιγεῖν ὅσιόν ἐστ' ἐμοὶ μόνῃ*. SEIDL. De activo vide Matth. § 535 not. et Elmsl. ad Heracl. 1011 p. 151.

V. 38. **τοῦ θεῶν νομίζεται**] Cfr. Ant. 738 *οὐ τοῦ κρατοῦντος ἡ πόλις νομίζεται*.

V. 39. **ἄθικτος, οὐδ' οἰκητός**] Sic Phil. 2 *ἄστειπτος, οὐδ' οἰκουμένη*. Loquitur hospes de loco Furiis sacro. Supra Antigone de omni, quam conspiciebat, regione dixerat, quam habitatam inde coniecerat, quod virum quendam prope viderat.

V. 39. sq. **αἱ γὰρ ἔμφοβοι — κόραι.** Intellegendae sunt Furiae, similiter ab Aeschylo Eum. v. 419 appellatae *Νυκτὸς αἰανῆ τέκνα*.

De *σφε* pronomine vide Matth. § 147 a. 8.

V. 41. **τίνων — κλύων**] Breviter dictum hoc sensu: 'quae vocantur? ut audito earum sancto nomine invocare eas possim'. De *κλύων* vide ad v. 33.

V. 42. **πάντα**, scil. *πάθη*, ut est Ai. 836 *ἀεί θ' ὁρώσας πάντα τἀν βροτοῖς πάθη σεμνὰς Ἐρινῦς*. De nomine Eumenidum cfr. Paus. II 11, 4 *ναὸς θεῶν ἃς Ἀθηναῖοι Σεμνάς, Σικυώνιοι δὲ Εὐμενίδας ὀνομάζουσι*. Athenis vulgare quidem nomen *Σεμναί*, sed non inusitatum nomen *Εὐμενίδες* fuisse, documento est praeter hunc locum finis Aesch. Eum., de quo Argumentum haec habet: *τὰς δὲ Ἐρινύας πραΰνασα (Ἀθηνᾶ) προσηγόρευσεν Εὐμενίδας*. Alia nomina Furiarum erant *Ἐρινύες, Ἀραί* (de quo nomine vide Aesch. Eum. 420 *Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὑπαὶ κεκλήμεθα*), *Ποιναί* (Aeschin. I § 190), *Κῆρες* (cfr. Aesch. Sept. 1047 *Κῆρες Ἐρινύες*, Soph. Oed. R. 472).

V. 43. **εἴποι λεώς νιν**] De *νίν*, i. e. *αὐτάς*, cfr. Matth. § 146. Tum scholiasta: *ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά· παρ' ὅσον ἄλλοι ἄλλοις ὀνόμασι καλοῦσιν αὐτάς. ἄλλα ὀνόματα παρ' ἄλλοις καλὰ νομίζεται, παρ' ἡμῖν δὲ τοῦτο, τὸ ὀνομάζειν αὐτὰς Εὐμενίδας*. Cfr. Plutarch. Themist. c. 27 *ὦ ξένε, νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων· ἄλλα δ' ἄλλοις καλά· καλὸν δὲ πᾶσι τὰ οἰκεῖα κοσμεῖν καὶ σώζειν*.

ΟΙΔ. ἀλλ' ἵλεῳ 'μὲ τὸν ἱκέτην δεξαίατο·
ὡς οὐχ ἕδρας γῆς τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι.
ΞΕΝ. τί δ' ἔστι τοῦτο;
ΟΙΔ. ξυμφορᾶς ξύνθημ' ἐμῆς.
ΞΕΝ. ἀλλ' οὐδ' ἐμοί τοι τοὐξανιστάναι πόλεως
δίχ' ἔστι θάρσος, πρίν γ' ἂν ἐνδείξω, τί δρῶ.
ΟΙΔ. πρός νυν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς,
τοιόνδ' ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω φράσαι.
ΞΕΝ. σήμαινε, κοὐκ ἄτιμος ἔκ γ' ἐμοῦ φανῇ.
ΟΙΔ. τίς ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ', ἐν ᾧ βεβήκαμεν;

V. 44. 'μὲ pro μὲν scripsit Nauckius. Particula μὲν hic parum apta.

V. 45. Pro ὥστ', quod libri habent, et scholiasta auctore, qui adnotat: ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀναστήσομαι ἐντεῦθεν, et sententia flagitante, cum Elmsleio ὡς restitui. Nam ὥστε si scriberetur, hoc poeta diceret: 'itaque fretus tutela harum' etc. At non quod tutela earum confidebat, sed quod ab Apolline responsum tulerat, vitam ibi finire fatale sibi esse, Oedipus ex hoc loco unquam se exiturum negavit. Accedit, quod insolentissime ὥστε positum esset pendens ab ea sententia, quae nec enuntiata est, nec suppleri recte potest, 'excipient me propitiae'. — Tum pro γῆς nomine, quod inutile videretur, quidam γέ particulam posuerunt, quam alienissimam ab hoc loco esse intellegent qui, quid γέ significet, sciunt. Simillime Eur. Hel. 797 ὁρᾷς τάφου τοῦδ' ἀθλίους ἕδρας ἐμάς; Alia exempla attulit Reisig. ad hunc locum p. 181 et Matth. § 380 not. 3.

V. 46. Schol. τί δ' ἔστι τοῦτο· ἀντὶ τοῦ διὰ τί οὐκ ἀνίστασαι;

Ibid. ξυμφορᾶς ξύνθημ' ἐμῆς] Hoc dicit Oedipus: 'non surgo, quia hoc fatum meum est a deo constitutum' (cfr. ad Philoct. 1096 sq.) sive 'praedictum, ut in hoc quem occupavi loco vitam finiam'. Cfr. v. 84—91.

V. 47 sq. Ex Seidleri coniectura scripsi οὐδ' ἐμοί τοι. Libri οὐδὲ μέντοι. Ad ἐξανιστάναι intellegendum σὲ esse apparet. Ceterum θάρσος ἐστί μοι sive θάρσος ἔχω cum infinitivo iunctum etiam Phil. 596 οὗτος γὰρ πλέον τὸ θάρσος εἶχε θατέρου δράσειν τάδε, ad quem locum vide quae adnotavimus. De articulo cfr. 442, Ai. 114 ἐπειδὴ τέρψις ἥδε σοι τὸ δρᾶν, Krueg. II § 50, 6, 6. Tum πόλεως δίχα est, ut recte Dindorfius monuit, 'priusquam civium sententiam cognovero'.

V. 48. Schol. πρίν γ' ἂν ἐνδείξω· ἕως οὗ τῇ πόλει ἐνδείξω, τί χρὴ ποιεῖν i. e. 'priusquam rem civibus indicavero et audivero quid faciam'. Non opus est cum Martino ἐξειδῶ scribere.

V. 49 sq. μή μ' ἀτιμάσῃς — ὧν σε πρ. φράσαι] Id est μή μ' ἀτιμάσῃς τούτων, ἅ σε φράσαι ἱκετεύω. Vide ad O. R. 788 (761) καί μ' ὁ Φοῖβος ὧν μὲν ἱκόμην ἄτιμον ἐξέπεμψεν, et Matth. § 338. Adde huius fab. 1273. 1278. — Recte Hermannus: τοιόνδε dicit, quod et senex et caecus et egenus sit.

V. 51. Cum La ἄτιμος γ' ἐκ γ' exhibeat, particula γέ autem satis inutilis sit, haud scio an ex deterioribus libris ἐξ ἐμοῦ recipi debeat.

V. 52. ἐν ᾧ βεβήκαμεν] 'In quo versamur'. De hac perfecti notione vide quae exposui in libello sic inscripto: *Die schwierigsten Lehren der griechischen Syntax.* Grimae, 1848 p. 2 sq.

ΞΕΝ. ὅσ' οἶδα κἀγὼ πάντ' ἐπιστήσῃ κλύων.
χῶρος μὲν ἱρὸς πᾶς ὅδ' ἔστ'· ἔχει δέ νιν
σεμνὸς Ποσειδῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
Τιτὰν Προμηθεύς· ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον,
χθονὸς καλεῖται τῆσδε χαλκόπους ὀδός,
ἔρεισμ' Ἀθηνῶν· οἱ δὲ πλησίοι γύαι
τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν
ἀρχηγὸν εἶναι, καὶ φέρουσι τοὔνομα
τὸ τοῦδε κοινὸν πάντες ὠνομασμένοι.
τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστίν, ὦ ξέν', οὐ λόγοις
τιμώμεν', ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον.
ΟΙΔ. ἦ γάρ τινες ναίουσι τούσδε τοὺς τόπους;

V. 53. ὅσ' οἶδα κἀγὼ] Nos potius exspectemus ὅσα οἶδα ἐγὼ καὶ σὺ ἐπιστήσῃ. Sed illud Graecis idem valebat. In talibus enim vel bis ponunt καί, ut Xen. Cyrop. V 1, 23 ὅπως καὶ γιγνώσκετε, οὕτω καὶ ποιεῖτε, vel eodem loco, quo nos ponimus, vel denique καί in eo membro ponunt, ubi nos omittimus, in eo autem omittunt, ubi nos ponimus. Sic 77 αὐτοῦ μέν', οὗπερ κἀφάνης, i. e. ubi apparuisti, ibi etiam mane. Xen. Cyrop. IV 2, 2 στρατεύονται μεθ' ὧνπερ καὶ οἰκοῦσι i. e. μεθ' ὧνπερ οἰκοῦσι, μετὰ τούτων καὶ στρατεύονται, si quidem ad nostram loquendi rationem Graecam locutionem accommodare volueris. Xen. An. VII 7, 47. SEIDL. Conf. huius fab. 870 οἷον κἀμέ. Ai. 525 Αἴας, ἔχειν σ' ἂν οἶκτον, ὡς κἀγώ, φρενὶ θέλοιμ' ἄν. El. 1301 ἀλλ', ὦ κασίγνηθ', ὧδ', ὅπως καὶ σοὶ φίλον, καὶ τοὐμὸν ἔσται τῇδε. Adde Seidler. ad Eurip. Iph. T. 577. Rost § 134, 5 e. a.

V. 54. ἔχει δέ νιν — Ποσειδῶν] Eodem sensu hic ἔχει usurpatum, quo v. 39 sq. et Trach. v. 200. Cfr. Blomf. ad Aesch. Sept. adv. Th. gloss. 69.

V. 55—60. σεμνὸς Ποσειδῶν — εὔχονται σφίσιν ἀρχηγὸν εἶναι] Ad intellegendum hunc locum vide quae in Argum. § 1 sq. exposita sunt. De ἐν δέ cfr. quae ad El. 700 adnotavimus. Nauckius ἠδ' coniecit probabiliter. — De voc. ἀρχηγός vide Blomf. ad Aesch. Agam. gloss. 250.

V. 60 sq. καὶ φέρουσι τοὔνομα — ὠνομασμένοι] τοὔνομα non minus pertinet ad φέρουσι, quam ad ὠνομασμένοι. Plena locutio esset: φέρουσι τὸ τοῦδε ὄνομα, ὠνομασμένοι αὐτό. Eur. Ion 800 ὄνομα δὲ ποῖον αὐτὸν ὀνομάζει πατήρ; coll. Hell 1209. SEIDL. Adde Phil. 605 (597). Ceterum πάντες non tam ad γύαι quam ad homines, qui incolunt γύας, referendum esse sponte apparet.

V. 62. τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστίν] Eadem formula usus est poeta Electr. 696 et 761. Respicit autem chorus ea, quae exposuit inde a v. 54, ita ut sensus hic sit: adeo sanctus hic locus est, de quo quaesivisti.

V. 63 sq. οὐ λόγοις — πλέον] I. e. 'quae non tam verbis (poetarum) quam frequentia hominum hunc locum venerantium celebrantur'. Scilicet Sophocles quasi respondet eis auditoribus qui tacite rogant, cur adhuc nihil de ea sanctitate loci audiverint. Cfr. Paus. I 30, 4 δείκνυται δὲ καὶ χῶρος καλούμενος Κολωνὸς ἵππιος, ἔνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα· διάφορα μὲν καὶ ταῦτα τῇ Ὁμήρου ποιήσει, λέγουσι δ' οὖν.

V. 64. γὰρ ad τῇ ξυνουσίᾳ pertinet; nam ex frequentia visentium locum habitari efficit Oedipus. Verba τούσδε τοὺς τόπους de toto

ΞΕΝ. καὶ κάρτα, τοῦδε τοῦ θεοῦ γ' ἐπώνυμοι.
ΟΙΔ. ἄρχει τις αὐτῶν, ἢ 'πὶ τῷ πλήθει λόγος;
ΞΕΝ. ἐκ τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως τάδ' ἄρχεται.
ΟΙΔ. οὗτος δὲ τίς λόγῳ τε καὶ σθένει κρατεῖ;
ΞΕΝ. Θησεὺς καλεῖται, τοῦ πρὶν Αἰγέως τόκος.
ΟΙΔ. ἆρ' ἄν τις αὐτῷ πομπὸς ἐξ ὑμῶν μόλοι;
ΞΕΝ. ὡς πρὸς τί, λέξων ἢ καταρτύσων, παρῇ;
ΟΙΔ. ὡς ἂν προσαρκῶν σμικρὰ κερδάνῃ μέγα.
ΞΕΝ. καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις;
ΟΙΔ. ὅσ' ἂν λέγωμεν, πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν.

pago intellegenda sunt; v. 39 de solo Eumenidum luco sermo fuerat.

V. 65. *καὶ κάρτα*] I. e. *μάλιστα*. Sic 301 *καὶ κάρθ', ὅταν περ τοὔνομ' αἴσθηται τὸ σόν*. Verbo *τοῦ θεοῦ* significari *Κολωνὸν* manifestum est. Hinc schol. *ἐπώνυμοι· Κολωνιᾶται καλούμενοι*. De genetivo, quocum iunctum hoc nomen, cfr. 1321 (1316).

V. 66. *ἢ 'πὶ τῷ πλήθει λόγος*] Si scripsit poeta *λόγος*, quod dubium videri possit, praesertim cum scholiasta haec sic interpretetur, *ἢ ἐπὶ τῷ πλήθει ἐστὶν ἡ ἰσχύς*, ut quod Bonitzius coniecit *κράτος* legisse videatur, cum Iacobsio sic accipiendum erit, ut sit populi potestas legum rogandarum et iubendarum. Cfr. v. 68.

V. 67. *ἐκ τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως*] Terram Atticam ante Thesei tempora *κατὰ πόλεις ᾠκῆσθαι*, sed *ξυνῳκίσθαι τὰς πόλεις* ab Theseo in eiusque facti memoriam *ξυνοικίων* festum celebrari narrat Thucydides II 15. DINDORF.

V. 68. *οὗτος δὲ — κρατεῖ;*] I. e. *τίς δὲ οὗτός ἐστιν ὁ λόγῳ τε καὶ σθένει*, i. e. *βουλῇ τε καὶ ῥώμῃ* (nobis *mit Rat und That*) *κρατῶν*; Apte confert Doederl. Eur. Iph. A. 1020 sq. *στρατός τ' ἂν οὐ μέμψαιτό μ', εἰ τὰ πράγματα λελογισμένως πράσσοιμι μᾶλλον ἢ σθένει*.

V. 70. *ἆρ' ἄν τις αὐτῷ — μόλοι;*] Poetarum proprium est verba veniendi nonnumquam cum nudo dativo iungere. Exempla collegit Matth. § 388 d et § 401 III. De formula optandi *ἆρ' ἄν τις μόλοι* vel *τίς ἂν μόλοι* vel *πῶς ἄν τις μόλοι* cfr. ad v. 1095 sq. *Πομπός* hic est qui mittitur alicuius arcessendi vel deducendi causa.

V. 71. *ὡς πρὸς τί — παρῇ*] *παρῇ* ex Dindorfii coniectura scripsi pro *μολεῖν*: 'Ut adsit cuius rei causa, dicturusne (aliquid) an directurus?'

V. 72. *ὡς ἂν — κερδάνῃ μέγα*] 'Ut pro exiguo beneficio magnum lucrum auferat'. Quo quid significetur, pluribus explicatur v. 92 sq. 576—605. 626 sq. et 646 sq.

V. 73. *καὶ τίς* etc.] Sic 1439. Similis est *καὶ πῶς* particularum usus.

V. 74. *ὅσ' — ὁρῶντα λέξομεν*] Quamquam oculis caecus sit, tamen mente se caecum esse negat Oedipus; ita ut, quaecunque prolaturus sit verba, plena consilii sive sapientiae fore iisque se profuturum Atheniensibus esse affirmet. Cfr. de usu verbi *ὁρᾶν* s. *βλέπειν* suam vim ex caeci hominis oppositione repetentis O. R. 371 *τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματ' εἶ*. 747 *δεινῶς ἀθυμῶ, μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ*. Insolentius autem dicentem Oedipum cum hic tum alibi, veluti v. 138, induxit Sophocles, ut, cum externa eius species adeo misera et deformis esset, ut facile eum omnes, ad quos accessisset, aversarentur, mentis quodam acumine iisdem sui admirationem iniceret.

V. 75. *οἶσθ' — ὡς νῦν μὴ*

ΞΕΝ. οἶσθ', ὦ ξέν', ὡς νῦν μὴ σφαλῇς; ἐπείπερ εἶ
γενναῖος ὡς ἰδόντι, πλὴν τοῦ δαίμονος,
αὐτοῦ μέν', οὗπερ κἀφάνης, ἕως ἐγὼ
τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ, μὴ κατ' ἄστυ, δημόταις
λέξω τάδ' ἐλθών. οἵδε γὰρ κρινοῦσί σοι,
ἢ χρή σε μίμνειν, ἢ πορεύεσθαι πάλιν.
ΟΙΔ. ὦ τέκνον, ἦ βέβηκεν ἡμὶν ὁ ξένος;
ΑΝΤ. βέβηκεν, ὥστε πᾶν ἐν ἡσύχῳ, πάτερ,
ἔξεστι φωνεῖν, ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας.
ΟΙΔ. ὦ πότνιαι δεινῶπες, εὖτε νῦν ἕδρας
πρώτων ἐφ' ὑμῶν τῆσδε γυῖ' ἔκαμψ' ἐγώ,
Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες,
ὅς μοι, τὰ πόλλ' ἐκεῖν' ὅτ' ἐξέχρη κακά,

*σφαλῇς;*] Ut dicitur *οἶσθ' ὡς ποίησον*, 'fac, scin quomodo?' ita quod hic scriptum est, significat: 'cave ne labaris, scin quomodo?' id est, ut scias, quomodo cavendum tibi sit, ne labaris.

V. 76. *γενναῖος — πλὴν τοῦ δαίμονος*] I. e. *κακοδαίμων μέν, γενναῖος δέ*. Referendum *δαίμων* ad caecitatem et mendicitatem. Similis sententia est apud Eur. Iph. A. 1403 *τὸ μὲν σόν, ὦ νεᾶνι, γενναίως ἔχει· τὸ τῆς τύχης δὲ καὶ τὸ τῆς θεοῦ νοσεῖ.* — *ὡς ἰδόντι* proprie est 'ut es ei, qui te viderit', id est 'secundum eius iudicium, qui te viderit'. Cfr. Matth. § 388 a. Krueg. I § 48, 6, 5 et huius fab. 807.

V. 77. *ἕως — λέξω*] De omissa particula *ἂν* vide ad v. 1221.

V. 78. *τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ*] Sic Aristoph. Vesp. 765 *ἐνθάδε αὐτοῦ μένων* et Eupolis apud Stobaeum IV 33 *ἢν δέ τις τῶν ἐνθάδ' αὐτοῦ μηδὲ ἓν χεῖρον φρονῶν ἐπιτιθῆται τῇ ποιήσει, πάνυ δοκεῖ κακῶς φρονεῖν.*

V. 79. *λέξω*] Coniunctivum esse iam Seidler. monuit. Cfr. Phil. 764, Trach. 148, Krueg. I § 54, 17, 3. Versu seq. de *ἢ χρή*, i. e. *πότερον* sive *εἰ χρή*, vide Elmsl. ad Eur. Med. 480. Plerique cum Turnebo *εἰ χρή* scribunt. Tum *κρίνειν τινί* eodem fere sensu dictum est, quo *δικάζειν τινί* dici solere constat.

V. 81. *βέβηκεν ἡμὶν*] De dativo ethico vid. Matth. § 389 f.

V. 82. *ἐν ἡσύχῳ*] Id enim exoptatum erat Oedipo, ut preces suae nullius voce interpellarentur. Atque hoc scite instituit poeta, quo simul spectatores fabulae summam tranquille cognoscerent. REISIG.

V. 83. *ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας*] Id est 'sic existimanti, me unam prope esse'. Vide quae ad O. R. 11 adnotavimus. Videtur autem non *ἐμοῦ πέλας οὔσης,* sed *ἐμοῦ πέλας ὄντι (σοι)* cogitandum esse.

V. 84. *ὦ πότνιαι δεινῶπες*] Prius est substantivum ut v. 1050, posterius adiectivum, simili sensu positum quo v. 42 *τὰς πάνθ' ὁρώσας*. Cfr. huius fab. 1229 (1224), Ai. 716, Philoct. 1099.

V. 84 sq. *εὖτε — ἔκαμψ' ἐγώ*] *γυῖ'* pro *γῆς* ex coniectura Burgesii scripsi. Vide quae ad v. 19 adnotata sunt. Sensus hic est: 'quandoquidem vos primae estis, in quarum sede hac genua posui' sive 'quandoquidem in hac sede vestra primum genua posui'.

V. 86. Schol. *ἀγνώμονες· ἐναντιογνώμονες, ἀσύγγνωστοι.* Neuius confert Trach. 473, 1266. Buttm. Ind. in Demosth. Mid.

V. 87. *τὰ πόλλ' ἐκεῖνα — κακά*] Cfr. Oed. R. 790 sqq.

Ibid. *ἐξέχρη*] 'Vaticinatus est'.

ταύτην ἔλεξε παῦλαν ἐν χρόνῳ μακρῷ,
ἐλθόντι χώραν τερμίαν, ὅπου θεῶν
σεμνῶν ἕδραν λάβοιμι καὶ ξενόστασιν,
ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον,
κέρδη μὲν οἰκήσαντα τοῖς δεδεγμένοις,
ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν, οἵ μ' ἀπήλασαν·
σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι φερέγγυα,
ἢ σεισμόν, ἢ βροντήν τιν', ἢ Διὸς σέλας.
ἔγνωκα μέν νυν, ὥς με τήνδε τὴν ὁδὸν
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν
ἐξήγαγ' ἐς τόδ' ἄλσος. οὐ γὰρ ἄν ποτε
πρώταισιν ὑμῖν ἀντέκυρσ' ὁδοιπορῶν,
νήφων ἀοίνοις, κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην

Simplex *χρῇ* hoc sensu El. 35, passivum *ἐχρήσθη* hac ipsa fabula 355 usurpatum est.

V. 88 sq. *ταύτην — τερμίαν*] Explicatio verborum *ταύτην παῦλαν* scil. *τῶν πολλῶν κακῶν*, continetur toto versu 91. Tum *ἐν χρόνῳ μακρῷ* est 'post longum tempus'. Vide ad Philoct. v. 233. Deinde *ἐλθόντι* maluit poeta dicere quam *ἐλθόντα*, quod Elmsleius exspectabat, quod participium cum praecedentibus potius verbis quam cum sequentibus v. 91 coniungi voluit. Denique *τερμίαν*, ut recte monuit Dindorfius, poeta extremam dixit earum regionum, quae Oedipo peragrandae essent.

V. 91. *κάμψειν τὸν ταλ. βίον*]. Confert Musgr. Eur. Hipp. 87 *τέλος δὲ κάμψαιμ', ὥσπερ ἠρξάμην, βίου*. Adde eiusd. Hel. 1666 *ὅταν δὲ κάμψῃς καὶ τελευτήσῃς βίον* et El. 956 *πρὶν ἂν πέλας γραμμῆς ἵκηται καὶ τέλος κάμψῃ βίου*.

V. 92 sq. *κέρδη μὲν οἰκήσαντα — ἄτην δὲ*] Insolentior locutio *κέρδη* et *ἄτην οἰκεῖν τινι*, a nemine dum interpretum, quod sciam, recte explanata, adnumeranda iis locutionibus est, de quibus in Censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 80 sqq. exposui. Itaque hoc dicit Oedipus: *οἴκησιν οἰκήσαντα κερδαλέαν μὲν τοῖς δεδεγμένοις, ἀτηρὰν δὲ τοῖς πέμψασιν*. De re cfr. v. 621 et 626 sqq. *κοὔποτ' Οἰδίπουν ἐρεῖς ἀχρεῖον οἰκητῆρα δέξασθαι τόπων τῶν ἐνθάδε*. Alii *κέρδη μέν, οἰκήσαντα, τοῖς δ.* scribunt, *κέρδη* et *ἄτην* ad *κάμψειν — βίον* apposita rati. Doederlinus coniecit *οἰκίσαντα*, malim *ἀρκέσαντα* vel *ἀρκέσοντα* eadem significatione dictum qua Ai. 439 *οὐδ' ἔργα μείω χειρὸς ἀρκέσας ἐμῆς*.

V. 94. *φερέγγυα* Herwerdenus restituit pro *παρεγγύα* (*παρηγγύα*), cuius verbi significatio ab hoc loco aliena est.

V. 96 sqq. *τήνδε τὴν ὁδὸν — ἐξήγαγ' ἐς τόδ' ἄλσος*] Similiter etiam prosaici scriptores loquuntur, veluti Xenoph. Hellen. I 2, 11 *ἐξῆλθον δέ τινας καὶ ἄλλας ἐξόδους τοῦ χειμῶνος ἐς τὴν ἤπειρον*. Illic enim quemadmodum *ἔξοδον ἐξελθεῖν* dictum est, eodem modo hic *ὁδὸν ἐξάγειν* positum, coll. iis, quae in Censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 50 sqq. exposui.

V. 97. *οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ*] 'Sine dubio'. Philoct. 195 sqq. *καὶ νῦν ἃ πονεῖ δίχα κηδεμόνων, οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ θεῶν του μελέτῃ*, sc. *πονεῖ*.

Ibid. *πτερὸν*] I. e. *οἰωνός*, 'auspicium, omen'.

V. 100. *ἀοίνοις*] Aquam enim mulsam sine vino libabant Eumenidibus, cfr. 158—160, 481 et Pausaniam II 11. Quare Aeschylus

βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον. ἀλλά μοι, θεαί,
βίου κατ' ὀμφὰς τὰς Ἀπόλλωνος δότε
πέρασιν ἤδη καὶ καταστροφήν τινα,
εἰ μὴ δοκῶ τι μειόνως ἔχειν, ἀεὶ
μόχθοις λατρεύων τοῖς ὑπερτάτοις βροτῶν.
ἴτ', ὦ γλυκεῖαι παῖδες ἀρχαίου Σκότου,
ἴτ', ὦ μεγίστης Παλλάδος καλούμεναι
πασῶν Ἀθῆναι τιμιωτάτη πόλις,
οἰκτείρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον
εἴδωλον· οὐ γὰρ δὴ τόδ' ἀρχαῖον δέμας.
*ΑΝΤ.* σίγα. πορεύονται γὰρ οἵδε δή τινες
χρόνῳ παλαιοί, σῆς ἕδρας ἐπίσκοποι.
*ΟΙΔ.* σιγήσομαί τε καὶ σύ μ' ἐκποδὼν ὁδοῦ

Eumen. 107 earum *χοὰς ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα* nominat. REISIG.

Ibid. Schol. *κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην·* ὃ ἄνω εἶπεν (19), *τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου. Ἀσκέπαρνον δὲ τὸν ἄγλυφον καὶ ἀπελέκητον καὶ ἄξεστον, οὐκ εἰργασμένον.* Cfr. *ἀδρέπανος* i. e. 'intactus a falce' frg. 804.

V. 103. *πέρασιν*] gl. *τελείωσιν.* BR. De *καταστροφὴν* comparant Thucyd. II 46, ubi scholiasta *θάνατος* explicat.

V. 104. *εἰ μὴ δοκῶ τι μειόνως ἔχειν*] Hermannus: 'nisi forte vilior vobis esse videor, quam cui hoc beneficium concedatis, cum quae extrema sunt hominum mala sustineam'. Nexui sententiarum aptiora sunt quae habet scholiasta: *εἰ μὴ δοκῶ ὑμῖν ἐλαττόνως ἔχειν τὰ κακὰ καὶ δεῖσθαι προσθήκης τῶν κακῶν*, quem sensum magis effingunt haec: *μειόνως ἔχειν κακῶν, μόχθοις . . ὑπερτάτοις ἀεὶ* i. e. 'nisi forte putatis me etiamnunc parum habere malorum qui summis semper laboribus obnoxius sim'.

V. 105. *μόχθοις λατρεύων*] Cfr. Aesch. Prom. 1000 *τῇδε λατρεύειν πέτρᾳ.* Sed cum huius loci diversa ratio sit, nescio an scripserit Sophocles *μόχθους λατρεύων τοὺς ὑπερτάτους.* Vide quae in Censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 84 sq. exposui. Certe *λατρεύειν μόχθοις* vel *πόνοις* alibi nunquam dictum esse videtur.

V. 106. Schol. *ἴτ', ὦ γλυκεῖαι· εὐφήμως τὰς Ἐρινύας γλυκείας φησίν, ἵνα μὴ πικραὶ αὐτῷ γένωνται.* Rectius Iacobsius *γλυκείας* appellare Oedipum deas putat, per quas se ad *τὸν γλυκὺν λιμένα* malorum suorum deductum iri speret.

V. 107. *Παλλάδος καλούμεναι*] Coniunctum participium cum genetivo eadem ratione, qua supra 65 *τοῦδε τοῦ θεοῦ γ' ἐπώνυμοι* dictum. Cfr. Eur. Ion. 8 *ἔστιν γὰρ οὐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις, τῆς χρυσολόγχου Παλλάδος κεκλημένη.*

V. 109 sq. *ἀνδρὸς Οἰδίπου* etc.] Hermannus ad El. 45 hoc sic intellegendum monet, quasi dictum sit *Οἰδίπου τόδε εἴδωλον ἀνδρός,* 'hanc speciem viri, quae sola reliqua est Oedipo'.

V. 111. *πορεύονται γὰρ οἵδε*] I. e. *πορεύονται γὰρ ὧδε,* 'proficiscuntur enim huc'. Sic 723 *ἆσσον ἔρχεται Κρέων ὅδ' ἡμῖν.* Antig. 155 *ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας — χωρεῖ.* Alia exempla attulit Matth. § 471, 12.

V. 113. *τε* in *τοι* mutat Nauckius. *ἐκποδὼν ὁδοῦ* cum H. Keckio scripsi pro *ἐξ ὁδοῦ πόδα.* Cfr. Eur. Phoen. 978 *ὅπου χθονὸς τῆσδ' ἐκποδὼν μάλιστ' ἔσῃ.*

κρύψον κατ' ἄλσος, τῶνδ' ἕως ἂν ἐκμάθω
τίνας λόγους ἐροῦσιν. ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν
ἔνεστιν ηὑλάβεια τῶν ποιουμένων.

(στροφὴ α'.)

### ΧΟΡΟΣ.

Ὅρα. τίς ἄρ' ἦν; ποῦ ναίει;
ποῦ κυρεῖ ἐκτόπιος συθεὶς
ὁ πάντων ὁ πάντων ἀκορέστατος;
προσπεύθου, λεῦσσέ νιν,
προσδέρκου πανταχῆ.
πλανάτας πλανάτας τις ὁ πρέσβυς, οὐδ'
ἔγχωρος· προσέβα γὰρ οὐκ
ἄν ποτ' ἀστιβὲς ἄλσος ἐς
τᾶνδ' ἀμαιμακετᾶν κορᾶν,
ἃς τρέμομεν λέγειν

V. 114 sq. τῶνδ' ἕως ἂν — ἐροῦσιν] Id est ἕως ἂν ἐκμάθω, τίνας οἵδε λόγους ἐροῦσιν. Sic 135 sqq. ὃν ἐγὼ — γνῶναι ποῦ μοί ποτε ναίει. Conf. Plat. Gorg. p. 488 C οὐχ οἷός τ' ἦ μαθεῖν σου τί ποτε λέγεις, Krueg. I § 47, 10, 8.

V. 115. ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν etc.] Hoc dicit: 'caute et tute aget qui rebus omnibus diligenter exploratis ad agendum accedet'.

V. 118. τίς ἄρ' ἦν;] ἦν dicit, quia Oedipum, quem in luco Eumenidum versari audierat, non iam conspicit. Tum ναίειν notum est saepe sic usurpari a poetis, ut 'versari' significet. Sic 137, Trach. 99. Eodem modo οἰκεῖν usurpatur. Vide huius fab. 1336. Cfr. Seidl. ad Eur. El. 302. De correpta penultima vide Matth. § 23 b.

V. 119. ἐκτόπιος συθεὶς] I. e. ἐκ τοῦ τόπου ὁρμήσας. Cfr. Matth. § 446, 9. Krueg. II § 57, 5, 2.

V. 120. ὁ πάντων ἀκορέστατος] 'Omnium impudentissimus'. Scholiasta: παρ' ὅσον οὐδεὶς αὐτῷ τῶν ἄλλων ἤρκεσε τόπων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦτον ἦλθεν ἀφόβως. Forma ἀκορέστατος, quasi ab ἀκορής ducta, falsa ratione pro ἀκορεστότατος ficta esse videtur. Cfr. γόοις ἀκορεστοτάτοις Aesch. Pers. 548.

V. 121 sq. προσπεύθου — προσδέρκου πανταχῆ] Sic ex Hermanni coniectura dedi. Libri λεύσσατ' αὐτόν, προσδέρκου, προσπεύθου πανταχῆ. Apte Elmsl. comparat Aesch. Eum. 254 ὅρα, ὅρα μάλ' αὖ· λεῦσσέ τε πάντα, μὴ λάθῃ φύγδα βὰς ματροφόνος ἀτίτας. De locutione προσδέρκου πανταχῆ confer Philoct. 42 προσβαίη μακράν.

V. 125. προσέβα — ἄλσος ἐς] 'Accessisset in lucum'. De collocatione praepositionis ἄλσος ἐς τᾶνδε comparat Neuius El. 14 τοσόνδ' ἐς ἥβης. O. R. 178 ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ. Eur. Phoen. 24 λειμῶν' ἐς Ἥρας. Adde Aesch. Sept. c. Th. 168 βρέτη πεσούσας πρὸς πολισσούχων θεῶν. Similiter Latini poetae; cf. Fr. Iacobs. Anthol. Pal. T. II p. 94.

V. 127. Schol. ἀμαιμακετᾶν· ἀκαταμαχήτων ἢ ἀπροσπελάστων.

V. 128. ἃς τρέμομεν λέγειν] 'Quas proprio nomine Ἐρινύων appellare perhorrescimus'. Cfr. Eur. Or. 36 sq. τὸ μητρὸς δ' αἷμά νιν τροχηλατεῖ μανίαισιν· ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεὰς

καὶ παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως,
ἀφώνως, ἀλόγως τὸ τᾶς
εὐφήμου στόμα φροντίδος
ἱέντες, τὰ δὲ νῦν τιν' ἥκειν
λόγος οὐκ ἀλέγονθ',
ὃν ἐγὼ λεύσσων περὶ πᾶν οὔπω
δύναμαι τέμενος
γνῶναι ποῦ μοί ποτε ναίει.

(σύστημα.)

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ὅδ' ἐκεῖνος ἐγώ· φωνῇ γὰρ ὁρῶ,
τὸ φατιζόμενον.

ΧΟΡ. ἰὼ ἰώ,
δεινὸς μὲν ὁρᾶν, δεινὸς δὲ κλύειν.

ΟΙΔ. μή μ', ἱκετεύω, προσίδητ' ἄνομον.

Εὐμενίδας, αἳ τόνδ' ἐξαμιλλῶνται φόβῳ.

V. 129 sq. καὶ παραμειβόμεσθ' — ἱέντες] 'Et quas, i. e. quarum sedem, praeterimus defixis oculis, neque vociferantes neque sermocinantes, tacitas preces ore emittentes', quod germanice dicas: 'nur in andachtsvollem Gebete die Lippen bewegend'. Quia motio oris pro voce est, στόμα ἱέναι pro φωνὴν ἱέναι dicitur. Cfr. etiam v. 489 ἄπυστα φωνῶν μηδὲ μηκύνων βοήν.

V. 132 sq. τὰ δὲ νῦν — ἀλέγονθ'] I. e. τανῦν δὲ ἥκειν τις λέγεται οὐκ ἀλέγων. Enuntiatum relativum ut saepe in enuntiatum primarium traducitur. Οὐκ ἀλέγονθ' ('impudentem', ut Hom. Od. XIX 154 κύνας οὐκ ἀλεγούσας) restituit Blaydesius pro οὐδὲν ἅζονθ' et responsionis causa et quia activum ἅζειν nusquam legitur.

V. 134 sqq. Schol. ὃν ἐγὼ λεύσσων· τὸ ἑξῆς· ὃν ἐγώ, λεύσσων περὶ πᾶν τέμενος, οὔπω δύναμαι γνῶναι, ποῦ μοί ποτε ναίει. Cfr. v. 114 sq.

V. 137 sq. ὅδ' ἐκεῖνος — τὸ φατιζόμενον] Ut e versu 139 ἰὼ ἰώ, δεινὸς μὲν ὁρᾶν, δεινὸς δὲ κλύειν, cognoscimus, poetam ita voluisse Oedipum e latebris in conspectum chori prodire, ut ille non modo visu eius, sed etiam oratione verecundo quodam horrore percelleretur, ita ex verbis τὸ φατιζόμενον ('ut dici solet') apparet, debere verbis praecedentibus, φωνῇ ὁρῶ, ipsum illud, quod vulgo dici soleat, contineri, neque illud dubium est, quin eo hoc significetur: 'voce video, i. e. si quem video, voce video', '*durch die Stimme sehe ich, gewinne ich eine Anschauung*'. Quod quidem dictum mirabile profecto choro videri debebat, qui non in voce, sed in oculis sitam esse facultatem videndi sciret, necdum illud cognitum haberet, caecum esse, qui in lucum Furiarum ingressus esset. Contra spectatores, qui iam scirent caecum esse Oedipum, facile intellegere poterant, hoc eum dicere, cum in conspectum chori prodisset: 'en ego sum ille, quem quaeritis; ubi enim versemini, voce vestra cognosco (cfr. v. 323), non oculis video; caecus enim sum'. — De ultima syllaba vocabuli φατιζόμενον ancipiti vide ad v. 1739.

V. 140. Schol. ἄνομον· ὡς ἄνομον. Rectius statuemus, προσορᾶν τινα ἄνομον similiter dictum esse atque λαγχάνειν, κιγχάνειν,

ΧΟΡ. Ζεῦ ἀλεξῆτορ, τίς ποθ' ὁ πρέσβυς;
ΟΙΔ. οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι
πρώτης, ὦ τῆσδ' ἔφοροι χώρας.
δηλῶ δ'· οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ἀλλοτρίοις
ὄμμασιν εἷρπον,
κἀπὶ σμικροῖς μέγας ὥρμουν.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ΧΟΡ. ἐή ἀλαῶν ὀμμάτων·
ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος;
δυσαίων μακραίων θ', ὅσ' ἐπεικάσαι.
ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοὶ

*τυγχάνειν* cum duplici genetivo (vide quae ad 446 adnotavimus), porro *ἔχειν, δέχεσθαι* (cfr. Thucyd. II 72), alia cum duplici accusativo iungi solent, ita ut *προσορᾶν τινα ἄνομον* nobis sit: *an (in) jemanden einen Frevler sehen.* Urgenda enim in verbo *προσορᾶν* maxime videndi notio est coll. O. R. v. 175 sq. Deinde cum ex chori sententia nemini omnino liceret lucum illum tangere, quem Oedipus occuparat, quin nefas committeret, non poterat ille *ἄνομον* ita accipere, ut negaret Oedipus se nefas commisisse, quod locum illum ingressus esset, sed necessario sic debebat interpretari, ut esset homo omnino scelestus sive nefarius. Atque ipsum etiam Oedipum, quem chorus modo et visu horrendum et voce appellasset, primum omnium ita illum placare convenit, ut negaret culpa sua factum esse, talis ut evaderet, id est, ut primum negaret, nefariorum scelerum se reum esse, deinde ut, id quod fecit v. 142 sq., affirmaret, in sortem miserrimam se coniectum esse. De qua re vide quae Oedipus ipse exposuit v. 957—996.

V. 142 sq. *οὐ πάνυ .. πρώτης*] I. e. *οὐ πάνυ πρώτης εὐδαιμονίσαι μοίρας* (*ἐστὶν ὁ πρέσβυς* vel *εἰμί*), 'haud prima ad praedicandum sors mea est' sive 'haud dixerim eum me esse, cuius in primis sors praedicari possit'. De genetivo insolito cfr. Pind. Pyth. III 60 *οἵας εἰμὲν αἴσας*, Eur. Iph. T. 1490 *τῆς σῳζομένης μοίρας ὄντες*, Plut. Num. 2 *κρείττονος ἦν μοίρας*, Krueg. II 47, 6, 6.

V. 144. *δηλῶ δ'· οὐ γὰρ* etc.] I. e. 'manifesto autem hoc ostendo eo, quod' sive 'manifestum autem id de me fit eo quod' etc. Sic 1145 *δείκνυμι δ'· ὧν γὰρ ὤμοσ', οὐκ ἐψευσάμην οὐδέν σε.*

V. 144 sqq. *οὐ γὰρ ἂν — ὥρμουν*] 'Neque enim (sc. nisi infortunatissimus essem) sic (ut nunc) alienis oculis utens (v. 33 sq.) migrarem et magnus parvis niterer i. e. magnum corpus meum infirma puella sustineret'. Cum locutione *ἐπὶ σμικροῖς ὥρμουν* cfr. quod dictum Solonis Plut. Sol. c. 19 refert: *ἐπὶ δυσὶ βουλαῖς ὥσπερ ἀγκύραις ὁρμοῦσαν ἧττον ἐν σάλῳ τὴν πόλιν ἔσεσθαι.*

V. 149. *φυτάλμιος*] Scil. *ἀλαῶν ὀμμάτων* i. e. 'Num cum caecis oculis natus es?' Cfr. locutiones *φῦσαι ὀδόντας, πτερά, πώγωνα,* alias, de quibus vide ad v. 1606 sq.

V. 150. *δυσαίων μακραίων τε*] Haec ad praecedentia apponuntur: 'tu qui es longum aevum infelix'.

Ibid. *ὅσ' ἐπεικάσαι*] 'Quantum conicere licet'. *ὅσα*, quod pro *ὡς* Bothius restituit, eodem modo usurpatum a Thucydide VI 25 *ὅσα ἤδη δοκεῖν αὐτῷ.* Cf. Matth. § 545.

V. 151. *ἔν γ' ἐμοὶ*] 'Per me' sive 'mea culpa'. Vide ad Philoct. v. 61.

προσθήσεις τάσδ' ἀράς.
περᾷς γάρ, περᾷς· ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀ-
φθέγκτῳ μὴ προπέσῃς νάπει
ποιάεντι, κάθυδρος οὗ
κρατὴρ μειλιχίων ποτῶν
ῥεύματι συντρέχει
(τό, ξένε πάμμορ', εὖ φύλαξαι),
μετάσταθ', ἀπόβαθι — πολ-
λὰ κέλευθος ἐρατύει —
κλύεις, ὦ πολύμοχθ' ἀλᾶτα;
λόγον εἴ τιν' ἔχεις
πρὸς ἐμὰν λέσχαν, ἀβάτων ἀποβὰς
ἵνα πᾶσι νόμος,
φώνει· πρόσθεν δ' ἀπερύκου.

(σύστημα.)

*ΟΙΔ.* θύγατερ, ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ;
*ΑΝΤ.* ὦ πάτερ, ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν,

V. 152. *προσθήσεις τάσδ' ἀράς*] Malis, quibus iam oppressus teneris, diras adiunges, quibus devovebere, ubi nemus inaccessum intraveris.

V. 154. *περᾷς γάρ, περᾷς*] I. e. video te procedere. *Γὰρ* reddit rationem proximorum verborum. DINDORF.

V. 154—160. *ἀλλ' ἵνα — ἀπόβαθι*] Verborum *ἀλλ' ἵνα — μὴ προπέσῃς* apodosis sequitur v. 160 *μετάσταθ', ἀπόβαθι*. Monuit iam scholiasta.

V. 155 sq. *προπέσῃς — οὗ*] 'Temere feraris eo ubi' etc.

V. 157. *μειλιχίων ποτῶν*] Vide ad v. 100. Cfr. etiam 472 sq. et 481.

V. 159. *τὸ . . φύλαξαι*] 'Id cave'. Haec tamquam per parenthesin interposita sunt, post quae oratio verbis *ἀλλ' ἵνα* v. 154 inchoata continuatur. *τὸ* pro *τῶν* scripsit Heathius.

V. 161. *πολλὰ κέλευθος ἐρατύει*] Schol. *πολλή ἐστιν ὁδὸς ἡ διαχωρίζουσά σε ἡμῶν*. Melius haec chorus secum conqueritur: 'multa via nos ab illo seiungit ut non exaudire nos videatur'. Cfr. Hom. Il. X 151 *εἴαται ἄγχι νεῶν, ὀλίγος δ' ἔτι χῶρος ἐρύκει*. Alii scribunt cum Musgravio *ἐρατύοι*, quod interpretantur: 'multa te via ab isto saltu seiungat' sive 'arceat'. Gleditschius coniecit *κέλευσις ἐρατύει* i. e. 'gravissima mea admonitio te retinet'.

V. 163 sq. *λόγον . . λέσχαν*] 'Si sermonem habes ad meam sermocinationem' i. e. 'si mecum sermocinari vis'.

V. 164. *ἀβάτων ἀποβὰς ἵνα* etc.] Id est *ἐκεῖσε, ἵνα*. Sic infra 812. 900. Tum ad *νόμος* (*ἐστί*) intellege *φωνεῖν*.

V. 166. Schol. *πρότερον δὲ μὴ διαλέγου*.

V. 167. *ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ;*] Sic 310 *ποῖ φρενῶν ἔλθω;* Trach. 705 *οὐκ ἔχω τάλαινα, ποῖ γνώμης πέσω*.

V. 168. Schol. *ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν· ἃ ἐκεῖνοι ἀσκοῦσι, τούτων καὶ σὲ δεῖ ἐπιμέλειαν ἔχειν*. Cf. Eur. Med. 222 *χρὴ δὲ ξένον μὲν κάρτα προσχωρεῖν πόλει*.

εἴκοντας ἃ δεῖ κἀκούοντας.
*ΟΙΔ.* πρόσθιγέ νύν μου.
*ΑΝΤ.* ψαύω καὶ δή.
*ΟΙΔ.* ὦ ξεῖνοι, μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ
σοὶ πιστεύσας καὶ μεταναστάς.
*ΧΟΡ.* οὔτοι μήποτέ σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων,
ὦ γέρον, ἄκοντά τις ἄρῃ.

(στροφὴ β'.)

*ΟΙΔ.* προβῶ;
*ΧΟΡ.* ἔτι βαῖνε πόρσω.
*ΟΙΔ.* ἔτ' οὖν;
*ΧΟΡ.* προβίβαζε, κούρα, πόρσω· σὺ γὰρ ἀΐεις.

V. 169. La exhibet κ'οὐκάκούοντασ, unde Hermannus coniecit κοὐ κατοκνοῦντας vel κοὐκ ἀπιθοῦντας. Sed recte Iebbius adnotare videtur: 'Cum κοὐ notissima esset crasis, κἀκούοντας autem minus frequens, primo aspectu librarius κοὐ scribere instituerat, deinde animadverso errore κἀκούοντας recte scripsit, κοὐ tamen delere neglexit'.

V. 170. καὶ δή] De harum particularum usu ad El. 310 exposuimus.

V. 171. μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ] I. e. μὴ δῆτ' ἀδικήσητέ με. Similiter Trach. 802 μηδ' αὐτοῦ θάνω. Alia exempla collegerunt Elmsl. ad Eur. Heracl. 559 et Matth. ad Troad. 173 et Gr. Gr. § 516.

V. 172. Schol. σοὶ πιστεύσας· κατά τινα συνήθειαν ποιητικὴν πληθυντικὸν προειπὼν ἑνικὸν ἐπέζευξεν.

V. 173 sq. οὔτοι μήποτέ σ' — ἄρῃ] 'Non verendum, ne quis invitum te ex his locis excitet'. Τάδε ἕδρανα ea sunt loca, quae occupare Oedipus recte potuit, non violata loci religione. De οὐ μή vide ad v. 404. ἄρῃ restituit Elmsleius pro ἄξει. Nam usus particularum οὐ μή sequente indicativo fut., cum unus praeter hunc locus, quo apud Sophoclem is usus invenitur, El. 1052, de interpolatione suspectus sit, a Sophocle ut a vetustiore Graecitate non vulgari alienus esse videtur. Aliter res se habet in enuntiato secundario, in quo illas particulas vim suam non retinere plenam consentaneum est. Cfr. Phil. 11, Eur. Phoen. 1590, Xenoph. hist. Gr. I 6, 32. Cum ἄρῃ cfr. ἐξάραντες v. 264.

V. 175. προβῶ;] Libri ἔτ' οὖν, ἔτι προβῶ; Eieci cum Hermanno ἔτ' οὖν ἔτι, sed in v. proximo ἔτ' οὖν pro ἔτι posui et sensus et metri causa. Praeterea ἔτι βαῖνε pro ἐπίβαινε Reiskius, πόρσω pro πρόσσω Bothius scripsit. Ut sensum totius loci perspectum habeas, tenenda haec sunt, bene ab Hermanno monita: Iusserat chorus Oedipum v. 160 sqq. ex eo loco, in quo stabat, abire. Dubitantem, faciatne an non, v. 168 sq. ut faciat hortatur filia. Ibi progredi incipit v. 170, petitque, ne quid severius de se statuatur, ubi locum sacrum reliquerit. Affirmat chorus non vi abstractum iri ex sede illa, i. e. ex eo loco huius in qua est regionis, quem tenere non sit nefas. Ita confirmatus rogat, satisne iam progressus sit, an pergere amplius debeat.

V. 177. ἔτ' οὖν;] Quaerere sic Oedipus videtur, postquam paullisper iam progressus est.

V. 178. σὺ γὰρ ἀΐεις] Tu enim, inquit, intellegis et vides, qua ducere patrem debeas. HERM.

*ΑΝΤ.* ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
*ΟΙΔ.* – – – –
*ΑΝΤ.* ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
ἕπεο μάν, ἕπ' ὧδ' ἀμαυρῷ κώλῳ, πάτερ, ᾇ σ' ἄγω.
*ΟΙΔ.* – – – ⏑ ⏑ – –
*ΧΟΡ.* τόλμα ξεῖνος ἐπὶ ξένης,
ὦ τλάμων, ὅ τι καὶ πόλις
τέτροφεν ἄφιλον ἀποστυγεῖν,
καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι.

(σύστημα.)

*ΟΙΔ.* ἄγε νυν σύ με, παῖ,
ἵν' ἂν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες
τὸ μὲν εἴποιμεν, τὸ δ' ἀκούσαιμεν,
καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν.
*ΧΟΡ.* αὐτοῦ μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου

V. 179. *ἕπεο μάν*] Sic Hom. Il. V 765 *ἄγρει μάν οἱ ἔπορσον Ἀθηναίην ἀγελείην*, Aesch. Suppl. 1029 *ἴτε μάν*. Conf. Matth. § 605.

Ibid. *ἀμαυρῷ κώλῳ*] Non 'infirmo', ut Brunckius vertit, quasi *ἀφαυρῷ* legerit, sed 'caeco'. Cf. 1639 *ἀμαυραῖς χερσίν*. REIS. Sed vide quae ad 1015 adnotata sunt. — *ὧδε*, 'huc'. Cf. 1542 *ὧδ' ἕπεσθε*.

V. 178. Quas in textu notavimus lacunas, ex antistr. viri docti statuerunt.

V. 180. *τόλμα*] 'In animum induc!' nobis: '*entschliefse dich!*' Vide El. 531, 1051, Trach. 1070, Phil. 870, 872. Fr. Iacobs. in Addit. ad Athen. p. 309 sq. et Matth. ad Eur. Hec. 330.

V. 181 sqq. *ὅ τι καὶ* etc.] I. e. *καὶ ἀποστυγεῖν ὅ τι πόλις — ἄφιλον, καὶ τὸ φ.* etc. Vide ad 53. — *τέτροφεν*, i. e. *ἔχει*. Cf. Ai. 503, 1125, O. R. 356, 374, Trach. 117.

V. 184 sqq. *παῖ, ἵν' ἂν*] De hiatu vide Herm. Elem. d. m. p. 373. — Ordo verborum est: *ἄγε με ἐκεῖσε, ἵνα τὸ μὲν εἴποιμεν ἂν* etc., 'age me illuc, ubi alia audire, alia dicere, i. e. ubi colloqui possimus'. Sic infra 1288 *λέξαι τ' ἀκοῦσαί τ'*. Eurip. Heracl. 183 *εἰπεῖν ἀκοῦσαί τ' ἐν μέρει πάρεστί μοι*, Thuc. IV 22 *ξυνέδρους . . οἵτινες λέγοντες καὶ ἀκούσαντες περὶ ἑκάστου ξυμβήσονται.* — *εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες*, i. e. *εὐσεβοῦντες*. Vide quae ad Phil. 1435 adnotavi.

V. 187. *καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν*] Non apta haec ex *ἵν' ἂν* particulis sunt, sed opposita verbis *ἄγε με*. Ceterum *χρείᾳ πολεμεῖν* eadem ratione dictum, qua Verg. Aen. IV 38 *pugnabis amori* dixit pro 'resistes amori'. Cf. Ant. 1106 *ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυσμαχητέον*.

V. 188. *αὐτοῦ*] Scil. *πόδα κλῖνον*: 'ibi ubi es, conside'.

V. 188 sq. Schol. *ἀντιπέτρου· τοῦ ἰσοπέτρου, τοῦ κατ' ἴσον βεβηκότος τῷ πέτρῳ· βήματος δὲ ὅπερ ἄνω εἶπε χαλκοῦν οὐδόν. Τοῦτον δὲ τὸν πέτρον ὑποτίθεται τοῦ ἀβάτου ὅριον.* Alii interpretantur 'extra gradum adversus sive ante rupem situm'. Sed cum sedem ipsam saxeam dici appareat, probatur quod Musgravius coniecit *αὐτοπέτρου*, ut Verg. Aen. I 167 *vivo sedilia saxo* dixit et Soph. Phil. 35 *αὐτόξυλον ἔκπωμα*.

βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς.

(ἀντιστροφὴ β'.)

*ΟΙΔ.* οὕτως;
*ΧΟΡ.* ἅλις, ὡς ἀκούεις.
*ΟΙΔ.* ἦ 'σθῶ;
*ΧΟΡ.* λέχριός γ' ἐπ' ἄκρου λᾶος βραχὺς ὀκλάσας.
*ΑΝΤ.* πάτερ, ἐμὸν τόδ'· ἐν ἡσυχίᾳ,
*ΟΙΔ.* ἰώ μοί μοι.
*ΑΝΤ.* βάσει βάσιν ἅρμοσαι,
γεραὸν ἐς χέρα σῶμα σὸν προκλίνας φιλίαν ἐμάν.
*ΟΙΔ.* ὤ μοι δύσφρονος ἄτας.
*ΧΟΡ.* ὦ τλάμων, ὅτε νῦν χαλᾷς,
αὔδασον, τίς ἔφυς βροτῶν,
τίς σε πολύπονος ἄγει, τίν' ἂν
σοῦ πατρίδ' ἐκπυθοίμαν.

(ἀνομοιόστροφα.)

*ΟΙΔ.* ὦ ξένοι,

V. 190. **οὕτως;**] 'Sic,' sc. 'consistam?' i. e. 'hic maneam?'

Ibid. **ἅλις, ὡς ἀκούεις**] 'Satis', sc. 'progressus es, ut iam audisti'. De **ἀκούεις** vide ad 33.

V. 191. **ἦ 'σθῶ**] I. e. **ἦ ἐσθῶ**. Aptum **ἑσθῶ** sensui est, sed suspectum propter formam aoristi veteribus non usitatam, frequentem vero apud scholiastas aliosque infimae aetatis scriptores. DINDORF. Quaerit Oedipus, componine a filia ad sedendum debeat. Tum **βραχὺς** est, ut recte monet Dindorfius, 'brevis,' utpote flexis genibus in sede humili considens, dictumque **βραχὺς ὀκλάσας** similiter atque dici solet **ταχὺς ἕρπει** et sim., de quibus ad Philoct. 1062 monuimus. De verbo **ὀκλάσαι** conferunt editores Phrynich. in Bekkeri Anecd. p. 56 **ὀκλάσαι· τὸ τὰ γόνατα κάμψαι ἐγκαθίζοντα.**

V. 193. **πάτερ, ἐμὸν τόδ'**] Scil. **τὸ καθίζειν σε.**

V. 193 sqq. **ἐν ἡσυχίᾳ — φιλίαν ἐμάν**] 'Placide gressum gressui accommoda senile corpus tuum reclinans in manum meam amicam.' **ἐν ἡσυχίᾳ** similiter dictum atque supra v. 82 **ἐν ἡσύχῳ.**

V. 194. **ἰώ μοί μοι**] Sentit Oedipus, quam misera res sit caecitas, ubi in loco saxis aspero ad sedem istam non sine adiumento filiae eniti se posse intellegit. HERM.

V. 196. **γεραὸν** cum Dindorfio scripsi. Libri **γεραιόν**. Iidem recte **γεραόν** habent v. 238.

V. 198. **ὤ μοι δύσφρονος ἄτας**] Caecitatem suam dicere Oedipum, non flagitia, quae imprudens commiserit, cum per se patet, tum recte ab Hermanno monitum.

V. 199. Schol. **ὅτε νῦν χαλᾷς· ὅτε νῦν εἴκεις καὶ οὐκ ἀντιτείνεις τῷ ἐξελθεῖν. λέγει δὲ ἐκ τοῦ ἱεροῦ.** Est potius **χαλᾷς** 'remittis' i. e. 'membra quiete laxas'.

V. 201 sq. La exhibet **τίς ὢν** et in margine **γρ. τίς ὁ πολύπονος.** Scripsi **τίς σε**, ut etiam Antigonae, cui **πολύπονος** vel maxime convenit, aliquid tribuatur. Cfr. v. 559. Verba **τίν' ἂν — ἐκπυθοίμαν** simili cum abundantia dicta sunt atque in Philoct. 222 **ποίας πάτρας ὑμᾶς — τύχοιμ' ἂν εἰπών**; id est: **τίνος πατρίδος εἶ;**

*ἀπόπτολις· ἀλλὰ μή,*
ΧΟΡ. *τί τόδ᾽ ἀπεννέπεις, γέρον;*
ΟΙΔ. *μή, μή, μή μ᾽ ἀνέρῃ τίς εἰμι,*
*μηδ᾽ ἐξετάσῃς πέρα ματεύων.*
ΧΟΡ. *τί τόδ᾽;*
ΟΙΔ. *αἰνὰ φύσις.*
ΧΟΡ. *αὔδα.*
ΟΙΔ. *τέκνον, ὤ μοι, τί γεγώνω;*
ΧΟΡ. *τίνος εἶ σπέρματος, ὦ*
*ξένε, φώνει, πατρόθεν.*
ΟΙΔ. *ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω, τέκνον ἐμόν;*
ΑΝΤ. *λέγ᾽, ἐπείπερ ἐπ᾽ ἔσχατα βαίνεις.*
ΟΙΔ. *ἀλλ᾽ ἐρῶ. οὐ γὰρ ἔχω κατακρυφάν.*
ΧΟΡ. *μακρὰ μέλλετον, ἀλλὰ τάχυνε.*
ΟΙΔ. *Λαΐου ἴστε τιν᾽ ὄντ᾽;*

V. 204. Schol. *ἀπόπτολις· ἔρημος καὶ ἄπολίς εἰμι. ἀλλὰ μή· τὸ ἑξῆς· ἀλλὰ μή με ἀνέρῃ τίς εἰμι, μηδὲ ἐξετάσῃς. ἐμπαθὲς δὲ τὸ χωρίον, τῶν μὲν σπευδόντων μαθεῖν, τοῦ δὲ κατοκνοῦντος λέγειν. Οἱ δὲ διὰ βραχέων ἀκούοντες τἄλλα συμβάλλουσιν. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν ἐπίστασθαι τοὺς Ἀθηναίους τὰ ἐν Θήβαις πραττόμενα, μάλιστα οὕτως ἐπισήμων ὄντων τῶν κατὰ τὴν Σφίγγα.* Ceterum bene Dindorfius, Aptissimum huic loco est, inquit, triplicatum *μή*, quo etiam Meleager, quamvis paulo aliter, usus est Anthol. Pal. 12, 80 *μὴ μή, πρός σε Διός, μὴ πρὸς Διός, ὦ φιλάβουλε, κινήσῃς τέφρῃ πῦρ ὑπολαμπόμενον.*

V. 207. *μηδέ μ᾽* Gleditschius metri causa scripsit.

V. 208. *τόδ᾽; αἰνὰ* ex mea coni. est. Libri *τόδε; δεινά.* Adiectivum *αἰνός* usurpatum a Sophocle Ai. 687. Schol. *ἡ ἐμὴ γέννα δεινή ἐστι καὶ ἀθλία.*

V. 210. *τίνος εἶ σπέρματος — πατρόθεν*] 'Qua stirpe paterna sis'. *πατρόθεν*, id est *πρὸς πατρός*, dictum pro *πατρίου.* Similiter Hom. Il. X 68 *πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον.*

V. 212. *τί πάθω*] 'Quid agam?' Sic Hom. Il. XI 404, Trach. 973. Cf. Valck. ad Eur. Phoen. 902, Blomf. ad Aesch. Pers. 909 et Pflugk. ad Eur. Hec. 614.

V. 213. *λέγ᾽, ἐπείπερ — βαίνεις*] 'Dic, quoniam in extremis versaris'. Cum enim iam illud ei exciderit, infandam esse originem suam, eo est adductus, ut detrectare confessionem sceleris nequeat. HERMANN.

V. 214. Schol. *κατακρυφάν· ἀποφυγὴν τοῦ μὴ εἰπεῖν.*

V. 215. *μέλλετον — τάχυνε* ex Herm. et Elmsl. coniecturis est; libri *μέλλετ᾽ — ταχύνετε* vel *ταχύνατε.*

V. 216. *Λαΐου ἴστε τιν᾽;*] I. e. *ἔκγονόν τινα Λαΐου.* In libris post *τιν᾽* adiectum *ἀπόγονον*, pro quo cum Dindorfio *ὄντ᾽* scripsi. Ex eiusdem coniectura restitui *ὀοοῶ* pro codicum scriptura *ὢ ὢ ἰού.* Possis etiam cum Reisigio *ἀπόγονον* delere et cum Hermanno *ὤ· ἰοὺ ἰού (ΟΙΔ. Λαΐου ἴστε τιν᾽; ὤ. ΧΟ. ἰοὺ ἰού)* scribere. Ceterum scholiasta: *εὖ διατέθειται γνωριζόμενον ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων Οἰδίποδα, ὑπὲρ τοῦ μὴ γενεαλογοῦντα ἄνωθεν ἐνοχλεῖν αὐτὸν τοῖς θεωμένοις. ἀλλ᾽ ὅγε Εὐριπίδης τοιοῦτος. ἐν γοῦν ταῖς Ἱκέτισι* [v. 104 sqq.] *τὸν*

*ΧΟΡ.* ὀοοώ.
*ΟΙΔ.* τό τε Λαβδακιδᾶν γένος;
*ΧΟΡ.* ὦ Ζεῦ.
*ΟΙΔ.* ἄθλιον Οἰδιπόδαν;
*ΧΟΡ.* σὺ γὰρ ὅδ' εἶ;
*ΟΙΔ.* δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ.
*ΧΟΡ.* ὠὼ ὠώ, δύσμορος, ὠώ.
*ΟΙΔ.* θύγατερ, τί ποτ' αὐτίκα κύρσει;
*ΧΟΡ.* ἔξω πόρσω βαίνετε χώρας.
*ΟΙΔ.* ἃ δ' ὑπέσχεο ποῖ καταθήσεις;
*ΧΟΡ.* οὐδενὶ μοιριδία τίσις ἔρχεται
ἂν προπάθῃ τὸ τίνειν· ἀπάτα δ' ἀπά-

Θησέα ὑποτέθειται τοὺς περὶ τὸν Ἄδραστον ἀγνοοῦντα ἕνεκα τοῦ μηκῦναι τὸ δρᾶμα.

V. 218. *Οἰδιπόδαν*] De hac accusativi forma vide Valck. ad Phoen. 820.

V. 219. Schol. δέος ἴσχετε μηδέν· ὅσα, φησί, λέγω περὶ τούτων, μηδὲν φοβεῖσθε. Cf. Matth. § 421 not. 4. Ceterum recte Erfurdtius monuit videri Coloniatas deorum iram metuisse, quod hominem consceleratum excepissent.

V. 220. ὠώ — ὠώ cum Dindorfio scripsi pro ἰὼ ὢ ὢ ὢ — ὢ ὤ. Cum eodem ex Hermanni coniectura totum versum choro tribui. Vulgo **δύσμορος** Oedipo assignatum est.

V. 221. Schol. τί ποτ' αὐτίκα κύρσει· τί προβήσεται ἡμῖν· ὁρῶ γὰρ τούτους μυσαττομένους με. De κύρσει comparat Neuius Phil. 275. Eur. Hec. 679 ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ. Seidl. ad Iph. T. 741.

V. 222. Schol. ἔξω — χώρας· ἀκούσαντες τὰ κατ' αὐτὸν ἀξιοῦσιν ἐξιέναι τοῦ χωρίου. φησὶν οὖν ὁ Οἰδίπους, ὅτι πρότερον ὑπέσχεσθε τὸ μὴ ἐκβαλεῖν με. οἳ δέ φασιν, οὐδεμία τίσις ἔρχεται τοῖς προπαθοῦσιν ἀντιτιμωρουμένοις. καὶ ἡμεῖς οὖν ἀπατηθέντες ὑπὸ σοῦ ἐν μέρει ἀπατῶμέν σε. πέφρασται δὲ δυνατῶς.

V. 223. ποῖ καταθήσεις;] Musgravius: 'quomodo exsolves?' Sic infra 476 τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή; Cf. 388, 1734. SCHAEF.

V. 224 sq. οὐδενὶ — τὸ τίνειν] Patet ἂν, quod ex mea coniectura pro ὧν scripsi, pro ἃ ἂν dictum esse, ut v. 13. Ant. 1057. O. R. 580. Ai. 1085. Itaque sensus hic est: 'nemini poena fatalis contingit, cum rependit iniurias prius acceptas' i. e. 'per naturam et ius gentium licet iniurias acceptas rependere'. De locutione τίνειν τὰ πάθη conf. huius fab. v. 1203, Aesch. Eum. 647 τίνειν μύσος, de ἔρχεσθαί τινι quae ad Philoct. 141 adnotavimus. *Μοιριδία τίσις* Hermanno sic intellegendum videtur, ut nulla necessitate constituta esse iustae vindictae poena dicatur.

V. 225 sqq. ἀπάτα — ἔχειν] Recte scholiasta: ἡ δὲ ἀπάτη, φησί, παραβαλλομένη ἑτέραις ἀπάταις, τῷ προαπατήσαντι πόνον ἔχειν ἀντιδίδωσι καὶ οὐ χάριν. Fraus alia, inquit, pro fraudibus repeusa incommodum, non gratiam habere dat. Magis perspicue sic dicas: 'qui deceptus ab alio hunc vicissim decipit, non ei sane quod gratum, sed quod ingratum sit, reddit.' HERM. Recte addit Dindorfius: deceptum autem chorus se dicit, qui promissa sua dederit nondum cognito famoso Oedipi nomine. De infinitivo ἔχειν vide Matth. § 535 not. 1.

ταις ἑτέραις ἑτέρα παραβαλλομέ-
να πόνον, οὐ χάριν ἀντιδίδωσιν ἔ-
χειν. σὺ δὲ τῶνδ' ἑδράνων πάλιν ἔκτοπος
αὖθις ἄφορμος ἐμᾶς χθονὸς ἔκθορε,
μή τι πέρα χρέος
ἐμᾷ πόλει προσάψῃς.
[ΑΝΤ. ὦ ξένοι
αἰδόφρονες, ἀλλ' ἐπεὶ
γεραὸν πατέρα τόνδ' ἐμὸν
οὐκ ἀνέτλατ' ἔργων
ἀκόντων ἀΐοντες αὐδάν,
ἀλλ' ἐμὲ τὰν μελέαν, ἱκετεύομεν,
ὦ ξένοι, οἰκτείραθ', ἃ

V. 228 sq. *σὺ δὲ τῶνδ' — ἔκθορε*] Locutio *τῶνδ' ἑδράνων ἔκτοπος* similis est illis, de quibus Matth. § 339 exposuit, significans *ἐκ τῶνδ' ἑδράνων συθείς*. Tum *ἄφορμος*, i. e., ut recte schol. interpretatur, *ἀφορμηθεὶς ἔκθορε*, ex abundantia dictum, tragicis usitata accommodataque illis locis, in quibus inculcanda graviter aliqua res animo auditoris est. Cf. ad O. R. 188 sq.

V. 230 sq. *μή τι — προσάψῃς*] 'Ne quod ultra civitati meae negotium facessas;' scilicet, ut recte monet Erfurdtius, praeter molestiam, quam civibus creavit eo, quod locum inaccessum intravit.

V. 232. Schol. *τὸ τῆς Ἀντιγόνης πρόσωπον ὅλον καὶ τοῦ χοροῦ τὸ τετράστιχον* (i. e. v. 232—253) *ἀθετοῦνται. Κρεῖττον γάρ φασιν εὐθὺς τῷ δικαιολογικῷ χρήσασθαι τὸν Οἰδίπουν πρὸς αὐτούς. Ἀλλὰ τὰ πράγματα αὐτοῖς οὐκ ἐν καιρῷ ἐστιν, ἀλλ' ἐν δυσπραγίᾳ, ὥστε ἐπαφρόδιτον εἶναι αὐτοῖς τὴν ἐλεεινολογίαν, καὶ τοῦτο τὸ πρόσωπον ἡ Ἀντιγόνη πληροῖ. Ἐπεὶ μέντοι οὗτοι οὐ πείθονται, τότε δικαιολογικώτερον καὶ ὥσπερ ἀπολογούμενος ἐκφέρει τὰ ἑξῆς ὁ Οἰδίπους, ὅτι ἀκούσιά ἐστιν αὐτοῦ τὰ ἁμαρτήματα .. Οὐδὲν δὲ ἐν τοῖς Διδύμου τούτων ὀβελισθὲν εὕρομεν.* Scimus eiusmodi suspiciones a scholiastis notatas non temere factas esse, et apparet, orationem Antigonae nec satis commode interponi et ipsam aliquid molesti habere. Etiam locutionem v. 252 sq. *οὐ σθένοιμεν ἂν φωνεῖν πέρα τῶν πρὸς σὲ νῦν εἰρημένων* vulgarem esse quivis sentit. Itaque non possumus non assentire grammaticis et Alexandrinis et huius aetatis hos v. eicientibus.

V. 232 sq. *ὦ ξένοι αἰδόφρονες*] 'O hospites, qui clementiae laude floretis.' De postposito adiectivo vide ad 7 sq., de notione nominis *αἰδώς*, 'clementiam' sive 'misericordiam' significantis, ad 1263, Elmsl. ad Eur. Heracl. 461, O. Müller. ad Aesch. Eum. p. 134, nos ad Eur. Iph. T. 949. Particula *ἀλλά* post vocativum posita ut infra v. 507 et saepius particula *δέ*. Cfr. quae ad Aesch. Prom. 3 adnotavimus.

V. 233 sqq. *ἐπεὶ — αὐδάν*] 'Quoniam grandaevum hunc patrem meum non tulistis, i. e. abominamini, facta, quae invitus et inscius commisit, exponentem audientes'. De usu adiectivi *ἄκων* ad O. R. 1206 monuimus. Cum in La corrector post *γεραὸν* inseruerit *ἀλαόν*, probabile poetam pro *γεραὸν .. ἐμὸν* scripsisse *γεραὸν ἀλαὸν ἄνδρα τόνδ'*.

πατρὸς ὑπὲρ τοὐμοῦ μόνου ἄντομαι,
ἄντομαι οὐκ ἀλαοῖς προσορωμένα
ὄμμα σὸν ὄμμασιν, ὥς τις ἀφ' αἵματος
ὑμετέρου προφανεῖσα, τὸν ἄθλιον
αἰδοῦς κῦρσαι· ἐν ὑμῖν ὡς θεῷ
κείμεθα τλάμονες· ἀλλ' ἴτε, νεύσατε
τὰν ἀδόκητον χάριν.
πρός σ' ὅ τι σοι φίλον ἐκ σέθεν ἄντομαι,
ἢ τέκνον, ἢ λέχος, ἢ χρέος, ἢ θεός.
οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτόν, ὅστις ἄν,

V. 238. *τοὐμοῦ μόνου* de Hermanni coniectura recepi. Libri *τοῦ μόνου*. Cum autem *μόνου* parum aptum sit, fortasse praestat *τοὐδ' ἐμοῦ* scribere. Alii coniecerunt *τοῦ δυσμόρου*, *τοῦ παμμόρου*, *τοῦ τλάμονος*, *τοὐδ' ἀθλίου*, *τοὐδ' ἀμμόρου*, alia.

V. 239 sqq. *ἄντομαι — προφανεῖσα*] Nihil potuit venustius inveniri ad senes emolliundos verecundo virginis vultu atque pudico oculorum lumine; nam *ὀμμάτων ἐν ἀχηνίαις ἔρρει πᾶσ' Ἀφροδίτα*. Sed idem poeta, ut omnem protervitatis suspicionem averteret, summum decorem addidit in his: *ὥς τις ἀφ' αἵματος ὑμετέρου προφανεῖσα*, ut modestiam significaret eam, qua liberi intuentur parentes suos. Nam ne licenter aspicerent feminae alienos viros, mos etiam apud Graecos prohibuit. *Νόμος γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον*, inquit Euripides a Musgravio memoratus. Delectant ab hac parte nitida quaedam poetarum dicta a Th. Gatakero inter se composita in Advers. p. 503. REISIG.

V. 241 sq. *τὸν ἄθλιον — κῦρσαι*] Sc. *ἄντομαι*, 'obtestor vos, ut miser clementiam consequatur'. Cf. Matth. § 535 b not.

V. 242 sq. *ἐν ὑμῖν — κείμεθα*] Sic O. R. 314 *ἐν σοὶ γάρ ἐσμεν*. Cf. Matth. § 577. Quod libri post *ὑμῖν* exhibent *γάρ*, metri causa delevit Brunckius. Bergkius coniecit *ὔμμι γάρ*. Cfr. *ὔμμε* Ant. 846.

V. 244. *τὰν ἀδόκητον χάριν*] Ipso articulo haec referri ad verba v. 227 *πόνον, οὐ χάριν ἀντιδίδωσιν*, a Reisigio monitum. Verbum *ἀδόκητον* Iacobsius adnotavit ad augendam beneficii gratiam facere. Cfr. Eur. fragm. 554 *ἐκ τῶν ἀέλπτων ἡ χάρις μείζων βροτοῖς*.

V. 245. *πρός σ' ὅ τι — ἐκ σέθεν ἄντομαι*] De praepositione a nomine, ad quod pertinet, inserto pronomine diiuncta cf. Matth. § 465 n. 3, Krueg. II § 68, 5, 2 et Philoct. 468 sq. — Ex schol. *ὅ ἐκ σέθεν τίμιόν ἐστί σοι* vult Tournierus *τίμιον* pro *σοι φίλον* in textum recipi. At *φίλον* aptius est et sublesta scholiastae auctoritas. *Ἐκ σέθεν* etsi tantummodo ad *τέκνον* referri potest, tamen, recte monente Hermanno, ob id ipsum convenit huic, in qua est Antigona, commotioni animi. Elmsleius coniecit *οἴκοθεν*, ut est Phil. 469 *πρός τ' εἴ τί σοι κατ' οἶκόν ἐστι προσφιλές*.

V. 246. *ἢ λέχος, ἢ χρέος, ἢ θεός*] *λέχος* uxorem significat; vide Trach. 27 et quae ad Philoct. 669 adnotata sunt. *Χρέος* Hermanno videtur esse necessitudo, res necessaria, qua quis aegre careat, ideoque ea delectetur; brevius igitur *χρήματα*, ut Reisigius interpretatur. Nomine *θεός* di penates aut familiares significari mihi cum Reisigio videntur.

V. 247. *οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτόν*] 'Non enim videas, si diligenter circumspicias, mortalem'. Abundanter *ἀθρῶν* additum putat Lobeck. ad Ai. 882.

εἰ θεὸς ἄγοι, φυγεῖν δύναιτο.
ΧΟΡ. ἀλλ' ἴσθι, τέκνον Οἰδίπου, σέ τ' ἐξ ἴσου
οἰκτείρομεν καὶ τόνδε συμφορᾶς χάριν,
τὰ δ' ἐκ θεῶν τρέμοντες οὐ σθένοιμεν ἂν
φωνεῖν πέρα τῶν πρὸς σὲ νῦν εἰρημένων.]
ΟΙΔ. τί δῆτα δόξης, ἢ τί κληδόνος καλῆς
μάτην ῥεούσης ὠφέλημα γίγνεται,
εἰ τὰς Ἀθήνας φασὶ θεοσεβεστάτας
εἶναι, μόνας δὲ τὸν κακούμενον ξένον
σῴζειν οἵας τε, καὶ μόνας ἀρκεῖν ἔχειν;
κἄμοιγε ποῦ ταῦτ' ἐστίν, οἵτινες βάθρων

V. 248. *εἰ θεὸς ἄγοι*] *Ἄγειν* omnino de summa potestate dictum, ut 998 *θεῶν ἀγόντων*. Cf. Herod. VII 8, Valck. ad Eur. Hipp. 1435, Antig. 624 *ὅτῳ φρένας θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν*. Eadem sententia in El. 696 sq. et similis in Ai. 456. REISIG.

V. 249. *φυγεῖν* pro *ἐκφυγεῖν* scripsi cum Dindorfio.

V. 252. *τὰ δ' ἐκ θεῶν*] Vide quae ad Ant. 193 adnotata sunt.

V. 252 sq. Schol. *οὐ σθένοιμεν ἂν φωνεῖν· ἀλλ' ἐμμένομεν τοῖς λεχθεῖσιν. λέγομεν δὲ τὸ ἀναστῆναι τοῦτον τοῦ ἱεροῦ <καὶ> μὴ μολύνειν αὐτό.*

V. 254. Schol. *τί δῆτα δόξης· ὡς μάτην τῆς περὶ τῶν Ἀθηνῶν κατεχούσης δόξης, ὅτι ἄρα φιλοικτίρμων τις εἴη καὶ ἱκεταδόκος. καὶ ὁ Κυρηναῖος* (Callimachus)· *οὕνεκεν οἰκτείρειν οἶδε μόνη πολίων, ἐν τῷ τέλει τοῦ β' τῶν Αἰτίων.*

V. 255. *μάτην ῥεούσης*] Famam dicit, quae frustra divulgetur, si ipse expellatur. DINDORF. Gleditschius *θροούσης* coniecit.

V. 256. Libri *τάς τ'*, quod in *τάς γ'* mutari solet. Sed recte Triclinius *τ'* delevit, quod in La saepius temere additum est. Vide Art. Soph. emend. p. 27.

Ibid. *θεοσεβεστάτας*] Testificatur hanc virtutem Oedipus 1125 sqq. (1120 sqq.), Aeschylus Eum. 871 *χώρας μετασχεῖν τῆσδε θεοφιλεστάτης*, Pericles apud Thucyd. II 41, Demosth. or. Lept. § 90 Wolf., Isocrat. de permutat. p. 314 B. C. H. ST. et alii. REISIG.

V. 257. *μόνας*] Recte Erfurdtius: 'prae ceteris civitatibus'. Cf. O. R. 299. Ceterum schol. *ἐπεὶ καὶ ἐλέου βωμὸς ἐν Ἀθήναις ἵδρυται.* Hanc famam Atheniensium inprimis Euripides in Heraclidis et Supplicibus, Isocrates in Panegyrico (§ 54) celebravit.

V. 259. *κἄμοιγε ποῦ ταῦτ' ἐστίν, οἵτινες*] Cf. Platon. Crit. p. 53 extr. *λόγοι δὲ ἐκεῖνοι οἱ περὶ δικαιοσύνης τε καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ποῦ ἡμῖν ἔσονται;* De *καὶ* particula in initio membri posita similiter atque a nobis '*und*' et a Romanis 'et' usurpari solet bene exposuit Bonitzius *(Beiträge zur Erklärung des Sophocles)* p. 82 sqq. collatis cum aliis exemplis, tum Ai. v. 460 *πότερα πρὸς οἴκους, ναυλόχους λιπὼν ἕδρας μόνους τ' Ἀτρείδας, πέλαγος Αἰγαῖον περῶ; καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανεὶς Τελαμῶνι;* Tum *ταῦτα* pronomine patet significari ornamenta Athenarum antea praedicata. Postremo *οἵτινες* non tam verbis praecedentibus accommodatum est quam sensui eorum huic: 'et qua in re *mihi* istarum virtutum fructum praebetis?' Similia exempla attulit Matth. § 481.

V. 259 sq. *οἵτινες — ἐξάραντες εἶτ' ἐλαύνετε*] 'Qui me primum ex locis inaccessis removistis', ut possem hic manere, 'deinde exterminatis'. De *εἶτα* vide 273, 911, 1002, Ant. 496 et ad O. R. 447 et Matth. § 566, 3.

ἐκ τῶνδέ μ' ἐξάραντες εἶτ' ἐλαύνετε,
ὄνομα μόνον δείσαντες; οὐ γὰρ δὴ τό γε
σῶμ', οὐδὲ τἄργα τἄμ'· ἐπεὶ τά γ' ἔργα μου
πεπονθότ' ἐστὶ μᾶλλον ἢ δεδρακότα,
εἴ σοι τὰ μητρὸς καὶ πατρὸς χρείη λέγειν,
ὧν εἵνεκ' ἐκφοβῇ με· τοῦτ' ἐγὼ καλῶς
ἔξοιδα. καίτοι πῶς ἐγὼ κακὸς φύσιν,
ὅστις παθὼν μὲν ἀντέδρων, ὥστ', εἰ φρονῶν
ἔπρασσον, οὐδ' ἂν ὧδ' ἐγιγνόμην κακός;
νῦν δ' οὐδὲν εἰδὼς ἱκόμην ἵν' ἱκόμην,
ὑφ' ὧν δ' ἔπασχον εἰδότων ἀπωλλύμην.

V. 261. *οὐ γὰρ δή τό γε σῶμ'*] Sc. *δείσαντες*. Corpus enim certe non tam metuendum quam vel despiciendum vel miserandum. Quare 281 *μηδέ μου — ἀτιμάσῃς*. REIS.

V. 262 sq. *ἐπεὶ τά γ' ἔργα — δεδρακότα*] Ad facta transfert, quae de persona dicta intelleguntur, *πεπονθότος ἐστὶ μᾶλλον ἢ δεδρακότος*. DINDORF. Simile est quod dictum O. R. 1190 *γάμον τεκνοῦντα καὶ τεκνούμενον*. Cfr. etiam *γεγηθὸς ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο* El. 1231.

V. 264. *εἴ σοι — λέγειν*] Breviter dictum hac sententia: 'quod intellegeres, si quae ad matrem et patrem pertinent, tibi exponere mihi liceret'. Cf. 1196 (1191) *πατρῷα καὶ μητρῷα πήμαθ' ἅπαθες*.

V. 265 sq. *ὧν εἵνεκ' — ἔξοιδα*] I. e. 'quorum factorum causa, sat scio, me abominaris'. Hoc enim sensu verba *τοῦτ' ἐγὼ κ. ἔξοιδα* addi iis verbis solent, quorum de veritate non dubitandum significatur. Cfr. 359, 452. *Ὧν* sono distinguendum prae ceteris verbis, ita ut eadem vi positum putandum sit, qua vulgo pronomen demonstrativum ponitur, ut in Phil. 268.

V. 266. *καίτοι πῶς ἐγὼ κακὸς φύσιν*] Hoc quoque breviter dictum pro: *καίτοι πῶς ἐκφοβῇ με ὡς κακὸν φύσιν ὄντα*. Dicitur autem *κακὸς φύσιν*, ut recte monet Bothius, qui malus natura, non casu ad committenda flagitia adductus est.

V. 267 sq. *ὅστις — κακός*] 'Qui primum acceptas tantum iniurias ultus sim, ita ut, si sciens, cuius iniurias ulciscerer, reddidissem, ne sic quidem scelestus essem'. De tota sententia confer 229 (244) sqq. *Μὲν* particulam spectare ad sententiae partem eam, quae omissa sit, *δρῶν δὲ οὐκ ᾔδη οὓς δρῴην*, sed contineri tamen iis, quae adiciat, *νῦν δὲ* etc., recte Hermannus monuit. De imperfecto *ἔπρασσον* confer v. 147 sq. 952. O. R. 125. 432. Ant. 260 sq. 906. Adde Pflugk. ad Eur. Hel. 937. Eodem modo Latini; cfr. Matth. ad Cic. Epist. CXXXI 1 et ad Catil. II 2, 3. Pro *ἐγιγνόμην* coniecit Nauckius *ἐφαινόμην*.

V. 269. *νῦν δ'*] 'Nunc vero'. Sic O. R. 263. Ai. 450. 1060. El. 335. Cfr. Matth. § 607. — De dictione *ἱκ. ἵν' ἱκ.*, qua uti solent Graeci, quando de rebus iniucundis brevi praecidunt, confert Schaeferus v. 336. O. R. 1376 *βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε*. Eur. Or. 78 *ἐπεὶ πρὸς Ἴλιον ἔπλευσ' ὅπως ἔπλευσα θεομανεῖ πότμῳ*.

V. 270. *εἰδότων ἀπωλλύμην*] I. e. *ὑπὸ τούτων εἰδότων ἀπωλλύμην*. Ut enim periret, parentes Oedipum exponi iusserant. Vide O. R. 1173 sqq. De *ἀπωλλύμην* vide ad O. R. 1454 (1420). Cfr. Krueger. I § 53, 2, 2.

ἀνθ᾿ ὧν ἱκνοῦμαι πρὸς θεῶν ὑμᾶς, ξένοι,
ὥσπερ με κἀνεστήσαθ᾿, ὧδε σώσατε,
καὶ μὴ θεοὺς τιμῶντες εἶτα τοὺς θεοὺς
μοίραις ποεῖσθ᾿ ἐν οὐδαμαῖς· ἡγεῖσθε δὲ
βλέπειν μὲν αὐτοὺς πρὸς τὸν εὐσεβῆ βροτῶν,
βλέπειν δὲ πρὸς τοὺς δυσσεβεῖς, φυγὴν δέ του
μήπω γενέσθαι φωτὸς ἀνοσίου θεῶν·
ξὺν οἷς σὺ μὴ κάλυπτε τὰς εὐδαίμονας
ἔργοις Ἀθήνας ἀνοσίοις ὑπηρετῶν.
ἀλλ᾿ ὥσπερ ἔλαβες τὸν ἱκέτην ἐχέγγυον,

V. 271. ἀνθ᾿ ὧν] 'Quare'. Sic O. R. 264.

V. 272. ὥσπερ με κἀνεστήσαθ᾿] ἀνεστήσατε non est 'erexistis' sive 'solati estis, opem mihi fecistis', ut interpretatus est Bothius, sed '(fide interposita) movistis ut luco inaccesso excederem'. De καὶ ad ὧδε σώσατε referendo vide ad v. 53.

V. 273 sq. μὴ — οὐδαμαῖς] Bene Reisigius: 'ne cultui deorum studentes eosdem studio vestro dehonestate'. Quo hoc dicit Oedipus: cavete vero, ne, cum me expellitis honorandorum deorum causa (256), deos ipsos (Iovem ξένιον et ἱκέσιον et Apollinem maxime intellege) neglegatis. Cfr. Phil. 974 θεοὺς προτείνων τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τιθεῖς.

Ibid. τοὺς θεοὺς — ἐν οὐδαμαῖς] ποεῖσθ᾿ ἐν οὐδαμαῖς scripsi pro ποιεῖσθε μηδαμῶς. Nam ποιεῖσθαί τινα μοίραις μηδαμῶς dici non posse apparet, ποιεῖσθαί τινα ἐν οὐδεμιᾷ μοίρᾳ dici solet. Pluralem etiam Plato legg. p. 923 B habet: κατατιθέναι τι ἐν μοίραις ἐλάττοσι. Propter pluralem autem Sophocles formam οὐδαμοί, quae inprimis apud Herodotum invenitur, admisit. Cfr. Krueger. II § 24, 1, 2. Scripsi autem ἐν οὐδαμαῖς, non ἐν μηδαμαῖς, quia negationem μή negatio οὐ, non μή excipere debet (ut post verba metuendi). Nam cavetur (μή) ne honor deorum tollatur (οὐ). Cfr. Krueg. I § 67, 1.

V. 276 sq. φυγὴν δὲ — θεῶν] θεῶν scripsi cum C. Schenkelio pro βροτῶν quod ex clausula v. 275 ortum est. Nam θεῶν et sententia, de qua vide v. 247 sqq., et quod sequitur ξὺν οἷς requirit. φωτός autem gen. subiectivum, θεῶν gen. obiectivum esse apparet.

V. 278 sq. ξὺν οἷς] I. e. 'quibus consentiens'. σὺ μὴ — ὑπηρετῶν] Noli, inquit, scelere tuo obscurare Athenas. CAMERAR. Scholiasta interpretatur ἀφάνιζε, Elmsleius καταίσχυνε. Quae explicationes eodem omnes redeunt, et facile derivari possunt ex propria verbi significatione. Non puto tamen Sophoclem hoc verbo sic usurum fuisse, nisi additis verbis ἔργοις ἀνοσίοις ὑπηρετῶν sententiae perspicuitati consuluisset. DINDORF. Εὐδαίμονες Athenae dici hic non propter opes aut divitias videntur, sed propter gloriam, de qua v. 258 sqq. dictum. Similiter πράσσειν εὐτυχῶς Ant. 701 positum est.

V. 280. Schol. ἐχέγγυον, ἀσφαλῆ. — Ἐχέγγυος, quod sponsorem promissis stantem ac fide dignum significat, hic de eo dictum videtur, qui alius sponsione fretus est. Respicit autem ad chori verba 174 sq. (171 sq.). HERM. Idem hoc versu Oedipus dixit atque 272 ὥσπερ με etc. Ceterum cf. O. R. 276 ὥσπερ μ᾿ ἀραῖον ἔλαβες, ὧδ᾿, ἄναξ, ἐρῶ.

ῥύου με κἀκφύλασσε, μηδέ μου κάρα
τὸ δυσπρόσοπτον εἰσορῶν ἀτιμάσῃς.
ἥκω γὰρ ἱερὸς εὐσεβής τε, καὶ φέρων
ὄνησιν ἀστοῖς τοῖσδ'· ὅταν δ' ὁ κύριος
παρῇ τις, ὑμῶν ὅστις ἐστὶν ἡγεμών,
τότ' εἰσακούων πάντ' ἐπιστήσῃ· τὰ δὲ
μεταξὺ τούτου μηδαμῶς γίγνου κακός.
ΧΟΡ. ταρβεῖν μέν, ὦ γεραιέ, τἀνθυμήματα
πολλή 'στ' ἀνάγκη τἀπὸ σοῦ· λόγοισι γὰρ
οὐκ ὠνόμασται βραχέσι. τοὺς δὲ τῆσδε γῆς
ἄνακτας ἀρκεῖ ταῦτά μοι διειδέναι.
ΟΙΔ. καὶ ποῦ 'σθ' ὁ κραίνων τῆσδε τῆς χώρας, ξένοι;
ΧΟΡ. πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει· σκοπὸς δέ νιν,
ὃς κἀμὲ δεῦρ' ἔπεμψεν, οἴχεται στελῶν.
[ΟΙΔ. ἦ καὶ δοκεῖτε τοῦ τυφλοῦ τιν' ἐντροπὴν

V. 281. *μηδέ μου — ἀτιμάσῃς*] Vide ad 261.

V. 282. Quod deteriores libri habent *δυσπρόσωπον*, non iniuria praetulit Nauckius.

V. 283. *ἱερὸς εὐσεβής τε*] *ἱερόν* se appellare videtur, quod *ἱκέτης* erat, i. e. quod supplex accessit Eumenidumque opem imploravit: *εὐσεβῆ*, quod Apollinis oracula observans in loca sacra venerat. Pallis *εὐαγής* coniecit, quo bene Oedipum non amplius impurum esse significatur.

V. 283 sq. Schol. *καὶ φέρων ὄνησιν ἀστοῖς· ἐρεῖ γάρ, ὡς ἔσται ποτὲ αὐτοῖς ἔχθρα πρὸς Θηβαίους, ἐν ᾗ κρατήσουσιν αὐτῶν διὰ τὸ τάφον αὐτοῦ παρ' Ἀθηναίοις τυγχάνειν. ἦν γάρ τι λόγιον, ἐν ᾗ ἂν ταφῇ χώρᾳ, ἐκείνην μηδὲν κακὸν πείσεσθαι ὑπὸ Θηβαίων.* Cfr. v. 92.

V. 284 sq. *ὅταν δ' ὁ κύριος παρῇ τις*] *Τίς* pronomen addit, quia nomen eius omittit, quod viator v. 69 memoraverat, chorus vero nondum enuntiaverat. DINDORF.

V. 286 sq. *τὰ δὲ μεταξὺ τούτου*] 'Interea vero'. Cfr. Matth. ad Eur. Hec. 433 et Doederlin. brachyl. p. 15. — *κακός*, i. e. 'fidem mihi datam fallens'.

V. 288. *ταρβεῖν*] 'Revereri'. Sic Hom. Od. XVIII 391. DOED. Eadem est verbi *θαρσεῖν* structura. Vide ad 648. Tum *τἀνθυμήματα* sunt 'monita' sive 'admonitiones', coll. v. 1194.

V. 290. *βραχέσι*] *οὐ βραχέσι λόγοις* non est 'longa oratione', sed 'non levibus dictis'. *βραχύς* enim etiam 'exiguum [tenuem], humilem, debilem' significat; vide ad 191. [Adde 880]. HERM.

V. 290 sq. *τοὺς δὲ — διειδέναι*] *ἄνακτες* de uno Theseo intellegendum est. Sic infra 884 *γᾶς πρόμοι*. 1087 *γᾶς τᾶσδε δαμούχοις*.

V. 292. *ὁ κραίνων — χώρας*] O. R. 14 *ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς*. Sic Latine 'potens' dicitur. Cfr. interpp. ad Horat. carm. I 3,1.

V. 293. *πατρῷον ἄστυ γῆς*] Sic Ant. 937 *ὦ γῆς Θήβης ἄστυ πατρῷον*. — *Σκοπός* viator ille apte v. 35 dictus est, parum apte hic; nam speculatoris munere non fungitur. Itaque *πομπός* scribendum esse videtur.

V. 295—303. Uncis inclusi hos versus ut ab histrione additos, quorum v. 297—300 spurios esse certissimis argumentis probavit Henr. Hirzelius in Mus. Rhen. a. 1863 vol. XVIII p. 306 sqq. Is qui hos versus interpolavit, v. 551—554 aliter ac debebat intellexisse videtur. Theseus enim nomen Oedipi non audivit, sed ex eis quae ille

ἢ φροντίδ' ἕξειν αὐτόν, ὥστ' ἐλθεῖν πέλας;
ΧΟΡ. καὶ κάρθ', ὅταν περ τοὔνομ' αἴσθηται τὸ σόν.
ΟΙΔ. τίς ἔσθ' ὁ κείνῳ τοῦτο τοὔπος ἀγγελῶν;
ΧΟΡ. μακρὰ κέλευθος· πολλὰ δ' ἐμπόρων ἔπη
φιλεῖ πλανᾶσθαι, τῶν ἐκεῖνος ἀΐων,
θάρσει, παρέσται. πολὺ γάρ, ὦ γέρον, τὸ σὸν
ὄνομα διήκει πάντας, ὥστε, κεἰ βραδὺς
εὕδει, κλύων σου δεῦρ' ἀφίξεται ταχύς].
ΟΙΔ. ἀλλ' εὐτυχὴς ἵκοιτο τῇ θ' αὑτοῦ πόλει
ἐμοί τε. τίς γὰρ ἐσθ' ὃς οὐχ αὑτῷ φίλος;
ΑΝΤ. ὦ Ζεῦ, τί λέξω; ποῖ φρενῶν ἔλθω, πάτερ;
ΟΙΔ. τί δ' ἔστι, τέκνον Ἀντιγόνη;
ΑΝΤ. γυναῖχ' ὁρῶ
στείχουσαν ἡμῶν ἆσσον, Αἰτναίας ἐπὶ
πώλου βεβῶσαν· κρατὶ δ' ἡλιοστερὴς

viator de facie Oedipi dixit, coniectura asseoutus est. Praeterea offendit, quod iter decem quindecimve stadiorum μακρὰ κέλευθος v. 299 dicitur, offendit locutio βραδὺς εὕδει, quam in βραδὺς γήρᾳ Dindorfius corrigebat, in βραδὺς σπεύδει Eldickius, in βραδὺς ἕρπει Brunckius, offendunt denique verba θάρσει παρέσται ex v. 726 huc translata.

V. 297. καὶ κάρθ'] Vide ad 65.

V. 298. τοῦτο τοὔπος] I. e. nomen Oedipi. Id enim non professus erat Oedipus apud viatorem, qui regem arcessiturus abierat.

V. 301. θάρσει] 'Confide mihi, crede mihi'. Cf. Philoct. 667, 774. πολύ — διήκει πάντας, 'nomen tuum cum celebre sit ad omnes divulgatum est'. Cfr. Eur. Hipp. 1 πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος θεὰ κέκλημαι Κύπρις.

V. 302 sq. κεἰ βραδὺς εὕδει] 'etiamsi vel maxime remissus domi sedet' interpretatur hanc locutionem satis miram Hermannus.

V. 303. κλύων σου] I. e. κλέος σου ἀκούσας (Ant. 1182), ut dicitur βάξις σου Ai. 999. Cfr. Matth. §. 342. Krueg. II § 47, 10, 6. De ἀφίξεται ταχύς cfr. ad 196.

V. 305. τίς γὰρ — φίλος] ἔσθ' ὃς reposuit Nauckius. Libri ἐσθλὸς. De sententia comparant Ai. 1367. Eur. Med. 86 ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ. Fr. 460 ἐκεῖνο γὰρ πέπονθ', ὅπερ πάντες βροτοί· φιλῶν μάλιστ' ἐμαυτὸν οὐκ αἰσχύνομαι. Men. mon. 407 οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὅστις οὐχ αὑτῷ φίλος.

V. 307. Scite instituit poeta, dum exspectatur Theseus, ut spectatores earum rerum scientia, quae praeparantur, opportuno Ismenae adventu imbuerentur. REIS.

V. 308. Αἰτναίας ἐπὶ πώλου] Non conspicitur haec bestia in theatro [cuius rei rationem explicans famuli mentionem facit poeta v. 334]. Mulum potius, cuius generis multus ut hodie quoque in itineribus usus erat, quam equum intellegendum videri, monet Boeckhius collata Photii glossa Lex. p. 366, 12 ἐδόκουν αἱ Σικελικαὶ ἡμίονοι σπουδαῖαι εἶναι. Non minus laudabantur Αἰτναῖοι ἵπποι, de quibus vide schol. Aristoph. Pac. 73. DINDORF. De perfecti usu βεβῶσαν vide ad v. 52.

V. 309. ἡλιοστερὴς] 'Sole privans, i. e. solis aestum arcens'; unde σκιαστική explicatur a scholiasta. Tam mire tamen hoc dictum est, ut ἡλιοστεγὴς praeferendum videatur, quod coniecit Coraës in Prodromo Bibl. Gr. p. 298. De pileis Thessalicis, quibus peregri-

κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει.
τί φῶ;
ἆρ' ἔστιν; ἆρ' οὐκ ἔστιν; ἢ γνώμη πλανᾷ;
καὶ φημὶ κἀπόφημι, κοὐκ ἔχω τί φῶ,
τάλαινα.
οὐκ ἔστιν ἄλλη. φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων
σαίνει με προσστείχουσα· σημαίνει δ', ὅτι
μόνης τόδ' ἔστ' ἀδελφὸν Ἰσμήνης κάρα.
*ΟΙΔ.* πῶς εἶπας, ὦ παῖ;
*ΑΝΤ.* παῖδα σήν, ἐμὴν δ' ὁρᾶν
ὅμαιμον· αὐδῇ δ' αὐτίκ' ἔξεστιν μαθεῖν.

*ΙΣΜΗΝΗ.*

Ὦ δισσὰ πατρὸς καὶ κασιγνήτης ἐμοὶ
ἥδιστα προσφωνήμαθ', ὡς ὑμᾶς μόλις
εὑροῦσα λύπῃ δεύτερον μόλις βλέπω.

natores maxime usi videntur, Callimachi fragmentum attulit scholiasta, emendatum a Naekio in dissertatione Bonnae edita a. 1821. Cfr. Valcken. ad Theocriti Adon. p. 344. DINDORF. *Κρατί* dativus loci est; vide 411. 700. 715. 1260. Trach. 7. 172. 767. El. 174. 692. Philoct. 144 et Matth. § 406 b. Si tamen scribitur *ἡλιοστεγής*, melius verba *κρατὶ ἡλιοστεγὴς* coniunguntur in hanc vim: 'capiti solem arcens'.

V. 310. De duplici accusativo *πρόσωπα νιν* vide Krueg. II 46, 16, 3.

V. 311. Pro iambo *τί φῶ*; requiri bacchius videtur. Hinc Hermannus poetam *τί φῶ νιν*, Meinekius *τί φωνῶ* scripsisse suspicatur.

V. 312. *ἆρ' ἔστιν* etc.] Apte Elmsleius confert Eur. Iphig. T. 577 *ἆρ' εἰσίν; ἆρ' οὐκ εἰσί; τίς φράσειεν ἄν;* Verba *ἢ γνώμη πλανᾷ;* recte Reisigius interpretatur: 'an sententia fallit?' Cfr. 1075 *προμνᾶταί τί μοι γνώμα.*

V. 314. *τάλαινα*] Antigona se conqueritur propter fluctuationem animi.

V. 315 sq. *φαιδρὰ γοῦν — σαίνει με*] Adiectivum *φαιδρὰ* iungendum cum substantivo est, cuius notio latet in verbo *σαίνει*, coll. Censura mea Ai. ab Lobeck. edit. p. 86. Neque in eo haerendum est, quod non coniunctum adiectivum illud est cum verbis *ἀπ' ὀμμάτων*, i. e. *ὄμμασιν*. Simillima enim ratio locutionum Homericarum *κραιπνὰ ποσὶ προβιβάς*, *κοῦφα ποσὶ προβιβάς*, quas in eadem illa Censura p. 20 illustravi. — De verbi *σαίνειν* usu cf. Blomf. gl. ad Aesch. Sept. c. Th. 379, de numero plurali adiectivi *φαιδρά* Lobeck. ad Ai. p. 246 ed. sec. dixit.

V. 316. *σημαίνει*] Sc. *ἡ προσστείχουσα διὰ τὸ φαιδροῖς ὄμμασί με σαίνειν.*

V. 317. *ἔστ' ἀδελφὸν*] Sic optime emendavit Herwerdenus in Observationibus in Comicos (Lugd. Bat. 1855) p. 133 codicum scripturam *ἐστὶ δῆλον* coll. Ant. v. 1 *ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα.*

V. 319. *αὐδῇ — μαθεῖν*] Scholiasta: *ἐκ τῆς φωνῆς ἔξεστι μαθεῖν.* — Dobraeus non iniuria *ἐξέσται* scribendum putavit.

V. 320 sq. *ὦ δισσὰ — προσφωνήμαθ'*] 'O gemina patris et sororis dulcissima mihi alloquia', i. e. quam dulce mihi est vos ambos, pater et soror, alloqui!

V. 321 sq. *ὡς ὑμᾶς — βλέπω*]

ΟΙΔ. ὦ τέκνον, ἥκεις;
ΙΣΜ. ὦ πάτερ δύσμοιρ' ὁρᾶν.
ΟΙΔ. πρόσψαυσον, ὦ παῖ.
ΙΣΜ. θιγγάνω δυοῖν ὁμοῦ.
ΟΙΔ. τέκνον, πέφηνας;
ΙΣΜ. οὐκ ἄνευ μόχθου γ' ἐγώ.
ΟΙΔ. ὦ σπέρμ' ὅμαιμον.
ΙΣΜ. ὦ δυσάθλιαι τροφαί.
ΟΙΔ. ἦ τῆσδε κἀμοῦ;
ΙΣΜ. δυσμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης.
ΟΙΔ. τέκνον, τί δ' ἦλθες;
ΙΣΜ. σῇ, πάτερ, προμηθίᾳ.
ΟΙΔ. πότερα πόθοισι;
ΙΣΜ. καὶ λόγων γ' αὐτάγγελος
ξὺν ᾧπερ εἶχον οἰκετῶν πιστῷ μόνῳ.
ΟΙΔ. οἱ δ' αὐθόμαιμοι ποῦ νεανίαι πονεῖν;
ΙΣΜ. εἴσ' οὗπέρ εἰσι. δεινὰ τἀν κείνοις τανῦν.

I. e. quam vos aegre repertos prae dolore aegre rursus adspicio! Itaque et dulcissimum sibi esse ait rursus alloqui patrem et sororem, et tristissimum eos tantis oppressos malis videre. De dativo λύπῃ confer 328 σῇ προμηθίᾳ, 329 πόθοισι et Matth. § 397, 3. Iacobsius: λύπῃ — βλέπω, lacrimis nimirum obortis.

V. 324. In libris versus 324—326 sic se excipiunt: 326. 325. 324, quem ordinem sententiarum causa inverti secutus Musgravium, qui versus hoc modo disposuerat: 325. 324. 326. In Musgraviano ordine nulla causa erat repetitae interrogationis ὦ τέκνον ἥκεις; τέκνον πέφηνας, in nostro Oedipus τέκνον πέφηνας; dicit, cum filiam sibi adesse manus attrectatione sentiat.

V. 325. γ' ἐγώ pro γέ μοι A. Pallis restituit.

V. 326. Dindorfius coniecit ὦ δύ' ἀθλίω τροφά, cui dictioni non concinere videntur quae sequuntur δυσμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης. Τροφή significare hic 'vitae condicionem' sive 'vivendi genus' ut El. 1183 φεῦ τῆς ἀνύμφου δυσμόρου τε σῆς τροφῆς, apparet e versu proximo.

V. 328. σῇ προμηθίᾳ] 'Propter providam curam tui'. Vide Matth. § 466, 2, Krueg. I § 47, 7, 8, de dativo vide ad v. 321. Cum autem post σῇ προμηθίᾳ non intellegatur, cur Oedipus πότερα πόθοισι; interroget, poeta scripsisse videtur σῇ, πάτερ, προθυμίᾳ, 'studio tui'. Saepius in libris vocabula προμηθία et προθυμία commutata esse notum est.

V. 329. καὶ λόγων γ' αὐτάγγελος] I. e. 'et desiderio tui et ut ipsa nuntios ad te referam'.

V. 330. ξὺν ᾧπερ εἶχον etc.] Sic Xen. An. VII 3, 48 ἀλλ' ἐγὼ μὲν σὺν οἷς ἔχω τὰ ἄκρα καταλήψομαι.

V. 331. οἱ δ' — πονεῖν] Simillime dixit Euripides Or. 1472 ποῦ δῆτ' ἀμύνειν οἱ κατὰ στέγας Φρύγες; Addit Dindorfius Hom. Il. XIII 312 ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἄλλοι et Odyss. II 59. 60.

V. 332. εἴσ' οὗπέρ εἰσι] Cf. ad 269. — Deinde de locutione τὰ ἐν ἐκείνοις δεινά ἐστι confer v. 365 ἃ δ' ἀμφὶ τοῖν σοῖν δυσ-

ΟΙΔ. ὢ πάντ' ἐκείνω τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις
φύσιν κατεικασθέντε καὶ βίου τροφάς.
ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ στέγας
θακοῦσιν ἱστουργοῦντες, αἱ δὲ σύννομοι
τἄξω βίου τροφεῖα πορσύνουσ' ἀεί.
σφῷν δ', ὦ τέκν', οὓς μὲν εἰκὸς ἦν πονεῖν τάδε,
κατ' οἶκον οἰκουροῦσιν ὥστε παρθένοι·
σφὼ δ' ἀντ' ἐκείνων τἀμὰ δυστήνου κακὰ
ὑπερπονεῖτον. ἡ μὲν ἐξ ὅτου νέας
τροφῆς ἔληξε καὶ κατίσχυσεν δέμας,
ἀεὶ μεθ' ἡμῶν δύσμορος πλανωμένη
γερονταγωγεῖ, πολλὰ μὲν κατ' ἀγρίαν
ὕλην ἄσιτος νηλίπους τ' ἀλωμένη,
πολλοῖσι δ' ὄμβροις ἡλίου τε καύμασιν
μοχθοῦσα τλήμων δεύτερ' ἡγεῖται τὰ τῆς
οἴκοι διαίτης, εἰ πατὴρ τροφὴν ἔχοι.
σὺ δ', ὦ τέκνον, πρόσθεν μὲν ἐξίκου πατρὶ

μόροιν παίδοιν κακὰ νῦν ἐστι, ταῦτα σημανοῦσ' ἐλήλυθα.

V. 333. Brevi Ismenae oratione deceptus Oedipus filios suos otiosos sedere domi putat. Quod cum minus placeat, Meinekius cum A. Schoellio v. 333—339 interpolatori tribuit. At haec ut alia, de quibus vide quae ad El. v. 62 in ed. quarta adnotavimus, amicitiae Herodoti condonanda videntur. Nam respicit Sophocles ea quae Herod. II 35 refert, inprimis haec: *αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι καὶ καπηλεύουσι, οἱ δὲ ἄνδρες κατ' οἴκους ἐόντες ὑφαίνουσι.* — De Aegyptiorum moribus dissimillimis aliarum gentium egerunt etiam Nymphodorus apud scholiastam atque Eustathius ad Iliad. *Α* p. 31 lin. 12. Quod fratres autem moribus Aegyptiorum similes dicuntur, homines rebus, de eo confer, quem Hellerus laudat, Heusing. ad Cic. Off. I 22. Adde Matth. ad Cic. or. Sull. c. XXVI § 72 et Gr. Gr. § 453 not. 1. Krueg. I § 48, 13, 9 et II § 48, 13, 5.

V. 336. Schol. *αἱ δὲ σύννομοι· αἱ ἀδελφαὶ ἢ αἱ γυναῖκες.* Cf. El. 600. Reisigius comparat Arist. Av. 209.

V. 337. *τἄξω βίου τροφεῖα*] 'Quae foris quaerenda sunt vitae alimenta'. Similiter infra 1263 *θρεπτήρια.*

V. 338. *σφῷν*] *σφῷν* dicit Oedipus intellegens liberos suos utriusque sexus. De forma *σφῷν* cfr. Buttm. Lexil. I p. 51.

V. 340. *τἀμὰ δυστήνου κακά*] Eodem modo dictum, quo Phil. 1126 *τὰν ἐμὰν μελέου τροφάν.* Cf. Matth. § 466, 1.

V. 347. *δεύτερ' ἡγεῖται*] Cum antegressum esset *γερονταγωγεῖ* cum conexis, paullatim subiungitur hoc versu *δεύτερ' ἡγεῖται* etc., quae cum priore enuntiatione non copula aliqua conglutinantur, sed leniter alia interfluente enuntiatione commiscentur, *πολλὰ μὲν — μοχθοῦσα τλήμων.* Fusius hoc genus sum persecutus in Coniect. p. 315—317. REIS. p. 387, ubi alia huius generis exempla attulit. Ceterum cf. Phil. 1442 *ὡς τἄλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ Ζεύς.*

V. 348. *εἰ πατὴρ τρ. ἔχοι*] 'Dummodo pater victum habeat'. Cfr. Matth. § 524 not. 3 et § 617.

V. 349. *πρόσθεν μὲν ἐξίκου*] Verbis *πρόσθεν μὲν* respondent

μαντεῖ' ἄγουσα πάντα Καδμείων λάθρᾳ,
ἃ τοῦδ' ἐχρήσθη σώματος, φύλαξ τέ μου
πιστὴ κατέστης, γῆς ὅτ' ἐξηλαυνόμην·
νῦν δ' αὖ τίν' ἥκεις μῦθον, Ἰσμήνη, πατρὶ
φέρουσα; τίς σ' ἐξῆρεν οἴκοθεν στόλος;
ἥκεις γὰρ οὐ κενή γε, τοῦτ' ἐγὼ σαφῶς
ἔξοιδα, μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ φέρουσά τι.
ΙΣΜ. ἐγὼ τὰ μὲν παθήμαθ' ἅπαθον, πάτερ,
ζητοῦσα τὴν σήν, ποῦ κατοικοίης, τροφήν,
παρεῖσ' ἐάσω. δὶς γὰρ οὐχὶ βούλομαι
πονοῦσά τ' ἀλγεῖν καὶ λέγουσ' αὖθις πάλιν.
ἃ δ' ἀμφὶ τοῖν σοῖν δυσμόροιν παίδοιν κακὰ
νῦν ἐστι, ταῦτα σημανοῦσ' ἐλήλυθα.
πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρις, Κρέοντί τε

353 νῦν δέ. Tum ἐξίκου notat 'advenisti', proprie 'pervenisti'. Cf. Phil. 197 ἐξήκοι χρόνος. Ai. 1043 ἐξίκοιτ' ἀνήρ. El. 387 ἀλλ' ἐξίκοιτο τοῦδέ γ' εἵνεκ' ἐν τάχει. Adde ἐξήγαγε, quod supra 98 positum est, et ἐξηγούμενος 1589.

V. 350. Schol. μαντεῖ' ἄγουσα· ποῖα μαντεῖα; ὅτι, ὅπου ἂν ταφήσεται, σωτήριος ἔσται τῇ γῇ ἐκείνῃ. Non unum id erat oraculum, sed potissimum. Cfr. 87 sqq.

V. 351. ἃ τοῦδ' ἐχρ. σώματος] De genetivo ex verbo ἐχρήσθη apto confer Philoct. 439 ἀναξίου φωτὸς ἐξερήσομαι. Hom. Od. XI 174 εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος etc. De substantivi σώματος usu ad O. R. 624 diximus. — φύλαξ τε pro φύλαξ δὲ ex Elmsleii coniectura reposui.

V. 353. νῦν δ' αὖ τίν' ἥκεις etc.] Cfr. Ant. 7 καὶ νῦν τί τοῦτ' αὖ φασι πανδήμῳ πόλει κήρυγμα θεῖναι τὸν στρατηγὸν ἀρτίως;

V. 354. τίς σ' — στόλος;] 'Quae te excivit domo expeditio?' i. e. cuius rei expediendae causa domo existi?

V. 355 sq. ἥκεις γὰρ οὐ κενή γε — μὴ οὐχὶ etc.] 'Neque enim vacua huc venisti, certo scio, quin aliquid terroris mihi afferas', id est, neque enim ad me venisti, quin aliquid afferas, quod quidem, ut fert fortuna mea, non potest non esse aliquid terribile. De μὴ οὐ particulis cum participio coniunctis exposui pluribus ad O. R. 12 sq.

V. 358. τὴν σὴν — τροφήν] Obscurius dicto τὴν σὴν τροφὴν poeta explicandi causa addidit ποῦ κατοικοίης. DINDORF.

V. 359 sq. παρεῖσ' ἐάσω] Ai. 754 ἀφέντ' ἐᾶν, itemque Eur. Troad. 690. Cfr. Valck. ad Herod. II 30. REIS. Schol. τὸ ἑξῆς· δὶς γὰρ οὐ βούλομαι ἀλγεῖν. De sententia cfr. Aesch. Prom. 669 καίτοι καὶ λέγουσ' ὀδύρομαι κτέ., Eur. Hec. 519 νῦν τε γὰρ λέγων κακὰ τέγξω τόδ' ὄμμα πρὸς τάφῳ θ' ὅτ' ὤλλυτο, Verg. Aen. II 3 *infandum, regina, iubes renovare dolorem . . quis talia fando temperat a lacrimis?*

V. 363. ἦν ἔρις] I. e. ἀγαθὴ ἔρις. Nam Hesiod. Op. et D. v. 11 sqq. secutus Sophocles aemulationem bonam et aemulationem malam (ἔριν κακήν v. 368) statuit. Itaque non est quod ex Tyrwhitti coniectura cum Brunckio aliisque ἔρως recipias, praesertim cum quos Brunckius comparavit locos Eur. Phoen. 631. Alcest. 1101. Suppl. 139. Iph. 813, ei ab hoc loco nonnihil discrepent. Praeterea probabiliter Meinekius αὐτοῖν pro αὐτοῖς coniecit. Particulae τὲ respondet δὲ in μηδέ, quia e dis-

θρόνους ἐᾶσθαι, μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν,
λόγῳ σκοποῦσι τὴν πάλαι γένους φθοράν,
οἵα κατέσχε τὸν σὸν ἄθλιον δόμον·
νῦν δ' ἐκ θεῶν του κἀλιτηρίου φρενὸς
εἰσῆλθε τοῖν τρὶς ἀθλίοιν ἔρις κακὴ
ἀρχῆς λαβέσθαι καὶ κράτους τυραννικοῦ.
χὠ μὲν νεάζων καὶ χρόνῳ μείων γεγὼς
τὸν πρόσθε γεννηθέντα Πολυνείκη θρόνων
ἀποστερίσκει, κἀξελήλακεν πάτρας.
ὁ δ', ὡς καθ' ἡμᾶς ἔσθ' ὁ πληθύων λόγος,
τὸ κοῖλον Ἄργος βὰς φυγὰς προσλαμβάνει
κῆδός τε καινὸν καὶ ξυνασπιστὰς φίλους,
ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον
τιμῇ καθέξον ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν.

iunctione in oppositionem transit. Cfr. Matth. § 609 et § 626, Krueg. I § 69, 16, 6.

V. 364. **μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν**] Si scripsit Sophocles versu sequente φόνῳ pro λόγῳ, quod scripsisse eum Blaydesius suspicatus est, compara Ai. 43 **δοκῶν ἐν ὑμῖν χεῖρα χραίνεσθαι φόνῳ.**

V. 367. **κἀλιτηρίου** ex Toupii coniectura recepi pro **κἀξ ἀλιτηροῦ**. Dindorfius coniecit **κἀξ ἀλιτρίας**.

V. 368. **εἰσῆλθε τοῖν τρὶς ἀθλ.**] De locutione **εἰσέρχεσθαί τινι** cfr. Matth. § 402 c. Krueg. II § 48, 11, 3. **τρὶς ἀθλίοιν** pro **τρισαθλίοιν** caesurae causa scripsit Porsonus. Cfr. Hom. Od. V 306 **τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις**, Aristoph. Plut. 851 **καὶ τρὶς κακοδαίμων καὶ τετράκις καὶ πεντάκις.**

V. 370 sq. Notatus hic locus litera **χ** a grammaticis, quod Sophocles Polynicen maiorem natu dixit, minorem autem Eteoclem. Alii enim, ut Euripides, contrarium prodiderunt. HERM.

V. 371. **θρόνων ἀποστερίσκει**] I. e. 'regno exclusit', non 'de regno deiecit'. Recte Reisigius ad h. l. p. 244 de regno pluralem **θρόνοι** usurpari a tragicis solere monet, cum **θρόνος** nil nisi ipsam sellam regalem, quod solium vocatur, significare videatur.

V. 373. **ὁ πληθύων λόγος**] Comparant Aesch. Ag. 860 **ὡς ἐπλήθυνον λόγοι.** Simile est quod infra 930 posuit, **ὁ πληθύων χρόνος.**

V. 374. **τὸ κοῖλον Ἄργος**] Illustratum hoc a scholiasta et Musgravio, qui: 'in universum, inquit, **τόπος κοῖλος** est locus montium ambitu cinctus, qui speciem excavati habet'.

V. 375. **κῆδός τε καινὸν**] In **καινὸν** reprehensio aliqua latet, quod Polynices, cum conubium non esset inter Thebanos et Argivos, tamen Adrasti filiam duxerit. DOED.

V. 376. sq. **ὡς αὐτίκ' — τιμῇ καθέξον**] Recte haec explicat scholiasta is, qui adnotavit: **ὡς πορθησόντων Ἀργείων τὰς Θήβας καὶ κατὰ τοῦτο ἐνδόξων γενησομένων.** De dictione **ὡς Ἄργος καθέξον** cfr. Matth. § 568, 3, de **κατέχειν** Ant. 605.

V. 377. **ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν**] Id est **ὡς τῶν Ἀργείων αὐτίκα τοὺς Θηβαίους ἢ νικησόντων ἢ εὐκλεεστάτους ἐπιδειξόντων.** Cfr. v. 1305 sqq., Hom. Il. XVIII 308 **ἀλλὰ μάλ' ἄντην στήσομαι, ἤ κε φέρῃσι μέγα κράτος ἤ κε φεροίμην**, XIII 327 **ὄφρα τάχιστα εἴδομεν, ἤέ τῳ**

ταῦτ᾽ οὐκ ἀριθμός ἐστιν, ὦ πάτερ, λόγων,
ἀλλ᾽ ἔργα δεινά· τοὺς δὲ σοὺς ὅπῃ θεοὶ
πόνους κατοικτιοῦσιν, οὐκ ἔχω μαθεῖν.
ΟΙΔ. ἤδη γὰρ ἔσχες ἐλπίδ᾽, ὡς ἐμοῦ θεοὺς
ὤραν τιν᾽ ἕξειν, ὥστε σωθῆναί ποτε;
ΙΣΜ. ἔγωγε τοῖς νῦν γ᾽, ὦ πάτερ, μαντεύμασιν.
ΟΙΔ. ποίοισι τούτοις; τί δὲ τεθέσπισται, τέκνον;
ΙΣΜ. σὲ τοῖς ἐκεῖ ζητητὸν ἀνθρώποις ποτὲ
θανόντ᾽ ἔσεσθαι ζῶντά τ᾽ εὐσοίας χάριν.
ΟΙΔ. τίς δ᾽ ἂν τοιοῦδ᾽ ὑπ᾽ ἀνδρὸς εὖ πράξειεν ἄν;
ΙΣΜ. ἐν σοὶ τὰ κείνων φασὶ γίγνεσθαι κράτη.
ΟΙΔ. ὅτ᾽ οὐκέτ᾽ εἰμί, τηνικαῦτ᾽ ἄρ᾽ εἴμ᾽ ἀνήρ;

εὖχος ὀρέξομεν ἠέ τις ἡμῖν, Aesch. Sept. 45 Ἄρη τ᾽ Ἐνυὼ καὶ φιλαίματον Φόβον ὡρκωμότησαν ἢ πόλει κατασκαφὰς θέντες λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ, ἢ γῆν θανόντες τήνδε φυράσειν φόνῳ et cum dictione πρὸς οὐρανὸν βιβῶν Isocr. or. XV § 134 τὰ μὲν ἁμαρτανόμενα παρόψονται, τὸ δὲ κατορθωθὲν οὐρανομήκες ποιήσουσιν.

V. 378. ταῦτ᾽ οὐκ ἀριθμὸς — λόγων] 'Haec non sunt inania verba'. Conf. Elmsl. ad Eur. Heracl. 997 et, quos Heller. laudat, Bergl. ad Aristophan. Nub. 1205 et Boeckh. de tragg. vett. p. 93.

V. 379. τοὺς δὲ σοὺς — μαθεῖν] ὅπῃ cum Halmio scripsi pro ὅποι. Postquam de fratrum suorum factis horrendis dixit Ismena, miserum habituris exitum, spem ostendit, ex oraculo, quod v. 385 sq. commemorat, conceptam, fore, ut patris laboribus di misericordia commoti finem tandem imponant, sed qua via finem impondituri sint, perspicere se posse negat, memor consiliorum, quae a Thebanis agitari sciebat, exposita v. 392 sqq. καὶ μὴν Κρέοντα etc. Apparet autem ex iis, quae statim respondet Oedipus, verbo κατοικτίζειν hic animum significari non tantum misericordia affectum, sed etiam ad auxiliandum paratum, ita ut sit misereri, *sich erbarmen.*

V. 381 sq. ὡς — ἕξειν] Vide de hac abundantia dictionis Matth. § 539 not. 1, Krueg. I § 55, 4 10. Schol. ὤραν· φροντίδα.

V. 383. τοῖς νῦν γ᾽ — μαντ.] Νῦν addidit poeta, ut hoc oraculum ab antiquiore eiusdem argumenti oraculo distingueret, quod supra est expositum ab Oedipo v. 87—95. Clarius etiam distinxit v. 452 τῆσδέ τε μαντεῖ᾽ ἀκούων συννοῶν τε τἀξ ἐμοῦ παλαίφαθ᾽, ἁμοὶ Φοῖβος ἤνυσέν ποτε. Ismena unde oraculum acceperit, dixit v. 413. DINDORF.

V. 385 sq. σὲ τοῖς — εὐσοίας χάριν] 'Te a Thebanis propter salutem civitatis suae aliquando mortuum expetitum fore vivumque'. Scholiasta ἐν τοῖς ἀναγκαιοτέροις τῶν ἀντιγράφων γρ. εὐσοίας χάριν, ὃ καὶ οἱ ὑπομνηματισάμενοι ἀξιοῦσιν. εὔσοιαν δέ φασι τὴν εὐθένειαν, καθάπερ καὶ ἐν Ἀμφιτρύωνι· 'ἐπεὶ δὲ βλάστῃ, τῶν τριῶν μίαν λαβεῖν εὔσοιαν ἀρκεῖ.'

V. 387. ὑπ᾽ deest in optimo libro La. Fortasse poeta scripsit τίς δ᾽ ἀντὶ τοιοῦδ᾽ ἀνδρός, 'pro tali homine' sive 'ob talem hominem'.

V. 388. ἐν σοὶ — κράτη] 'In te contineri dicunt illorum imperium'. De ἐν vide ad v. 242, de κράτη cfr. Ai. 1016 et O. R. 586.

V. 389. ἀνήρ] 'Vir' κατ᾽ ἐξοχήν. Sic apud Arist. Equit. 391

ΙΣΜ. νῦν γὰρ θεοί σ' ὀρθοῦσι, πρόσθε δ' ὤλλυσαν.
ΟΙΔ. γέροντα δ' ὀρθοῦν φλαῦρον, ὃς νέος πέσῃ.
ΙΣΜ. καὶ μὴν Κρέοντά γ' ἴσθι σοι τούτων χάριν
ἥξοντα βαιοῦ κοὐχὶ μυρίου χρόνου.
ΟΙΔ. ὅπως τί δράσῃ, θύγατερ; ἑρμήνευέ μοι.
ΙΣΜ. ὥς σ' ἄγχι γῆς στήσωσι Καδμείας, ὅπως
κρατῶσι μέν σου, γῆς δὲ μὴ 'μβαίνῃς ὅρων.
ΟΙΔ. ἡ δ' ὠφέλησις τίς θύρασι κειμένου;
ΙΣΜ. κείνοις ὁ τύμβος δυστυχῶν ὁ σὸς βαρύς.
ΟΙΔ. κἄνευ θεοῦ τις τοῦτό γ' ἂν γνώμῃ μάθοι.

ἀλλ' ὅμως οὗτος τοιοῦτος ὢν ἅπαντα τὸν βίον, κατ' ἀνὴρ ἔδοξεν εἶναι, ibid. 1254 μέμνησ', ὅτι ἀνὴρ γεγένησαι δι' ἐμέ. BR. Vide quae ad Ai. 512 adnotavimus. Eodem modo Latini nomen viri usurparunt. Sic M. Tullius Philipp. II c. 14 *quod non fecisti, ignoscò; virum res illa quaerebat.* Cfr. Servius ad Verg. Aen. VI 553. Gesner. Thes. L. L. T. IV p. 1038 nr. 5.

V. 390. νῦν γὰρ — ὤλλυσαν] Simillime chorus v. 1555 sq. πολλῶν γὰρ . . πημάτων ἱκνουμένων πάλιν σφε δαίμων δίκαιος αὔξοι.

V. 391. Schol. γέροντα δ' ὀρθοῦν· τὸν ἅπαξ ἐν νεότητι πεσόντα ἐν γήρᾳ ὀρθοῦσθαι ἀδύνατον. Rectius Brunckius φλαῦρον interpretatur εὐτελές, 'vile, futile'. Cfr. Blomf. ad Aesch. Pers. 222 gloss. De ὃς πέσῃ vide Krueg. I § 54, 15, 3.

V. 393. βαιοῦ — χρόνου] Proprie 'intra breve tempus, i. e. post breve tempus'. Cfr. Matth. § 377, 2 a. De locutionis abundantia β. κοὐχὶ μυρίου vide ad O. R. 58.

V. 395 sq. Schol. στήσωσι· κατοικίσωσι; ὅπως κρατῶσι μέν σου· ἀντὶ τοῦ ὅπως σχῶσί σε. Ceterum recte Seidlerus: Exteris omnino potuit mortuus Oedipus prodesse, cum exsilio scelus iam esset expiatum; Thebani autem mediam quandam ingressi viam atque ita oraculi mentem interpretati sunt, quasi iis lucrum paraturus esset mortuus, in quorum non tam terra quam potestate foret. In confini igitur loco facilius se vindicaturos sibi sepulcrum, quam si in media alius populi terra conditus esset. Ceterum confer 785 ἥκεις ἔμ' ἄξων, οὐχ ἵν' εἰς δόμους ἄγῃς, ἀλλ' ὡς πάραυλον οἰκίσῃς.

V. 396. ἐμβαίνῃς ὅρων] Cum genetivo eiusdem generis verbum coniunctum O. R. 825 et infra v. 924. Cfr. Krueg. II § 47, 23, 4.

V. 397. Schol. κειμένου· ἀντὶ τοῦ οἰκοῦντος. Ismene tamen, ut ex responsione eius apparet, de sepulto Oedipo hoc dictum accepit.

V. 398. Schol. κείνοις ὁ τύμβος· ὁ τύμβος δυστυχῶν ὁ σὸς κείνοις βαρύς, ἀντὶ τοῦ· ἐπὶ ξένης σοῦ θαπτομένου δυστυχήσουσιν ἐκεῖνοι. Dicit igitur Ismene: 'illis grave quid a manibus tuis metuendum, infeliciter (i. e. peregrina in terra) sepultis'. Vide 405—407. Apte confert Neuius Aesch. Choeph. 912 ΟΡ. τεκοῦσα γάρ μ' ἔρριψας ἐς τὸ δυστυχές. ΚΛ. οὔτοι σ' ἀπέρριψ' εἰς δόμους δορυξένους. Sed potius τύμβος δυστυχῶν eodem sensu quo ἄθλιος τύμβος Eur. El. 519 de sepulcro neglecto ac iustis honoribus destituto interpretandum videtur, praesertim cum secundum v. 403 sepulcrum in peregrina terra esse debeat. De notione nominis βαρύς vide ad O. R. 527.

V. 399. κἄνευ — μάθοι] Recte Brunckius: 'me etiam mortuum illis infensum fore, ἀραῖον, si me non sirint in patria terra se-

ΙΣΜ. τούτου χάριν τοίνυν σε προσθέσθαι πέλας
χώρας θέλουσι, μηδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατοῖς.
ΟΙΔ. ἦ καὶ κατασκιῶσι Θηβαίᾳ κόνει;
ΙΣΜ. ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τοὔμφυλον αἷμά σ', ὦ πάτερ.
ΟΙΔ. οὐκ ἆρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσωσίν ποτε.
ΙΣΜ. ἔσται ποτ' ἆρα τοῦτο Καδμείοις βάρος.
ΟΙΔ. ποίας φανείσης, ὦ τέκνον, ξυναλλαγῆς;
ΙΣΜ. τῆς σῆς ὑπ' ὀργῆς, σοῖς ὅταν στῶσιν τάφοις.
ΟΙΔ. ἃ δ' ἐννέπεις κλύουσα τοῦ λέγεις, τέκνον;
ΙΣΜ. ἀνδρῶν θεωρῶν Δελφικῆς ἀφ' ἑστίας.
ΟΙΔ. καὶ ταῦτ' ἐφ' ἡμῖν Φοῖβος εἰρηκὼς κυρεῖ;
ΙΣΜ. ὥς φασιν οἱ μολόντες εἰς Θήβης πέδον.
ΟΙΔ. παίδων τις οὖν ἤκουσε τῶν ἐμῶν τάδε;
ΙΣΜ. ἄμφω γ' ὁμοίως, κἀξεπίστασθον καλῶς.
ΟΙΔ. κᾆθ' οἱ κάκιστοι τῶνδ' ἀκούσαντες πάρος
τοὐμοῦ πόθου προὔθεντο τὴν τυραννίδα;

peliri, vel non monente deo quivis facile mente intellegat'. γνώμη similiter μαντικῇ opponitur O. R. 398 γνώμῃ κυρήσας οὐδ' ἀπ' οἰωνῶν μαθών.

V. 400. Schol. προσθέσθαι· ἀντὶ τοῦ κατοικίσαι. χώρας· τῆς Θήβης.

V. 401. Schol. μηδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ· μηδὲ ἐᾶν σε, ὅπου ἂν σαυτοῦ ἐξουσιάσῃ. λείπει τὸ ἐᾶν ῥῆμα· ἢ ἀπὸ κοινοῦ τὸ προσθέσθαι. Ita vero commune est προσθέσθαι, ut post μηδέ ex προσθέσθαι sponte subaudiatur ἐᾶν. Cum Brunckio κρατοῖς scripsi pro κρατῇς. Sensus est: 'ubi te non in sua potestate habeant'.

V. 402. Schol. κατασκιῶσι· οἷον ἐν Θήβαις με χώσουσιν; cfr. Epigramm. Gr. ed. Kaib. p. 493 θανόντα . . γαῖα κατεσκίασεν et εὔσκίαστον infra v. 1707.

V. 403. Schol. τοὔμφυλον αἷμα· ὁ πατρῷος φόνος. Cfr. O. R. 101. Reisigius comparat Eur. Suppl. 148 Τυδεὺς μὲν αἷμα συγγενὲς φεύγων χθονός et huius fab. 600 sq. De verbis οὐκ ἐᾷ σε αἷμα, sc. κατασκιάζεσθαι etc., confert Neuius Ant. 538.

V. 404. οὐκ — μὴ κρατήσωσίν ποτε] 'Nunquam igitur me in sua potestate habebunt' vel potius 'habeant'. Cfr. v. 450. 649. 849. 1024. 1702 sq. Ai. 83. 560. Phil. 103. 381. Schol. εἰ οὐ θάπτουσί με ἐν Θήβῃ.

V. 405. Schol. βάρος· διὰ τὸ μὴ κατασχεῖν σε.

V. 406. Schol. ποίας φανείσης· ποίας αἰτίας γενομένης βλαβήσονται; ἀντὶ τοῦ· ὑπὸ θεῶν, ὑπὸ Ἐρινύων, ἢ ὑπὸ τίνος; Vide ad O. R. 34.

V. 407. τῆς σῆς ὑπ' ὀργῆς — τάφοις] I. e. ὑπὸ σοῦ ὀργισθέντος (sc. magna clade afficientur), ὅταν ἐν τῷ σῷ τύμβῳ στῶσιν, 'manes tui irati Thebanis, a quibus eiectus sis, cladem iis inferent, ubi in sepulcro tuo constiterint'. De re vide ad 453, de dativo not. extr. ad 309.

V. 409. ἀνδρῶν — ἑστίας] Recte Winsemius: 'a legatis, qui redierant ab ara Delphica'.

V. 410. ἐφ' ἡμῖν] Proprie 'quae ad me pertineant, i. e. de me'. Cfr. Phil. 1384. Alia exempla attulit Matth. § 586 ε.

V. 411. Usui accommodate Herwerdenus ὥς φασί γ' coniecit. Pro εἰς Θήβης πέδον sensui magis conveniat εἰς Θήβας πάλιν.

V. 414 sq. κᾆθ'] Vide 1005 et

*ΙΣΜ.* ἀλγῶ κλύουσα ταῦτ' ἐγώ, φέρω δ' ὅμως.
*ΟΙΔ.* ἀλλ' οἱ θεοί σφιν μήτε τὴν πεπρωμένην
ἔριν κατασβέσειαν, ἐν δ' ἐμοὶ τέλος
αὐτοῖν γένοιτο τῆσδε τῆς μάχης πέρι,
ἧς νῦν ἔχονται κἀπαναροῦνται δόρυ·
ὡς οὔτ' ἂν ὃς νῦν σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχει
μείνειεν, οὔτ' ἂν οὑξεληλυθὼς πάλιν
ἔλθοι ποτ' αὖθις· οἵ γε τὸν φύσαντ' ἐμὲ
οὕτως ἀτίμως πατρίδος ἐξωθούμενον
οὐκ ἔσχον, οὐδ' ἤμυναν· ἀλλ' ἀνάστατος
αὐτοῖν ἐπέμφθην, κἀξεκηρύχθην φυγάς.
εἴποις ἄν, ὡς θέλοντι τοῦτ' ἐμοὶ τότε
πόλις τὸ δῶρον εἰκότως κατήνεσεν.

Matth. § 603 extr. — **πάρος προύθεντο** ex abundantia dictum, tragicis valde frequentata; cfr. Lobeck. ad Ai. 741. Elmsl. ad Heracl. 141. Neuius comparat Eur. Heraclid. 201 *ἡ γὰρ αἰσχύνη πάρος τοῦ ζῆν παρ' ἐσθλοῖς ἀνδράσιν, νομίζεται.* De **τοὐμοῦ πόθου** vide ad 328. Eadem sententia enuntiata aliis verbis 444 sq.

V. 416. **φέρω δ' ὅμως**] 'Nuntio tamen'. Eo enim significatu saepe *φέρω*, ut Latinorum *fero*, a poetis dici iam ad Ai. 770 monuimus. Aptam dictionem habebis, si aut *ἀλγῶ φέρουσα .. φέρω δ' ὅμως* scribes aut cum Nauckio *ἀλγῶ λέγουσα .. λέγω δ' ὅμως.*

V. 418 sq. **ἐν δ' ἐμοὶ τέλος** etc.] Respondet **δὲ** particula **μήτε** particulae; cfr. Matth. § 609. Krueg. I § 69, 16, 6. Fortasse tamen ex Elmsleii coniectura **ἔν τ'** recipiendum. De **ἐν** praep. monitum ad 242, de addita **περὶ** praepositione conf. Matth. § 380 not. 4.

V. 420. **ἧς — δόρυ**] **κἀπαναροῦνται** scripsi pro **κἀπαναιροῦνται**, non cum Hermanno **κἀπαναίρονται**. Nam saepissime in libris eae formae verbi **αἴρω**, quae **ᾱρ** habent, in formas verbi **αἱρέω** vel alias deturpatae sunt. Sensus est: 'quam nunc committere parant, mox manus inter se conserturi'. Scholiasta: **κατ' ἀλλήλων ἐπαίρουσιν.** De conformatione orationis **ἧς ἔχ. κἀπ. δόρυ** confer O. R. 1246 sq., Ant. 531 sq. et ex Latinis Verg. Aen. IV 71 sq. *quam (cervam) procul incautam nemora inter Cresia fixit pastor agens telis, liquitque volatile ferrum nescius.* Krueg. I § 59, 2, 6.

V. 421. Schol. **εἰ γὰρ ἐν τῇ ἐμῇ ἐξουσίᾳ γένοιτο, οὐδὲ εἷς αὐτῶν ζήσεται.** De **ὡς** vide Matth. § 628, 3 b. — Verba **σκῆπτρα καὶ θρόνους** coniunxit poeta etiam infra 448. 1354; similiter **κράτη καὶ θρόνους** dixit Ant. 173 et O. R. 237.

V. 424. Cum dici soleat **ἄτιμον ἐκβάλλεσθαι, ἐξωθεῖσθαι, ἐξελαύνεσθαι** ut O. R. 670, Phil. 1028, Eur. Phoen. 627, 1761, Bacch. 1313, Med. 438, 1357, etiam hic **ἄτιμον** scribendum videtur.

V. 425. **ἔσχον**] I. e. **ἐκώλυσαν**, ut infra 888; de dictione **ἔσχον ἐξωθούμενον** vide Matth. § 555.

V. 426. Schol. **αὐτοῖν ἐπέμφθην· τὸ ἐφ' ἑαυτοῖς οὐκ ἐπήρκεσαν. ἐνῆν γὰρ αὐτοῖς τὸ ἐφ' αὐτοῖς τοῦτο πρᾶξαι, ὡς αὐτάρκως κεκολασμένον τῇ πηρώσει.** De dativo cfr. 444 et Matth. § 395. Krueg. I § 48, 15, 3.

V. 427 sq. **εἴποις ἂν — κατήνεσεν**] Dicit hoc respiciens ad ea, quae O. R. 1436 sqq. dixerat. Cfr. etiam huius fab. 765 sqq. Scholiasta: **θέλοντι· τὸ ἐξορισθῆναι.** De **τότε** Neuius Popponem ad Thucyd. I 101, Soph. Ant. 135

*οὐ δῆτ', ἐπεί τοι τὴν μὲν αὐτίχ' ἡμέραν,*
*ὁπηνίκ' ἔζει θυμός, ἥδιστον δέ μοι*
*τὸ κατθανεῖν ἦν καὶ τὸ λευσθῆναι πέτροις,*
*οὐδεὶς ἔρωτος τοῦδ' ἐφαίνετ' ὠφελῶν·*
*χρόνῳ δ', ὅτ' ἤδη πᾶς ὁ μόχθος ἦν πέπων,*
*κἀμάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι*
*μείζω κολαστὴν τῶν πρὶν ἡμαρτημένων,*
*τὸ τηνίκ' ἤδη τοῦτο μὲν πόλις βίᾳ*
*ἤλαυνέ μ' ἐκ γῆς χρόνιον· οἱ δ' ἐπωφελεῖν*
*οἱ τοῦ πατρὸς τῷ πατρὶ δυνάμενοι τὸ δρᾶν*
*οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλ' ἔπους σμικροῦ χάριν*
*φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἠλώμην ἐγώ.*
*ἐκ ταῖνδε δ' οὔσαιν παρθένοιν, ὅσον φύσις*
*δίδωσιν αὐταῖν, καὶ τροφὰς ἔχω βίου*
*κοίτης τ' ἄδειαν καὶ γένους ἐπάρκεσιν·*

et Ai. 650 confert. Adde quae nos ad Ai. 631 adnotavimus.

V. 432. *ἔρωτος τοῦδ' — ὠφελῶν*] Dindorfius, *ὠφελῶν*, inquit, cum genetivo constructum, quia significat *ἀπολαῦσαι ἐποίει*, ut explicat scholiasta. Sic *ὠφελεῖσθαι τοῦδε τοῦ νόμου* apud Antiphontem p. 131, 27. Alii verba corrupta putant et coniecit Pappageorgius *ἔρωτ' ἐς τόνδ' .. ὠφελῶν*, Meklerus *ἔρωτος τοῦδ' .. ἐφαίνετο στραφείς*, elegantius Herwerdenus *ἐρῶντα*.

V. 433. *χρόνῳ δ' — πέπων*] Hesychius: *πέπων· ἔκλυτος, ἀσθενής*. Cfr. *ὀργὴ πέπειρα* Trach. 728. De *χρόνῳ* monitum ad Philoct. 233. Tantum autem abest, ut in repetitis verbis *χρόνῳ* et (437) *χρόνιον* ulla sit offensio, ut magna sit venustas in vocabulo eo, cuius maximam vim esse voluit poeta, in initio et exitu eiusdem membri posito.

V. 434 sq. *κἀμάνθανον — ἡμαρτημένων*] 'Et cum intellexissem me ira abreptum maiores, quam pro delictis, poenas de me sumpsisse'. Nam *τῶν πρὶν ἡμ.* valet *ἢ κατὰ τὰ ἡμ.*; conf. O. R. 1374 et Matth. § 451. Patet autem effossos significari oculos.

V. 436. *τοῦτο μὲν*] Respondent his vers. sq. *οἱ δέ*. Conf. Matth. § 288 not. 2 extr.

V. 437. *χρόνιον*] Hesychius: *μετὰ πολὺν χρόνον*. Cfr. Matth. § 446, 8. Krueg. I § 57, 5, 7.

V. 438. *οἱ τοῦ πατρὸς*] Eo confirmatur pietatis officium. Itaque illi non solum potuisse (*δυνάμενοι*), sed etiam debuisse dicuntur patri opem ferre, quippe filii. REIS. De dativo vide Krueg. II § 46, 8, 2, de *τὸ δρᾶν* quae ad v. 47 adnotavimus et Matth. ad Eur. Hipp. 49 vel Gr. Gr. § 543 not. 2.

V. 439 sq. Recte Brunckius: 'qui patris causam suscipere debebant, potius quam eum verbulo defenderent, eum expelli passi sunt'. Hoc est enim illud leve verbum, quod satis fuisset ad defendendum ab exsilio Oedipum, si filii eius causam agere voluissent. Tantulo igitur neglecto officio, illis non invitis exterminatus est. REIS. Vide etiam Matth. § 576. — De *ἠλώμην σφιν* vide ad v. 426.

V. 441 sqq. *ἐκ ταῖνδε — ἐπάρκεσιν*] 'Ab his autem, quae virgines sint, quantum per sexum iis licet, et alimenta vitae consequor et cubile securum et praesidium, quod consanguineos (i. e. liberos) praestare convenit'. *κοίτης τ'* scripsi pro *καὶ γῆς*.

τὼ δ' ἀντὶ τοῦ φύσαντος εἱλέσθην θρόνους
καὶ σκῆπτρα κραίνειν καὶ τυραννεύειν χθονός.
ἀλλ' οὔ τι μὴ λάχωσι τοῦδε συμμάχου,
οὐδέ σφιν ἀρχῆς τῆσδε Καδμείας ποτὲ
ὄνησις ἥξει, τοῦτ' ἐγᾦδα, τῆσδέ τε
μαντεῖ' ἀκούων συννοῶν τε τάξ ἐμοῦ
παλαίφαθ', ἁμοὶ Φοῖβος ἤνεσέν ποτε.
πρὸς ταῦτα καὶ Κρέοντα πεμπόντων ἐμοῦ
μαστῆρα, κεἴ τις ἄλλος ἐν πόλει σθένει.
ἐὰν γὰρ ὑμεῖς, ὦ ξένοι, θέλησθ' ὁμοῦ

V. 444. **θρόνους** a verbo **εἱλέσθην**, non a **κραίνειν** aptum esse videtur. Cfr. Aesch. Ag. 1412 **νῦν μὲν δικάζεις ἐκ πόλεως φυγὴν ἐμοὶ καὶ μῖσος ἀστῶν δημόθρους τ' ἔχειν ἀράς.**

V. 445. *σκῆπτρα κραίνειν*] Cfr. Phil. 140 et quae ad eum locum adnotavi.

V. 446. *ἀλλ' — συμμάχου*] 'Sed nunquam me socium consequentur'. Est enim **λαγχάνειν τινός τινος** eo hic sensu usurpatum, quo vulgo **τυγχάνειν τινός τινος** (cfr. Advers. in Philoct. p. 83 sq.) dici solet. Eodem modo infra 1487 **κιχήσεται** usurpatum. Brunckius etiam hic **τύχωσι** scripsit; at vide Krueg. I § 47, 14. De **οὐ μὴ λάχωσι** vide ad v. 404. **οὐδέ** Elmsleius restituit pro **οὔτε**. Alii **οὔτε** servato antea **οὔ τι** in **οὔτε** mutant. Vide etiam ad El. 43.

V. 447 sq. *οὐδέ σφιν ἀρχῆς — ὄνησις ἥξει*] Vide quae ad v. 70 adnotata sunt.

V. 448 sqq. *ἥξει — ἤνεσέν ποτε*] Male vulgo post **ἥξει** punctum est positum. Immo **τοῦτ' ἐγᾦδα** ita additum praecedentibus est, ut pro adverbio affirmativo sit; vide quae ad v. 265 sq. adnotavi. Quanquam ab illis locis, quos ibi attuli, hic eo nomine differt, quod ex verbis **τοῦτ' ἐγὼ οἶδα** rursus apta sunt participia **ἀκούων** et **συννοῶν**. Verborum autem **τῆσδέ τε — ἤνεσέν ποτε** sensum hunc esse debere puto: 'cum ea quae Ismena attulit oracula cognita habens tum illa mecum effata reputans, quae Phoebus olim mihi edidit'. Priora oracula commemorata sunt v. 387 sqq., posteriora v. 87—95.

V. 449 sq. *τε τάξ* ex Heathii coni. posui pro scriptura vulgata *τά τ' ἐξ*. Tum versu sequente ipse restitui **ἤνεσεν** pro codicum scriptura **ἤνυσεν**. Saepe autem a librariis haec verba confusa sunt. Sed ne sic quidem persanatus hic locus est. Alienum ab hoc loco est et **τάξ ἐμοῦ**, pro quo requiritur **τἄμφ' ἐμοῦ** vel simile quid, et haeremus iure in verbis **τἄμφ' ἐμοῦ παλαίφατα** prorsus inutiliter additis.

V. 451. *πρὸς ταῦτα*] 'Quapropter'; vide ad O. R. 426. De locutione **πέμπω τινὰ μαστῆρά τινος** cfr. Philoct. 1438 **ἐγὼ δ' Ἀσκληπιὸν παυστῆρα πέμψω σῆς νόσου πρὸς Ἴλιον.**

V. 453 sqq. Schol. **εἰ ὑμεῖς συμβάλησθέ μοι, ἑαυτοῖς συμβάλλεσθε. χρησμὸς γὰρ ἦν, ὡς, εἰ Ἀθηναῖοι τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐγκρατεῖς γένωνται, ἔσοιτο αὐτοῖς ποτε σωτὴρ πολιορκουμένοις ὑπὸ Θηβαίων, εἴτε κατὰ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, εἴτε καθ' ἕτερον. ταῦτα δὲ εἰκὸς ποιητικώτερον ὑπὸ τοῦ Σοφοκλέους πεπλάσθαι ἐπὶ θεραπείᾳ τῶν Ἀθηναίων. πολλαχοῦ δὲ οἱ τραγικοὶ χαρίζονται ταῖς πατρίσιν ἔνια**, schol. ad Aristid. p. 560 ed. Dind. **στρατευσάντων δέ ποτε Θηβαίων κατὰ Ἀθηναίων ἐμφαίνεται Οἰδίπους Ἀθηναίοις κελεύων αὐτοὺς ἀντιπαρατάξασθαι Θηβαίοις θαρρούντως· καὶ**

προστάτισι ταῖς σεμναῖσι δημούχοις θεαῖς
ἀλκὴν ποεῖσθαι, τῇδε μὲν πόλει μέγαν
σωτῆρ' ἀρεῖσθε, τοῖς δὲ γῆς ἐχθροῖς πόνους.

ΧΟΡ. ἐπάξιος μέν, Οἰδίπους, κατοικτίσαι
αὐτός τε παῖδές θ' αἵδ'· ἐπεὶ δὲ τῆσδε γῆς
σωτῆρα σαυτὸν τῷδ' ἐπεμβάλλεις λόγῳ,
παραινέσαι σοι βούλομαι τὰ σύμφορα.

ΟΙΔ. ὦ φίλταθ', ὡς νυν πᾶν τελοῦντι προξένει.

ΧΟΡ. θοῦ νυν καθαρμὸν τῶνδε δαιμόνων, ἐφ' ἃς
τὸ πρῶτον ἵκου καὶ κατέστειψας πέδον.

ΟΙΔ. τρόποισι ποίοις; ὦ ξένοι, διδάσκετε.

ΧΟΡ. πρῶτον μὲν ἱρὰς ἐξ ἀειρύτου χοὰς
κρήνης ἐνεγκοῦ, δι' ὁσίων χειρῶν θιγών.

ΟΙΔ. ὅταν δὲ τοῦτο χεῦμ' ἀκήρατον λάβω;

**συμβαλόντες ἐνίκησαν αὐτούς.** Similes de aliis heroibus narrationes occurrunt saepius, ut Herod. VIII 39 et IX 83 sq., Plut. Thes. c. 35.

V. 453 sqq. *θέληθ' ὁμοῦ — ἀλκὴν ποεῖσθαι*] Similiter dictum Ai. v. 767 *θεοῖς μὲν κἂν ὁ μηδὲν ὢν ὁμοῦ κράτος κατακτήσαιτο.* Tum *ἀλκὴν ποιεῖσθαι* dictum ut *ἀλκὴν τιθέναι* v. 1624. Porro recte *ὁμοῦ θεαῖς*, i. e. *Ἐρινύσι*, dictum. Nam dearum illarum propitia voluntate opus erat, ne Atheniensium quod expetebat auxilium felici successu careret. DINDORF., qui *θέληθ' ὁμοῦ προστάτισι ταῖς* pro *θέλητέ μου πρὸς ταῖσι ταῖς* ex coniectura scripsit. Fortasse *θέλητέ μου πρὸς ταῖσδε ταῖς .. ἀλκὴν προθέσθαι* Sophocli reddenda sunt.

V. 456. *τοῖς δὲ γῆς* restituit Nauckius. La exhibet *τοῖς δ' ἐμῆς*. In aliis libris legitur *τοῖς δ' ἐμοῖς*, quibus vestigium bonae lectionis obliteratum esse patet.

V. 457. *ἐπάξιος — κατοικτίσαι*] Vide ad O. R. 750.

V. 458. *αὐτός τε παῖδές θ' αἵδ'*] Comparat Neuius 559, 952, 1152, Phil. 89.

V. 458 sqq. Schol. *ἐπεὶ δὲ τῆσδε γῆς· ὅτι δὲ σώζειν ὑπισχνῇ τὴν πόλιν, ὑποθέσθαι σοι βούλομαι τὰ χρήσιμα. Ἀττικῶς δὲ πάνυ τῇ συντάξει καὶ πιθανὴ λοιπὸν ἡ χάρις τῶν ἐγχωρίων ἀνδρῶν. παραινοῦσι γὰρ αὐτὸν καθαρσίων τυχεῖν, ἵνα ἧττόν πως ἐναγὴς φαίνοιτο.*

V. 459. *ἐπεμβάλλεις*, quod interpretantur 'ingeris', mire dictum. Nauckius coniecit *ἐπαγγέλλῃ*.

V. 461. Schol. *ὡς φῄς, προξένει μοι καὶ πάρεχε τὰ χρήσιμα· οὐ γὰρ ὀκνήσαιμι τελεῖν.* Cfr. O. R. 1449 et Trachin. 728. *τελοῦντι* participium futuri esse patet.

V. 462. *θοῦ καθαρμὸν τῶνδε δαιμ.*] Poetice dictum pro *κάθαιρε τάσδε δαίμονας*. Sic infra 542 sq. *ἔθου φόνον πατρός*. 1139 *μῆκος τῶν λόγων ἔθου*.

V. 463. *κατέστειψας*] Cum La *κατέστιψας* et in marg. *γρ. κατάστειψον*, alii libri *κατέστεψας* vel *κατέστειψας* exhibeant, insolentia formae *κατέστειψας* complures editores commoti sunt, ut *κατάστειψον* reciperent et 'sacra fer in solum Furiarum' interpretarentur. At causa purgationis, quod Oedipus nemus inaccessum ingressus erat, non debebat sileri. — *πέδον* scil. *αὐτῶν*, quod loco relativi *ὧν* poni solet.

V. 466. *δι' ὁσίων — θιγών*] I. e. lotis manibus.

V. 467. Schol. *ἀντὶ τοῦ καὶ ὅταν ἀρύσωμαι, τί πράξω;* Cum verbis *χεῦμ' ἀκήρατον* comparat

*ΧΟΡ.* κρατῆρές εἰσιν, ἀνδρὸς εὔχειρος τέχνη,
ὧν κρᾶτ' ἔρεψον καὶ λαβὰς ἀμφιστόμους.
*ΟΙΔ.* θαλλοῖσιν, ἢ κρόκαισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ;
*ΧΟΡ.* οἰὸς νεώρους εὐπόκῳ μαλλῷ λαβών.
*ΟΙΔ.* εἶεν· τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή;
*ΧΟΡ.* χοὰς χέασθαι στάντα πρὸς πρώτην ἕω.
*ΟΙΔ.* ἦ τοῖσδε κρωσσοῖς, οἷς λέγεις, χέω τάδε;
*ΧΟΡ.* τρισσάς γε πηγάς· τὸν τελευταῖον δ' ὅλον.
*ΟΙΔ.* τοῦ τόνδε πλήσας θῶ; δίδασκε καὶ τόδε.

Dindorfius verba Homerica (Il. XXIV 303) ὕδωρ ἀκήρατον.

V. 468. κρατῆρες] Haud dubie λάϊνοι, ut in Hom. Od. XIII 105. — τέχνη, 'opus arte factum'; vide Schaefer. ad Long. p. 362. DOED. Scholiasta a Daedalo facta illa pocula tradit. Addit Dindorfius: Aptum huiusmodi artifici epitheton. Veterem statuarium, cui Εὔχειρ nomen fuerit, memorant Pausanias aliique, quos Boeckhius in Corp. Inscript. Vol. I p. 916 attulit.

V. 469. λαβὰς ἀμφιστόμους] Quales hae intellegendae sint, dubitat scholiasta. Analogia ansas significari postulat in utraque craterum parte pervias, ut manus inseri posset. HERM. Videntur potius ansae ita perviae fuisse, ut ex cratere eis aqua effundi posset.

V. 470. κρόκαισιν] 'filis laneis'. MUSGR. — ποίῳ τρόπῳ, subaudi ἄλλῳ. Eodem modo Eur. Hec. 1254. Pors. Sic Latini scriptores *quonam modo*, h. e. 'quonam alio modo'. Vid. Goerenzius ad Cic. Acad. I p. 64. SCHAEF.

V. 471. νεώρους scripsit Musgravius, εὐπόκῳ Valckenarius. Libri νεαρᾶς et οἰνεοτόκωι superscr. οἰοπόκωι vel νεοτόκωι. Ex Canteri coniectura νεοπόκῳ recipi solet; sed quod in οἰνεοτόκωι et οἰοπόκωι latet οἰπόκωι nihil aliud quam εὐπόκῳ esse apparet, idque poetico dicendi generi vel maxime convenit. — De participio λαβών dativo adiecto cfr. Aristoph. Av. 56 σὺ δ' οὖν λίθῳ κόψον λαβών.

V. 472. τὸ δ' ἔνθεν] 'Quod reliquum est', sive 'quod deinde faciendum est'. Sic τἀντεῦθεν Phil. 817. De ποῖ cfr. 227.

V. 473. Schol. πρὸς πρώτην ἕω· πρὸς τὴν ἀνατολήν. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰς ἐκθύσεις πρὸς ἥλιον ἐποιοῦντο. καθάπερ καὶ ἐν Ἠλέκτρᾳ (424)· 'τοιαῦτά του παρόντος, ἡνίχ' ἡλίῳ δείκνυσι τοὔναρ ἔκλυον ἐξηγουμένου'. καὶ οἱ τοὺς καθαρμοὺς δὲ ἐπιτελοῦντες πρὸς τὴν ἕω ἵστανται. Κρατῖνος ἐν Χείρωνι· 'ἄγε δὴ πρὸς ἕω πρῶτον ἁπάντων ἵστω, καὶ λάμβανε χερσὶν σχῖνον μεγάλην'.

V. 474. ἦ τοῖσδε — χέω τάδε;] Hoc dicit: 'his, quae dixisti, poculis hanc, quam hauriendam dixisti, aquam effundam?'

V. 475. τρισσάς γε πηγάς] Sc. 'effunde', i. e., ut recte interpretatus est Brunckius, 'ternos liba latices', nobis 'und zwar drei Güsse', sive 'und zwar in drei Güssen'. Sic Ai. 78, huius fab. 196, 535. De usu vocabuli πηγή confer Electr. 895. Ex eo autem, quod numerus ternarius sacer erat, (in quam rem comparant Homer. Od. λ, 26. Aesch. Agam. 1386 τρίτην ἐπενδίδωμι. Soph. Ant. 431 χοαῖσι τρισπόνδοισι. Schwenk. ad Choeph. 548. Obbarium ad Hor. Epist. I 1, 37. J. H. Voss. ad Verg. Ecl. VIII 73) pariter atque ex verbis additis, τὸν τελευταῖον δ' ὅλον, certo mihi apparere videtur, id quod unus adhuc intellexit Bothius, tria pocula effundenda Oedipo fuisse, duo aqua pura impleta, tertium aqua mulsa, quod totum effundi chorus iubet.

V. 476. τοῦ τόνδε πλήσας θῶ;] 'Quanam re hunc impletum

*ΧΟΡ.* ὕδατος, μελίσσης· μηδὲ προσφέρειν μέθυ.
*ΟΙΔ.* ὅταν δὲ τούτων γῆ μελάμφυλλος τύχῃ;
*ΧΟΡ.* τρὶς ἐννέ' αὐτῇ κλῶνας ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν
τιθεὶς ἐλαίας τάσδ' ἐπεύχεσθαι λιτάς.
*ΟΙΔ.* τούτων ἀκοῦσαι βούλομαι. μέγιστα γάρ.
*ΧΟΡ.* ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν
στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον
αἰτοῦ σύ τ' αὐτός, κεἴ τις ἄλλος ἀντὶ σοῦ,
ἄπυστα φωνῶν μηδὲ μηκύνων βοήν.

statuam?' scilicet antequam libem. Conicit autem Oedipus, quia ultima libatione totus crater effundendus sit, hanc libationem a prioribus diversam esse, unde quaerit, quid ex isto cratere effundi oporteat. HERM. Valde inutile videtur θῶ, ut poetam φθῶ scripsisse putem i. e. 'qua re prius impleam?'

V. 477. Schol. ὕδατος, μελίσσης· ὕδατος καὶ μέλιτος. ἀπὸ γὰρ τοῦ ποιοῦντος τὸ ποιούμενον. βούλεται δὲ λέγειν τὸ μελίκρατον. λείπει ὁ καί. De omissa copula vide ad Ant. 1059 sq., de usu vocis μέλισσα Musgrav. ad Trach. 709, Lob. ad Phryn. p. 187 et Herm. in Wolfii Anal. Vol. II P. I p. 67 sqq.

Ibid. Schol. μηδὲ προσφέρειν μέθυ· ἄοινοι γὰρ αἱ θεαί. Vide ad 100. Infinitivus ut mox v. 484 ἐπεύχεσθαι, v. 490 ἀφέρπειν pro imperativo est.

V. 478. γῆ μελάμφυλλος] 'Arboribus densa', i. e. 'nemus'. Aristoph. Thesm. v. 1006 μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια. ELMSL.

V. 479 sq. τρὶς ἐννέ' αὐτῇ etc.] De dativo loci αὐτῇ vide ad 309, de locutione ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν ad Philoct. 91. Ceterum recte Hermannus: operiri iubet locum, in quo profusa sit libatio, ramis oleaginis ordine, ut alii a dextra, alii ab sinistra imponantur.

V. 482 sqq. ὥς σφας — ἀντὶ σοῦ] I. e. 'quo nos cognomine deas illas (466) appellamus Benevolarum (proprio enim nomine Ἐριννύων eas appellare (129) horrescebant), eo appellans, ut animo benevolo supplicem te excipiant sospitentque, aut ipse tu ora, aut si quis alius vice tua'. Verba ἐξ εὐμενῶν στέρνων eodem modo dicta quo paullo ante ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν.

V. 483. σωτήριον] Significatione passiva dictum pro σῶν esse iam alii viderunt. Dindorfius conferri iubet L. Dindorfium in Thesauro Vol. VII p. 1744, qui cum Bakio σωτηρίους coniecit.

V. 484. σύ τ' αὐτός, κεἴ τις] Sic 455 sq. καὶ Κρέοντα —, κεἴ τις ἄλλος, Ant. 328 ἐὰν ληφθῇ τε καὶ μή.

Ibid. ἄλλος ἀντὶ σοῦ] 'Alius tua vice', cum ἄλλος σοῦ sit 'alius quam tu'. Apparet hoc ex El. 583 εἰ γὰρ κτενοῦμεν ἄλλον ἀντ' ἄλλου, aliisque locis similibus. Exempla huius locutionis attulerunt Pflugk. ad Eur. Hel. 574 et Matth. § 366 not. 1. Vide etiam quae ad Ant. 182 adnotavimus.

V. 485. Schol. ἄπυστα φωνῶν· ἀνήκουστα. ἀντὶ τοῦ ἠρέμα . . Τοῦτο ἀπὸ τῆς δρωμένης θυσίας ταῖς Εὐμενίσι φησί· μετὰ γὰρ ἡσυχίας τὰ ἱερὰ δρῶσι. Καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἀπὸ Ἡσύχου θύουσιν αὐταῖς, καθάπερ Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην φησὶν οὕτω· 'τὸ δὲ τῶν εὐπατριδῶν γένος οὐ μετέχει τῆς θυσίας ταύτης'. Εἶτα ἑξῆς· 'τῆς δὲ πομπῆς ταύτης * Ἡσυχίδαι, ὃ δὴ γένος ἐστὶ παρὰ τὰς σεμνὰς θεὰς καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει, καὶ προθύονται πρὸ τῆς θυσίας κριὸν Ἡσύχῳ ἱερόν, ἥρῳ τοῦτον οὕτω καλοῦντες διὰ γὰρ (l. διά τινα) εὐφημίαν.' Vide ad 129 sqq. ed. meae. Idem gravius incutitur

ἔπειτ' ἀφέρπειν ἄστροφος. καὶ ταῦτά σοι
δράσαντι θαρσῶν ἂν παρασταίην ἐγώ,
ἄλλως δὲ δειμαίνοιμ' ἄν, ὦ ξέν', ἀμφὶ σοί.
*ΟΙΔ.* ὦ παῖδε, κλύετον τῶνδε προσχώρων ξένων;
*ΑΝΤ.* ἠκούσαμέν τε, χὤ τι δεῖ πρόσταδσε δρᾶν.
*ΟΙΔ.* ἐμοὶ μὲν οὐχ ὁδωτά. λείπομαι γὰρ ἐν
τῷ μήτε σωκεῖν μήθ' ὁρᾶν, δυοῖν κακοῖν.
σφῷν δ' ἁτέρα μολοῦσα πραξάτω τάδε.
ἀρκεῖν γὰρ οἶμαι κἀντὶ μυρίων μίαν
ψυχὴν τάδ' ἐκτίνουσαν, ἢν εὔνους παρῇ.
ἀλλ' ἐν τάχει τοι πράσσετον· μόνον δέ με
μὴ λείπετ'. οὐ γὰρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας
ἔρημον ἕρπειν οὐδ' ὑφηγητοῦ δίχα.
*ΙΣΜ.* ἀλλ' εἶμ' ἐγὼ τελοῦσα· τὸν τόπον δ' ἵνα
χρῆσταί μ' ἐφευρεῖν, τοῦτο βούλομαι μαθεῖν.
*ΧΟΡ.* τοὐκεῖθεν ἄλσους, ὦ ξένη, τοῦδ'· ἢν δέ του
σπάνιν τιν' ἴσχῃς, ἔστ' ἔποικος, ὃς φράσει.

Oedipi animo verbis *μηδὲ μηκύνων βοήν* (vide ad 393 ed. meae), i. e. 'non alta voce'. Apte confert Doederlinus Homericum *μακρὸν ἄυσεν*. Adde fragm. ab schol. ad Soph. El. 1437 conservatum ⟨*εἰς οὖς*⟩ *λαλεῖν δεῖ μηδὲ μηκύνειν λόγον*.

V. 486. *ἄστροφος*] I. e. 'averso vultu'. Musgravius comparat Aesch. Choeph. 97, ubi videatur Stanleius, et Verg. Ecl. VIII 102 *fer cineres — transque caput iace; nec respexeris*.

V. 487 sq. Schol. *δράσαντι· ὡς καθαρθέντι. ἄλλως δέ· μὴ καθαρθέντι.*

V. 491. *ὁδωτά*] Attice pro *ὁδωτόν*. Vide scholiastam ad 883. *Λείπομαι — ὁρᾶν*, 'deficior enim (scil. facultate eundi) et propter imbecillitatem senilem et propter caecitatem'. De *ἐν* praepositionis usu ad Phil. v. 61 expositum est.

V. 492. *μήτε σωκεῖν* ex Dindorfii coniectura restitui. Libri *μὴ δύνασθαι*. Cfr. Hesych. *σωκεῖ· ἰσχύει.*

V. 494 sq. *ἀρκεῖν γὰρ* etc.] De sententia huius loci confert Schneidewinus Eurip. fr. 940 *εὖ ἴσθ', ὅταν τις εὐσεβῶν θύῃ θεοῖς, κἂν σμικρὰ θύῃ, τυγχάνει σωτηρίας.* Hor. Carm. III 23, 17 *immunis aram si fatigel manus, non sumptuosa blandior hostia mollivit aversos penates farre pio et saliente mica.* Anaximenis Rhet. c. 2 p. 180, 20 *οὐκ εἰκὸς τοὺς θεοὺς χαίρειν ταῖς δαπάναις τῶν θυομένων, ἀλλὰ ταῖς εὐσεβείαις τῶν θυόντων.*

V. 496. *τοι* pro *τι* restituit Bornemannus. Schneidewinus coniecit *τῳ*, ut est Ai. 858 *σὺν τάχει τινι*, Aesch. Sept. 459 *σὺν τύχῃ δέ τῳ*, Cho. 138 *σὺν τύχῃ τινί.*

V. 497 sq. *δίχα* ex Hermanni coniectura recepi pro vulgato *δ' ἄνευ*, quod ex *δίχα* et suprascripta interpretatione *ἄνευ* ortum esse videtur. Schol. *οὐδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ· ἄνευ χειραγωγοῦ. Ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ ἕρπειν· οὐκ ἰσχύω βαδίζειν.* Hoc dicit, et imbecillum se esse ita, ut non innixus aliquo comite progredi nequeat, et caecum, ut sine duce, qui praeeat, eo, quo tendere debeat, pervenire non possit.

V. 501 sq. *τοὐκεῖθεν ἄλσους*]

ΙΣΜ. χωροῖμ' ἂν εἰς τόδ'· Ἀντιγόνη, σὺ δ' ἐνθάδε
φύλασσε πατέρα τόνδε. τοῖς τεκοῦσι γὰρ
οὐδ' εἰ πονῇ τις, δεῖ πόνου μνήμην ἔχειν.

(στροφὴ α'.)

ΧΟΡ. δεινὸν μὲν τὸ πάλαι κείμενον [ἤ-
δη κακόν], ὦ ξεῖν', ἐπεγείρειν·
ὅμως δ' ἔραμαι πυθέσθαι
ΟΙΔ. τί τοῦτο;
ΧΟΡ. τᾶς δειλαίας ἀπόρου φανείσας
ἀλγηδόνος, ᾇ ξυνέστας.
ΟΙΔ. μὴ πρὸς ξενίας ἀνοίξῃς
τᾶς σᾶς, πέπον, ἔργ' ἀναιδῆ.

De locutione τὸ ἐκεῖθεν vide Matth. § 283, de genetivo ab ἐκεῖθεν pendente eundem § 324, 8. Nobis est τοὐκεῖθεν ἄλσους τοῦδε 'auf jener Seite dieses Haines'. — ἔποικος intellegendus est aedituus.

V. 503. Ἀντιγόνη, σὺ δ'] Sic Ai. 1409 παῖ, σὺ δέ. El. 150 ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν. Vide ad v. 232.

V. 504 sq. Schol. τοῖς τεκοῦσι γάρ· ὅταν τις ὑπὲρ γονέων πονῇ, μὴ ἡγείσθω πόνον εἶναι τὸν κάματον. De dativo compara Ai. 1366, 1367, 1380, 1415. πονῇ ex optimo libro La qui habet πονῆ restitui. Coniunctivum enim communis sententia requirit. Cfr. 1443 et Krueg. I § 54, 12, 3.

V. 506—547. κομματίοις antistrophice conformatis flagitanti choro quae fuerit insanabilis miseriae causa, non sine summo dolore et de nuptiis incestis et de patris caede commemorat ita ut nec sua sponte et inscium flagitia illa se commisisse ostendat.

V. 506 sqq. Schol. δεινὸν μὲν τὸ πάλαι· τῆς Ἰσμήνης ἀποστάσης, ὁ χορὸς ἐρωτᾷ τὸν Οἰδίποδα, καί φησι τὸ ἐπεγείρειν μὲν καὶ ἀνακινεῖν τὰ πάλαι συμβάντα δυσχερές· ὅμως δὲ μαθεῖν ἐπιθυμῶ τὴν αἰτίαν τῆς πηρώσεως· καὶ ἔστι παθητικά. Καλλίμαχος· 'τί δάκρυον εὗδον ἐγείρεις;' Cfr. Plat. Phileb. p. 15 C κράτιστον .. μὴ κινεῖν εὖ κείμενον, Theogn. 423 πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδον (l. εὗδον) ἄμεινον. Verba ἤδη κακόν et in v. antistr. 521 ἤνεγκον et μέν expunxit Nauckius et concinnitatis et sensus causa.

V. 509. τί τοῦτο;] Sc. ἔρασαι πυθέσθαι.

V. 510 sq. τᾶς — ξυνέστας] Genetivus pendet a πυθέσθαι. Cfr. ad El. 35 et Matth. § 349 not. 2. Brambachius coniecit τὰ δειλαίας. Tum ἄπορος ἀλγηδών idem fere atque ἀμήχανον ἄλγος El. 140, cui simile est νόσος ἀμήχανος Ant. 363, significat, i. e. 'immedicabilem, infandum dolorem'. Adde ἄπορα πάθη Phil. 854. — Porro de locutione ἀπόρου φανείσας dictum ad Philoct. 744. Postremo ᾇ ξυνέστας eodem sensu dictum, quo ξυνεῖναι ἄλγει dicitur, de qua locutione monitum ad Philoct. 266.

V. 512 sq. Schol. μὴ πρὸς ξενίας· μὴ πρὸς τῆς σῆς ξενίας ἀναπτύξῃς μου τὰ ἀναιδῆ ἔργα.

Ibid. πέπον ex coniectura Bothii scripsi. Libri πέπονθ'. Pro ἀναιδῆ Nauckius ἄναυδα coniecit; sed ἔργ' ἀναιδῆ sunt facinora pudori adversaria, quorum mentione rubor efficiatur.

*ΧΟΡ.* τό τοι πολὺ καὶ μηδαμὰ λῆγον
χρήζω, ξεῖν', ὀρθὸν ἄκουσμ' ἀκοῦσαι.
*ΟΙΔ.* ὤ μοι.
*ΧΟΡ.* στέρξον, ἱκετεύω.
*ΟΙΔ.* φεῦ, φεῦ.
*ΧΟΡ.* πείθου· κἀγὼ γὰρ ὅσον σὺ προσχρῄζεις.

(ἀντιστροφὴ α'.)

*ΟΙΔ.* ἤνεγκον κακότατ', ὦ ξένοι, [ἤ-
νεγκον] ἄκων [μέν], θεὸς ἴστω,
τούτων δ' ἀκάθαρτον οὐδέν.
*ΧΟΡ.* ἀλλ' ἐς τί;
*ΟΙΔ.* κακᾷ ποινᾷ πόλις οὐδὲν ἴδριν
γάμων ἐνέδησέ μ' ἄτᾳ.
*ΧΟΡ.* ἦ ματρόθεν, ὡς ἀκούω,
δυσώνυμα λέκτρ' ἐπάσω;
*ΟΙΔ.* ὤ μοι, θάνατος μὲν τάδ' ἀκούειν,

V. 514 sq. *τό τοι — ἀκοῦσαι*] 'Quae late dissipata est neque desinit dissipari auditionem audire a te comprobatam cupio'. De *πολὺ* vide ad 301. — *ξεῖν'* cum Neuio scripsi pro *ξέν'*.

V. 517. Schol. *στέρξον, ἱκετεύω· στέρξον ἃ λέγω· καὶ μὴ ἀποστραφῇς τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, ὅ ἐστι, πρόσδεξαί με.* Cfr. Philoct. 538, Trach. 992. Recte Reisigius: '*ergieb dich darein*'.

V. 519. *κἀγὼ γὰρ*] scilicet *πείθομαι.*

V. 520. *ἤνεγκον κακότατ'*] Recte Doederlinus *κακότητα φέρειν* interpretatus est 'auctorem malorum' sive 'calamitatum esse', nobis '*Unheil stiften*', comparans Hom. Il. XII 332 *τοῦ γὰρ δὴ πρὸς πύργον ἴσαν κακότητα φέροντες,* et Euen. ap. Stob. Flor. XLIX p. 354 *πρὸς σοφίᾳ μὲν ἔχειν τόλμαν μάλα σύμφορόν ἐστι, χωρὶς δὲ βλαβερὴ καὶ κακότητα φέρει.*

V. 521. Campbellius coniecit *θεὸς ἴστωρ.* Cfr. El. 850 *κἀγὼ τοῦδ' ἴστωρ.*

V. 522. *ἀκάθαρτον* pro *αὐθαίρετον* et concinnitatis antistr. et sententiae causa reposui cum Nauckio. De *ἀκάθαρτον* quod est 'inexpiatum, impurum' cfr. O. R. 256 *ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν,* scil. *τὸ πρᾶγμα.*

V. 523. *ἀλλ' ἐς τί;*] Intellegit Musgravius *κακότητα ἤνεγκας,* malim *οὐδὲν τούτων ἀκάθαρτόν ἐστι.*

V. 524 sq. *κακᾷ ποινᾷ* pro *κακᾷ μὲν (μ') εὐνᾷ* et *ἐνέδησέ μ'* pro *ἐνέδησεν* scripsi. Sensus est: 'Prava remuneratione inscium me matrimonii noxae' sive 'matrimonio noxiosissimo implicuit'. De *κακᾷ ποινᾷ* cfr. Aesch. Prom. 239 *τοιάδ' . . ὠφελημένος κακαῖσι ποιναῖς ταῖσδέ μ' ἐξημείψατο.* Patet significari Iocastam Oedipo pro soluto Sphingis aenigmate redditam. De verbo *ἐνέδησε* confer Hom. Il. II 111 *Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ.*

V. 526 sq. *ἦ ματρόθεν — ἐπάσω*] 'Matrisne torum, ut audivi, infamem possedisti?' Adiectivum *δυσώνυμα* quasi proleptice additum. De *ματρόθεν* confer *πατρόθεν* v. 215. — *ἐπάσω* ex Nauckii coniectura recepi pro *ἐπλήσω.* Pro *λέκτρ'* Gleditschius *τέκν'* scribendum esse suspicatus est.

V. 528. *θάνατος μὲν*] Simillime Ai. 215 *θανάτῳ γὰρ ἴσον πάθος ἐκπεύσῃ.*

ὦ ξεῖν'· αὗται δὲ δύ' ἐξ ἐμοῦ μὲν
ΧΟΡ. πῶς φής;
ΟΙΔ. παῖδε, δύο δ' ἄτα
ΧΟΡ. ὦ Ζεῦ.
ΟΙΔ. ματρὸς κοινᾶς ἀπέβλαστον ὠδῖνος.

(στροφὴ β'.)

ΧΟΡ. αὗται γὰρ ἀπόγονοι τεαί;
ΟΙΔ. κοιναί τε πατρὸς ἀδελφεαί.
ΧΟΡ. ἰώ.
ΟΙΔ. ἰὼ δῆτα μυρίων γ' ἐπιστροφαὶ κακῶν.
ΧΟΡ. ἔπαθες
ΟΙΔ. ἔπαθον ἄλαστ' ἔχειν.
ΧΟΡ. ἔρεξας
ΟΙΔ. οὐκ ἔρεξα.
ΧΟΡ. τί γάρ;
ΟΙΔ. ἐδεξάμην
δῶρον, ὃ μήποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος
ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι.

(ἀντιστροφὴ β'.)

ΧΟΡ. δύστανε, τί γάρ; ἔθου φόνον

V. 529—533. **αὗται δὲ — ὠδῖνος**] Hermannus 'Hae vero, duae ex me filiae, sed duae noxae, matris communis editae sunt partu'. Noxas autem dici filias patet propter incestum cum matre conubium. In v. 529 **μὲν** addidi cum Elmsleio et in v. 531 **παῖδε** ex eiusdem coniectura scripsi pro **παῖδες**. Hoc servato Bergkius in v. strophico 517 **στέρξον σ'** proponebat.

V. 534 sq. **αὗται — ἀδελφεαί**] Sic ex Hermanni coniectura hos duo versus scripsi pro *ΧΟ.* **σαί τ' ἄρ' εἰσὶν ἀπόγονοί τε καὶ κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί**, nisi quod pro **γε** cum Meinekio **τε** restitui. Alii alia coniecerunt. Adnotat Hermannus: Quaeret quispiam, cur dicat chorus: 'haecine igitur sunt filiae tuae?' cum ei de ea re satis constet. Nempe non illa nescientis, sed stupentis interrogatio est, quae vim habet exclamationis.

V. 535. **κοιναὶ ἀδελφεαί** sunt **συγκασίγνηται**. Vide quae ad Ant. 1 ed. quint. adnotavi.

V. 536. Schol. **ἐπιστροφαί· συναθροίσεις, πλῆθος**. Musgravius 'vortices', Doederlinus 'impetus' coll. 1045 interpretatur.

V. 537 sq. **ἔπαθες — ἔρεξας**] Recte Hermannus: Quod chorus dicere in mente habet, hoc est: **ἔπαθες ἄλαστα, ἔρεξας ἀνόσια.** — Parum aptum videtur **ἔχειν**, aptius **ὀχεῖν**, ut est Hom. Od. VII 211 **ὀχέοντας ὀιζύν**. Blaydesius coniecit **ἄχη**.

V. 538 sqq. **ἐδεξάμην — ἐξελέσθαι**] Scholiasta **ἐπωφέλησα** pro **ὤφελον** (sive potius **ἐπωφείλησα**) dictum accipit, usu singulari. Hermannus sic explicat: **ἐπωφέλησα τὴν πόλιν, ὥστε μήποτε αὐτῆς ἐξελέσθαι τοῦτο τὸ δῶρον.** Quod non puto Graecos lectores intellecturos fuisse. DINDORF. Madvigius **ἐπωφείλησα** reponit coll. Thuc. VIII 5 et in v. antistr. 547 **νόμῳ δή** scribit.

V. 541. **δύστανε** etc.] Non cur

ΟΙΔ. τί τοῦτο; τί δ' ἐθέλεις μαθεῖν;
ΧΟΡ. πατρός;
ΟΙΔ. παπαῖ, δευτέραν ἔπαισας, ἐπὶ νόσῳ νόσον.
ΧΟΡ. ἔκανες
ΟΙΔ. ἔκανον. ἔχει δέ μοι
ΧΟΡ. τί τοῦτο;
ΟΙΔ. πρὸς δίκας τι.
ΧΟΡ. τί γάρ;
ΟΙΔ. ἐγὼ φράσω.
καὶ γὰρ ἄν, οὓς ἐφόνευσ', ἔμ' ἀπώλεσαν·
νόμῳ δὲ καθαρός, ἄϊδρις ἐς τόδ' ἦλθον.
ΧΟΡ. καὶ μὴν ἄναξ ὅδ' ἡμὶν Αἰγέως γόνος,
Θησεὺς κατ' ὀμφὴν σὴν ἐφ' ἀστάλη πάρα.

ΘΗΣΕΥΣ.

Πολλῶν ἀκούων ἔν τε τῷ πάρος χρόνῳ
τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθορὰς

occiderit patrem Oedipus, sed num occiderit, interrogat Chorus. Τί γάρ refertur ad δύστανε, et idem fere est, ac si dicas 'profecto'. Vide ad Vig. p. 729. HERM.

V. 543. δευτέραν — νόσον] I. e. δευτέραν πληγὴν ἔπαισας, quibus apposita sunt ἐπὶ νόσῳ νόσον. De voc. νόσος vulneris, quasi plagae, significatum habente vide O. R. 61, Ant. 421, de ἐπὶ νόσῳ cfr. Matth. § 586.

V. 544 sq. ἔχει δέ μοι πρὸς δίκας τι] Hermannus: 'habet ea res mihi aliquid veniae a facti iustitia'.

V. 546. ἄν, οὓς ἐφόνευσ', ἔμ' ἀπώλεσαν ex Mekleri coniectura pro ἄλλους ἐφόνευσα καὶ ἀπώλεσα scripsi. Antea vulgabatur vel ἄνους ex Porsoni vel ἁλοὺς ex Hermanni et καὶ ὤλεσα ex Bothii coniectura.

V. 547. νόμῳ δὲ καθαρός, ἄϊδρις] νόμῳ καθαρὸς homicidii, ἄϊδρις parricidii excusationem contineri monet Doederlinus. Nam quod Laium, patrem esse ignorans, interfecit, lacessitus fecit, ut crimini ei verti non posset, secundum legem veterem: ὃς ἂν ἀμύνηται τὸν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντα ἀθῷον εἶναι, apud Apollodorum II 4, 9. DINDORF. Deinde ut Sophocles dixit ἐς τόδ' ἦλθον, similiter Cicero dixit ad Atticum II 17: *numquam huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent.*

V. 549. ἐφ' ἀστάλη] I. e. ἐπὶ ταῦτα, ἐφ' ἃ ἐστάλη. Apte contendit Dindorfius, qui ἐφ' ἀστάλη pro ἀπεστάλη restituit, Eurip. Bacch. 454 ἐφ' ὅπερ εἰς Θήβας πάρει.

V. 551. Nauckius spurium hunc versum esse putat ut paene integrum depromptum ex Eur. Phoen. 870 αἵ θ' αἱματωποὶ δεργμάτων καταφθοραί et in v. 553 ἐν ταῖσδε λεύσσων scribit. Sed similitudo versus Euripidei nihil suspicionis movet et licet Theseus non solum de oculis, sed etiam de vestimento (cfr. v. 554) acceperit, tamen nihil obstat, quin hoc primo loco unum id enarretur, quod maxime attinet ad agnitionem illius quodque inprimis regis animum commovet. Alterum ἀκούων autem recte se habere ex collocatione verborum πολλῶν ἀκούων

ὦ ξεῖν᾽· αὗται δὲ δύ᾽ ἐξ ἐμοῦ μὲν
ΧΟΡ. πῶς φῄς;
ΟΙΔ. παῖδε, δύο δ᾽ ἄτα
ΧΟΡ. ὦ Ζεῦ.
ΟΙΔ. ματρὸς κοινᾶς ἀπέβλαστον ὠδῖνος.

(στροφὴ β΄.)

ΧΟΡ. αὗται γὰρ ἀπόγονοι τεαί;
ΟΙΔ. κοιναί τε πατρὸς ἀδελφεαί.
ΧΟΡ. ἰώ.
ΟΙΔ. ἰὼ δῆτα μυρίων γ᾽ ἐπιστροφαὶ κακῶν.
ΧΟΡ. ἔπαθες
ΟΙΔ. ἔπαθον ἄλαστ᾽ ἔχειν.
ΧΟΡ. ἔρεξας
ΟΙΔ. οὐκ ἔρεξα.
ΧΟΡ. τί γάρ;
ΟΙΔ. ἐδεξάμην
δῶρον, ὃ μήποτ᾽ ἐγὼ ταλακάρδιος
ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι.

(ἀντιστροφὴ β΄.)

ΧΟΡ. δύστανε, τί γάρ; ἔθου φόνον

V. 529—533. **αὗται δὲ — ὠδῖνος**] Hermannus 'Hae vero, duae ex me filiae, sed duae noxae, matris communis editae sunt partu'. Noxas autem dici filias patet propter incestum cum matre conubium. In v. 529 **μὲν** addidi cum Elmsleio et in v. 531 **παῖδε** ex eiusdem coniectura scripsi pro **παῖδες**. Hoc servato Bergkius in v. strophico 517 **στέρξον σ᾽** proponebat.

V. 534 sq. αὗται — ἀδελφεαί] Sic ex Hermanni coniectura hos duo versus scripsi pro *ΧΟ.* σαί τ᾽ ἄρ᾽ εἰσὶν ἀπόγονοί τε καὶ **κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί**, nisi quod pro **γε** cum Meinekio **τε** restitui. Alii alia coniecerunt. Adnotat Hermannus: Quaeret quispiam, cur dicat chorus: 'haecine igitur sunt filiae tuae?' cum ei de ea re satis constet. Nempe non illa nescientis, sed stupentis interrogatio est, quae vim habet exclamationis.

V. 535. **κοιναὶ ἀδελφεαί** sunt **συγκασίγνηται**. Vide quae ad Ant. 1 ed. quint. adnotavi.

V. 536. Schol. **ἐπιστροφαί· συναθροίσεις, πλῆθος**. Musgravius 'vortices', Doederlinus 'impetus' coll. 1045 interpretatur.

V. 537 sq. **ἔπαθες — ἔρεξας**] Recte Hermannus: Quod chorus dicere in mente habet, hoc est: **ἔπαθες ἄλαστα, ἔρεξας ἀνόσια**. — Parum aptum videtur **ἔχειν**, aptius **ὀχεῖν**, ut est Hom. Od. VII 211 **ὀχέοντας ὀιζύν**. Blaydesius coniecit **ἄχη**.

V. 538 sqq. **ἐδεξάμην — ἐξελέσθαι**] Scholiasta **ἐπωφέλησα** pro **ὤφελον** (sive potius **ἐπωφείλησα**) dictum accipit, usu singulari. Hermannus sic explicat: **ἐπωφέλησα τὴν πόλιν, ὥστε μήποτε αὐτῆς ἐξελέσθαι τοῦτο τὸ δῶρον.** Quod non puto Graecos lectores intellecturos fuisse. DINDORF. Madvigius **ἐπωφείλησα** reponit coll. Thuc. VIII 5 et in v. antistr. 547 **νόμῳ δή** scribit.

V. 541. **δύστανε** etc.] Non cur

ΟΙΔ. τί τοῦτο; τί δ' ἐθέλεις μαθεῖν;
ΧΟΡ. πατρός;
ΟΙΔ. παπαῖ, δευτέραν ἔπαισας, ἐπὶ νόσῳ νόσον.
ΧΟΡ. ἔκανες
ΟΙΔ. ἔκανον. ἔχει δέ μοι
ΧΟΡ. τί τοῦτο;
ΟΙΔ. πρὸς δίκας τι.
ΧΟΡ. τί γάρ;
ΟΙΔ. ἐγὼ φράσω.
καὶ γὰρ ἄν, οὓς ἐφόνευσ', ἔμ' ἀπώλεσαν·
νόμῳ δὲ καθαρός, ἄϊδρις ἐς τόδ' ἦλθον.
ΧΟΡ. καὶ μὴν ἄναξ ὅδ' ἡμὶν Αἰγέως γόνος,
Θησεὺς κατ' ὀμφὴν σὴν ἐφ' ἀστάλη πάρα.

ΘΗΣΕΥΣ.

Πολλῶν ἀκούων ἔν τε τῷ πάρος χρόνῳ
τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθορὰς

occiderit patrem Oedipus, sed num occiderit, interrogat Chorus. *Τί γὰρ* refertur ad *δύστανε*, et idem fere est, ac si dicas 'profecto'. Vide ad Vig. p. 729. HERM.

V. 543. *δευτέραν — νόσον*] I. e. *δευτέραν πληγὴν ἔπαισας*, quibus apposita sunt *ἐπὶ νόσῳ νόσον*. De voc. *νόσος* vulneris, quasi plagae, significatum habente vide O. R. 61, Ant. 421, de *ἐπὶ νόσῳ* cfr. Matth. § 586.

V. 544 sq. *ἔχει δέ μοι πρὸς δίκας τι*] Hermannus: 'habet ea res mihi aliquid veniae a facti iustitia'.

V. 546. *ἄν, οὓς ἐφόνευσ', ἔμ' ἀπώλεσαν* ex Mekleri coniectura pro *ἄλλους ἐφόνευσα καὶ ἀπώλεσα* scripsi. Antea vulgabatur vel *ἄνους* ex Porsoni vel *ἁλοὺς* ex Hermanni et *καὶ ὤλεσα* ex Bothii coniectura.

V. 547. *νόμῳ δὲ καθαρός, ἄϊδρις*] *νόμῳ καθαρὸς* homicidii, *ἄϊδρις* parricidii excusationem contineri monet Doederlinus. Nam quod Laium, patrem esse ignorans, interfecit, lacessitus fecit, ut crimini ei verti non posset, secundum legem veterem: *ὃς ἂν ἀμύνηται τὸν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντα ἀθῷον εἶναι*, apud Apollodorum II 4, 9. DINDORF. Deinde ut Sophocles dixit *ἐς τόδ' ἦλθον*, similiter Cicero dixit ad Atticum II 17: *numquam huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent.*

V. 549. *ἐφ' ἀστάλη*] I. e. *ἐπὶ ταῦτα, ἐφ' ἃ ἐστάλη.* Apte contendit Dindorfius, qui *ἐφ' ἀστάλη* pro *ἀπεστάλη* restituit, Eurip. Bacch. 454 *ἐφ' ὅπερ εἰς Θήβας πάρει.*

V. 551. Nauckius spurium hunc versum esse putat ut paene integrum depromptum ex Eur. Phoen. 870 *αἵ θ' αἱματωποὶ δεργμάτων καταφθοραί* et in v. 553 *ἐν ταῖσδε λεύσσων* scribit. Sed similitudo versus Euripidei nihil suspicionis movet et licet Theseus non solum de oculis, sed etiam de vestimento (cfr. v. 554) acceperit, tamen nihil obstat, quin hoc primo loco unum id enarretur, quod maxime attinet ad agnitionem illius quodque inprimis regis animum commovet. Alterum *ἀκούων* autem recte se habere ex collocatione verborum *πολλῶν ἀκούων*

ἔγνωκά σ', ὦ παῖ Λαΐου, τὰ νῦν θ' ὁδοῖς
ἐν ταῖσδ' ἀκούων μᾶλλον ἐξεπίσταμαι.
σκευή τε γάρ σε καὶ τὸ δύστηνον κάρα
δηλοῦτον ἡμὶν ὄνθ' ὃς εἶ, καί σ' οἰκτίσας
θέλω 'περέσθαι, δύσμορ' Οἰδίπους, τίνα
πόλεως ἐπέστης προστροπὴν ἐμοῦ τ' ἔχων,
αὐτός τε χὴ σὴ δύσμορος παραστάτις.
δίδασκε. δεινὴν γάρ τιν' ἂν πρᾶξιν τύχοις
λέξας, ὁποίας ἐξαφισταίμην ἐγώ·
ὃς οἶδα, καὐτὸς ὡς ἐπαιδεύθην ξένος,
ὥσπερ σύ, χὡς εἷς πλεῖστ' ἀνὴρ ἐπὶ ξένης
ἤθλησα κινδυνεύματ' ἐν τὠμῷ κάρᾳ,
ὥστε ξένον γ' ἂν οὐδέν' ὄνθ', ὥσπερ σὺ νῦν,
ὑπεκτραποίμην μὴ οὐ συνεκσῴζειν· ἐπεὶ

*ἔν τε τῷ κάρος χρόνῳ* intellegitur.

V. 552 sq. *ὁδοῖς ἐν ταῖσδε*] I. e. compluribus locis viae cum huc contenderem. Cfr. Ant. 226 *ὁδοῖς κυκλῶν ἐμαυτὸν εἰς ἀναστροφήν.*

V. 555. *δηλοῦτον — ὃς εἶ*] 'Ostendunt nobis esse te eum, qui es'.

V. 556 sq. *τίνα πόλεως — ἔχων*] 'Quid ab civitate meque supplex petens accesseris'. Vide ad 50. De forma vocativi *Οἰδίπους*, quae hic et v. 640, 1346, O. R. 405 pro *Οἰδίπου* restituta est, vide quae Elmsleius ad hunc locum et ad O. R. 405 notavit.

V. 559 sq. *δεινὴν γάρ — ἐγώ*] 'Nimis magnum enim negotium dixeris, quod tale sit quale ego detrectem'.

V. 561. *ὃς* cum Dindorfio, *οἶδα, καὐτὸς* cum Doederlino scripsi. Libri *ὡς οἶδά γ' αὐτός.*

V. 562. *εἷς* pro *τις* ex Dobraei coniectura reposui. De vi superlativi verbis *εἷς ἀνὴρ* aucta ad O. R. 1346 (*κάλλιστ' ἀνὴρ εἷς ἔν γε ταῖς Θήβαις τραφείς*) et Phil. 1316 monui.

V. 562. *ὥσπερ σύ*] Id est, *ὥσπερ σὺ νῦν ξένος εἶ ἐπὶ ξένης.* Theseus autem apud Pittheum Troezene educatus fuit.

V. 562 sq. *ἐπὶ ξένης* etc.] Maxime cum primum Troezene in Atticam terrestri itinere proficisceretur, atque Herculis aemulatione incitatus latrones debellaret. Cfr. Plutarch. Thes. c. 7. REISIG. Locutio *ἤθλησα κινδυνεύματ' ἐν τὠμῷ κάρᾳ* eadem ratione qua *κινδυνεύειν ἔν τινι* explicanda est.

V. 564. *ὥστε ξένον γ' ἂν οὐδέν' ὄνθ'*] I. e. *ὥστε οὐδένα ξένον ὄντα, ὥσπερ σὺ νῦν εἶ* etc., ut O. R. 1528 *ὥστε θνητὸν ὄντ' — μηδέν' ὀλβίζειν.* De *ὥσπερ σύ*, pro quo casu accusativum exspectaveris, confer Ai. 525 *ἔχειν σ' ἂν οἶκτον, ὡς κἀγώ, φρενὶ θέλοιμ' ἄν.* Addit Schneidewinus Hom. Il. VI 477 *δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι παῖδ' ἐμόν, ὡς καὶ ἐγώ περ, ἀριπρεπέα Τρώεσσιν.*

V. 565. *ὑπεκτραποίμην* etc.] 'Recusaverim, quin' etc. Quamquam ex Graeca dicendi consuetudine verba sic construenda sunt: *οὐδένα ὑπεκτραποίμην μὴ οὐ συνεκσῴζειν αὐτόν.* Tum *συνεκσῴζειν τινά* est 'socium esse alicuius in defendendo periculo'.

V. 565 sq. *ἐπεὶ — ὢν*] 'Nam hominem me natum esse scio'. *Ἀνήρ* pro *ἄνθρωπος* usurpatum etiam Ai. 77, Ant. 768. Cfr. Herm. ad Vig. n. 66 p. 722 et Elmsl. ad Eur. Med. 658.

ἔξοιδ᾽ ἀνὴρ ὤν, χὤτι τῆς ἐς αὔριον
οὐδὲν πλέον μοι σοῦ μέτεστιν ἡμέρας.
ΟΙΔ. Θησεῦ, τὸ σὸν γενναῖον ἐν σμικρῷ λόγῳ
παρῆκεν, ὥστε βραχέα μοι δεῖσθαι φράσαι.
σὺ γάρ μ᾽ ὅς εἰμι, κἀφ᾽ ὅτου πατρὸς γεγώς,
καὶ γῆς ὁποίας ἦλθον, εἰρηκὼς κυρεῖς·
ὥστ᾽ ἔστι μοι τὸ λοιπὸν οὐδὲν ἄλλο πλὴν
εἰπεῖν ἃ χρῄζω, χὠ λόγος διοίχεται.
ΘΗΣ. τοῦτ᾽ αὐτὸ νῦν δίδασχ᾽, ὅπως ἂν ἐκμάθω.
ΟΙΔ. δώσων ἱκάνω τοὐμὸν ἄθλιον δέμας
σοὶ δῶρον, οὐ σπουδαῖον εἰς ὄψιν· τὰ δὲ
κέρδη παρ᾽ αὐτοῦ κρείσσον᾽ ἢ μορφὴ καλή.
ΘΗΣ. ποῖον δὲ κέρδος ἀξιοῖς ἥκειν φέρων;
ΟΙΔ. χρόνῳ μάθοις ἂν οὐχὶ τῷ παρόντι πω.
ΘΗΣ. ποίῳ γὰρ ἡ σὴ προσφορὰ δηλώσεται;
ΟΙΔ. ὅταν θάνω ᾽γὼ καὶ σύ μου ταφεὺς γένῃ.

V. 566 sq. *χὤτι τῆς — ἡμέρας*] De *ἐς αὔριον* vide Matth. § 578 e, de *σοῦ* pro *ἢ σοὶ* posito eundem § 454.

V. 568 sq. *τὸ σὸν — φράσαι*] Hoc dicit: 'tu pro humanitate tua brevi oratione fecisti, ut pauca tantum mihi dicenda sint', i. e. ut omittere mihi liceat, quae praefari solent, qui supplices ad aliquem accedunt. De *παρῆκεν* confer El. v. 1482 *ἀλλά μοι πάρες* (permitte) *κἂν σμικρὸν εἰπεῖν*. Cum *παρῆκεν ὥστε* cfr. *δικαιῶν ὥστε* 1350, *ἔπεισεν ὥστε* Phil. 901, *ἤθελ᾽ ὥστε* Eur. Hipp. 1327. Ceterum Hermannus, construenda sunt, inquit, verba hoc modo: *ὥστε δεῖσθαι ἐμοὶ βραχέα φράσαι*, 'ita ut pauca mihi opus sit dicere'. Quod potuit etiam sic dici, sed molestius: *ὥστε ἐμὲ βραχέων δεῖσθαι, φράσαι*. Simillime Pausanias, rariora consectari solitus, VI 29, 1 *ἐδεῖτο γάρ οἱ πάντως γενέσθαι χρήματα*. Cfr. Bekk. Anecd. p. 88, 91 *δεῖται· ἀντὶ τοῦ δεῖ· ἀπελθεῖν με δεῖται*. Scilicet *δεῖταί μοι* sic dicitur, ut aliquid intellegendum sit, veluti *τὰ πράγματα*: 'res mihi indiget pauca dicere'.

V. 570 sq. *σὺ γάρ μ᾽ — κυρεῖς*] 'Tu enim recte dixisti qui sim, et quo parente natus sim, et a quali terra venerim'. De genetivo *γῆς* ex *ἦλθον* apto vide ad Philoct. 605, de *κυρεῖς* ad El. 650 *ἢ καὶ δάμαρτα τήνδ᾽ ἐπεικάζων κυρῶ κείνου*; et ad Phil. 220 sq. *ποίας πάτρας ἂν ἢ γένους ὑμᾶς ποτε τύχοιμ᾽ ἂν εἰπών*;

V. 573. *χὠ λόγος διοίχεται*] 'Finita erit oratio mea', i. e. nihil reliquum erit quod addam. Vide adnotationem meam ad Eur. Suppl. 546. HERM.

V. 576. *εἰς ὄψιν*] 'Quod ad adspectum attinet', conf. Matth. § 578 c.

V. 576 sq. *τὰ δὲ — καλή*] Id est *τὰ κέρδη παρ᾽ αὐτοῦ μᾶλλον ἀγαθά ἐστιν ἢ καλὴ ἡ μορφή*. Vide 794. Nitzsch. ad Platon. Ion. p. 65. DOED.

V. 578. *ἀξιοῖς*] 'Gloriaris' vel 'existimas'.

V. 579. *οὐχὶ τῷ παρόντι πω* — sic ex Schaeferi coniectura scripsi pro *που* — i. q. *οὔπω τῷ παρόντι*. Cfr. Aesch. Prom. 527 *οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω κτἑ.*, Eur. Med. 365 *ἀλλ᾽ οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ, πω*.

V. 580. *προσφορά*] Scholiasta *ἀντὶ τοῦ προσθήκη, πρόσδοσις*.

ΘΗΣ. τὰ λοίσθι' αἰτῇ τοῦ βίου· τὰ δ' ἐν μέσῳ
ἢ λῆστιν ἴσχεις ἢ δι' οὐδενὸς ποῇ.
ΟΙΔ. ἐνταῦθα γάρ μοι κεῖνα συγκομίζεται.
ΘΗΣ. ἀλλ' οὖν βραχεῖαν τήνδε μ' ἐξαιτῇ χάριν.
ΟΙΔ. ὅρα γε μήν· οὐ σμικρός, οὔχ, ἁγὼν ὅδε.
ΘΗΣ. πότερα τὰ τῶν σῶν ἐγγενῶν κἀμοῦ λέγεις;
ΟΙΔ. κεῖνοι κατελθεῖν κεῖσ' ἀναγκάσουσί με.
ΘΗΣ. ἀλλ' οὐ θελόντων γ' οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν.
ΟΙΔ. ἀλλ' οὐδ', ὅτ' αὐτὸς ἤθελον, παρίεσαν.
ΘΗΣ. ὦ μῶρε, θυμὸς δ' ἐν κακοῖς οὐ ξύμφορον.
ΟΙΔ. ὅταν μάθῃς μου, νουθέτει· τὰ νῦν δ' ἔα.

V. 582. τὰ λοῖσθ' — βίου] scil. τὸ ἐμὲ ταφέα σου γενέσθαι. La exhibet τὰ λοίσθι' (ex λοῖσθι factum) αἰτῆι et in marg. γρ. τὰ λοῖσθ' ἄρ' αἰτῆι βίου. Formam λοῖσθος habet Soph. frg. 626 et Eur. Hel. 1597. Sed ἄρ' ex interpolatione repetendum videtur.

V. 583. Schol. ἢ λῆστιν ἴσχεις· τοῦ ζῆν ἢ ἐπιλέλησαι, ἢ οὐ φροντίζεις. De accusativo ex verbis λῆστιν ἴσχειν apto vide Matth. § 421 not. 4.

V. 584. Schol. ἐνταῦθα γάρ μοι κεῖνα· διὰ τοῦ τέλους καὶ τὰ μέσα τοῦ βίου εὐτυχήσει· προσδοκῶν γὰρ σὺ ὠφεληθήσεσθαι παρ' ἐμοῦ, ὅταν ἀποθάνω, ζῶντά με γηροβοσκήσεις. Recte Jacobsius verba sic interpretatur: ἐνταῦθα, ἐν τῷ ταφῆναι ὑπὸ σοῦ, κἀκεῖνα ἕξω. De ἐνταῦθα, 'in illa sepultura', Reisigius conferri iubet Bastium in Epist. crit. p. 238 not. Adde O. R. 598.

V. 585. ἀλλ' οὖν βραχεῖαν ex Hermanni coniectura recepi pro ἀλλ' ἐν βραχεῖ δή.

V. 586. οὐ σμικρὸς — ὅδε] Apte comparant Ai. 970 θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, οὐ κείνοισιν, οὔ. La exhibet σμικρὸς οὖν corr. ex οὐχ ut videtur.

V. 587. ἐγγενῶν pro ἐκγόνων Hartungius, κἀμοῦ pro ἢ 'μοῦ Schneidewinus restituit. Nam certamen Thebanorum et Thesei ostendi debet.

V. 588. κατελθεῖν pro κομίζειν Nauckius coniecit; praeterea sensu postulante pro ἀναγκάζουσι restitui ἀναγκάσουσι, quamvis in paucis tantum neque optimis codd. scriptum. Contra v. 603 rectissime se habet praesens ἐξαναγκάζει, ubi in optimis codd. futurum positum est. Alii ex Kayseri coniectura κομίζειν κεῖσ', ἄναξ, χρῄζουσί με scribunt. Qui sequitur versus illi coniecturae magis favet. De verbo κατελθεῖν vide ad v. 600.

V. 589. ἀλλ' οὐ — καλόν] οὐ θελόντων correxit Goebelius pro εἰ θέλοντ' ἄν. Intellege sic: ἀλλ' οὐ θελόντων ἐκείνων φεύγειν σε (exsulare te), οὐδὲ σοὶ καλὸν φεύγειν. Pro οὐ θελόντων autem ne quis μὴ θελόντων scribendum fuisse opinetur, recte monet Schneidewinus, οὐ θελόντων idem esse atque ἀπαγορευόντων, coll. Eurip. Andr. 382 ὡς ἢν θάνῃς σύ, παῖς ὅδ' ἐκφεύγει μόρον· σοῦ δ' οὐ θελούσης κατθανεῖν, τόνδε κτενῶ et Soph. Ai. 1131 εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών.

V. 590. ὅτ' αὐτὸς ἤθελον] 'Quo tempore ipse volui' scil. 'non exsulare' sive 'domi manere'. Cfr. v. 765 sqq.

V. 591. θυμὸς δ' — ξύμφορον] Cfr. Phil. 1387 ὦ τᾶν, διδάσκου μὴ θρασύνεσθαι κακοῖς. De δὲ particula vide ad v. 503, de locutione θυμὸς ξύμφορον Matth. § 437.

ΘΗΣ. δίδασκ'. ἄνευ γνώμης γὰρ οὔ με χρὴ λέγειν.
ΟΙΔ. πέπονθα, Θησεῦ, δεινὰ πρὸς κακοῖς κακά.
ΘΗΣ. ἦ τὴν παλαιὰν ξυμφορὰν γένους ἐρεῖς;
ΟΙΔ. οὐ δῆτ'· ἐπεὶ πᾶς τοῦτό γ' Ἑλλήνων θροεῖ.
ΘΗΣ. τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς;
ΟΙΔ. οὕτως ἔχει μοι. γῆς ἐμῆς ἀπηλάθην
πρὸς τῶν ἐμαυτοῦ σπερμάτων· ἔστιν δέ μοι
πάλιν κατελθεῖν μήποθ' ὡς πατροκτόνῳ.
ΘΗΣ. πῶς δῆτά σ' ἂν πεμψαίαθ', ὥστ' οἰκεῖν δίχα;
ΟΙΔ. τὸ θεῖον αὐτοὺς ἐξαναγκάζει στόμα.
ΘΗΣ. ποῖον πάθος δείσαντας ἐκ χρηστηρίων;
ΟΙΔ. ὅτι σφ' ἀνάγκη τῇδε πληγῆναι χθονί.
ΘΗΣ. καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τἀμὰ κἀκείνων πικρά;
ΟΙΔ. ὦ φίλτατ' Αἰγέως παῖ, μόνοις οὐ γίγνεται
θεοῖσι γῆρας, οὐδὲ κατθανεῖν ποτε·
τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάνθ' ὁ παγκρατὴς χρόνος.
φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματος·

V. 593. *ἄνευ γνώμης*] 'Re non cognita'. Simile est quod dixit Herodot. VI 37 *ἦν δὲ ὁ Μιλτιάδης Κροίσῳ τῷ Λυδῷ ἐν γνώμῃ γεγονώς.*

V. 594. *δεινὰ — κακά*] Quae sint, ipse explicat Oedipus 599 sqq. *γῆς — πατροκτόνῳ.*

V. 595. *παλαιὰν — γένους*] Parricidium dicit et incestum cum matre initum matrimonium.

V. 597. *τί γὰρ — νοσεῖς;*] I. e. *τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρ. ἐστιν ὃ νοσεῖς*; Cfr. Matth. § 265 not.

V. 599 sq. *ἔστιν — μήποθ'*] Quod ad *ἔστιν* attinet, sic intellege; 'lege mihi constitutum est, nunquam ut reverti liceat'. Verbi autem *κατέρχεσθαι* significatio, ab exsilio reditus, ab Aeschylo illustratur in Aristophanis Ranis 1165. Ita dictum *κάτειμι* in Agam. 1282 et *κατάγειν* ibid. 1607. Cfr. Valck. ad Eur. Phoen. 430. REIS. Adde Pors. ad Eur. Med. 1011, Ant. 200.

V. 601. *πῶς — δίχα;*] I. e. 'Quomodo intellegam quod absurdum videtur illos te arcessere ut seorsim habites' sive 'illos te secum coniungi velle, ut seiungaris'.

V. 603. *ἐκ χρηστηρίων*] Reisigius: est 'secundum oracula', proprie: infortunium ab oraculo editum.

V. 604. Schol. *τῇδε πληγῆναι χθονί· ἀντὶ τοῦ ὑπὸ ταύτης τῆς χθονὸς πληγῆναι.*

V. 606 sq. *μόνοις οὐ — γῆρας*] Ant. 608 *ἀγήρῳ δὲ χρόνῳ* (quod in *θρόνῳ* mutat Margoliouthius) *δυνάστας κατέχεις* (*ὦ Ζεῦ*) *Ὀλύμπου μαρμαρόεσσαν αἴγλαν*, Hom. Od. V 218 *ἀθάνατος καὶ ἀγήρως.* Hellerus laudat Iacobs. ad Anthol. XII p. 215. De coniunctione nominis et infinitivi comparavit Iebbius Hom. Il. X 173 *ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς ἠὲ βιῶναι.*

V. 608. *τὰ δ' ἄλλα — χρόνος*] De sententia vide Ai. 646 sqq. et 714.

V. 609. *ἰσχὺς γῆς — σώματος*] Reisigius cum his et orationis specie prorsus et sententiae ratione quodammodo congruere putat dicta in O. R. 25 sq. Ceterum opponit

θνήσκει δὲ πίστις, βλαστάνει δ' ἀπιστία.
καὶ πνεῦμα ταὐτὸν οὔποτ' οὔτ' ἐν ἀνδράσιν
φίλοις βέβηκεν, οὔτε πρὸς πόλιν πόλει.
τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ
τὰ τερπνὰ πικρὰ γίγνεται καὖθις φίλα.
καὶ ταῖσι Θήβαις εἰ τὰ νῦν εὐημερεῖ
καλῶς τὰ πρὸς σέ, μυρίας ὁ μυρίος
χρόνος τεκνοῦται νύκτας ἡμέρας τ' ἰών,
ἐν αἷς τὰ νῦν ξύμφωνα δεξιώματα
δόρει διασκεδῶσιν ἐκ σμικροῦ λόγου·
ἵν' οὑμὸς εὕδων καὶ κεκρυμμένος νέκυς

poeta *γῆν σώματι*, ut paullo post *πόλιν ἀνδράσιν*.

V. 611. *πνεῦμα*] De animo hoc dictum est ratione poetica, quemadmodum *Ἄρη πνέων* et alia permulta huiuscemodi. REIS. De *βέβηκεν* vide quae ad v. 52 adnotavimus.

V. 613 sq. Hos v., quorum sententia consilio dicentis parum convenit, Nauckius recte ut insiticios eiecisse videtur.

Ibid. *τὰ τερπνὰ — φίλα*] 'Amicitiae dissolvuntur et rursus coniunguntur'.

V. 617. *χρόνος — ἰών*] 'Postera aetas'. Eur. Phoen. 1637 *καὶ παρθενεύου τὴν ἰοῦσαν ἡμέραν μένουσα*, et huius fab. v. 1771 *ἰόντα φόνον*. DOED. Ex El. 1365 *πολλαὶ κυκλοῦνται νύκτες ἡμέραι τ' ἴσαι αἵ ταῦτά σοι δείξουσιν* Blaydesius *ἡμέρας τ' ἴσας* huc traduxit non sine specie probabilitatis.

V. 618. *ἐν αἷς*] Simillime Ant. 1064 sqq. *ἀλλ' εὖ γέ τοι κάτισθι μὴ πολλοὺς ἔτι τροχοὺς ἁμιλλητῆρας ἡλίου τελῶν, ἐν οἷσι τῶν σῶν αὐτὸς ἐκ σπλάγχνων ἕνα νέκυν νεκρῶν ἀμοιβὸν ἀντιδοὺς ἔσῃ*.

Ibid. Schol. *τὰ νῦν ξύμφωνα· οὔπω γὰρ ἦν ἔχθρα Θηβαίοις καὶ Ἀθηναίοις*. Verbis *τὰ ξύμφωνα δεξιώματα* hospitium amicitiamque, qua Thebani tum cum Atheniensibus coniuncti fuerint, significari puta.

V. 619. Libri *δορί*. Recte Hermannus et hic et v. 1314 et v. 1386 *δόρει* scribendum monuit ad Erfurdtii Aiac. ed. mai. p. 627 sq., apte in nota ad hunc locum adlato Choerobosco ad Theodosium in indice ad Bekkeri Anecd. p. 1364 *τὸ σὺν δόρει καὶ σὺν ἀσπίδι, ὅπερ Ἀριστοφάνης παρεμφαίνει ἐν Εἰρήνῃ ἐν μώμῳ Σοφοκλέους προκείμενον, ὡς ἀπὸ τοῦ δορός ἐστίν*. Atque in iis quidem, quae servatae sunt, fabulis quoties usus Sophocles dativo huius nominis est, posuit nomen in fine trimetri, ita ut nullus exstet locus, in quo forma *δορὶ* metri causa necessaria sit. Loci hi sunt: hac fab. v. 1304, Ai. 515, 764, 1056, 1270, Ant. 195, Trach. 240, 478 ed. Br. In his autem locis ambiguum esset, utram formam Sophocles usurpasse existimandus esset, nisi Ai. 1056 ex scriptura, a scholiasta pro varia lectione memorata, *ὡς ἔλοι δόρει*, manifesto appareret antiquam scripturam *ἕλοι δόρει* fuisse. Illo autem in loco si, de quo dubitari nequit, invitis libris *δόρει* restituendum est, quid ceteris locis faciendum sit, sponte apparet.

Ibid. *ἐκ σμικροῦ λόγου*] 'Levi praetextu'. Vid. Lob. ad Ai. 1255 et nos ad Philoct. 714. Fortasse Sophocles ea in mente habuit quae Thucydides II 2 refert.

V. 620. *ἵνα*] Est 'ubi'. Hoc autem dicit: 'et quanquam nunc concordia tibi cum Thebanis intercedit, tamen veniet tempus, quo Thebani foedus, quo nunc tecum

ψυχρός ποτ᾽ αὐτῶν θερμὸν αἷμα πίεται,
εἰ Ζεὺς ἔτι Ζεύς, χὠ Διὸς Φοῖβος σαφής.
ἀλλ᾽ οὐ γὰρ αὐδᾶν ἡδὺ τἀκίνητ᾽ ἔπη,
ἔα μ᾽ ἐν οἷσιν ἠρξάμην, τὸ σὸν μόνον
πιστὸν φυλάσσων· κοὔποτ᾽ Οἰδίπουν ἐρεῖς
ἀχρεῖον οἰκητῆρα δέξασθαι τόπων
τῶν ἐνθάδ᾽, εἴπερ μὴ θεοὶ ψεύδουσί με.
ΧΟΡ. ἄναξ, πάλαι καὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτ᾽ ἔπη
γῇ τῇδ᾽ ὅδ᾽ ἀνὴρ ὡς τελῶν ἐφαίνετο.
ΘΗΣ. τίς δῆτ᾽ ἂν ἀνδρὸς εὐμένειαν ἐκβάλοι
τοιοῦδ᾽, ὅτῳ πρῶτον μὲν ἡ δορύξενος

iuncti sunt, armis rumpent et in tumulo meo collocati gravissimam accipient cladem'. De re vide ad v. 453.

V. 622. χὠ Διὸς Φοῖβος] Comparat Neuius Ai. 401, 450, 952. Adde Ai. 172, Ant. 824 sq., Phil. 943, 1023. Ceterum vide ad v. 790.

Ibid. Schol. σαφής· ἀντὶ τοῦ ἀληθής, ὡς καὶ Ὅμηρος (Il. IV 404)· 'ἐπιστάμενος σάφα εἰπεῖν', ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς. Confer O. R. 390 et imprimis 1011.

V. 623. ἀλλ᾽ οὐ γὰρ] De usu ἀλλὰ γὰρ particularum vide ad Phil. 81. De τἀκίνητα, quae schol. τὰ ἄρρητα interpretatur, vide Ant. 1060 ὄρσεις με τἀκίνητα διὰ φρενῶν φράσαι, et huius fab. v. 1511 ἃ δ᾽ ἐξάγιστα, μηδὲ κινεῖται λόγῳ.

V. 624 sq. ἔα μ᾽ ἐν οἷσιν ἠρξάμην] I. e. 'sine me consistere in iis, quae dicere coepi', i. e. sufficiat dixisse quae exponere coepi. Tum τὸ σὸν πιστὸν idem est atque τὴν σὴν πίστιν. Confer v. 1475 τί δ᾽ ἂν θέλοις τὸ πιστὸν ἐμφῦναι ξένῳ; cum adnotatione mea. De re vide v. 585.

V. 625. Οἰδίπουν] Emphatice nomen ipsum positum ut v. 1395 et Ai. 98 ὥστ᾽ οὔποτ᾽ Αἴανθ᾽ οἵδ᾽ ἀτιμάσουσ᾽ ἔτι, 864 τοὔθ᾽ ὑμὶν Αἴας τοὔπος ὕστατον θροεῖ.

V. 627. ψεύδουσι quod La ex correctura exhibet pro ψεύσουσι recepi. Cfr. Ant. 1218 ἢ θεοῖσι κλέπτομαι, 681 εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα, Trach. 243 εἰ μὴ συμφοραὶ κλέπτουσί με, Aesch. Ag. 484 ἤ τοι θεῖόν ἐστι ψύθος, 285 μὴ δολώσαντος θεοῦ. Pariter Aesch. Eum. 618 ψεύδομαι pro ψεύσομαι restituendum erat.

V. 628 sq. ταῦτα καὶ τοιαῦτ᾽ ἔπη γῇ τῇδ᾽ — τελῶν] Id est, ut ipsius poetae verbis (v. 647) explicem, ταῦτα καὶ τοιαῦτα, ἅπερ φησί, ταύτῃ τῇ πόλει τελῶν. Τελῶν futurum esse patet et hic et v. 647. De addito ὡς vide Matth. § 569.

V. 630. τίς — ἐκβάλοι] 'Quis talis viri benevolentiam repudiet?' De hac vocis ἐκβάλλειν sive ἀποβάλλειν potestate vide Miscell. Obs. Vol. III T. I. p. 405, Act. Mon. T. I. p. 49. DOED. Ita deinceps οὔποτ᾽ ἐκβαλῶ χάριν. Similiter ἐκχέαι χάριν exstat in Eur. fragm. III Philoctetae [787 N.]. Retractandi significationem habet ἐκβαλεῖν O. R. 849. REIS. Adde Philoct. 13, Ant. 649.

V. 631 sq. ὅτῳ — ἑστία] I. e. ὅτῳ αἰὲν κοινή ἐστιν ἡ δορύξενος παρ᾽ ἡμῖν ἑστία, quae verba recte interpretatus est Brunckius: 'cui primum quidem hospitalis apud nos ara semper communis est'. Recteque monuit Hermannus nihil aliud dicere voluisse Theseum, nisi semper apud se paratum esse Oedipo hospitium pro mutua quadam vel inter ipsos vel inter maiores eorum necessitudine.

κοινὴ παρ' ἡμῖν αἰέν ἐστιν ἑστία;
ἔπειτα δ' ἱκέτης δαιμόνων ἀφιγμένος
γῇ τῇδε κἀμοὶ δασμὸν οὐ σμικρὸν τίνει.
ἁγὼ σεβισθεὶς οὔποτ' ἐκβαλῶ χάριν
τὴν τοῦδε, χώρᾳ δ' ἔμπολιν κατοικιῶ.
εἰ δ' ἐνθάδ' ἡδὺ τῷ ξένῳ μίμνειν, σέ νιν
τάξω φυλάσσειν, εἴτ' ἐμοῦ στείχειν μέτα·
τὸ δ' ἡδὺ τούτων, Οἰδίπους, δίδωμί σοι
κρίναντι χρῆσθαι. τῇδε γὰρ ξυνοίσομαι.
ΟΙΔ. ὦ Ζεῦ, διδοίης τοῖσι τοιούτοισιν εὖ.
ΘΗΣ. τί δῆτα χρῄζεις; ἦ δόμους στείχειν ἐμούς;
ΟΙΔ. εἴ μοι θέμις γ' ἦν. ἀλλ' ὁ χῶρός ἐσθ' ὅδε,
ΘΗΣ. ἐν ᾧ τί πράξεις; οὐ γὰρ ἀντιστήσομαι.
ΟΙΔ. ἐν ᾧ κρατήσω τῶν ἔμ' ἐκβεβληκότων.
ΘΗΣ. μέγ' ἂν λέγοις δώρημα τῆς συνουσίας.
ΟΙΔ. εἰ σοί γ' ἅπερ φῂς ἐμμενεῖ τελοῦντί μοι.
ΘΗΣ. θάρσει τὸ τοῦδέ γ' ἀνδρός· οὔ σε μὴ προδῶ.

V. 633. ἱκέτης δαιμόνων] Sic v. 1278 τοῦ θεοῦ γε προστάτην, coll. 1166, Philoct. 733 κἄμ' ὄντα σαυτοῦ πρόστροπον, coll. huius fab. v. 557. Δαίμονας autem Furias esse sponte intellegitur.

V. 635. σεβισθείς activam vim habet ut σεβίζομαι Aesch. Suppl. 933. Etiam ἐσέφθην a Sophocle hac vi usurpatum esse ex Hesych. gl. ἐσέφθην· ἐσεβάσθην, ἠσύχασα, ἠσχύνθην Σοφοκλῆς Δαιδάλῳ cognoscitur. Cfr. Plat. Phaedr. p. 254 B ἰδοῦσα δὲ ἔδεισέ τε καὶ σεφθεῖσα ἀνέπεσεν ὑπτία. Inde hic Blaydesius coniecit ἄγωγε σεφθείς.

V. 636. ἔμπολιν ex Musgravii coniectura pro ἔμπαλιν scripsi. Cfr. v. 1156.

V. 637. Schol. σέ, τὸν χορόν.

V. 638. εἴτ' . . μέτα] I. e. εἴτε μετ' ἐμου στείχειν ἡδύ ἐστιν αὐτῷ, στείχειν πάρα. Cfr. O. R. 91 εἰ τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν, ἕτοιμος εἰπεῖν, εἴτε καὶ στείχειν ἔσω vel potius Eur. Ion. 1120 πεπυσμέναι γὰρ εἰ θανεῖν ἡμᾶς χρεών, ἥδιον ἂν θάνοιμεν, εἴθ' ὁρᾶν φάος.

V. 640. τῇδε γὰρ ξυνοίσομαι] I. e. hoc enim pacto tibi obsecundabo, quoquo modo voles, sive hic manebis, sive ibis mecum. Optime scholiasta συνοίσομαι· συμπράξομαι, ὡς σὺ βούλει. REIS.

V. 641. διδοίης — εὖ] Cfr. O. R. 1081 et Pflugk. ad Eur. Androm. 751.

V. 643. εἴ μοι θέμις γ' ἦν] Recte Hermannus: 'si mihi fas esset'. Non ut Brunckius: 'utinam'.

V. 646. Schol. εἰ δύναιο κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν ἐνθάδε μένων, μέγα ἂν δώρημα λέγοις [id est μέγα ἂν εἴη τὸ δώρημα, ὃ λέγεις] τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς. Vocabulum δώρημα eodem sensu usurpatum Philoct. 117.

V. 647. ἐμμενεῖ τελοῦντί μοι] 'Si quidem promissis stabis tuis'. Res dicitur ἐμμένειν τινί, quam quis animo servat, ut in Aesch. Prom. 550 ἀλλά μοι τόδ' ἐμμένοι καὶ μήποτ' ἐκτακείη. REIS. Schol. εἰ ἐμμένει σοι τὰ ἐπαγγελθέντα.

V. 648. Schol. τὸ τοῦδέ γ' ἀνδρός· ἐφ' ἑαυτοῦ πεποίηται τὴν δεῖξιν ὁ Θησεύς. De accusativo vide Matth. § 414, 12. Krueg.

ΟΙΔ. οὔτοι σ' ὑφ' ὅρκου γ', ὡς κακόν, πιστώσομαι.
ΘΗΣ. οὔκουν πέρα γ' ἂν οὐδὲν ἢ λόγῳ φέροις.
ΟΙΔ. πῶς οὖν ποήσεις;
ΘΗΣ. τοῦ μάλιστ' ὄκνος σ' ἔχει;
ΟΙΔ. ἥξουσιν ἄνδρες
ΘΗΣ. ἀλλὰ τοῖσδ' ἔσται μέλον.
ΟΙΔ. ὅρα με λείπων
ΘΗΣ. μὴ δίδασχ' ἃ χρή 'μ' ὁρᾶν.
ΟΙΔ. ὀκνοῦντ' ἀνάγκη.
ΘΗΣ. τοὐμὸν οὐκ ὀκνεῖ κέαρ.
ΟΙΔ. οὐκ οἶσθ' ἀπειλὰς
ΘΗΣ. οἶδ' ἐγώ σε μήτινα
ἐνθένδ' ἀπάξοντ' ἄνδρα πρὸς βίαν ἐμοῦ.
πολλαὶ δ' ἀπειλαὶ πολλὰ δὴ μάτην ἔπη

I § 46, 10 et Pflugk. ad Eur. Androm. 994.

V. 649. Schol. πιστώσομαι· πίστιν ἐπιθεῖναι παρακελεύσω. Ut ἐν λιταῖς, ἐκ ποδός, alia ibi ponuntur, ubi Romani ablativo instrumenti utuntur, ita ὑφ' ὅρκου nihil fere differt ab ὅρκῳ, ut πιστοῦσθαί τινα ὅρκῳ sit 'iureiurando sibi aliquem adligare'. Ceterum cf. Phil. 811 οὐ μήν σ' ἔνορκόν γ' ἀξιῶ θέσθαι, τέκνον.

V. 650. Schol. οὐκ ἂν πλέον λάβοις ὁρκίσας με ἢ λόγῳ πιστεύσας. Cfr. Eur. Med. 737 λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἀνώμοτος.

V. 651. μάλιστα hic est 'potissimum'. — Schol. ὄκνος· φόβος.

V. 652. ἥξουσιν ἄνδρες] sc. qui me hinc Thebas abducant. — Schol. τοῖσδε· τοῖς τοῦ χοροῦ.

V. 653. ὅρα με λείπων] sc. ne me abducant. — Pro με δρᾶν quod libri habent scripsi μ' ὁρᾶν ex L. Spengelii coniectura.

V. 654. Schol. ὀκνοῦντ' ἀνάγκη· οὐ νεμεσητόν μοι, εἰ ὑπὸ δέους ἐπὶ τὰ αὐτὰ συνεχῶς λέγω· τὸν φοβούμενον γὰρ ἀνάγκη ταῦτα λέγειν. Οὐκ ὀκνεῖ· οὐδὲν δέδοικεν. Intellege ὀκνοῦντ' ἀνάγκη διδάσκειν, nisi ὀκνεῖν γ' ἀνάγκη — scribendum est, ut oratio Oedipi pariter atque in proximis versibus interpelletur.

V. 655. οὐκ οἶσθ' ἀπειλάς] Rarum genus interpellatae orationis, quo usus est poeta v. 652, 653, 655, ut non pergat is, qui interpellabatur. Sed res ipsa postulabat omnes Oedipi dubitationes statim ita refutari, ut iis occurreretur, priusquam plene prolatae essent. HERM.

V. 656. πρὸς βίαν ἐμοῦ] 'Invito me'. Sic Ai. 1327 πρὸς βίαν θάψειν ἐμοῦ. Eodem sensu βίᾳ φίλων, 'invitis amicis', huius fab. v. 854 et ἐμοῦ βίᾳ, 'invito me', v. 943 dictum.

V. 657 sq. Schol. πολλαὶ δ' ἀπειλαί· ἀντὶ τοῦ· πολλοὶ ἄνθρωποι πολλὰ ἀπειλήσαντες ἐκ θυμοῦ, πέψαντες τὸν θυμὸν καὶ τὸν καθεστηκότα νοῦν ἀναλαβόντες, ἐπαύσαντο τῶν ἀπειλῶν. Recte; sensus est: 'multae iam minae multa inania per iram minatae sunt'. Ipsae enim minae dicuntur minatae esse. Similiter in Trachin. 345 χὠ λόγος σημαινέτω. HERM. De locutione πολλὰ ἔπη ἀπειλεῖν Neuius confert Ai. 1096 τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσιν ἐν λόγοις ἔπη. Id ipsum autem quo sensu dictum sit, in Censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 80 sqq. pluribus explanavi. Ceterum tres v. 657—659 si abessent, non desiderarentur.

θυμῷ κατηπείλησαν· ἀλλ' ὁ νοῦς ὅταν
αὑτοῦ γένηται, φροῦδα τἀπειλήματα.
κείνοις δ' ἴσως κεἰ δείν' ἐπερρώσθη λέγειν
τῆς σῆς ἀγωγῆς, οἶδ' ἐγώ, φανήσεται
μακρὸν τὸ δεῦρο πέλαγος οὐδὲ πλώιμον.
θαρσεῖν μὲν οὖν ἔγωγε κἄνευ τῆς ἐμῆς
γνώμης ἐπαινῶ, Φοῖβος εἰ προὔπεμψέ σε·
ὅμως δὲ κἀμοῦ μὴ παρόντος οἶδ' ὅτι
τοὐμὸν φυλάξει σ' ὄνομα μὴ πάσχειν κακῶς.

(στροφὴ α'.)

ΧΟΡ. Εὐίππου, ξένε, τᾶσδε χώ-
ρας ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα,
τὸν ἀργῆτα Κολωνόν· ἔνθ'

V. 660 sq. **κείνοις δ' ἴσως — ἀγωγῆς**] Recte Reisigius **ἴσως** cum **φανήσεται** iungendum monuit. Dativus **κείνοις** cum ad **ἐπερρώσθη**, tum ad **φανήσεται** referendus, significatque **κείνοις ἐπ. λέγειν** idem atque **κεῖνοι ἐπερρώσθησαν, ὥστε λέγειν**. Cfr. Matth. § 297 not. 2. Genetivus **τῆς σῆς ἀγωγῆς** ex verbo **λέγειν** aptus est. Cfr. ad v. 351 **ἃ τοὐδ' ἐχρήσθη σώματος**.

V. 662. **μακρὸν — πέλαγος**] Figurate dictum de via longa et difficili, etsi non maritima, sed terrestri. DINDORF. Libri exhibent **πλώσιμον**. Rectam formam restituit Herwerdenus.

V. 663. **κἄνευ τ. ἐ. γνώμης**] I. e. etiamsi ego aliter sentiam. Cfr. El. 547 **δοκῶ μέν, εἰ καὶ σῆς δίχα γνώμης λέγω**. Offensionis metricae tollendae causa Porsonus coniecit **κἄνευ γε τῆς ἐμῆς ἐγώ**, Dindorfius **κἂν ἐμῆς ἄνευ**, Meinekius **κἀπὸ τῆς ἐμῆς**. Sed offensio caesura post **ἔγωγε** posita si non tollitur, at lenitur.

V. 664. **προὔπεμψε**] Neuius comparat huius fab. v. 1667, El. 1155, 1158, Ant. 1288, Phil. 105, 1205.

V. 665. **ὅμως δὲ κἀμοῦ μὴ παρόντος**] Vide de usu **ὅμως** particulae Matth. § 566, Krueg. II § 56, 13, 2.

V. 667—716. Ut Oedipum erigat omnibusque curis expediat, futurum iam civem Atheniensem, chorus Colonum pagum totamque civitatem Atticam summis effert laudibus, ita ut pagum illum praedicet non modo crebro lusciniarum cantu personare et suavissimis floribus pretiosissimisque frugibus semper abundare, verum etiam a dis sanctissimis habitari et custodiri, civitatem autem Atheniensem a Neptuno eximia scientia rei equestris et nauticae instructam esse. Plutarchus in libro 'An seni gerenda sit res publica' p. 785 A: **Σοφοκλῆς δὲ λέγεται μὲν ὑπὸ τῶν υἱῶν παρανοίας δίκην φεύγων ἀναγνῶναι τὴν ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνοῦ πάροδον, ἥ ἐστιν ἀρχή· Εὐίππου, ξένε — βάσσαις. θαυμαστοῦ δὲ τοῦ μέλους φανέντος, ὥσπερ ἐκ θεάτρου τοῦ δικαστηρίου προπεμφθῆναι μετὰ κρότου καὶ βοῆς τῶν παρόντων.** BR. Vide ad Argumentum p. 3 sq.

V. 667. **εὐίππου**] Vide quae ad v. 708 adnotata sunt.

V. 667 sq. **τᾶσδε χώρας — γᾶς ἔπαυλα**] Hoc dicit: **τὰ κράτιστα γῆς ἔπαυλά ἐστιν ἥδε ἡ εὔιππος χώρα, ἐφ' ἣν ἵκου, ὁ ἀργὴς Κολωνός**. Est autem, ut recte monet Dindorfius, **γᾶς ἔπαυλα** unius instar substantivi, a quo pendet alter genetivus **χώρας**.

V. 669. **τὸν ἀργῆτα Κολωνόν**]

ἁ λίγεια μινύρεται
θαμίζουσα μάλιστ' ἀη-
δὼν χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις,
τὸν οἰνῶπα νέμουσα κισ-
σὸν καὶ τὰν ἄβατον θεοῦ
φυλλάδα μυριόκαρπον ἀνήλιον
ἀνήνεμόν τε πάντων
χειμώνων· ἵν' ὁ βακχιώ-
τας ἀεὶ Διόνυσος ἐμβατεύει

Strabo libro X p. 602 Atticam regionem **παράλυπρον** dicit esse; apud Aristophanem bis eadem *Κραναὰ* audit. Solum enim glareosum erat; quam in partem accipiendum est, quod a Thucydide **λεπτόγεως** dicta est terra libro I c. 2, unde sumpsit Galenus. *Aptissimum vero genus terrae est oleis, cui glarea subest, si superposita creta sabulo admixta est,* inquit Columella libro V c. 8. Itaque **ἀργὴς** vocatur terra, quod est apud scholiastam **λευκόγεως**. In eandem partem valet apud Hom. Il. II 647 **ἀργινόεις**, ut arbitror, in **ἀργινόεντα Λύκαστον**. Quare cum sit **μᾶλλον ἡ λευκόγαιος ἐλαιοφόρος**, ut docet Theophrastus de causis Plant. II 5, factum est, ut Attica regio tanta gauderet fecunditate olearum, quanta nulla potest maior esse. REISIG.

V. 671. **θαμίζουσα μάλιστα**] Similiter accipiendum atque id quod supra v. 17 positum, **πυκνόπτεροι ἀηδόνες**, ita ut creberrime frequentantium lusciniarum cantu personare lucus dicatur. Cfr. Hom. Il. XVIII 386 **πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις**.

V. 672. **χλ. ὑπὸ βάσσαις**] Recte Erfurdtius: **ὑπὸ** pro **ἐν** dictum respectu collium, quibus convalles subiacent.

V. 673. **τὸν οἰνῶπα — κισσόν**] **οἰνῶπα νέμουσα** ex Dindorfii coniectura scripsi. Libri **οἰνῶπ' ἀνέχουσα**. — Tria genera numerat Plinius XVI 34, candidam hederam, nigram helicem. Itaque hic quae commemoratur nigra est, flore purpureo. Hedera autem in Attica primum provenisse traditur Acharnis, teste Pausania in Atticis sive L. I. c. 31 extr. **ἔστι δ' Ἀχαρναίων δῆμος· οὗτοι θεῶν Ἀπόλλωνα τιμῶσιν Ἀγυιέα καὶ Ἡρακλέα. καὶ Ἀθηνᾶς βωμός ἐστιν Ὑγιείας· τὴν δὲ Ἱππίαν Ἀθηνᾶν ὀνομάζουσι, καὶ Διόνυσον Μελπόμενον, καὶ Κισσὸν τὸν αὐτὸν θεόν, τὸν κισσὸν τὸ φυτὸν ἐνταῦθα πρῶτον φανῆναι λέγοντες.** REIS.

V. 674. **θεοῦ**] Bacchum significari manifestum est.

V. 675. **φυλλάδα μυριόκαρπον**] Dubitant interpretes, quae sit illa **φυλλὰς μυριόκαρπος ἀνήλιος**, quod postremum vocabulum quia vitibus non conveniat, Elmsleius laurum intellegendam putat, quae et supra v. 17 his in locis multa esse dicatur et in Oed. R. v. 83 vocetur **πάγκαρπος**. Non repugno; sed credam tamen, non solas lauros significari. Videtur enim omnino arboribus [varii generis] densum nemus describi Baccho sacrum. HERM.

V. 675 sq. Schol. **ἀνήλιον· διὰ τὴν δασύτητα τῶν φύλλων.** De locutione **ἀνήνεμον χειμώνων** vide infra v. 786 **ἄνατος κακῶν**, 865 **ἄφωνον τῆσδε τῆς ἀρᾶς**, Ai. 321 **ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων**, fragm. 182 D. **ἄλυπον ἄνθος ἀνίας** et ad O. R. 186. Cfr. Krueg. II § 47, 26, 10 et ad O. R. 186. Apte autem scholiasta cum verbis **ἀνήλιον — χειμώνων** comparandos monuit Homericos versus (Od. XIX 440 sq. coll. V 478 sq.) **τὴν μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνέμων διάει μένος ὑγρὸν ἀέντων, οὔτε μιν ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν.**

V. 678. **ἐμβατεύει**] Hellerus

θεαῖς ἀμφιπολῶν τιθήναις.

(ἀντιστροφὴ α'.)

θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄ-
χνας ὁ καλλίβοτρυς κατ' ἦμαρ αἰεὶ
νάρκισσος, μεγάλαιν θεαῖν
ἀρχαῖον στεφάνωμ', ὅ τε
χρυσαυγὴς κρόκος· οὐδ' ἄυ-
πνοι κρῆναι μινύθουσι
Κηφισοῦ νομάδες ῥεέ-
θρων, ἀλλ' αἰὲν ἐπ' ἤματι

confert Aesch. Pers. 452 *Πᾶν ἐμβατεύει ποντίας ἀκτῆς ἔπι*, consulique Blomfieldium iubet in gloss. 455.

V. 679. *θεαῖς ἀμφ. τιθήναις*] I. e. Nymphis. Eur. Cycl. 4 *ὦ Βρόμιε — Νύμφας ὀρείας ἐκλιπὼν ᾤχου τροφούς*. Hygin. Astron. Poet. lib. II 17 *Liberum patrem ut redderent nutricibus Nymphis.* Cf. Diod. Sic. IV 2. MUSGR. *θεαῖς* cum Elmsleio metri causa scripsi. Libri *θείαις*. De dativo, qui ex *ἀμφιπολῶν* aptus est, cf. Matth. § 405 not. 2. Significat autem *ἀμφιπολεῖν* hic 'peragrare'. Cf. v. 1093.

V. 682. *μεγάλαιν θεαῖν*] Cereris et Proserpinae, quarum antiquum coronamentum cum narcissum esse poeta dicit, Proserpinam potissimum videtur in mente habere, quam narcisso eximie gavisam esse scholiasta ostendit, cuius docta ad h. l. adnotatio est; quem florem legens rapta a Plutone esse fertur, ut Pamphos apud Pausaniam IX 31, 6 et Homerus in hymno Cereris [v. 6 sqq., ad quos vide interpretes] prodiderunt. HERM. Apte Neuius confert Pausan. VIII 31, 1 *τὸ δὲ ἕτερον — θεῶν ἱερὸν τῶν μεγάλων· αἱ δέ εἰσιν αἱ μεγάλαι θεαὶ Δημήτηρ καὶ Κόρη*.

V. 683 sq. Schol. *ὅ τε χρυσαυγὴς κρόκος· τοῖς τὸν νάρκισσον τῇ Δήμητρι ἀπονέμουσι τοῦτο συμπράττει, ὅτι κἂν τῇ Νιόβῃ ὁ Σοφοκλῆς τὸν κρόκον ἄντικρυς τῇ Δήμητρι ἀνατίθεται, ὥστε καὶ νῦν τὸν λόγον εἶναι περὶ τῶν Δήμητρος στεφανωμάτων· καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο ἴδιον ἂν εἴη Σοφοκλέους· τοῖς γὰρ ἀνθινοῖς οὐ πάνυ φασὶν ἥδεσθαι τὴν Δήμητρα*. Reisigius: 'Meleagro Epigr. II 7 est *χρυσάνθης κόμαισι κρόκος*; alibi *ξανθόθριξ* appellatur; Latine ruber vel luteus'. De hac quoque planta plura collegit Thudichum p. 298 sq.

V. 686. *Κηφισοῦ*] Cephisus non longe ab Eleusine in mare defertur. Qui Athenis Eleusinem via sacra ibant, Cephisum ponte, in quem exstat Simonidis epigramma, transmittebant. Fluvius est perennis nec unquam deficiens, cui proinde Sophocles vere *κρήνας ἀΰπνους* tribuit. BR.

V. 686. *νομάδες*] Dicuntur fontes Cephisi *νομάδες*, quod quasi per campos agrosque spatiantur rivis contenti.

V. 687 sq. Schol. *ἀλλ' αἰὲν ἐπ' ἤματι· ἀλλ' ἀεὶ καθ' ἡμέραν, φησίν, ἐπινίσσεται ὁ Κηφισσός, ὠκυτόκα ποιῶν τὰ πεδία καὶ ἔγκαρπα*. Genetivum *πεδίων* a verbo *ἐπινίσσεται* pendere recte recentiores interpretes monuerunt. Tum Dindorfius *ὠκυτόκον*, inquit, poeta fluvium dicit agros fecundantem. De fluvio aquas, si quando defecerint, cito reparante, quae quorundam interpretum sententia est, cogitari nequit. Nam tale quid si dicere voluisset Sophocles, in promptu erat epitheto uti aliquanto aptiore *ὠκύροος*, quod optime conveniret Cephiso, qui *χειμαρρώδης* dicatur ab Strabone.

ὠκυτόκος πεδίων ἐπινίσσεται
ἀκηράτῳ ξὺν ὄμβρῳ
στερνούχου χθονός· οὐδὲ Μου-
σᾶν χοροί νιν ἀπεστύγησαν, οὐδ' ἁ
χρυσάνιος Ἀφροδίτα.

(στροφὴ β'.)

ἔστιν δ' οἷον ἐγὼ γᾶς Ἀσίας οὐκ ἐπακούω,
οὐδ' ἐν τᾷ μεγάλᾳ Δωρίδι [νά-
σῳ Πέλοπος πώποτε] βλαστὸν
φύτευμ' ἀχείρωτον, αὐτόποιον,
ἐγχέων φόβημα δαΐων,

V. 690. **στερνούχου χθονός**] I. e. terrae late patentis, quam **γαῖαν εὐρύστερνον** vocat Hesiodus Theogon. v. 117 ab H. Stephano comparatus. Recte scholiasta **μεταφορικῶς γὰρ καὶ στέρνα καὶ νῶτά φασι τῆς γῆς τὰ πεδιώδη καὶ εὐρέα, καθάπερ αὖ πάλιν αὐχένας τὰ στενά.** DINDORF. Hermannus **σπερμούχου** coniecit.

V. 691. Schol. **νιν· τὴν Ἀττικήν.** Colonum maxime intellege. Elmsleius adscripsit Pausan. I 30, 2 **ἔστι δὲ καὶ Μουσῶν βωμός, καὶ ἕτερος Ἑρμοῦ, καὶ ἔνδον Ἀθηνᾶς.**

V. 693. **οἷον — οὐκ ἐπακούω**] Quale Asiam habere non audio, s. quale Asia nullum habet. DINDORF. Construe **οἷον (φύτευμα) γῆς Ἀσίας**, ut genetivus a nomine **φύτευμα** pendeat. De re conferunt Paus. I 30, 2 (de Academia): **καὶ φυτόν ἐστιν ἐλαίας, δεύτερον τοῦτο λεγόμενον φανῆναι.** Herodot. V 82 **ἐδέοντο ὧν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίων ἐλαίην σφι δοῦναι ταμέσθαι, ἱρωτάτας δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι. λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι ἦσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἢ Ἀθήνησι.**

V. 694 sq. **ἐν τᾷ — Πέλοπος**] Ut ab Sophocle hic Asia et Peloponnesus pro orientis et occidentis oris nominantur, ita Scythae et Peloponnesus ab Aeschylo Eum. 706 **οὔτ' ἐν Σκύθαισιν οὔτε Πέλοπος ἐν τόποις.** HERM. Peloponnesus **Δωρὶς αἶα** apud Eurip. Hec. 450. Notandum autem Peloponnesum ab Sophocle Doricam peninsulam dici per anachronismum. Nam Oedipi aetate Peloponnesum nondum occuparant Dorienses, quod octogesimo demum post Troiam captam anno factum esse testatur Thucydides I 12. DINDORF. Verba **νάσῳ Πέλοπος πώποτε** et in v. 707 verba **αὔχημα μέγιστον** concinnitatis antistrophicae restituendae causa expunxit Nauckius. Id recte factum esse ex verbo **αὔχημα** paulo post in v. 710 repetito licet cognoscere.

V. 696. **ἀχείρωτον αὐτόποιον**] Quod Pollux II 154 habet: **ἀχείρωτον δὲ Σοφοκλῆς εἶπε τὸ ἀχειρούργητον**, ad hunc locum spectare apparet, atque eam interpretationem rectam esse addito **αὐτόποιον** intellegitur. Oliva igitur non hominum manu sata, sed sponte orta esse dicitur. Cfr. Eur. Ion. 1434 **στέφανον ἐλαίας . . ἣν πρῶτ' Ἀθάνας σκόπελος ἐξηνέγκατο** et Paus. I 30, 2. Pro **ἀχείρωτον** Dindorfius ex La **ἀχείρητον** recepit, Nauckius ex coniectura **ἀγήρατον** scripsit cl. Eur. Ion. v. 1436 **ἐλαίας ἐξ ἀγηράτου.** Dindorfius in Fleckeiseni annal. a. 1868 p. 394 **ἀδήριτον αὐτόπιον** coniecit.

V. 697. **ἐγχέων φόβημα δαΐων**] Spectant haec, ut ex Philochoro et Androtione adnotavit scholiasta, ad Lacedaemoniorum religionem, qui quamvis terram Atticam

ὃ τᾷδε θάλλει μέγιστα χώρᾳ,
γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐλαίας·
τὸ μέν τις οὐ νεαρὸς οὐδὲ γήρᾳ
συνναίων ἁλιώσει χερὶ πέρ-
σας· ὁ γὰρ αἰὲν ὁρῶν κύκλος
λεύσσει νιν Μορίου Διὸς
χἀ γλαυκῶπις Ἀθάνα.

incursionibus suis saepe popularentur, tamen ab Academia et olivis ibi positis manus abstinere solerent. Quod eos Academi reverentia ductos fecisse Plutarchus exponit in vita Thesei c. 32. DINDORF.

V. 699. De *παιδοτρόφου* confert Musgravius Eur. Ion. 1433 *στέφανον ἐλαίας ἀμφέθηκά σοι τότε*, Hesychium: *στέφανον ἐκφέρειν· ἔθος ἦν, ὁπότε παιδίον ἄρρεν γένοιτο παρὰ Ἀττικοῖς, στέφανον ἐλαίας τιθέναι πρὸ τῶν θυρῶν, ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν ἔρια διὰ τὴν ταλασίαν.* Bergkius Hist. lit. Graec. vol. III p. 464 cum aliis *παιδοτρόφου* ad palaestricum olei usum refert.

V. 700. Schol. *τὸ μέν· τὸ φυτὸν τῆς ἐλαίας.*

V. 700 sq. *οὐ νεαρὸς οὐδὲ* pro *οὔτε νεαρὸς οὔτε* scripsi cum Porsono. In *νεαρὸς νεα* monosyllabum est ut saepius in *νεανίας, νεᾶνις, νεανικός.* Cfr. Eur. Phoen. 147, Aristoph. Vesp. 1067, 1069, Aesch. Eum. 957. Praeterea *συνναίων* pro *σημαίνων* de Blaydesii coniectura recepi, ut *οὐ νεαρὸς οὐδὲ γήρᾳ συνναίων* nihil aliud significet quam 'nec iuvenis nec senex' i. e. 'nemo'. Cum *γήρᾳ συνναίων* cfr. Eur. fragm. 370, 2 *πολιῷ γήρᾳ συνοικοίην.* Quod antea legebatur *σημαίνων*, ad imperatores spectare putabant, *νεαρός* ad Xerxem, a quo combusta Minervae olea quae in arce erat postridie novo germine effloruit (Herod. VIII 55), *γήρᾳ σημαίνων* ad Archidamum, quem aetate provectiorem fuisse ex Thucydide I 80 appareat, regem Lacedaemoniorum, qui, ut ex Androtione refert scholiasta, abstineri a sacris oleis iussit.

V. 702. *κύκλος*] Frequens hoc apud poetas de oculo. Cfr. Philoct. 1354. *αἰὲν* ex Porsoni coniectura scripsi. Libri *εἰσαιέν.*

V. 703. *λεύσσει*] Confert Neuius v. 869, 1370, 1453, Elect. 175. Schol. *Μορίου Διός· Μόριον Δία εἶπε τὸν ἐπόπτην τῶν μορίων ἐλαιῶν· καὶ ἔστιν ὁ λεγόμενος Μόριος Ζεύς, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος· περὶ Ἀκαδημίαν ἐστὶν ὅ τε τοῦ Καταιβάτου Διὸς βωμός, ὃν καὶ Μόριον καλοῦσι, τῶν ἐκεῖ μορίων παρὰ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρυμένων.* Addit Reisigius: 'Quod oleae sacrae *μόριαι* vocantur, eius rei causa repetenda est ab Halirrhothii fabula, quam narrat schol. ad Arist. Nub. 1001. Is enim Neptuni filius, cum suo invento Minerva superasset Neptunum atque Athenarum praesidium accepisset, oleam Minervae excidere conatus sublata securi aberravit atque semet vulneratum occidit. Vere enim grammaticus in Etymol. M. p. 590 l. 42 ab illius fato duxit originem nominis: *ἀπὸ οὖν τοῦ περὶ αὐτὸν μόρου, ὅτι ἀνῃρέθη κόπτων τὰς ἐλαίας, μορία ἐκλήθη.* Itaque Plinius H. N. XVI 44 *Athenis quoque olea durare traditur in certamine edita a Minerva.* Adde Servium ad Verg. Georg. I 18, Ciceronem de Legg. I 1, 2'.

V. 704. *χἀ γλαυκῶπις Ἀθάνα*] Bene monet Schneidewinus, commode poetam, cum Iovem appellasset *Μόριον* ut *ἐπόπτην τῶν μορίων ἐλαιῶν*, Minervam ornasse epitheto *γλαυκῶπις* (*λαμπρόφθαλμος*) respectu habito *γλαυκᾶς ἐλαίας* v. 699.

(ἀντιστροφὴ β'.)

ἄλλον δ' αἶνον ἔχω ματροπόλει τᾷδε κράτιστον,
δῶρον τοῦ μεγάλου δαίμονος, εἰ-
πεῖν, [αὔχημα μέγιστον,]
ὄχησιν εὔπωλον, εὐθάλασσον.
ὦ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νιν ἐς
τόδ' εἷσας αὔχημ', ἄναξ Ποσειδάν,
ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν
πρώταισι ταῖσδε κτίσας ἀγυιαῖς.
ἁ δ' εὐήρετμος ἔκπαγλ' ἁλία
χερσὶ παραπτομένα πλάτα
θρῴσκει, τῶν ἑκατομπόδων

V. 705. ματροπόλει] Confert Reisigius 1480 γᾷ ματέρι.

V. 706. τοῦ μεγάλου δαίμονος] Neptuni.

V. 708. ὄχησιν pro εὔιππον, quod ex interpretatione nominis εὔπωλον ortum videtur, ex Heimsoethii coniectura scripsi; nam eis qui haec adiectiva ad ματροπόλει referenda putant, accusativus obstat et si δῶρον εὔιππον εὔπωλον intellegitur, δῶρον εὐθάλασσον de navigio intellegi vix potest.

V. 709 sq. ἐς τόδ' εἷσας αὔχημα] Locutio similis ei, de qua ad Philoct. 1435 exposui. De εἷσας vide Matth. § 235, 1.

V. 711 sq. ἀκεστῆρα χαλινὸν dicit, qui medeatur ferociae equorum. Similiter Pind. Ol. XIII 97 φίλτρον ἵππειον vocat. HERM. Apte Dissen. cum illo loco eiusdem odae v. 85 confert: φάρμακον πραῢ τείνων ἀμφὶ γένυι. De usu verbi κτίζειν Neuius comparat Trach. 898 et Blomf. Aesch. Pers. gloss. 294.

V. 713 sqq. ἁ δ' εὐήρετμος — θρῴσκει] Iungenda verba ita sunt: ἁ δ' εὐήρετμος πλάτα χερσὶ παραπτομένα ἔκπαγλα ἁλία (i. e. ἐν ἁλί, cfr. ad v. 119) θρῴσκει. Recte Elmsleius monuit εὐήρ. πλάτα dictum esse ut καλλίχειρες ὠλέναι, πόδα τυφλόπουν, εὐπήχεις χεῖρας aliaque similia, cuiusmodi ad Ant. 500 sq. attuli. Apparet autem poetam nomen πλάτα ita posuisse, ut non de solo remo, sed simul de tota navi accipi vellet. Sic Ai. 349 ed. meae. Cfr. Eur. Hel. 666, 1272 et Andr. 866. Itaque hoc dicere videtur: 'navis vero remis manibus remigum (a te) applicatis bene instructa admirabiliter saltat in mari'. Addit Dindorfius: additum χερσὶ indicio est, παραπτομένα non esse aoristum verbi παραπέτεσθαι, sed, ut alii acceperunt, praesens verbi παράπτομαι, ut χέρας κώπῃ προσαρμόσαι dixit Euripides Iph. T. 1405.

V. 715 sq. τῶν ἑκ. — ἀκόλουθος] Cum Nymphis saltare dicuntur naves ab Euripide El. 434 πέμπουσαι χοροὺς μετὰ Νηρήδων, ubi Seidlerus apposuit et haec Sophoclea et Eur. Hel. 1467 ὦ ταχεῖα κώπα — χοραγὲ τῶν καλλιχόρων δελφίνων. REIS.

Ibid. ἑκατομπόδων] Quinquaginta numero fuere Nereides (sic docet Hesiod. Theog. 264, Eur. Iph. A. 1062, Iph. T. 428), quas propterea Sophocles ἑκατόμποδας satis insolenter vocat. Ovidius tamen Fast. VI 499 *Excipit illaesos Panope centumque sorores.* Propertius III 33 *O centum aequoreae Nereo genitore puellae.* Plato Critia Vol. III p. 116 E Νηρηΐδας δὲ ἐπὶ δελφίνων ἑκατὸν κύκλῳ· τοσαύτας γὰρ ἐνόμιζον αὐτὰς οἱ τότε εἶναι. MUSGR. Cfr. Valcken. Anim. ad Ammon. III 1. Reisigius cum Bothio et Elmsleius centum dici Nereides credunt, vo-

*Νηρῄδων ἀκόλουθος.*
ΑΝΤ. *Ὦ πλεῖστ' ἐπαίνοις εὐλογούμενον πέδον,*
*νῦν σὸν τὰ λαμπρὰ ταῦτα δὴ φαίνειν ἔπη.*
ΟΙΔ. *τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ, καινόν;*
ΑΝΤ. *ἆσσον ἔρχεται*
*Κρέων ὅδ' ἡμῖν οὐκ ἄνευ πομπῶν, πάτερ.*
ΟΙΔ. *ὦ φίλτατοι γέροντες, ἐξ ὑμῶν ἐμοὶ*
*φαίνοιτ' ἂν ἤδη τέρμα τῆς σωτηρίας.*
ΧΟΡ. *θάρσει, παρέσται. καὶ γὰρ εἰ γέρων ἐγώ,*
*τὸ τῆσδε χώρας οὐ γεγήρακε σθένος.*

ΚΡΕΩΝ.

*Ἄνδρες, χθονὸς τῆσδ' εὐγενεῖς οἰκήτορες,*
*ὁρῶ τιν' ὑμᾶς ὀμμάτων εἰληφότας*
*φόβον νεώρη τῆς ἐμῆς ἐπεισόδου,*

cabulo *πούς* nonnisi periphrasin faciente, ita ut Elmsleius tamen *ἐκ. Νηρ.* hoc sensu dictum putet, *ἑκατὸν Νηρηΐδας ὀρχηστρίδας*. Doederlinus 'Non aliud', inquit 'hoc epitheton quam pernicitatem, centum quasi pedibus properantium, ut *ἑκατόγχειρ* vires ac robur Briarei indicat. Item Furia Electr. 488 *καὶ πολύπους καὶ πολύχειρ*'. Adde Lobeck. ad Ai. v. 55 p. 101 ed. sec. Gleditschius vocabulum corruptum iudicans non sine probabilitate *ἑκατὸν κορᾶν* coniecit.

V. 716. *ἀκόλουθος*] Gl. Vict. *ὅμοιος*. Accuratius etiam primitiva potestate potest accipi: *τὴν αὐτὴν κέλευθον ἔχουσα*. DOED. Vide ad O. R. 207.

V. 717 sqq. Schol. *ὦ πλεῖστ' ἐπαίνοις· Ἀντιγόνη ταῦτά φησιν ὁρῶσα προσιόντα τὸν Κρέοντα μετὰ χειρὸς ἐπὶ τὸν Οἰδίπουν δὲ ἀφῖκται ὁ Κρέων, καὶ μὴ πείσας αὐτὸν παρασπᾶται αὐτοῦ τὴν Ἀντιγόνην, φθάσας κατὰ τὴν ὁδὸν καὶ τὴν Ἰσμήνην ἀφελέσθαι.*

V. 718. *σὸν* ex Nauckii coniectura scripsi. Libri *σοί*. Cfr. v. 197 *πάτερ, ἐμὸν τόδε*, El. 1470 *οὐκ ἐμὸν τόδ', ἀλλὰ σόν*. — *φαίνειν*, 'comprobare, rata facere'. Confert Hermannus Trach. 239 *εὐκταῖα φαίνων, ἢ 'πὸ μαντείας τινός*; Nauckius *κραίνειν* scribi voluit.

V. 722. *τέρμα τῆς σωτηρίας*] Ita Eurip. Or. 1336 *σωτηρίας γὰρ τέρμ' ἔχεις ἡμῖν μόνη*.

V. 723. *καὶ γὰρ εἰ*] 'quamquam enim'. Cfr. Eur. Med. 463 *καὶ γὰρ εἰ σύ με στυγεῖς, οὐκ ἂν δυναίμην σοὶ κακῶς φρονεῖν ποτε*. 1249 *καὶ γὰρ εἰ κτενεῖς σφ', ὅμως φίλοι γ' ἔφυσαν*. Conf. Meinek. ad Men. p. 343 sq.

V. 725. *εὐγενεῖς*] Bene Schaeferus: satis *θωπευτικῶς* ad voluntatem conciliandam Atheniensium.

V. 726 sq. *ὀμμάτων — ἐπεισόδου*] Ambo genetivi apti sunt ex nomine *φόβον*, dictumque recte *ὀμμάτων φόβος*, quia *ὄμματα φοβεῖται* recte dicitur. Cfr. Matth. § 380 not. 1. Ceterum bene Reisigius: subtiliter designat oculos animi metu perturbati nuntios, cum non intuentur *ἀσκαρδαμυκτί*: nictando enim animum trepidantem indicant. Conferre licet Ai. 139 sq. *μέγαν ὄκνον ἔχω καὶ πεφόβημαι πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας*, ubi copiosus est in hoc genere Lobeckius.

ὃν μήτ' ὀκνεῖτε, μήτ' ἀφῆτ' ἔπος κακόν.
ἥκω γὰρ οὐχ ὡς δρᾶν τι βουληθείς, ἐπεὶ
γέρων μέν εἰμι, πρὸς πόλιν δ' ἐπίσταμαι
σθένουσαν ἥκων, εἴ τιν' Ἑλλάδος, μέγα.
ἀλλ' ἄνδρα τόνδε τηλικόσδ' ἀπεστάλην
πείσων ἕπεσθαι πρὸς τὸ Καδμείων πέδον,
οὐκ ἐξ ἑνὸς στείλαντος, ἀλλ' ἀνδρῶν ὑπὸ
πάντων κελευσθείς, οὕνεχ' ἧκέ μοι γένει
τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματ' εἰς πλεῖστον πόλεως.
ἀλλ', ὦ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, κλύων ἐμοῦ
ἱκοῦ πρὸς οἴκους. πᾶς σε Καδμείων λεὼς
καλεῖ δικαίως· ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγώ,
ὅσῳπερ, εἰ μὴ πλεῖστον ἀνθρώπων ἔφυν
κάκιστος, ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς, γέρον,
ὁρῶν σε τὸν δύστηνον ὄντα μὲν ξένον,
ἀεὶ δ' ἀλήτην, κἀπὶ προσπόλου μιᾶς

V. 728. ὃν μήτ' ὀκνεῖτε] I. e. ἀλλὰ μὴ ὀκνεῖτέ με. Quod pronomen latet in ἐμῆς. De variatis temporibus ὀκνεῖτε et ἀφῆτε confer Herm. ad Vig. § 748, Buttmann § 137, 5, Matth. § 511, 3.

V. 729. δρᾶν τι] I. e. aliquid iniuriae facere. Vide quae ad Philoct. 674 adnotavi. De ὡς βουληθείς cfr. Eur. Med. 682 ὡς τί χρῄζων, Iph. T. 557 ὡς τί δὴ θέλων.

V. 731. εἴ τιν' Ἑλλάδος] Apte confert Elmsl. Ai. 487 ἐγὼ δ' ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρός, εἴπερ τινός, σθένοντος ἐν πλούτῳ, Φρυγῶν. Adde Matth. § 617 e.

V. 732. τηλικόσδ' Brunckius restituit. Libri τηλικόνδ'.

V. 734. ἀνδρῶν ὑπό] Pro eo, quod in mente habuit Creon dicere, οὐκ ἐξ ἑνὸς ἀνδρός [scil. Καδμείου], ἀλλ' ὑπὸ πάντων, ita locutus est, ut ἀνδρῶν in altera parte sententiae poneret. HERM. Deteriores libri pro ἀνδρῶν exhibent ἀστῶν.

V. 735. Schol. οὕνεχ' ἧκέ μοι γένει· ἀντὶ τοῦ ὅτι προσήκει μοι πενθεῖν τὰ τούτου ἀτυχήματα ὑπὲρ πάντας Θηβαίους. Sic ἧκον pro προσῆκον in Eur. Alc. 298. SCHAEF. Dativus γένει pro ablativo instrumenti est, 'cognatione', i. e. propter cognationem. Vide ad O. R. 90.

V. 736. εἰς πλεῖστον πόλεως] Apte confert Elmsl. O. R. 918 ὅτ' οὖν παραινοῦσ' οὐδὲν ἐς πλέον ποῶ. Doederl. Stallbaumium ad Plat. Euthyphr. p. 79 consuli iubet. Adde cum Neuio O. R. 700 ἐς πλέον. Hunc v. Dobraeus ex v. 738—741 conflatum delendumque putat.

V. 739. Schol. ἐκ δὲ τῶν· ἐγὼ μάλιστά σε καλῶ, ὅσῳπερ πλεῖστον ἀλγῶ τοῖς σοῖς παθήμασιν. De articulo pro pronomine demonstrativo posito vide Matth. § 286. Elmsl. affert Eur. Alc. 274 οἰκτρὰν φίλοισιν, ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐμοί. Adde Philoct. 1243 ξύμπας Ἀχαιῶν λαός, ἐν δὲ τοῖς ἐγώ.

V. 741. Adsumendum ad ἀλγῶ ex v. 739 μάλιστα est, ut in Trach. 312 ἐπεί νιν τῶνδε πλεῖστον ᾤκτισα βλέπουσ', ὅσῳπερ καὶ φρονεῖν οἶδεν μόνη ad infinitivum φρονεῖν intellegendum est πλεῖστον. Tum de πλεῖστον cum superlativo iuncto cfr. Phil. 631 πλεῖστον ἐχθίστη ἔχιδνα et vide Krueg. II § 49, 10, 4.

V. 743. ἀεὶ δ' ἀλήτην] I. e.

βιοστερῆ χωροῦντα· τὴν ἐγὼ τάλας
οὐκ ἄν ποτ' ἐς τοσοῦτον αἰκίας πεσεῖν
ἔδοξ', ὅσον πέπτωκεν ἥδε δύσμορος,
ἀεί σε κηδεύουσα καὶ τὸ σὸν κάρα
πτωχῷ διαίτῃ, τηλικοῦτος, οὐ γάμων
ἔμπειρος, ἀλλὰ τοῦ 'πιόντος ἁρπάσαι.
ἆρ' ἄθλιον τοὔνειδος, ὢ τάλας ἐγώ,
ὠνείδισ' ἐς σὲ κἀμὲ καὶ τὸ πᾶν γένος;
ἀλλ' οὐ γὰρ ἔστι τἀμφανῆ κρύπτειν, σύ νιν
πρὸς θεῶν πατρῴων, Οἰδίπους, πεισθεὶς ἐμοὶ
κρύψον, θελήσας ἄστυ καὶ δόμους μολεῖν
τοὺς σοὺς πατρῴους, τήνδε τὴν πόλιν φίλως
εἰπών· ἐπαξία γάρ· ἡ δ' οἴκοι πλέον
δίκῃ σέβοιτ' ἄν, οὖσα σὴ πάλαι τροφός.

*ὄντα δ' ἀεὶ ἀλήτην.* Vide quae ad O. R. 430 exposui.

V. 745 sq. *οὐκ ἄν ποτ' — ἔδοξ'*] Cfr. Matth. § 599 b c. — Tum *ὅσον* significat *εἰς ὅσον.* Vide Matth. § 595, 4. Dictum autem *ὅσον π. ἥδε δύσμορος,* quasi praecesserit enuntiatum sic conformatum: *οὐδέποτ' ἄν τινα ἔδοξα πεσεῖν ἐς τοσοῦτον αἰκίας.*

V. 748. *τηλικοῦτος*] Dictum pro *τηλικαύτη.* Vide Matth. § 436, 2.

V. 749. Pro *ἔμπειρος* Meinekius *ἔμμοιρος*, Nauckius *ἔγκληρος* scribendum putavit. At cfr. Eur. Med. 672 *λέχους ἄπειρος.*

Ibid. *τοῦ 'πιόντος ἁρπάσαι*] Genetivus aptus est ex participio *οὖσα* (cfr. Matth. § 315 et O. R. 916 *ἔστι τοῦ λέγοντος*) et *ἁρπάσαι* significat 'ad rapiendum'; vide Matth. § 535 a.

V. 750 sq. *ἆρ' ἄθλιον — ἐς σὲ* etc.] I. e. *ἆρα ἄθλιον τὸ ὄνειδος, ὃ ὠνείδισα εἰς σὲ* etc. De *ἆρα* particulae usu ad Ai. 269 monuimus. Et sibi et Oedipo et toti generi Creon hoc probro esse ait, quod, qui rex Thebarum fuisset celeberrimus, deformatus corpore et in summam coniectus miseriam exsul erret cum filia regia, patrem curante et panem cotidianum emendicante.

V. 752 sqq. *ἀλλ' οὐ γὰρ — εἰπών*] Cum quod omnium oculis pateat Creon negat occultari posse, verecunde loquitur hoc significans, fieri non posse, quin cum indigna sors Antigonae, tum maxime Oedipi cum reliquus habitus corporis miserrimus, tum imprimis faciei deformitas conspiciatur ab omnibus, ad quos accedat, scil. peregrinos. Contra illud et posse et decere fieri sequentibus ostendit, ut peregrinorum hominum conspectui Oedipus se subtrahat et ad suos in patriam se recipiat, dein illud in mente habens, quod in Oed. R. v. 1430 sqq. extulit *τοῖς ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλισθ' ὁρᾶν μόνοις τ' ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά.*

Ibid. *σύ νιν* pro *σὺ νῦν* restituit Blaydesius. Refertur autem *νίν* ad *ὄνειδος.*

V. 756. Pro *εἰπών* Blaydesius scribendum putat *λιπών.* De *εἰπών* cfr. Hom. Il. XII 210 *δὴ τότε Πουλυδάμας θρασὺν Ἕκτορα εἶπε παραστάς.*

Ibid. *ἐπαξία γάρ*] Spectat maxime ad *φίλως*, i. e. ad animum benevolum, quo ipse Creon vult Oedipum in civitatem Atheniensem esse.

Ibid. *ἡ δ' οἴκοι*] Sc. *πόλις*, i. e. *ἡ οἰκεία πόλις*, patria. Fortasse tamen *ἐκεῖ* pro *οἴκοι* scribendum est.

V. 757. Passiva vis verbi *σέ-*

ΟΙΔ. ὦ πάντα τολμῶν, κἀπὸ παντὸς ἂν φέρων
λόγου δικαίου μηχάνημα ποικίλον,
τί ταῦτα πειρᾷ, κἀμὲ δεύτερον θέλεις
ἑλεῖν, ἐν οἷς μάλιστ' ἂν ἀλγοίην ἁλούς;
πρόσθεν τε γάρ με τοῖσιν οἰκείοις κακοῖς
νοσοῦνθ' ὅτ' ἦν μοι τέρψις ἐκπεσεῖν χθονός,
οὐκ ἤθελες θέλοντι προσθέσθαι χάριν·
ἀλλ' ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ἦ θυμούμενος,
καὶ τοὐν δόμοισιν ἦν διαιτᾶσθαι γλυκύ,
τότ' ἐξεώθεις κἀξέβαλλες, οὐδέ σοι
τὸ συγγενὲς τοῦτ' οὐδαμῶς τότ' ἦν φίλον.
νῦν τ' αὖθις, ἡνίκ' εἰσορᾷς πόλιν τέ μοι
ξυνοῦσαν εὔνουν τήνδε καὶ γένος τὸ πᾶν,
πειρᾷ μετασπᾶν σκληρὰ μαλθακῶς λέγων.
καίτοι τίς αὕτη τέρψις ἄκοντας φιλεῖν;

*βεσθαι* apud bonos scriptores hoc loco excepto non invenitur.

V. 758 sq. *κἀπὸ παντὸς — ποικίλον*] Recte monuit Doederl. *παντὸς* non esse cum *λόγου δικαίου* iungendum, sed constructionem esse *ποικίλον μηχάνημα λόγου δικαίου φέρων ἂν ἀπὸ παντός*, ex quavis re callide aliquam iustitiae speciem petere sciens. Vide v. 807. HERM. De *ἀπὸ παντός* vide Matth. § 572, de *φέρων ἂν* eundem § 598 b et Krueg. I § 54, 6, 6, infra ad v. 962.

V. 760. *κἀμὲ*] Recte videtur Bothius explicare 'me, qui te bene noverim sciamque te mihi insidias struere'. Sed nescio an *καί με* scribendum sit.

V. 761. *ἐν οἷς*] Haec est cura necessitudinis, quam obtendit Creon et nunc et prius obtenderat, cum Oedipum retineret ac nollet exsulare. Quare est v. 771 *τὸ συγγενὲς τοῦτο*. REIS.

V. 762 sq. *τοῖσιν οἰκείοις κακοῖς*] Confert Neuius Ai. 260 *οἰκεῖα πάθη*, 919 *οἰκείας σφαγῆς*, El. 215 *οἰκείας ἄτας*. Accusativus *νοσοῦντά με* referendus est ad verbum simile eis quae sequuntur *ἐξεώθεις κἀξέβαλλες*, ut *οὐκ ἤθελες ἐκβαλεῖν* vel *οὐκ εἴας φεύγειν*.

V. 764. *οὐκ ἤθελες*] Diod. Sic. IV 65 *τῶν περὶ τὴν οἰκίαν ἀσεβημάτων γνωσθέντων, τὸν μὲν Οἰδίπουν ὑπὸ τῶν υἱῶν ἔνδον μένειν ἀναγκασθῆναι διὰ τὴν αἰσχύνην*. Cfr. Eur. Phoen. 876. DOED.

V. 765. Schol. *μεστός· ὡς ἐπὶ κεράμου· ὅ ἐστιν, ὅτε κορεσθεὶς τοῦ θυμοῦ, λοιπὸν τὰ συμφέροντα ἐβουλευόμην, καὶ οὐκ ἔτι ἤθελον φεύγειν.* — *ἦ* restituit Elmsleius pro *ἦν*. Vide ad O. R. 1092. De participio *θυμούμενος* vide Matth. § 550 b extr. Cfr. Demosth. Olymp. p. 1175, 3 *ἐπειδὴ δὲ μεστὸς ἐγένετο ἀγανακτῶν.*

V. 766. Schol. *τοὐν δόμοισιν· ἀντὶ τοῦ ἐν Θήβαις.*

V. 768. *τὸ συγγενὲς τοῦτο*] I. e. *ἡ συγγένεια αὕτη*. Vide ad Philoct. 83. Hoc autem dicit Oedipus: tum cum expelleretur, Creontem nullum erga cognatum (Oedipum) studium et amorem, quem nunc iactet, declarasse. Pro *φίλον* sensui magis aptum videtur *μέλον*. Cfr. *ἔσται μέλον* v. 653, El. 459.

V. 770. Schol. *γένος· τὸ Ἀττικόν.*

V. 771. *σκληρὰ μ. λέγων*] Confert Neuius Ant. 1047 *ὅταν λόγους αἰσχροὺς καλῶς λέγωσι τοῦ κέρδους χάριν.*

V. 772. Schol. *καίτοι τίς αὕτη· καὶ σὺ οὖν βούλει με εὐεργετεῖν*

*ὥσπερ τις εἴ σοι λιπαροῦντι μὲν τυχεῖν*
*μηδὲν διδοίη, μηδ' ἐπαρκέσαι θέλοι,*
*πλήρη δ' ἔχοντι θυμὸν ὧν χρῄζοις, τότε*
*δωροῖθ', ὅτ' οὐδὲν ἡ χάρις χάριν φέροι·*
*ἆρ' ἂν ματαίου τῆσδ' ἂν ἡδονῆς τύχοις;*
*τοιαῦτα μέντοι καὶ σὺ προσφέρεις ἐμοί,*
*λόγῳ μὲν ἐσθλά, τοῖσι δ' ἔργοισιν κακά.*
*φράσω δὲ καὶ τάδ', ὥς σε δηλώσω κακόν.*
*ἥκεις ἔμ' ἄξων, οὐχ ἵν' εἰς δόμους ἄγῃς,*
*ἀλλ' ὡς πάραυλον οἰκίσῃς, πόλις δέ σοι*
*κακῶν ἄνατος τῆσδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός.*
*οὐκ ἔστι σοι ταῦτ', ἀλλά σοι τάδ' ἔστ', ἐκεῖ*
*χώρας ἀλάστωρ οὑμὸς ἐνναίων ἀεί·*
*ἔστιν δὲ παισὶ τοῖς ἐμοῖσι τῆς ἐμῆς*

*μὴ θέλοντα.* Ab hoc versu usque ad v. 779 ponit paullisper Oedipus, velle Creontem in ipsam patriam suam se reducere, simulque exponit, id si velit, ne gratum quidem sibi esse posse. Inde a v. 780 demum ab Oedipo vera Creontis voluntas aperitur.

V. 777. *ἆρ' ἂν — τύχοις;*] 'Nonne haec, si consequare, inanis voluptas erit?' De *ἆρα* monitum ad v. 750.

V. 780. *τάδ'* pro *τοῖσδ'* ex Blaydesii coniectura scripsi.

V. 781. *ἥκεις ἔμ' ἄξων*] Ne quis haereat in pronomine *ὀρθοτονουμένῳ* opineturque scribendum fuisse *ἥκεις μ' ἀπάξων*, tenendum est Oedipum hoc dicere: 'non affinium cura teneris et misericordia, ut me cum meis in patriam reducendum putes, sed id agis, ut me tantum abducas abductumque in tua potestate habeas. Cfr. v. 389.

V. 782. *ἀλλ' ὡς πάραυλον οἰκίσῃς*] Gl. *ἀγρότην*. BR. Schol. *ἀντὶ τοῦ ἐν ἀγροῖς.* Rectius 'vicinum', *ἄγχι γῆς Καδμείας*. Sic etiam Ai. 892 *τίνος βοὴ πάραυλος ἐξέβη νάπους;* ELMSL.

V. 782 sq. *πόλις δέ σοι — χθονός*] 'Ut urbs tua immunis evadat malorum, quae ab hac civitate Atheniensium ei impendent. Cfr. v. 605. De locutione *ἄνατος κακῶν* vide ad huius fab. 676, de pleonasmo *ἄνατος ἀπαλλαχθῇ* Advers. in Phil. p. 52 maximeque Ai. 1019 *ἀπωστὸς γῆς ἀπορριφθήσομαι.* Ant. 399 sq. *ἐγὼ δ' ἐλεύθερος δίκαιός εἰμι τῶνδ' ἀπηλλάχθαι κακῶν.* El. 1002 *ἄλυπος ἄτης ἐξαπαλλαχθήσεται.*

V. 784. *οὐκ ἔστι σοι ταῦτ'*] 'Non hoc, quod te dixi consequi velle, consequere'.

V. 784 sq. *ἐκεῖ χώρας — ἀεί*] De hoc appositionis genere vide Matth. § 472, 2 e. De *ἐκεῖ χώρας* cfr. ad v. 167. Ceterum conferenda cum hoc loco sunt quae Antigone Oedipo dicit apud Eur. Phoen. 1550 sq. *σὸς ἀλάστωρ ξίφεσιν βρίθων καὶ πυρὶ καὶ σχετλίαισι μάχαις ἐπὶ παῖδας ἔβα σούς, ὦ πάτερ, ὤ μοι.* Ad quem locum schol. *ἀλάστωρ· ὁ παρακολουθῶν σοι κακοποιὸς δαίμων. — Ἀλάστορες λέγονταί τινος ἢ οἱ κακοποιοῦντες αὐτόν, ἢ οἱ δι' ἐκδίκησιν αὐτοῦ ἑτέρους κακοποιοῦντες.* Adde Blomf. ad Aesch. Pers. gloss. 360.

V. 786 sq. *ἔστιν δὲ — λαχεῖν*] Praesens in futuri speciem est positum, ubi res fato constituta ostenditur. Itaque in Aesch. Prom. 184 est: *ὑφ' ὅτου σκῆπτρον τιμάς τ' ἀποσυλᾶται.* REIS. Conf. Krueg. I § 53, 1, 6. De *ἔστιν* 'licet', cfr. v. 600.

χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτον, ἐνθανεῖν μόνον.
ἆρ' οὐκ ἄμεινον ἢ σὺ τἀν Θήβαις φρονῶ;
πολλῷ γ', ὅσῳπερ κἀκ σαφεστέρων κλύω,
Φοίβου τε καὐτοῦ Ζηνός, ὃς κείνου πατήρ.
τὸ σὸν δ' ἀφῖκται δεῦρ' ὑπόβλητον στόμα
πολλὴν ἔχον στόμωσιν· ἐν δὲ τῷ λέγειν
κάκ' ἂν λάβοις τὰ πλείον' ἢ σωτήρια.
ἀλλ' οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων, ἴθι,
ἡμᾶς δ' ἔα ζῆν ἐνθάδ'· οὐ γὰρ ἂν κακῶς,
οὐδ' ὧδ' ἔχοντες, ζῷμεν, εἰ τερποίμεθα.

V. 787. *τοσοῦτον, ἐνθανεῖν*] I. e. *τοσοῦτον, ὅσον ἐνθανεῖν.* Cfr. Matth. § 479. Hermannus ad sententiam pariter et ad dicendi formam comparari iubet Aesch. Sept. c. Th. 718 *χθόνα ναίειν διαπήλας ὁπόσαν καὶ φθιμένοισιν κατέχειν, τῶν μεγάλων πεδίων ἀμοίρους.* Cfr. etiam Aristoph. Eccl. 592 *μηδὲ γεωργεῖν τὸν μὲν πολλήν, τῷ δ' εἶναι μηδὲ ταφῆναι.* Meinekius coniecit *ἐνθάπτειν.*

V. 788. Schol. *ἆρ' οὐκ ἄμεινον· ἆρα οὐ πλέον σου τὰ ἀποβησόμενα ταῖς Θήβαις οἶδα;*

V. 789. *κἀκ* scripsit Doederlinus. Libri vel *ἐκ* vel *καὶ* exhibent. De notione voc. *σαφής* dictum ad 622, de *κλύω* ad 33.

V. 790. Schol. *καὐτοῦ Ζηνός· δοκεῖ γὰρ ὁ Ἀπόλλων παρὰ Διὸς λαμβάνειν τοὺς χρησμούς, ὡς καὶ ἐν Ἰφικλείᾳ φησί, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἱερείαις· 'στέλλειν ὅπως τάχιστα· ταῦτα γὰρ πατὴρ Ζεὺς ἐγκαθιεῖ Λοξίᾳ'. Καὶ Ἀριστοφάνης Ἥρωσιν.* Vide ad v. 622 huius fab. et ad O. R. 151.

V. 791. Schol. *ὑπόβλητον· οὐκ ἀληθές, ἀλλὰ πεπλασμένον. ἀπὸ τῶν ὑποβαλλομένων εἰς τὰ γένη τοὺς παῖδας.* De voc. *ὑπόβλητον* comparant editores Ai. 188 *εἰ δ' ὑποβαλλόμενοι κλέπτουσι μύθους οἱ μεγάλοι βασιλῆς*, et v. 481 *ὡς ὑπόβλητον λόγον ἔλεξας.* Opponit Oedipus verissimo Apollinis oraculo orationem Creontis fallaciae plenam et artis improbissimae. De forma orationis, qua *τὸ σὸν δ' ἀφ. στόμα* dictum pro *σὺ δὲ ἀφῖξαι ὑπόβλ. στόμα ἔχων*, cfr. v. 569 et Matth. § 430 et Schaefer. ad Eur. Or. Pors. 1215.

V. 792. Schol. *στόμωσιν· ἀντὶ τοῦ δείνωσιν καὶ πανουργίαν.* Reisigius confert Arist. Nub. 1102 sq. *ὅπως εὖ μοι στομώσεις αὐτόν*, et *κόπις* de oratore usurpatum ab Eur. Hec. 129.

V. 792 sq. *ἐν δὲ τῷ λέγειν — σωτήρια*] I. e. 'sed dicendo quae consequare, maiorem partem mala quam salutaria capies'. Itaque eo tendit Oedipi oratio, ut moneat Creontem, dicendo quae statim refutari et ad aperiendam eius malitiam converti possint, facturum, ut damnum potius quam aliquid salutare consequatur. Est autem salutare illud reditus Oedipi. Confirmat hanc interpretationem responsum Creontis. HERM. De *ἐν τῷ λέγειν* vide ad Philoct. 61, de *τὰ πλείονα* Matth. § 266 not. et Krueg. I § 50, 4, 13.

V. 794. Blaydesius coniecit *οἶσθα γάρ με*, ut *ταῦτα* significaret 'quae fallaciter et improbe protulisti', Meinekius *ἴσθι γάρ με* et cum Nauckio *πείσων* scripsit. Quod libri habent, praeferendum videtur. De *μή* cfr. v. 656 *οἶδ' ἐγώ σε μήτινα ἐνθένδ' ἀπάξοντ' ἄνδρα*, 1121 sq.

V. 795 sq. *οὐ γὰρ ἂν — τερποίμεθα*] Recte Brunckius 'non enim male, ne sic quidem, vivamus, si ita vivere nos iuvet'.

ΚΡΕ. πότερα νομίζεις δυστυχεῖν ἔμ' ἐς τὰ σά,
ἢ σ' εἰς τὰ σαυτοῦ μᾶλλον ἐν τῷ νῦν λόγῳ;
ΟΙΔ. ἐμοὶ μέν ἐσθ' ἥδιστον, εἰ σὺ μήτ' ἐμὲ
πείθειν οἷός τ' εἶ μήτε τούσδε τοὺς πέλας.
ΚΡΕ. ὦ δύσμορ', οὐδὲ τῷ χρόνῳ φύσας φανῇ
φρένας ποτ', ἀλλὰ λῦμα τῷ γήρᾳ τρέφῃ;
ΟΙΔ. γλώσσῃ σὺ δεινός· ἄνδρα δ' οὐδέν' οἶδ' ἐγὼ
δίκαιον, ὅστις ἐξ ἅπαντος εὖ λέγει.
ΚΡΕ. χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.
ΟΙΔ. ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις.
ΚΡΕ. οὐ δῆθ' ὅτῳ γε νοῦς ἴσος καὶ σοὶ πάρα.
ΟΙΔ. ἄπελθ', ἐρῶ γὰρ καὶ πρὸ τῶνδε, μηδέ με
φύλασσ' ἐφορμῶν ἔνθα χρὴ ναίειν ἐμέ.
ΚΡΕ. μαρτύρομαι τούσδ', οὓς σὺ προυσελεῖς φίλους
οἷ' ἀνταμείψῃ ῥήματ', ἢν σ' ἕλω ποτέ.

V. 797 sq. Schol. *ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ μὴ πείθεσθαί σε μᾶλλον σὺ δυστυχεῖς ἢ ἐγώ.* Nisi ex Maehlii coniectura *δυστομεῖν* scribendum est, *δυστυχεῖν* Bonitzius recte videtur explicavisse 'caecum, dementem esse'. Cfr. ad O. R. 1144.

V. 800. Schol. *πείθειν· πείθειν με εἰς τὸ ἀκολουθῆσαί σοι. τούσδε· τοὺς ἀπὸ τοῦ χοροῦ.* Verba *μήτ' ἐμὲ — μήτε τούσδε* hoc sensu dicta: 'non his magis quam mihi'.

V. 801 sq. *οὐδὲ τῷ χρόνῳ — τρέφῃ;*] Sensus est: 'ne temporis quidem diuturnitate ut saperes effectum videbimus, sed opprobrium vivis senectuti?' Recte his verbis, quia *φανῇ*, non *φαίνῃ* dictum, signum interrogationis apposuit Reisigius. HERM. De locutione *φύσας φρένας* vid. ad v. 149 et 1606 sq. Herm. ad Vig. p. 766 et Lob. ad Ai. 1066. — De sententia confer v. 855 *ὀργῇ χάριν δούς, ἥ σ' ἀεὶ λυμαίνεται.*

V. 803 sq. *ἄνδρα — λέγει*] I. e. non est viri iusti omnem causam, iustam atque iniustam, defendere. Apte Reisigius confert v. 1000 *σὺ δ', εἶ γὰρ οὐ δίκαιος, ἀλλ' ἅπαν καλὸν λέγειν νομίζων ῥητὸν ἄρρητόν τ' ἔπος.* HERM. Vide ad v. 758.

V. 805. *χωρὶς τό τ' — καίρια*] Intellegendum *τὸ εἰπεῖν* ad *τὰ καίρια.* Vide Seidl. ad Eur. El. 429. — De *τὲ — καὶ* particulis Elmsl. contulit Aesch. Prom. 959 *ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα.* Xenoph. Hier. I 2 *πῇ διαφέρει ὁ τυραννικός τε καὶ ὁ ἰδιωτικὸς βίος* aliaque similia. Ceterum scholiasta: *ἄλλο ἐστὶ τὸ φλυαρεῖν, καὶ ἄλλο τὰ ἀναγκαῖα λέγειν.*

V. 806. *ὡς δὴ σὺ — λέγεις*] 'Quasi vero tu', inquit, 'pauca, illa pauca autem apte dicas'. HERM. De *δὴ* particulae sensu ironico cfr. Matth. § 603.

V. 807. *οὐ δῆθ' ὅτῳ* etc.] Scholiasta: *τοῖς κατὰ σὲ οὐ δοκῶ καίρια λέγειν.* Id est, non iis profecto videbor opportuna dicere, qui aeque insani sunt, quam tu es. De dativo cfr. v. 76.

V. 808. Schol. *πρὸ τῶνδε· καὶ πρὸ τοῦ χοροῦ.* Recte Brunckius 'dicam enim horum etiam nomine'. Neque alio sensu O. R. 10 dictum: *ἐπεὶ πρέπων ἔφυς πρὸ τῶνδε φωνεῖν.*

V. 809. *ἐφορμῶν*] Recte Rostius participium esse verbi *ἐφορμεῖν,* quod idem fere est atque *ἐφεδρεύειν,* monuit. — De *χρή* affert Neuius v. 1441, 1521. Ant. 887.

V. 810 sq. *οὓς σὺ προυσελεῖς* et *ἀνταμείψῃ,* quod enuntiatum

*ΟΙΔ.* τίς δ' ἄν με τῶνδε συμμάχων ἕλοι βίᾳ;
*ΚΡΕ.* ἦ μὴν σὺ κἄνευ τοῦδε λυπηθεὶς ἔσῃ.
*ΟΙΔ.* ποίῳ σὺν ἔργῳ τοῦτ' ἀπειλήσας ἔχεις;
*ΚΡΕ.* παίδοιν δυοῖν σοι τὴν μὲν ἀρτίως ἐγὼ
ξυναρπάσας ἔπεμψα, τὴν δ' ἄξω τάχα.
*ΟΙΔ.* ὤμοι.
*ΚΡΕ.* τάχ' ἕξεις μᾶλλον οἰμώζειν τάδε.
*ΟΙΔ.* τὴν παῖδ' ἔχεις μου;
*ΚΡΕ.* τήνδε τ' οὐ μακροῦ χρόνου.
*ΟΙΔ.* ἰὼ ξένοι, τί δράσετ'; ἦ προδώσετε;
κοὐκ ἐξελᾶτε τὸν ἀσεβῆ τῆσδε χθονός;
*ΧΟΡ.* χώρει, ξέν', ἔξω θᾶσσον· οὔτε γὰρ τὰ νῦν
δίκαια πράσσεις, οὔθ' ἃ πρόσθεν εἴργασαι.
*ΚΡΕ.* ὑμῖν ἂν εἴη τήνδε καιρὸς ἐξάγειν
ἄκουσαν, εἰ θέλουσα μὴ πορεύσεται.
*ΑΝΤ.* οἴμοι τάλαινα, ποῖ φύγω; ποίαν λάβω
θεῶν ἄρηξιν ἢ βροτῶν;
*ΧΟΡ.* τί δρᾷς, ξένε;
*ΚΡΕ.* οὐχ ἅψομαι τοῦδ' ἀνδρός, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς.

ἤν σ' ἕλω ποτέ requirit, scripsi pro οὐ σέ, πρὸς δὲ τούς .. ἀνταμείβῃ. Sensus est: 'hi mihi testes sunto, qualia verba propinquis quos ignominiose tractas responsurus sis aliquando cum te cepero' i. e. ut has contumelias aliquando voce supplici deprecaturus sis. Cfr. Hom. Il. I 338 sqq. Verbum προυσελεῖν, quod compluribus locis obliteratum est, veteres grammatici ὑβρίζειν, προπηλακίζειν interpretantur. De plurali φίλους vide quae ad O. R. 861 adnotavimus. Pro ἀνταμείβῃ etiam v. 1273 ἀνταμείψῃ restituendum videtur et crebra sunt huiusmodi menda in libris.

V. 812. Schol. τῶνδε· τῶν ἀπὸ τοῦ χοροῦ. βίᾳ· βιαζόμενος τοὺς ἐμοὺς συμμάχους καὶ φύλακας.

V. 813. κἄνευ τοῦδε] τοῦδε ex coniectura Musgravii scripsi. Libri τῶνδε. Scholiasta: καὶ χωρὶς τοῦ λαβεῖν σε εἰς Θήβας. De locutione λυπηθεὶς ἔσῃ vide ad O. R. 928 et Matth. § 559. Krueg. I § 53, 9, 1.

V. 814. ποίῳ σὺν ἔργῳ etc.] I. e. 'quid fecisti, ut hoc mineris?' Loquitur de re sive facto ut de socio, id quod non raro faciunt poetae Graeci.

V. 815. παίδοιν δυοῖν σοι] De σοι vide ad v. 782.

V. 817. μᾶλλον οἰμώζειν τάδε] 'Hos gemitus augere'. Vide ad O. R. 259 sq.

V. 818. τήνδε τ' primus restituit Bothius. Libri τήνδε γ'. Schol. τήνδε· τὴν Ἀντιγόνην. De genetivo μακροῦ χρόνου vide ad v. 393.

V. 819. Schol. ἰὼ ξένοι· τῷ χορῷ φησι.

V. 823. Schol. τήνδε· τὴν Ἀντιγόνην· τοῖς ἀκολούθοις δὲ ἑαυτοῦ φησιν ὁ Κρέων.

V. 826. Schol. τί δρᾷς, ξένε· πρὸς τὸν Κρέοντα ἕλκοντα τὴν Ἀντιγόνην.

V. 827. Schol. τῆς ἐμῆς· ἀδελφῆς μου γὰρ θυγάτηρ ἐστίν.

V. 827 sq. Hi versus quibus nihil aliud quam proximo versu

*ΟΙΔ.* ὦ γῆς ἄνακτες.
*ΧΟΡ.* ὦ ξέν', οὐ δίκαια δρᾷς.
*ΚΡΕ.* δίκαια.
*ΧΟΡ.* πῶς δίκαια;
*ΚΡΕ.* τοὺς ἐμοὺς ἄγω.

(στροφή.)

*ΟΙΔ.* ἰὼ πόλις.
*ΧΟΡ.* τί δρᾷς, ὦ ξέν'; οὐκ ἀφήσεις; τάχ' ἐς
βάσανον εἶ χερῶν.
*ΚΡΕ.* εἴργου.
*ΧΟΡ.* σοῦ μὲν οὔ, τάδε γε μωμένου.
*ΚΡΕ.* πόλει μαχῇ γάρ, εἴ τι πημανεῖς ἐμέ.
*ΟΙΔ.* οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγώ;
*ΧΟΡ.* μέθες χεροῖν
τὴν παῖδα θᾶσσον.
*ΚΡΕ.* μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς.

contendit Creon delendi videntur ut importune versibus 826 et 829 interpositi, quibus ad interpellationem chori *τί δρᾷς, ξένε;* Creon sensum interrogationis detorquens respondet *δίκαια.*

V. 828. *ὦ γῆς ἄνακτες*] Chorum ita appellat. Vide quae ad O. R. 85, 882 adnotata sunt.

V. 829, *τοὺς ἐμοὺς*] Antigonam dicit. Sic supra v. 813 *φίλους.*

V. 830. Oedipo tribui verba *ἰὼ πόλις* quae in codd. Antigonae adsignata reperiuntur. Cfr. Advers. mea in Soph. Philoct. p. 65 sq.

V. 831 sq. *τάχ' ἐς — χερῶν*] Schaeferus confert v. 1297 *οὔτ' εἰς ἔλεγχον χειρὸς οὔτ' ἔργον μολών.* Vide ad Philoct. 98.

V. 833. Schol. *εἴργου· φυλάττου. χωρίζου. σοῦ μὲν οὔ· οὐκ ἀπείρξομαί σου.* De verbo *μωμένου* confer Philoct. 1114 *τὸν τάδε μησάμενον.* 1139 *ὃς ἐφ' ἡμῖν κάκ' ἐμήσατο.*

V. 834. Schol. *πόλει· ταῖς Θήβαις.* Pro *πημαίνεις* quod libri habent scripsi *πημανεῖς* cum Porsono. Saepe occurrit in libris id mendum.

V. 835. *οὐκ ἠγόρευον* etc.] Confer 653 sqq. *ἥξουσιν ἄνδρες* etc. Vulgarem locutionem habet Aristoph. Ach. 41 *οὐκ ἠγόρευον; τοῦτ' ἐκεῖν' οὐγὼ 'λεγον,* Plut. 102 *οὐκ ἠγόρευον ὅτι παρέξειν πράγματα ἠμελλέτην μοι.* Cfr. etiam Nub. 1456 *τί δῆτα ταῦτ' οὔ μοι τότ' ἠγορεύετε;* Soph. O. R. 973 *οὔκουν ἐγώ σοι ταῦτα προὔλεγον πάλαι.*

V. 835 sq. *μέθες — θᾶσσον*] Verba haec chori sunt ad unum ex satellitibus Creontis, in quem cum choro nihil iuris sit, recte chorum monet Creon, *μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς.* Nihilominus chorus verbis *χαλᾶν λέγω σοι* repetit, quod dixerat satelliti illi, quem Creon abire cum Antigona iubet verbis his, *σοὶ δ' ἔγωγ' ὁδοιπορεῖν.* Aliquot autem huiusmodi *κωφὰ πρόσωπα,* quae *δορυφόρημα* dici solent, quia plerumque hastati erant, adstitisse Creonti ex ipsius verbis intellegitur v. 826 *ὑμῖν ἂν εἴη τήνδε καιρὸς ἐξάγειν ἄκουσαν, εἰ θέλουσα μὴ πορεύσεται,* et v. 847 *οὐκ ἄξεθ' ὑμεῖς;* Eosdem significat scholiasta in adnotatione ad v. 845 [842]. DINDORF.

V. 836. *μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς*] Cfr. O. R. 1522 *πάντα*

*ΧΟΡ.* χαλᾶν λέγω σοι.
*ΚΡΕ.* σοὶ δ' ἔγωγ' ὁδοιπορεῖν.
*ΧΟΡ.* προβᾶθ' ὧδε, βᾶτε, βᾶτ', ἔντοποι.
πόλις ἐναίρεται, πόλις ἐμά, σθένει.
προβᾶθ' ὧδέ μοι.
*ΑΝΤ.* ἀφέλκομαι δύστηνος, ὦ ξένοι, ξένοι.
*ΟΙΔ.* ποῦ, τέκνον, εἶ μοι;
*ΑΝΤ.* πρὸς βίαν πορεύομαι.
*ΟΙΔ.* ὄρεξον, ὦ παῖ, χεῖρας.
*ΑΝΤ.* ἀλλ' οὐδὲν σθένω.
*ΚΡΕ.* οὐκ ἄξεθ' ὑμεῖς;
*ΟΙΔ.* ὢ τάλας ἐγώ, τάλας.
*ΚΡΕ.* οὔκουν ποτ' ἐκ τούτοιν γε μὴ σκήπτροιν ἔτι
ὁδοιπορήσῃς. ἀλλ' ἐπεὶ νικᾶν θέλεις
πατρίδα τε τὴν σὴν καὶ φίλους, ὑφ' ὧν ἐγὼ
ταχθεὶς τάδ' ἔρδω, καὶ τύραννος ὢν ὅμως,
νίκα· χρόνῳ γάρ, οἶδ' ἐγώ, γνώσῃ τάδε,
ὁθούνεκ' αὐτὸς αὐτὸν οὔτε νῦν καλὰ
δρᾷς, οὔτε πρόσθεν εἰργάσω βίᾳ φίλων,
ὀργῇ χάριν δούς, ἥ σ' ἀεὶ λυμαίνεται.
*ΧΟΡ.* ἐπίσχες αὐτοῦ, ξεῖνε.
*ΚΡΕ.* μὴ ψαύειν λέγω.
*ΧΟΡ.* οὔτοι σ' ἀφήσω, τῶνδέ γ' ἐστερημένος.

*μὴ βούλου κρατεῖν· καὶ γὰρ ἀκράτησας οὔ σοι τῷ βίῳ ξυνέσπετο.*

V. 839. Schol. *ἐναίρεται σθένει· τουτέστι, βίᾳ πορθεῖται.* Non est *σθένει* pro *βίᾳ* dictum, sed propria roboris significatione. Nam qui alteri tantam infert vim, quantam hic Creon eiusque satellites Antigonae inferunt, non *ἀσθενῆ*, sed *σθεναρὸν* se esse ostendit. DINDORF. Cfr. Eur. Bacch. 953 *οὐ σθένει νικητέον γυναῖκας.* Speciose coniecit Gleditschius *πόλις ἀμαχανεῖ.*

V. 842. Schol. *πρὸς βίαν· ἀπαγομένης δὴ τῆς Ἀντιγόνης ὑπὸ τῶν προστεταγμένων παρὰ τοῦ Κρέοντος· ἐν μέρει δὲ παθητικά ἐστιν.*

V. 845. Schol. *ἐκ τούτοιν· ἐκ τῶν θυγατέρων, αἷς ὡς σκήπτροις ἐχρῆτο καὶ βακτηρίᾳ.* Comparat Neuius Eur. Hec. 277 *ἥδ' ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχή, πόλις, τιθήνη, βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ.* De *ἐκ* praepositione vide ad Philoct. 91, de *οὐ μὴ ὁδοιπορήσῃς* ad v. 404 huius fabulae.

V. 846 sqq. *ἀλλ' ἐπεὶ — λυμαίνεται*] Patet, non ex animo, sed simulate haec Creontem dixisse.

V. 850. *αὐτὸν*] I. e. *σεαυτόν.* Vide v. 927 et Matth. § 489 II.

V. 853. *ἐπίσχες αὐτοῦ*] 'Hic' [proprie 'ibi, ubi es'; cfr. v. 192] 'subsiste, hospes'. Verba sunt chori manum intendentis in Creontem, discessum parantem. BR. Sic Philoct. 539 *ἐπίσχετον, μάθωμεν.*

V. 854. Pro *τῶνδε* scribendum videtur *τοῖνδε* (de duabus puellis dictum). Cfr. 856.

ΚΡΕ. καὶ μεῖζον ἆρα ῥύσιον πόλει τάχα
θήσεις; ἐφάψομαι γὰρ οὐ ταύταιν μόναιν.
ΧΟΡ. ἀλλ' ἐς τί τρέψῃ;
ΚΡΕ. τόνδ' ἀπάξομαι λαβών.
ΧΟΡ. δεινὸν λέγεις.
ΚΡΕ. ὡς τοῦτο νῦν πεπράξεται.
ΧΟΡ. ἢν μή γ' ὁ κραίνων τῆσδε γῆς ἀπειργάθῃ.
ΟΙΔ. ὦ φθέγμ' ἀναιδές, ἦ σὺ γὰρ ψαύσεις ἐμοῦ;
ΚΡΕ. αὐδῶ σιωπᾶν.
ΟΙΔ. μὴ γὰρ αἵδε δαίμονες
θεῖέν μ' ἄφωνον τῆσδε τῆς ἀρᾶς ἔτι,
ὅς μ', ὦ κάκιστε, ψιλὸν ὄμμ' ἀποσπάσας
πρὸς ὄμμασιν τοῖς πρόσθεν ἐξοίχῃ βίᾳ.

V. 855. *ῥύσιον* est ex Hesychii interpretatione *τὸ ἕνεκα ἐνεχύρου κατεχόμενον*. Creon dicit choro: 'tu efficies ut etiam maius pignus damni mei rependendi urbi tuae abstraham', quasi Oedipum abducat ut vim vi repellat.

V. 856. Nauckius scribit *τούτοιν μόνοιν*.

V. 857. *ἀλλ' ἐς τί τρέψῃ;*] 'Sed quo te convertes?' i. e. quid audebis? De addito *λαβών* vide ad v. 471.

V. 858. De *ὡς* particula, quae deest in libris et a Triclinio inserta est, vide Matth. § 628, 5. Cum La *λέγοις* exhibeat, Hermannus *ἂν* supplevit. Fortasse *δεινὸς λόγοις εἶ* scribi debet, ut sententia magis exprimatur.

V. 859. Hunc versum, quem libri Creonti continuant, choro tribuit Pideritus. Idem praeterea pro *μή μ'*, quod libri exhibent, *σ'* scripsit. Ego praetuli *γ'* sensus causa.

V. 860. *ὦ φθέγμ' ἀναιδές*] Recte monuit Doederlinus ipsum Creontem appellari his verbis, impudentes voces effundentem. Similiter is infra v. 960 appellatur *ὦ λῆμ' ἀναιδές*. Vide ad v. 791. Cfr. Ai. 14, El. 1225.

V. 861. *μὴ γὰρ*] Particula *γὰρ* eodem hic sensu posita, quo *εἰ* particulae additur, optandi vim habenti. — De *αἵδε δαίμονες* cfr. v. 466.

V. 862. *θεῖέν μ' ἄφωνον* etc.] Recte Reisigius: optat Oedipus, ut sibi liceat iam exsecrari Creontem coram Furiis, quae taciturnitate erant colendae. Vide quae ad v. 130 sq. adnotavi. De dictione *ἄφωνον τῆσδε τῆς ἀρᾶς* vide quae ad v. 783 *κακῶν ἄνατος* dixi.

V. 863. *ὅς μ' — ψιλὸν*] De *ὃς* pronomine, quod referendum ad pronomen, quod latet in antecedentibus, cfr. ad v. 728. Addit Dindorfius: exsecratio, qua contra Creontem utitur Oedipus, rata fit post mortem Eteoclis et Polynicis, quod argumentum in Antigonae fabula tractavit Sophocles.

V. 863 sq. Schol. *ὄμμα· φησὶ τὴν Ἀντιγόνην*. Adiectivum *ψιλὸν* Iacobsius interpretatur *ἀσθενές*, ita ut miseram Antigonae condicionem, omni auxilio destitutae, significatam putet. Rectius videtur Dindorfius sic explicare: 'unicum mihi relictum praesidium, Antigonam'. De verbo *ἀποσπᾶν*, quod similiter atque *ἀφαιρεῖσθαι* et alia eiusdem generis cum duplici accusativo coniunctum est, cfr. Matth. § 418.

V. 864. *ὄμμασιν τοῖς πρόσθεν*] Oculis, quos ipse sibi effoderat. Ab figurato vocabuli usu ad proprium transit. DINDORF.

τοιγὰρ σέ τ' αὐτὸν καὶ γένος τὸ σὸν θεῶν
ὁ πάντα λεύσσων Ἥλιος δοίη βίον
τοιοῦτον, οἷον κἀμέ, γηρᾶναί ποτε.
ΚΡΕ. ὁρᾶτε ταῦτα, τῆσδε γῆς ἐγχώριοι;
ΟΙΔ. ὁρῶσι κἀμὲ καὶ σέ, καὶ φρονοῦσ', ὅτι
ἔργοις πεπονθὼς ῥήμασίν σ' ἀμύνομαι.
ΚΡΕ. οὔτοι καθέξω θυμόν, ἀλλ' ἄξω βίᾳ,
κεἰ μοῦνός εἰμι, τόνδε, καὶ χρόνῳ βαρύς.

(ἀντιστροφή.)

ΟΙΔ. ἰὼ τάλας.
ΧΟΡ. ὅσον λῆμ' ἔχων ἀφίκου, ξέν', εἰ
τάδε δοκεῖς τελεῖν.
ΚΡΕ. δοκῶ.
ΧΟΡ. τάνδ' ἄρ' οὐκέτι νεμῶ πόλιν.
ΚΡΕ. τοῖς τοι δικαίοις χὠ βραχὺς νικᾷ μέγαν.
ΟΙΔ. ἀκούεθ' οἷα φθέγγεται;
ΧΟΡ. τά γ' οὐ τελεῖ.

. . .

ΚΡΕ. Ζεύς γ' ἂν εἰδείη, σὺ δ' οὔ.

V. 865 sq. *θεῶν ὁ πάντα λεύσσων Ἥλιος*] Sol inter deos is dicitur esse, qui cuncta cernat. Quare *πανόπτης* vocatus et aliis modis multis descriptus ob aciem a poetis, velut quos memorat Stanl. ad Aesch. Prom. 91 in exempl. Butleriano. Eodem spectat Soph. O. R. 660 *τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον Ἅλιον*. REIS. De genetivo *θεῶν* vide Matth. § 320.

V. 867. *οἷον κἀμέ*] I. e. *οἷον καὶ ἐγὼ γηράσκω*. Vide Matth. § 427 not. 1, de *καὶ* quae ad v. 53 adnotavimus. De locutione *βίον γηρᾶναι* in Cens. Ai. ab Lobeck. ed. p. 57 sq. diximus.

V. 868. *ταῦτα*] Id est exsecrationem Oedipi.

V. 870. *ῥήμασίν σ' ἀμύνομαι*] Confert Neuius Antig. 643 *ὡς καὶ τὸν ἐχθρὸν ἀνταμύνωνται κακοῖς*.

V. 872. *μοῦνος*] Nam satellites cum puellis abierant. DINDORF. Tum *χρόνῳ βαρύς* idem est atque *γήρᾳ βαρύς*. Cfr. O. R. 17 *σὺν γήρᾳ βαρεῖς*, Ai. 1017 *ἐν γήρᾳ βαρύς*. De *χρόνῳ* vide ad v. 7.

V. 876. Schol. *ταύτην δ' ἄρα οὐκέτι νομιῶ πόλιν, εἰ σὺ ἀπάξεις τοῦτον*. De verbo *νέμειν* confer Trach. 483 *εἴ τι τήνδ' ἁμαρτίαν νέμεις*. O. R. 1080 *ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν παῖδα τῆς Τύχης νέμων*. Electr. 180 *σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν*.

V. 877. *τοῖς τοι δικαίοις*] De dativo confert Neuius cum Matth. § 400, 5 Thucyd. IV 62 *εἴ τις βεβαίως τι ἢ τῷ δικαίῳ ἢ βίᾳ πράξειν οἴεται*. Sensum recte reddidit Brunckius: 'in iusta causa'.

Ibid. *βραχὺς*] 'Tenuis, inops'; ut Eur. Heracl. 614 et *σμικρὸν* infra v. 955. MUSGR. Vide ad v. 290.

V. 879. Lacunam L. Spengelius in Philol. vol. XIX p. 445 sic explendam putat: *σαφῶς ἐγᾦδα*, Dindorfius sic: *εἰ Ζεὺς ἔτι Ζεύς*. Proximis maxime convenientia invenit Engerus: *ἴστω μέγας Ζεύς*. Idem *Ζεύς γ' ἂν εἰδείη* scripsit. Libri exhibent *Ζεὺς ταῦτ' ἂν εἰ-*

ΧΟΡ. ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ';
ΚΡΕ. ὕβρις· ἀλλ' ἀνεκτέα.
ΧΟΡ. ἰὼ πᾶς λεώς, ἰὼ γᾶς πρόμοι,
μόλετε σὺν τάχει, μόλετ'· ἐπεὶ πέραν
περῶσ' οἵδε δή.

ΘΗΣΕΥΣ.

τίς ποθ' ἡ βοή; τί τοὔργον; ἐκ τίνος φόβου ποτὲ
βουθυτοῦντά μ' ἀμφὶ βωμὸν ἔσχετ' ἐναλίῳ θεῷ
τοῦδ' ἐπιστάτῃ Κολωνοῦ; λέξαθ', ὡς εἰδῶ τὸ πᾶν,
οὗ χάριν δεῦρ' ᾖξα θᾶσσον ἢ καθ' ἡδονὴν ποδός.
ΟΙΔ. ὦ φίλτατ', ἔγνων γὰρ τὸ προσφώνημά σου,
πέπονθα δεινὰ τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως.
ΘΗΣ. τὰ ποῖα ταῦτα; τίς δ' ὁ πημήνας; λέγε.
ΟΙΔ. Κρέων ὅδ', ὃν δέδορκας, οἴχεται τέκνων
ἀποσπάσας μου τὴν μόνην ξυνωρίδα.

δείη, sed La literas σ ταῦτ' in litura habet.

V. 880. ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ';] Confert Reisigius Aristoph. Ran. 21 εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστί; Lysistr. 658 ταῦτ' οὐχ ὕβρις τὰ πράγματ' ἐστὶ πολλή; Nub. 1299 ταῦτ' οὐχ ὕβρις δῆτ' ἐστίν; ubi, Bothius addit, Harlesius: 'Terent. Andr. I 5, 2 *Quid est, si hoc non contumelia est?* Plura exempla Atticae illius loquendi formulae, gravem indignationem indicantis, suppeditabit Hemsterhus. ad Lucian. dial. mort. II 2, T. I. p. 337'.

Ibid. Schol. ἀνεκτέα· ἀνεκτέον· οὕτω γάρ φασι, σκαπτέα, φυτευτέα, ἀντὶ τοῦ σκαπτέον, φυτευτέον. At hic τάδε ἀνεκτέα construenda sunt.

V. 881. ἰὼ γᾶς πρόμοι] De uno Theseo intellegendum. Vide ad v. 290 sq.

V. 882 sq. πέραν περῶσι] Confert Neuius Ant. 386. Tum οἵδε sunt Creontis satellites.

V. 883. περῶσ' οἵδε δή ex Elmsleii coniectura scripsi. Libri περῶσι δή.

V. 884 sqq. Schol. τίς ποθ' ἡ βοή· ἄκρως τῇ οἰκονομίᾳ τὸ μαθεῖν τὸν Θησέα τὰ γενόμενα, πρὸς θυσίαις ὄντα τοῦ Ἱππίου Ποσειδῶνος, ὑπὲρ τοῦ μὴ διατριβὴν ἐγγενέσθαι μηνύοντός τινος.

V. 885. ἔσχετ'] 'Inhibuistis'. Vide ad v. 425 ἐξωθούμενον οὐκ ἔσχον.

V. 886. τοῦδ' ἐπ. Κολωνοῦ] Vide quae de scena fabulae § 2 exposui. De verbis ὡς εἰδῶ τὸ πᾶν confer Philoct. 238 γέγωνέ μοι πᾶν τοῦθ', ὅπως εἰδῶ, τίς εἶ.

V. 887. Schol. θᾶσσον· ταχύτερον ἢ ὡς ἔδει βαδίζειν. Iacobsius de verbis καθ' ἡδονὴν comparat Soph. El. 1503 μὴ μὲν οὖν καθ' ἡδονὴν θάνῃς.

V. 892. τὴν μόνην ξυνωρίδα] Wesseling. Obs. p. 116, quem affert Hellerus, loquitur, inquit, Oedipus de filiabus suis Antigona et

*ΘΗΣ.* πῶς εἶπας;
*ΟΙΔ.* οἷά περ πέπονθ᾽ ἀκήκοας.
*ΘΗΣ.* οὐκ οὖν τις ὡς τάχιστα προσπόλων μολὼν
πρὸς τούσδε βωμοὺς πάντ᾽ ἀναγκάσει λεὼν
ἄνιππον ἱππότην τε θυμάτων ἄπο
σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος, ἔνθα δίστομοι
μάλιστα συμβάλλουσιν ἐμπόρων ὁδοί,
ὡς μὴ παρέλθωσ᾽ αἱ κόραι, γέλως δ᾽ ἐγὼ
ξένῳ γένωμαι τῷδε χειρωθεὶς βίᾳ.
ἴθ᾽, ὡς ἄνωγα, σὺν τάχει. τοῦτον δ᾽ ἐγώ,
εἰ μὲν δι᾽ ὀργῆς ἧκον, ἧς ὅδ᾽ ἄξιος,
ἄτρωτον οὐ μεθῆκ᾽ ἂν ἐξ ἐμῆς χερός.
νῦν δ᾽ οὕσπερ αὐτὸς τοὺς νόμους εἰσῆλθ᾽ ἔχων,
τούτοισι, κοὐκ ἄλλοισιν ἁρμοσθήσεται.

Ismena, quas patre invito abduxerat Creon; cf. Eur. Phoen. 1092, ubi recte Graecus enarrator: ξυνωρὶς ἢ δυάς, et Med. 1145.

V. 894. Bene Iebbius coniecit οἷα καὶ πέπονθ᾽.

V. 895. πρὸς τούσδε βωμοὺς] Fortasse et Neptuni et Minervae intellegendae arae sunt. Vide quae de scena fabulae § 2 monui.

V. 897. ἀπὸ ῥυτῆρος] Sensum locutionis ἀπὸ ῥυτῆρος bene exposuit Triclinius ἤγουν ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς, ἀντὶ τοῦ· ὡς ἔχει ἕκαστος σχήματος. εἴρηται δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν διωκόντων τινὰς στρατιωτῶν καὶ πάσας ἡνίας χαλώντων, ὥστε ταχύτερον φέρεσθαι. ῥυτῆρας γὰρ τοὺς χαλινούς φασιν, οὐ τὰ ὑποδήματα, ὡς τὰ σχόλια λέγει. Significat 'effusis habenis currere et festinare'; exemplis eam locutionem illustravit P. Wesseling. Obs. I 30 BR. Adde Matth. § 572.

V. 897 sq. Schol. ἔνθα δίστομοι· ὡς σχιστῆς οὔσης ὁδοῦ ἐκεῖσε. Recte Doederl. δίστομοι ὁδοὶ συμβάλλουσιν interpretatur: δυοῖν ὁδοῖν στόματα συμβάλλει, ut ἑπτατειχεῖς ἔξοδοι dictum ab Aesch. Sept. c. Th. 271 pro ἑπτὰ ἔξοδοι τῶν τειχῶν. Cfr. etiam Ant. 119. Describuntur autem viae illae accuratius v. 1044 sqq. Vide quae ad v. 1055 sq. adnotavi. De ἐκεῖσε ante ἔνθα supplendo vide ad v. 164.

V. 899 sq. γέλως δ᾽ — τῷδε] I. e. καὶ μὴ γέλως γένωμαι etc. Ceterum recte Dindorfius, ξένῳ est, inquit, Oedipo, quem in tutelam suam receperat Theseus, non Creonti, quod opinatur scholiasta, qui non adverterat τοῦτον δέ, quod oppositum est verbis superioribus τῷ ξένῳ τῷδε.

V. 902. Schol. εἰ μὲν δι᾽ ὀργῆς ἧκον· εἰ μὲν δι᾽ ὀργῆς ἐληλύθειν, ἐν ταύτῃ τῇ ὀργῇ ἧς ἦν (immo ἦν, ἧς ἐστιν) οὗτος ἄξιος.

V. 904 sq. νῦν δ᾽ οὕσπερ — τοὺς νόμους etc.] Coniunctum substantivum τοὺς νόμους cum pronomine relativo οὕσπερ, cum deberet pronomini demonstrativo τούτοις adiungi, hoc modo: οὕσπερ ἔχων εἰσῆλθε, τούτοις τοῖς νόμοις ἁρμοσθήσεται. Cfr. Matth. § 474 a. De νῦν δὲ vide ad v. 269. Ceterum recte schol. ὡς ἀπὸ ξένης γῆς ἀπέσπασεν, οὕτω καὶ αὐτὸς ἐπὶ ξένης γῆς ἀποσπασθήσεται. Οὐκ ἀναχωρεῖς γὰρ ἐντεῦθεν, πρὶν ἂν ἀγάγῃς τὰς κόρας.

V. 905. τούτοισι, κοὐκ ἄλλοισιν] Cfr. El. 885 ἐξ ἐμοῦ γε κοὐκ ἄλλου. O. R. 63 εἰς ἕν᾽ ἔρχεται μόνον καθ᾽ αὑτὸν κοὐδέν᾽ ἄλλον.

*οὐ γάρ ποτ' ἕξει τῆσδε τῆς χώρας, πρὶν ἂν*
*κείνας ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων·*
*ἐπεὶ δέδρακας οὔτ' ἐμοῦ καταξίως*
*οὔθ' ὧν πέφυκας αὐτὸς οὔτε σῆς χθονός,*
*ὅστις δίκαι' ἀσκοῦσαν εἰσελθὼν πόλιν*
*κἄνευ νόμου κραίνουσαν οὐδέν, εἶτ' ἀφεὶς*
*τὰ τῆσδε τῆς γῆς κύρι', ὧδ' ἐπεισπεσὼν,*
*ἄγεις θ' ἃ χρῄζεις, καὶ παρίστασαι βίᾳ·*
*καί μοι πόλιν κένανδρον ἢ δούλην τινὰ*
*ἔδοξας εἶναι, κἄμ' ἴσον τῷ μηδενί.*
*καίτοι σε Θῆβαί γ' οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν·*
*οὐ γὰρ φιλοῦσιν ἄνδρας ἐκδίκους τρέφειν·*
*οὐδ' ἄν σ' ἐπαινέσειαν, εἰ πυθοίατο*
*συλῶντα τἀμὰ καὶ τὰ τῶν θεῶν, βίᾳ*
*ἄγοντα φώτων ἀθλίων ἱκτήρια.*
*οὔκουν ἔγωγ' ἄν, σῆς ἐπεμβαίνων χθονός,*
*οὐδ' εἰ τὰ πάντων εἶχον ἐνδικώτατα,*
*ἄνευ γε τοῦ κραίνοντος, ὅστις ἦν, χθονὸς*
*οὔθ' εἷλκον, οὔτ' ἂν ἦγον, ἀλλ' ἠπιστάμην*

V. 906. *οὐ γάρ ποτ' ἕξει* etc.] De conversione orationis cf. v. 1349. Creontem enim nunc appellat.

V. 909. Schol. *οὔθ' ὧν πέφυκας· τῶν προγόνων.*

V. 912. *τὰ τῆσδε — κύρι'*] Ut *οἱ κύριοι τῆς γῆς* homines dicuntur, qui regunt terram, ita non dubium, quin *τὰ κύρια τῆς γῆς* Sophocles res dixerit quibus regatur terra, i. e. 'leges'.

V. 913. *ἄγεις*] 'Abducis'. Sic v. 923, 927, Philoct. 630. Vide quae ad Ai. 745 adnotavimus. Schol. *καὶ παρίστασαι βίᾳ· τὸ παρίστασαι ἴσον ἐστὶ τῷ καταδουλοῖς καὶ ὑποχείριον ποιεῖς.*

V. 914. *δούλην τινά*] Ex v. 940 *ἄβουλον ὡς σὺ φῄς* suspiceris, quod iam Wolffius, Maehlius, alii monuerunt, poetam scripsisse *βουλῆς δίχα* vel *βουλῆς κενήν* i. e. *ἄβουλον.*

V. 915. *κἄμ' ἴσον τῷ μηδενί*] De locutione *ὁ μηδείς* bene exposuit Matth. § 437 not. 1.

V. 916. *οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν*] *Παιδεύειν τινὰ σοφόν, γενναῖον, κακόν* eodem modo dicitur quo *διδάσκειν.* Vide Musgrav. ad Eurip. El. 379 et Hemsterhus. ad Plut. p. 4. BR. Adde notas ad Dionys. Hal. de Compos. Verb. p. 413. Eodem modo intellegendum quod statim sequitur, *ἐκδίκους τρέφειν.* SCHAEFER.

V. 919. *τῶν θεῶν*] Horum enim in tutela sunt supplices. DINDORF.

V. 920. *φώτων ἀθλίων ἱκτήρια*] I. e. *φῶτας ἀθλίους ἱκτηρίους.* Cfr. Matth. § 442, 4.

V. 921. *σῆς ἐπεμβ. χθον.*] De structura vide ad 396.

V. 922. *οὐδ' εἰ — ἐνδικώτατα*] 'Ne si omnium quidem iustissimam causam haberem'. Dictum enim *τὰ ἔνδικα ἔχειν* pro *τὴν δίκην ἔχειν*, i. e. *σὺν δίκῃ εἶναι.*

V, 923. *ὅστις ἦν*] 'Quicunque esset'. Vide Matth. § 483 b. Tum pro *χθονός* quod clausula v. 921 ortum videtur Heimsoethius probabiliter coniecit *πόλεως.*

V. 924. *οὔθ' εἷλκον* etc.] In-

ξένον παρ' ἀστοῖς ὡς διαιτᾶσθαι χρεών.
σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν
τὴν αὐτὸς αὑτοῦ, καί σ' ὁ πληθύων χρόνος
γέρονθ' ὁμοῦ τίθησι καὶ τοῦ νοῦ κενόν.
εἶπον μὲν οὖν καὶ πρόσθεν, ἐννέπω δὲ νῦν
τὰς παῖδας ὡς τάχιστα δεῦρ' ἄγειν τινά,
εἰ μὴ μέτοικος τῆσδε τῆς χώρας θέλεις
εἶναι βίᾳ τε κοὐχ ἑκών· καὶ ταῦτά σοι
τῷ νῷ θ' ὁμοίως κἀπὸ τῆς γλώσσης λέγω.
ΧΟΡ. ὁρᾷς, ἵν' ἥκεις, ὦ ξέν'; ὡς, ἀφ' ὧν μὲν εἶ,
φαίνῃ δίκαιος, δρῶν δ' ἐφευρίσκῃ κακά.
ΚΡΕ. ἐγὼ οὔτ' ἄνανδρον τήνδε τὴν πόλιν λέγων,

tellegendum *τινὰ* sive *τί*. — Tum ad *ἠπιστάμην* ex antecedentibus adsumendum *ἂν* est. Cfr. ad O. R. 907 sq.

V. 926 sq. Schol. *σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν· οὐκ οὖσαν ἀξίαν αἰσχύνεσθαι. αἰσχύνῃ δὲ πατρίδος πολίτου ἁμαρτία. — πόλιν· τὴν Θήβην.* De collocatione pronominis *αὐτός* cfr. v. 1356, Ai. 1132 *τούς γ' αὐτὸς αὑτοῦ πολεμίους*, Aesch. Ag. 827 *τοῖς τ' αὐτὸς αὑτοῦ πήμασιν βαρύνεται.* De *αὑτοῦ* vide ad 850 et Matth. § 468, 6.

V. 928. *γέρονθ' — κενόν*] Hoc dicit: 'senectus et animi et corporis vires tibi ademit, cum alias, quanquam corpus conficit, tamen mentis vires augere soleat'. Cfr. Eurip. Phoen. 528 *ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακά* etc. IACOBS. Cfr. etiam fragm. 238 *καίπερ γέρων ὤν· ἀλλὰ τῷ γήρᾳ φιλεῖ χὠ νοῦς ὁμαρτεῖν καὶ τὸ βουλεύειν ἃ δεῖ.*

V. 931. *μέτοικος*] Confuse schol. de h. l. disserit. *Μετοίκοις* recte comparatur Creon captivi loco habendus, ut qui domicilium in ea civitate, cuius non esset civis, *μετοίκων* more positurus erat. Eadem metaphora in Aesch. Pers. 322 de Artame Bactrio: *σκληρᾶς μέτοικος γῆς ἐκεῖ κατέφθιτο.* DOED.

V. 932. *βίᾳ τε κοὐχ ἑκών*] Particularum *τὲ καί* ita usurpatarum exempla alia ad El. 868 attulimus.

V. 933. *τῷ νῷ θ' ὁμοίως κἀπὸ* etc.] Nihil offensionis in eo, quod iunctae dictiones *τῷ νῷ* et *ἀπὸ τῆς γλώσσης* sunt. Nam *ἀπὸ τῆς γλώσσης* nihil fere aliud est quam *τῇ γλώσσῃ*. Vide ad v. 15. Non inania haec verba esse dicit, sed iussa serio data. Aliquid molestiae tamen inest in *τῷ νῷ λέγω*, quod alii vitant per zeugma *τῷ νῷ φρονῶ* interpretantes, alii ut Hartungius et Schneidewinus *νοῶ* vel *φρονῶ* pro *τῷ νῷ* scribentes. Cfr. Eur. Androm. 451 *λέγοντες ἄλλα μὲν γλώσσῃ, φρονοῦντες δ' ἄλλα.*

V. 934. ὁρᾷς, *ἵν' ἥκεις*] Ita prorsus O. R. 687 ὁρᾷς, *ἵν' ἥκεις* etc. Euripides Aristophanesque: ὁρᾷς *ἃ πάσχεις*; REIS.

V. 934 sq. *ὡς, ἀφ' ὧν μὲν εἶ — κακά*] Notanda liberior sententiae conformatio; nam exactior oratio esset, si dixisset: *δρῶν δέ*, i. e. *τοῖς ἔργμασιν, ἐφευρίσκῃ κακός.* Verba *ἀφ' ὧν μὲν εἶ* non de maioribus Creontis, sed de civibus eius, Thebanis, qui etiam alibi hac in fabula laudantur, dicta sunt. HERM.

V. 936. Schol. *ἐγὼ οὔτ' ἄνανδρον· τὴν ῥητορείαν παραφύλαξον, εἰ τῶν μὲν κατηγορηθέντων αὐτοῦ οὐχ ἅψεται, καινὰ δέ τινα ἐνθυμήματα καὶ πάνυ εὔλογα ἐξευρίσκων ἀντερεῖ.* Pro

ὦ τέκνον Αἰγέως, οὔτ' ἄβουλον, ὡς σὺ φῄς,
τοὔργον τόδ' ἐξέπραξα, γιγνώσκων δ', ὅτι
οὐδείς ποτ' αὐτοὺς τῶν ἐμῶν ἂν ἐμπέσοι
ζῆλος ξυναίμων, ὥστ' ἐμοῦ τρέφειν βίᾳ.
ᾔδη δ', ὁθούνεκ' ἄνδρα καὶ πατροκτόνον
κἄναγνον οὐ δεξοίατ', οὐδ' ὅτῳ γάμοι
ξυνόντες ηὑρέθησαν ἀνόσιοι τέκνων.
τοιοῦτον αὐτοῖς Ἄρεος εὔβουλον πάγον
ἐγὼ ξυνῄδη χθόνιον ὄνθ', ὃς οὐκ ἐᾷ
τοιούσδ' ἀλήτας τῇδ' ὁμοῦ ναίειν πόλει·
ᾧ πίστιν ἴσχων τήνδ' ἐχειρούμην ἄγραν.
καὶ ταῦτ' ἂν οὐκ ἔπρασσον, εἰ μή μοι πικρὰς
αὐτῷ τ' ἀρὰς ἠρᾶτο καὶ τὠμῷ γένει·
ἀνθ' ὧν πεπονθὼς ἠξίουν τάδ' ἀντιδρᾶν.
θυμοῦ γὰρ οὐδὲν γῆράς ἐστιν ἄλλο πλὴν
θανεῖν· θανόντων δ' οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται

*λέγων* bene Schneidewinus coniecit *νέμων*.

V. 939. Schol. *αὐτούς· τοὺς Ἀθηναίους*. Vide Matth. § 434, 2 et de accusativo § 426. Eur. Iph. A. 808 *δεινὸς ἐμπέπτωκ' ἔρως τῆσδε στρατείας Ἑλλάδα*.

V. 940. Schol. *ξυναίμων· τῶν συγγενῶν*.

V. 942. *δεξοίατ'* cum Elmsleio scripsi. Libri *δεξαίατ'*.

V. 942 sq. Schol. *οὐδ' ὅτῳ γάμοι· παρ' ὅσον αὐτὸς τέκνον ἐστὶ τὴν μητέρα γεγαμηκώς*. Aptissima huic loco locutio ceterum rara, *γάμοι ξύνεισί τινι* (vide ad v. 7), formata ad usitatam dictionem *ξυνεῖναι νόσῳ* etc., de qua ad Philoct. 266 dixi, siquidem nuptiae illae, de quibus agitur, veluti nota turpitudinis nefariae inhaerere Oedipo videbantur.

V. 943. *γάμοι — τέκνων*] Filii cum matre; nisi *τέκνων* pro alio vocabulo, quod exciderat, illatum est ab interpolatore, quod non raro factum. *τοκέων* Hartungius. DINDORF.

V. 945. *ξυνῄδη* pro *ξυνῄδειν* Brunckius restituit.

Ibid. *χθόνιον*] Insolenter positum pro *ἐγχώριον*, ut explicat scholiasta.

V. 947. Schol. *ᾧ πίστιν ἴσχων· ᾧ ἐγὼ θαρρῶν*.

V. 948. *ἔπρασσον* etc.] De imperfecto vide ad 268.

V. 951 sq. Schol. *θυμοῦ γὰρ οὐδὲν γῆρας· οἷον, οὐκ ἔστι θυμοῦ κρατῆσαι ἄνθρωπον ὄντα· οὐ καταγηράσκει τὸ ὠμὸν τοῦ θυμοῦ, εἰ μὴ ἐξέλθοι τοῦ βίου ἄνθρωπος· ἀδύνατον γάρ ἐστι ζῶντα ἄνθρωπον μὴ θυμῷ χρήσασθαι. Τοῦτο δὲ καὶ παροιμιακῶς λέγεται, ὅτι ὁ θυμὸς ἔσχατον γηράσκει· λέγεται δὲ διὰ τοὺς πρεσβυτέρους· ὅσῳ γηράσκουσι, τὸν θυμὸν ἐρρωμενέστερον ἔχουσιν. Καὶ Ἀλκαῖος, ὡς λέγομεν, οὐ κατὰ κοινὸν αὐτοῦ μιμνήσκεται*. Respicit Creon ea quae Theseus v. 930 sq. de senectute illius opprobrii causa dixit. Itaque non est, quod cum Blaydesio hos versus spurios iudicemus.

Ibid. *οὐδὲν γῆρας*] Eadem vi Aeschylus Sept. c. Th. 669 *οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος*, ubi libri nonnulli *πέρας*, quae est bona vocis illius interpretatio. IACOBS.

V. 952. *θανόντων δ' — ἅπτεται*] Cfr. El. 1170 *τοὺς γὰρ θανόντας οὐχ ὁρῶ λυπουμένους*.

πρὸς ταῦτα πράξεις οἷον ἂν θέλῃς· ἐπεὶ
ἐρημία με, κεἰ δίκαι' ὅμως λέγω,
σμικρὸν τίθησι· πρὸς δὲ τὰς πράξεις ὅμως,
καὶ τηλικόσδ' ὤν, ἀντιδρᾶν πειράσομαι.
ΟΙΔ. ὦ λῆμ' ἀναιδές, τοῦ καθυβρίζειν δοκεῖς,
πότερον ἐμοῦ γέροντος, ἢ σαυτοῦ, τόδε;
ὅστις φόνους μοι καὶ γάμους καὶ ξυμφορὰς
τοῦ σοῦ διῆκας στόματος, ἃς ἐγὼ τάλας
ἤνεγκον ἄκων. θεοῖς γὰρ ἦν οὕτω φίλον
τάχ' ἄν τι μηνίουσιν εἰς γένος πάλαι.
ἐπεὶ κατ' αὐτόν γ' οὐκ ἂν ἐξεύροις ἐμοὶ
ἁμαρτίας ὄνειδος οὐδέν, ἀνθ' ὅτου
τάδ' εἰς ἐμαυτὸν τοὺς ἐμούς θ' ἡμάρτανον.
ἐπεὶ δίδαξον, εἴ τι θέσφατον πατρὶ
χρησμοῖσιν ἱκνεῖθ', ὥστε πρὸς παίδων θανεῖν,
πῶς ἂν δικαίως τοῦτ' ὀνειδίζοις ἐμοί,
ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρός,
οὐ μητρὸς εἶχον, ἀλλ' ἀγέννητος τότ' ἦ;
εἰ δ' αὖ φανεὶς δύστηνος, ὡς ἐγὼ 'φάνην,

V. 953. **πρὸς ταῦτα**] Vide ad 451.

V. 954. **ἐρημία με, κεἰ δίκαι' ὅμως λέγω**] De ὅμως particulae usu vide Matth. § 566, 3, Krueg. § 56, 13, 2, de nomine ἐρημία cfr. v. 875 **κεἰ μοῦνός εἰμι**.

V. 955. **σμικρὸν τίθησι**] Vide ad v. 877.

V. 957. **ὦ λῆμ' ἀναιδές**] Vide ad v. 860.

V. 957 sq. **τοῦ καθυβρίζειν — τόδε**] I. e. 'utrum calumniis illis tuis mene, an te in invidiam adductum putas esse?'

V. 959. **φόνους μοι — ξυμφορὰς**] Dativus **μοὶ** positus, quod verba **τοῦ σοῦ διῆκας στόματος** notione nihil differunt a verbo **ὠνείδισας**. — Tum **ξυμφορὰς** recte Reisigius refert ad illa verba v. 949 **τοιούσδ' ἀλήτας**.

V. 962. **τάχ' ἄν τι μηνίουσιν**] I. e. **οἳ τάχ' ἄν τι μηνίοιεν**. Vide ad v. 758.

V. 963—965. **ἐπεὶ κατ' αὐτόν γ' — ἡμάρτανον**] Per prolepsin quandam nomen **ἁμαρτίας** substantivo **ὄνειδος** additum est, quod ex nostra dicendi consuetudine omitti debebat. Hoc enim dicit: 'Nam quod me ipsum tangat, nullum in me reperire crimen poteris propterea, quod ego haec (i. e. propter ea, quae) in me meosque peccavi'. Id est: 'nam quod ego in me meosque peccavi, eius peccati culpam in me nullo pacto conicere potes'. De **κατ' αὐτὸν** vide Matth. § 489 II, de **ἀνθ' ὅτου** eundem § 480 c, de **ἐξευρίσκειν τί τινι** ad Ai. 1117.

V. 967. **πρὸς παίδων**] Exspectes **πρὸς παιδός**. Sed similiter v. 294, 884, O. R. 107, 1007, 1250, El. 838. De particula **ὥστε** cfr. ad v. 1345.

V. 969 sq. **ὃς οὔτε βλάστας — εἶχον**] Rara dictio, a Brunckio recte translata: 'qui necdum a patre satus essem, neque a matre conceptus'. Neuius confert Ant. 980 **ματρὸς ἔχοντες ἀνύμφευτον γονάν**. De **οὔτε — οὐ** vide Matth. § 609.

V. 971. **εἰ δ' αὖ φανεὶς** etc.] Doederlinus hunc esse sensum putat: 'sin constat fati me iniquitate

ἐς χεῖρας ἦλθον πατρὶ καὶ κατέκτανον,
μηδὲν ξυνιεὶς ὧν ἔδρων εἰς οὓς τ' ἔδρων,
πῶς ἂν τό γ' ἆκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις;
μητρὸς δέ, τλῆμον, οὐκ ἐπαισχύνῃ γάμους
οὔσης ὁμαίμου σῆς μ' ἀναγκάζων λέγειν,
οἵους ἐρῶ τάχ'. οὐ γὰρ οὖν σιγήσομαι,
σοῦ γ' εἰς τόδ' ἐξελθόντος ἀνόσιον στόμα.
ἔτικτε γάρ μ', ἔτικτεν, ὤμοι μοι κακῶν,
οὐκ εἰδότ' οὐκ εἰδυῖα· καὶ τεκοῦσά με
αὑτῆς ὄνειδος παῖδας ἐξέφυσέ μοι.
ἀλλ' ἓν γὰρ οὖν ἔξοιδα, σὲ μὲν ἑκόντ' ἐμὲ
κείνην τε ταῦτα δυστομεῖν· ἐγὼ δέ νιν
ἄκων ἔγημα, φθέγγομαί τ' ἄκων τάδε.
ἀλλ' οὐ γὰρ οὔτ' ἐν τοῖσδ' ἀκούσομαι κακὸς
γάμοισιν, οὔθ' οὓς αἰὲν ἐμφέρεις σύ μοι
φόνους πατρῴους ἐξονειδίζων πικρῶς.
ἓν γάρ μ' ἄμειψαι μοῦνον ὧν σ' ἀνιστορῶ.
εἴ τίς σε τὸν δίκαιον αὐτίκ' ἐνθάδε
κτείνοι παραστάς, πότερα πυνθάνοι' ἄν, εἰ
πατήρ σ' ὁ καίνων, ἢ τίνοι' ἂν εὐθέως;

adactum, non consilii pravitate, sicut sane constat, manus conseruisse cum patre'. Rectius alii videntur φανείς praecedentibus verbis ἀγέννητος τότ' ἦ oppositum esse rati interpretari 'in lucem editus'. Cfr. ἐπεὶ φανῇ 1226.

V. 974. πῶς ἂν cum Elmsleio scripsi. Libri πῶς γ' ἄν. De ἆκον vide ad 235; de particula ἂν bis posita Krueg. I § 69, 7, 3.

V. 975 sq. Schol. τὸ ἑξῆς· μητρὸς δὲ γάμους, τλῆμων, οὔσης ὁμαίμου σῆς, ἀναγκάζων με λέγειν οὐκ ἐπαισχύνῃ. De vocabuli τλήμων usu vide ad Philoct. 361.

V. 977. οὐ γὰρ οὖν] Vide Matth. § 625. — Tum versu seq. στόμα 'sermonem' significare apparet.

V. 980. οὐκ εἰδότ' οὐκ εἰδυῖα] Confer de hoc loquendi genere quae Matth. § 557 n. 1, 2 attulit exempla.

V. 981. αὑτῆς ὄνειδος] De hac appositione vide Matth. § 432.

V. 985. ἀλλ' οὐ γὰρ etc.] De ἀλλὰ — γὰρ particulis vide Matth. § 615, de ἀκούσομαι eundem § 307. Bene coniecit C. Walterus ἁλώσομαι.

V. 986. αἰὲν] Offensi quidam editores hoc adverbio sunt. Mihi proprium familiaris sermonis videtur esse et idem valere atque 'quavis occasione'. Similiter nos '*immer*' usurpamus. Pro ἐμφέρεις sive, quod est in La a m. antiqua litera o superscripta, ἐμφορεῖς recte videtur Lud. Dindorfius coniecisse in Thesauro s. v. ἀναφέρω, Sophoclem scripsisse ἀμφέρεις.

V. 989. τὸν δίκαιον] Ironice dictum. Cfr. Matth. § 276. Vide 997.

V. 990. κτείνοι] 'Occidere velit'. Ai. 1126 δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν κτείναντά με, quod, more apud Graecos pervulgato dictum, non erat cur Teucer cavillaretur. SCHAEF.

V. 991. πατήρ σ' ὁ καίνων] Notat hanc pronominis enclitici se-

*δοκῶ μέν, εἴπερ ζῆν φιλεῖς, τὸν αἴτιον*
*τίνοι' ἄν, οὐδὲ τοὔνδικον περιβλέποις.*
*τοιαῦτα μέντοι καὐτὸς εἰσέβην κακά,*
*θεῶν ἀγόντων, οἷς ἐγὼ οὐδὲ τὴν πατρὸς*
*ψυχὴν ἂν οἶμαι ζῶσαν ἀντειπεῖν ἐμοί.*
*σὺ δ', εἶ γὰρ οὐ δίκαιος, ἀλλ' ἅπαν καλὸν*
*λέγειν νομίζων, ῥητὸν ἄρρητόν τ' ἔπος,*
*τοιαῦτ' ὀνειδίζεις με τῶνδ' ἐναντίον.*
*καί σοι τὸ Θησέως ὄνομα θωπεῦσαι καλόν,*
*καὶ τὰς Ἀθήνας ὡς κατῴκηνται καλῶς,*
*κᾆθ' ὧδ' ἐπαινῶν πολλὰ τοῦδ' ἐκλανθάνῃ,*
*ὁθούνεκ', εἴ τις γῆ θεοὺς ἐπίσταται*
*τιμαῖς σεβίζειν, ἥδε τῷδ' ὑπερφέρει,*
*ἀφ' ἧς σὺ κλέψας τὸν ἱκέτην γέροντ' ἐμὲ*
*αὐτόν τ' ἐχειροῦ τὰς κόρας τ' οἴχῃ λαβών.*
*ἀνθ' ὧν ἐγὼ νῦν τάσδε τὰς θεὰς ἐμοὶ*
*καλῶν ἱκνοῦμαι καὶ κατασκήπτω λιταῖς*

dem Seidler. ad Eur. El. 262 *σ' ἡ τεκοῦσα.* Adde *τίς δέ σ' ὁ φύσας* ex Hom. Batr. 13. Similia reperies ap. Herm. ad Soph. Ai. 1007. DOED.

V. 992. *δοκῶ μέν*] Ad consequentia confirmanda valet, reprobatis contrariis. Alia cum hoc exemplo contendit Hermannus ad Eur. Suppl. 794. REIS. Vide Matth. § 630, 2 g. et Pflugk. ad Eur. Hel. 917.

V. 994. *τοιαῦτα μέντοι*] 'Talia profecto'. Sic v. 781 *τοιαῦτα μέντοι καὶ σὺ προσφέρεις ἐμοί.*

V. 996. *ἀντειπεῖν ἐμοί*] Recte monuit Nauckius, non apte additum esse dativum *ἐμοί*, praesertim *ὀρθοτονούμενον,* credibiliusque esse, Sophoclem *ἔχειν* quam *ἐμοί* scripsisse.

V. 997 sq. Schol. *ἅπαν καλὸν λέγειν νομίζων· τουτέστιν ἀθυρόστομος ὤν.* .Recte Musgravius: 'quidvis dictu honestum esse existimans'. Cfr. 758 sq., 804. De locutione *ῥητὸν ἄρρητόν τ' ἔπος* confer Iacobs. ad Achill. Tat. VI 5, ab Neuio iam laudatum, et Demosth. Mid. p. 540, 9, Androt. p. 612, 7.

V. 999. *τῶνδ' ἐναντίον*] 'Coram his'. Vide Brunck. ad Eur. Andr. 952. De *ὀνειδίζεις με* cfr. O. R. 412 *τυφλόν μ' ὠνείδισας.*

V. 1001. *ὡς κατῴκηνται καλῶς*] 'Quod legibus bene temperatae sint'. Sic infra 1535 *κἂν εὖ τις οἰκῇ.*

V. 1002. *κᾆθ' ὧδ' ἐπαινῶν πολλὰ* etc.] Sensus horum et antecedentium hic est: *καὶ τὸ Θησέως ὄνομα θωπεῦσαι καλὸν νομίζων καὶ τὰς Ἀθ., ὡς κατ. καλῶς, καὶ πολλὰ ὧδε ἐπαινῶν, εἶτα τοῦδε ἐκλανθάνῃ, ὅτι* etc. De *εἶτα* diximus ad v. 260.

V. 1004. *τιμαῖς σεβίζειν*] Confert Reisigius Aristoph. Thesm. 134 *ἄνακτ' ἄγαλλε Φοῖβον τιμᾷ.* Adde huius fab. 1557 *λιταῖς σεβίζειν.* Eur. Electr. 196 *εὐχαῖσι θεοὺς σεβίζουσι.*

Ibid. *τῷδ'* pro *τοῦδ'*, quod in La in *τοῦθ'* correctum est, scripsit Kunhardtius.

V. 1005. *κλέψας*] De voluntate dictum; cf. Matth. § 503 et ad v. 990.

V. 1007. *ἐμοὶ* ad *ἐλθεῖν ἀρωγούς* v. 1009 pertinet.

ἐλθεῖν ἀρωγοὺς ξυμμάχους θ', ἵν' ἐκμάθῃς,
οἵων ὑπ' ἀνδρῶν ἥδε φρουρεῖται πόλις.

ΧΟΡ. ὁ ξεῖνος, ὦναξ, χρηστός· αἱ δὲ συμφοραὶ
αὐτοῦ πανώλεις, ἄξιαι δ' ἀμυναθεῖν.

ΘΗΣ. ἅλις λόγων· ὡς οἱ μὲν ἐξηρπασμένοι
σπεύδουσιν, ἡμεῖς δ' οἱ παθόντες ἕσταμεν.

ΚΡΕ. τί δῆτ' ἀμαυρῷ φωτὶ προστάσσεις ποεῖν;

ΘΗΣ. ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ, πομπὸν δέ με
χωρεῖν, ἵν', εἰ μὲν ἐν τόποισι τοῖσδ' ἔχεις
τὰς παῖδας ἡμῶν, αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί·
εἰ δ' ἐγκρατεῖς φεύγουσιν, οὐδὲν δεῖ πονεῖν·

V. 1009. ἀρωγοὺς ξυμμάχους θ'] Confert Reisigius Aesch. Suppl. 734 ἐγὼ δ' ἀρωγοὺς ξυνδίκους θ' ἥξω λαβών.

V. 1013. Schol. οἱ μὲν ἐξηρπασμένοι· οἱ θεράποντες Κρέοντος. Elmsleius monet τοὺς ἐξηρπασμένους esse puellas, ad pluralem transferens quae Hermannus ad Vig. not. 50 de singulari dixit. Malo cum scholiasta facere et ἐξηρπασμένοι pro medio habere, cum propter antithesin οἱ παθόντες, tum quod ii, qui vi trahuntur, non possunt apte σπεύδειν dici, ut recte monuit Doederlinus. Mecum facit Matthiaeus ἐξηρπασμένοι explicans ἐξηρπακότες ἑαυτοῖς. Fortasse autem ex F. Gu. Schmidtii coniectura scribendum ἐξειργασμένοι vel ἐξηργασμένοι, de qua forma vide quae in meis Cur. epigraph. Lips. 1869 p. 36 collata sunt. Id enim verbum vel maxime requirit contra positum οἱ παθόντες.

V. 1015. ἀμαυρῷ φωτὶ] Sic infra 1621 ἀμαυραῖς χερσί. Nam ἀμαυρὸς cum proprie esset 'non splendidus', οὐ μαρμαίρων, plane in 'tenuitatis' vel 'infirmitatis' notionem abiit; unde γήρᾳ δὲ τρομερὰ γυῖα κἀμαυρὸν σθένος Eur. Herc. 231. In Aesch. Choeph. 157 ἐξ ἀμαυρᾶς φρενός, ad Agamemnonem illud quidem referendum, sapit Homericum νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα. Tenuis autem ideo dicitur Creon, quod copiis desertus est, ut recte adnotavit Reisigius coll. σμικρὸς 955 et βραχὺς 880. Addi poterat βαιὸς ex O. R. 750. DOED. Cfr. 179.

V. 1016. τῆς ἐκεῖ] Notandum ἐκεῖ, quod pro ἐκεῖσε positum. Vide Spec. Soph. p. 44, Iacobs. in Act. Monac. T. I. p. 294, Herod. VII 147 καὶ ἡμεῖς ἐκεῖ πλέομεν. Thuc. III 71 τοὺς ἐκεῖ καταπεφευγότας. DOED.

V. 1016 sq. πομπὸν δέ με χωρεῖν] Hoc est βούλομαι χωρεῖν, quod colligitur ex προστάσσω σοι, a quo pendent verba ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ. Recte autem facit Theseus, quod se Creonti, non Creontem sibi comitem adiungi vult. Nam Theseus viae est ignarus; quamobrem Creontem iubet ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ. DINDORF. De infinitivo concinnitatis, non sensus causa ex προστάσσω apto Schaeferus comparat Hom. Il. III 88 ἄλλους μὲν κέλεται . . τεύχεα κάλ' ἀποθέσθαι . ., αὐτὸν δ' ἐν μέσσῳ καὶ ἀρηΐφιλον Μενέλαον . . μάχεσθαι.

V. 1018. ἡμῶν alienum esse ab hoc loco, plerique editores intellexerunt. Incertum tamen, quid pro eo Sophocles scripserit. Elmsleius coniecit ἡμῖν, Dindorfius τὰς τοῦδε παῖδας, G. H. Müllerus τὰς παῖδας, αὐτὸς ἡγεμὼν δείξῃς. Facile ἡμῶν in ἡγεμών mutatur, minus facile verba transponuntur.

V. 1019. ἐγκρατεῖς] Sc. τῶν παίδων, ut recte interpretatur Elmsleius. Cfr. Philoct. 75 τόξων ἐγκρατής.

V. 1019 sq. οὐδὲν — οἱ σπεύδοντες] Sensus hic est: 'nihil la-

ἄλλοι γὰρ οἱ σπεύδοντες, οὓς οὐ μή ποτε
χώρας φυγόντες τῆσδ' ἐπεύξωνται θεοῖς.
ἀλλ' ἐξυφηγοῦ· γνῶθι δ', ὡς ἔχων ἔχῃ,
καί σ' εἷλε θηρῶνθ' ἡ τύχη· τὰ γὰρ δόλῳ
τῷ μὴ δικαίῳ κτήματ' οὐχὶ σῴζεται.
κοὐκ ἄλλον ἕξεις ἐς τάδ'· ὡς ἔξοιδά σε
οὐ ψιλόν, οὐδ' ἄσκευον ἐς τοσήνδ' ὕβριν
ἥκοντα τόλμης τῆς παρεστώσης τὰ νῦν·
ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε.
ἃ δεῖ μ' ἀθρῆσαι, μηδὲ τήνδε τὴν πόλιν
ἑνὸς ποῆσαι φωτὸς ἀσθενεστέραν.
νοεῖς τι τούτων, ἢ μάτην τὰ νῦν τέ σοι
δοκεῖ λελέχθαι, χὤτε ταῦτ' ἐμηχανῶ;

borare me oportet de recipiendis puellis, cum alii, quos misi, raptores illos intento cursu persequantur'.

V. 1020 sq. οὓς οὐ μή ποτε — θεοῖς] I. e. 'quos quod effugerint et ex his finibus evaserint nunquam metuendum est ne dis gratias agant'. De οὐ μὴ ἐπεύξωνται vide ad v. 404. Dictum autem φυγεῖν τινα τόπον τινός simillime atque πλησιάζειν τινὶ τόπον τινά, de qua dictione exposui ad O. R. 1103 sqq. Adde Eur. Or. 1520 ποῦ 'στιν οὗτος, ὃς πέφευγε τοὐμὸν ἐκ δόμων ξίφος.

V. 1022. ὡς ἔχων ἔχῃ] Eisdem verbis a Cicerone luditur in Aristippi sententia, ad Div. IX 26 *habeo, non habeor a Laide;* quanquam ingenue ille: *Graece hoc melius.* REIS.

V. 1023. καί σ' εἷλε θηρῶνθ' ἡ τύχη] Suspiceris ἡ Δίκη potius scriptum a Sophocle fuisse, quandoquidem Iustitiae illud potius, quam Fortunae tribuere debebat Theseus. El. 518 ἡ γὰρ Δίκη νιν εἷλεν, οὐκ ἐγὼ μόνη. Eurip. Heracl. 941 ὦ μῖσος ἥκεις· εἷλέ σ' ἡ Δίκη χρόνῳ, cum praesertim voces δίκη et τύχη saepe permutatae sint; cfr. Brunck. ad Ant. 387. Sed τύχη cum proprie significet 'eventum poenae, lege propositae', vel vindictam, hinc in Ultricis deae notionem transiit. Nam secundum veteres providae dei curae suberat etiam, quae Fors dicebatur sive Fortuna, Τύχη. Vide I. F. Gronov. ad Liv. I 4. Sic Valck. ad Herod. III 153 p. 275. Horat. carm. I 28, 31 *Fors et debita iura vicesque superbae te maneant ipsum.* DOED.

V. 1024. κτήματα] Constructum hoc, ut si esset participium passivi, 'acquisita iniusto dolo'. HERM. Neuius conferri Heindorf. ad Plat. Cratyl. p. 85 iubet. Pertinent etiam quodammodo huc quae Stallbaum. ad Plat. Euthyphr. p. 101 congessit. Adde quae in Censura Ai. ab Lobeck. edit. p. 87 sq. exposui.

V. 1025. κοὐκ ἄλλον — ἐς τάδ'] Recte Dindorfius: 'neque quicquam tibi proderunt, quos tecum adduxisti'. Tum ἐς τάδε est ἐς τὸ τὰ δόλῳ τῷ μὴ δικαίῳ κτήματα σῴζεσθαι.

V. 1028. Schol. πιστὸς ὤν· ἀντὶ τοῦ πιστεύων. καταστρέφει δὲ εἰς τὸ πεποιθώς. Vide de activa huius nominis notione Pors. ad Eur. Hec. 1117. De prioribus verbis confert Schneidewinus Arist. Nub. 1349 ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ θρασύνεται.

V. 1029 sq. μηδὲ τήνδε — ἀσθενεστέραν] Conf. Demosth. Leptin. p. 468, 12 ὃς (νόμος) ἀπιστότερον τὸν δῆμον καθίστησιν ἑνὸς ἀνδρός.

V. 1032. χὤτε] Breviter dictum pro καὶ τὰ τότε, ὅτε. Dicit au-

*ΚΡΕ.* οὐδὲν σὺ μεμπτὸν ἐνθάδ' ὢν ἐρεῖς ἐμοί·
οἴκοι δὲ χἠμεῖς εἰσόμεσθ' ἃ χρὴ ποεῖν.
*ΘΗΣ.* χωρῶν ἀπείλει νῦν· σὺ δ' ἡμίν, Οἰδίπους,
ἕκηλος αὐτοῦ μίμνε, πιστωθείς, ὅτι,
ἢν μὴ θάνω 'γὼ πρόσθεν, οὐχὶ παύσομαι,
πρὶν ἄν σε τῶν σῶν κύριον στήσω τέκνων.
*ΟΙΔ.* ὄναιο, Θησεῦ, τοῦ τε γενναίου χάριν
καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐνδίκου προμηθίας.

(στροφὴ α'.)

*ΧΟΡ.* Εἴην ὅθι δαΐων
ἀνδρῶν τάχ' ἐπιστροφαὶ
τὸν χαλκοβόαν Ἄρη
μίξουσιν, ἢ πρὸς Πυθίαις

tem τὰ τότε, quae ante adventum suum acta esse (v. 824 sqq.) ex Oedipi verbis v. 894 sqq. cognoverat. DINDORF.

V. 1033. ὢν scripsi pro ὧν. Nam sensus non ὧν, sed ὄντι flagitat. Verba οὐδὲν ὢν σὺ ἐρεῖς ἐνθάδε μεμπτὸν ἐμοί i. e. 'quidquid dices hic nihil ego reprehendere possum' liberius collocata sunt ut v. 875, O. R. 644 ἀραῖος, εἴ σέ τι δέδρακ', ὀλοίμην, ὧν ἐπαιτιᾷ με δρᾶν, Eur. Bacch. 502 σὺ δ' ἀσεβὴς αὐτὸν ὢν οὐκ εἰσορᾷς, Ion. 293 ξένος σ' ὤν.

V. 1035. χωρῶν ἀπείλει νῦν] Primaria sententia non imperativo, sed participio inest. Trachin. 1120 εἰπὼν ὃ χρῄζεις λῆξον. REIS.

V. 1039. τοῦ τε γενναίου] Eodem sensu dictum, quo supra v. 8 τὸ γενναῖον.

V. 1040. Etiam hic ut v. 328 προθυμίας aptius esse videtur quam προμηθίας.

V. 1041—1090. Uno in scena remanente Oedipo chorus exoptat, ut interesse sibi liceat pugnae mox inter Athenienses et Thebanos futurae, quam etsi prosperam fore Atheniensibus ex eorum fortitudine auguratur, tamen ut sit prospera, Iovem, Minervam, Apollinem, Dianam intimis precibus implorat.

V. 1041 sqq. Schol. εἴην ὅθι δαΐων· ὁ μὲν Κρέων καὶ ὁ Θησεὺς ἀπῆλθον, ὑπονοῶν αὐτὸν οὐ φιλὸν ἥκειν, ἀλλὰ μετά τινος χειρός, ἣν πλησίον που ἐστρατοπεδευκέναι· κατὰ τοῦτο οὖν καὶ οἱ κατὰ τὸν χορόν, ἄλλως προβεβηκότες τὴν ἡλικίαν, εὐχὴν ποιοῦνται ταύτην· εἴθε εἴην ὅπου αἱ συμβολαὶ καὶ αἱ μάχαι μέλλουσιν ἔσεσθαι· ὑπονοοῦσι γὰρ [αὐτῷ] τὰ ὅμοια τῷ Θησεῖ περὶ τοῦ Κρέοντος, καί φασιν· εἴθε ἐπόπτης ἐγενόμην αὐτῶν.

V. 1042. ἐπιστροφαὶ] Ἐπιστροφὴ in re bellica dicitur, quoties exercitus vel cohors conversione facta hostem versus fertur. Plutarch. Timoleont. vol. I p. 249 D πυκνὰς ἐξ ἐπιστροφῆς ποιεῖσθαι τὰς ἐπελάσεις. MUSGR.

V. 1043. χαλκοβόαν minus recte schol. στερεοβόαν, μεγαλόφωνον interpretatur. Mars est 'acrisonus', quod scuta hastis et gladiis pulsa strepunt. Cfr. Ai. 17 χαλκοστόμου κώδωνος. De locutione Ἄρη μιγνύναι cfr. Hom. Il. XV 510 ἢ αὐτοσχεδίῃ μῖξαι χεῖράς τε μένος τε.

V. 1044. Schol. ἢ πρὸς Πυθίαις· ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἀκταῖς ληπτέον· λέγοι δ' ἂν Πυθίας ἀκτὰς τὸν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος βωμὸν τὸν ἐν Οἰνόῃ, ὅθεν καὶ τὴν θεωρίαν ἔπεμπον.

Ibid. πρὸς Πυθίαις] Id est igitur πρὸς Οἰνόῃ. Erat autem urbs illa, ut verbis Thucydidis II 18 utar, ἐν μεθορίοις τῆς Ἀττι-

ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς,
οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη
θνατοῖσιν, ὧν καὶ χρυσέα
κλῂς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακεν προσπόλων Εὐμολπιδᾶν·
ἔνθ' οἶμαι τὸν ἐγρεμάχαν
Θησέα παῖδας διστόλους
ἀδμῆτας ἀδελφὰς
αὐτάρκει τάχ' ἐμμίξειν βοᾷ,
τούσδ' ἀνὰ χώρους·

κῆς καὶ Βοιωτίας sita. Quam praeterirent necesse erat qui Athenis via sacra profecti Thebas se conferebant. Iuxta eandem viam, sed propior Athenis, sita erat Eleusis, quam poeta verbis λαμπάσιν ἀκταῖς significavit, nomine a taedis ducto, quibus regionem illam frequenter coruscasse in sacris nocturnis constat. Ex quo apparet his verbis, ἢ πρὸς Πυθίαις ἢ λαμπ. ἀκταῖς, minime duas a se dissitas vias, quarum utram ingressi sint Creontis satellites chorus se ambigere dixerit, sed duos eiusdem viae locos, propiorem alterum Athenis, alterum remotiorem, significari, in quorum altero Theseum consecuturum Creontis manum et aggressurum chorus suspicatus sit. Postremo facile apparet Πυθίαις ἀκταῖς per zeugma esse dictum, ita ut propria nominis ἀκτή significatio ad regionem Eleusiniam tantum referenda sit. Alii Πυθίας ἀκτάς propiorem locum viae Eleusiniae intellegunt, litus Eleusinium ad quod mox veniunt qui templum Pythium in monte Aegaleo situm, de quo vide Bursian. geogr. Graec. I p. 326, praeterierunt.

V. 1046 sq. Schol. οὗ πότνιαι· αἱ Θεσμοφόροι. τέλη δὲ τὰς τελετάς· καὶ Αἰσχύλος· ἔφριξ'· ἔρως δὲ τοῦδε μυστικοῦ τέλους. — τιθηνοῦνται· ἐπιμελοῦνται. De nomine πότνιαι, de Cerere et Proserpina sollemniter usurpato, confert Neuius Siebelis. ad Pausan. IX 8, 1. — De sensu verborum σεμνὰ τέλη, quibus 'sacra arcana' significantur, vide Valcken. ad Eur. Hipp. 25.

V. 1047 sq. ὧν — Εὐμολπιδᾶν] 'Quorum linguam coercet aurea antistitum Eumolpidarum clavis', i. e. quibus antistites Eumolpidae taciturnitatem imponunt. De Eumolpidis Heynium ad Apollod. p. 338 et Aristidem in orat. Eleusin. Vol. I p. 451 ed. Cant. 257. Iebb. laudavit Reisigius. HERM. De locutione κλῂς ἐπὶ γλώσσᾳ cfr. Aesch. frg. 307 D ἀλλ' ἔστι κἀμοὶ κλῂς ἐπὶ γλώσσῃ φύλαξ, Ag. 36 βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας βέβηκεν. — Non male Iebbius βέβακ' ἐκ scribendum esse coniecit.

V. 1051. παῖδας pro καὶ τὰς scripsi. Nam καί hic inutile est. Notum autem est quam saepe vocabula παῖ et καὶ in libris commutata sint.

V. 1053. βοᾷ] 'Pugnae'. Mire dictum αὐτάρκει βοᾷ. Aptius foret παντάρκει. Sic παντάρκης per αὐταρκῶν explicat Hesychius. Recte vero Theseus pugnae contra eos, qui puellas vi abductas tenent, puellas ipsas immixturus esse dicitur. Quam poetae sententiam esse cognoscitur ex epitheto ἀδμῆτας, quod parum aptum foret, nisi puellae ipsae quodammodo participes pugnae esse dicerentur. DINDORF.

V. 1054. τούσδ' ἀνὰ χώρους] I. e. ἢ πρὸς Πυθίαις ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς. Inserviunt igitur haec verba explicationi adverbii ἔνθα,

(ἀντιστροφὴ α΄.)

ἤ που τὸν ἑφέσπερον
πέτρας νιφάδος πελῶσ'
Οἰάτιδος ἐκ νομοῦ

quod v. 1050 positum. Gleditschius στεινοὺς ἀνὰ χώρους et in v. 1068 Ῥείας scribendum esse suspicatur.

V. 1055 sqq. Schol. ἤ που τὸν ἑφέσπερον· τὸν Αἰγάλεών φησι· καὶ γὰρ τοῦτο ἐπ' ἐσχάτων ἐστὶ τοῦ δήμου τούτου· καταλέγουσι δὲ χωρία, παρ' ἃ μάλιστα εἰκάζουσι τὴν συμβολὴν γενέσθαι τοῖς περὶ τὸν Κρέοντα καὶ Θησέα. Πέτρας δὲ νιφάδος ἂν εἴη λέγων τὴν οὕτω λεγομένην λείαν πέτραν, ἢ τὸν Αἰγάλεων λόφον, ἃ δὴ περιχώριά φασιν εἶναι, καθάπερ Ἴστρος ἐν τῇ α΄ τῶν ἀτάκτων ἱστορεῖ οὕτως· 'ἀπὸ δὲ τῆς χαράδρας ἔπιμεν λείαν πέτραν'. Καὶ μετ' ὀλίγα· 'ἀπὸ τούτου δὲ ἕως Κολωνοῦ παρὰ τὸν χαλκοῦν ⟨ὀδὸν⟩ προσαγορευόμενον, ὅθεν πρὸς τὸν Κηφισὸν ἕως τῆς μυστικῆς εἰσόδου (vide Kruse Hellas T. II p. 175 sqq.) εἰς Ἐλευσῖνα· ἀπὸ ταύτης δὲ βαδιζόντων εἰς Ἐλευσῖνα τὰ ἐπαριστερὰ μέχρι τοῦ λόφου τοῦ πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Αἰγάλεω'. Ἤτοι οὖν τὴν καλουμένην λείαν πέτραν, ἢ τὸν Αἰγάλεων. ὁ δὲ νοῦς· ἆρα ἐπὶ τὸν ἕσπερον χῶρον τῆς λείας πέτρας προσπελάζουσιν; Non assequor, quomodo Sophocles montem, cui nomen λείας πέτρας fuerit, dicere πέτραν νιφάδα potuerit. Itaque eam scholiastae sententiam unice probo, qua πέτρᾳ νιφάδι Aegaleus mons sive potius pars aliqua eius significata putatur. Idque verissime iam statuit Reisigius, quem vide in Enarr. p. CXXXVI. Puto autem eam a Sophocle hic viam significari, quam a Thucydide II 18 sqq. Archidamus, cum ab Oenoe Acharnas procederet, ingressus dicitur, de qua rectissime Thudichum ad hanc fab. v. 307 sq. exposuit. Diversa igitur itinera, quae Creontis manus in patriam refugiens et hoc carmine et supra v. 900 sq. ingredi potuisse significata est, haec puto fuisse. Poterant ex Colono meridiem versus Athenas se convertere et inde via sacra Oenoen petere, sic ut pars Aegalei eis dextra in parte esset Eleusina versus euntibus. Poterant vero etiam ex Colono septentrionem versus sive Acharnas versus refugere ita, ut circumita septentrionali Aegalei, quem dico, montis parte Oenoen versus tenderent; quo facto occidentalem partem Aegalei montis, quem dixi (τὸν ἑφέσπερον etc.), praeterire debebant. Iam hae diversae viae vix dubium est quin in campo Thriasio sive inter Eleusina et Oenoen in unam coierint; quem ipsum in locum properare equites peditesque Theseum puto voluisse, dicentem v. 900 sqq. ἔνθα δίστομοι μάλιστα συμβάλλουσιν ἐμπόρων ὁδοί. — Denique illud manifestum puto, πέτραν νιφάδα non eum dixisse montem Sophoclem, qui nive perpetua obrutus fuerit, sed in quo nivem serius quam in ceteris Atticae montibus solvi solere animadversum fuerit quique ideo νιφοπέτρα vel simili nomine appellatus fuerit.

V. 1056. πελῶσι] Futurum est. De accusativo, quocum πελάζειν iunctum, vide quae ad Philoct. 1126 sq. extr. adnotavi. Probabiliter Hartungius περῶσ' coniecit.

V. 1057. Οἰάτιδος ἐκ νομοῦ] Recte statuit Reisigius, esse hoc nomen ab Oea, demo Oeneidis, qui finitimus Aegaleo monti fuerit, deducendum. Praeterea puto, pascua illa, de quibus loquitur Sophocles, ab Athenis septentrionem versus, non procul ab Acharnis sita fuisse. Verum quod Hartungius invenit, εἰς νομόν, verbis τὸν ἑφέσπερον requiri videtur.

πώλοισιν ἢ ῥιμφαρμάτοις
φεύγοντες ἁμίλλαις.
ἁλώσεται· δεινὸς ὁ προσχώρων Ἄρης,
δεινὰ δὲ Θησειδᾶν ἀκμά.
πᾶς γὰρ ἀστράπτει χαλινός, πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατὰ
ἀμπυκτήρια πώλων
ἄμβασις, οἳ τὰν Ἱππίαν
τιμῶσιν Ἀθάναν
καὶ τὸν πόντιον γαιάοχον
Ῥέας φίλον υἱόν.

(στροφὴ β'.)

ἔρδουσ', οὐ μέλλουσιν· ὡς
προμνᾶταί τί μοι
γνώμα, τάχ' ἐνδώσειν

V. 1058 sq. *ῥιμφαρμάτοις — ἁμίλλαις*] I. e. *ἁμίλλαις ἁρμάτων ῥίμφα φευγόντων*. Cfr. Matth. § 446 n. 3 c.

V. 1060. *ἁλώσεται*] In mente habet chorus Creontem, ut cuius ductu imperioque ista omnia a Thebanis gerantur. Itaque sensus verborum hic est: 'Vincetur Creon: gravis est incolarum huius loci Mars; grave Thesidarum robur'. *Πρόσχωροι* sunt qui Colonum habitant, vid. v. 493, Thesidae qui Athenas. HERM. Eleganter Meklerus *ἑλῶσ' ἔται* pro *ἁλώσεται* proposuit. Quod Athenienses Thesidae vocantur, de eo vide quae ad O. R. 1 adnotata sunt.

V. 1063 sqq. *πᾶσα δ' — ἄμβασις*] Pro *κατὰ* praepositione Hermannus participium, quale est *χαλῶσ'*, positum fuisse suspicatur, ita ut laxatis remissisque frenis ruere equites dicantur. Schneidewinus *καθεῖσ'* coniecit, cui praetulerim *μεθεῖσ'*. Tum ex Bothii coniectura *φάλαρα* eieci, in libris post *ἀμπυκτήρια* additum. Dindorfius etiam *πώλων*, metro adversarium, expulit. Fortasse Sophocles scripsit *ὁρμᾶται χαλῶσ' ἀμπυκτήρια στομίων*. *Ἄμπυκες* vel *ἀμπυκτῆρες* lora esse, quibus frena in ore equi sustineantur, frontali instructa, a qua parte nomen ductum sit, Hermannus admonet, coll. schol. min. Aesch. Sept. c. Th. 448 *κυρίως οἱ περὶ τὴν κεφαλὴν ἱμάντες τοῦ χαλινοῦ ἄμπυξ καλοῦνται*.

V. 1065. *ἄμβασις*] Positum pro *ἀναβάται*. Hinc factum, ut *οἳ* poneret. Similiter dictum Hom. Il. V 623 *δεῖσε δ' ὅγ' ἀμφίβασιν κρατερὴν Τρώων ἀγερώχων*.

V. 1065 sq. *τὰν Ἱππίαν — Ἀθάναν*] Vide quae de scena fabulae § 2 exposui.

V. 1068. *Ῥέας* monosyllabum est, ut est Hom. Il. XV 187 *τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοί, οὓς τέκετο Ῥέα* in libris plerisque.

V. 1069. *ἔρδουσ'* pro *ἔρδουσιν* cum Steinhartio, *οὐ* pro *ἢ* cum C. Waltero scripsi. Cfr. Phil. 567 *δρώμεν', οὐ μέλλοντ' ἔτι*, 1255 *δρῶντα κοὐ μέλλοντ' ἔτι*.

V. 1070 sq. *προμνᾶταί τί μοι γνώμα*] 'Praesagit mihi mens'. Haec vis verbi *προμνᾶται* convenit significationi verbi *μνάομαι* ex formis *μνωομένω*, *μνώοντο* apud Homerum obviis efficiendi. Nauckius coniecit *προμᾶται* et v. 1081 *πανόπτα*. Confer v. 316 *ἢ γνώμη πλανᾷ;*

V. 1071 sq. *τάχ' ἐνδώσειν — πάθη*] *Ἐνδώσειν* significat 're-

τᾶν δεινὰ τλασᾶν, δεινὰ δ' εὑρουσᾶν πρὸς
αὐθαίμων πάθη.
τελεῖ, τελεῖ Ζεύς τι κατ' ἆμαρ·
μάντις εἴμ' ἐσθλῶν ἀγώνων·
εἴθ' ἀελλαία ταχύρρωστος πελειὰς
αἰθερίας νεφέλας κύρσαιμ' αὐτῶν ἄνωθεν
αἰωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα.

(ἀντιστροφὴ β'.)

ἰὼ Ζεῦ, πάνταρχε θεῶν,
παντόπτα, πόροις
γᾶς τᾶσδε δαμούχοις
σθένει 'πινικείῳ τὸν εὔαγρον τελειῶσαι λόχον,

missura esse', eo sensu, quo corporis animique dolores 'remittere' dicuntur, i. e. 'sedari' aut 'decrescere'. Quam significationem, ut plerasque alias, communem habent ἀνιέναι et ἐνδιδόναι. Grammaticus apud Bekkerum p. 405 ἀνιέντα· ἐνδιδόντα. ἀνίησιν· ἐνδίδωσιν. Plura de ἐνδιδόναι Stephanus T. I. p. 996 aliique lexicographi. Hoc igitur dicit chorus: τάχα ἐνδώσει, ἢ ἀνήσει, ἢ παύσεται, τὰ πάθη τῶν παρθένων τῶν δεινὰ παθουσῶν. ELMSL. Ἐνδώσειν ex Turnébi coniectura scribi solet pro ἂν δώσειν. Nescio an praestet quod Buechelerus coniecit ἀντάσειν i. e. 'me occursurum esse puellis' sive 'mihi occursuras esse puellas'. De gen. ex ἀντάσειν apto cfr. Hom. Od. XVI 254 τῶν εἴ κεν πάντων ἀντήσομεν ἔνδον ἐόντων. Αὐθαίμων pro αὐθομαίμων restituit Bothius.

V. 1074. κατ' ἆμαρ] Recte hoc Reisigius explicat: καθ' ἡμέραν τὴν νῦν.

V. 1076 sq. εἴθ' ἀελλαία ταχύρρωστος etc.] I. e. εἴθε πελειὰς εἴην σὺν ἀελλαίῳ τάχει ῥωομένη καὶ etc. Similia sunt quae ad Philoct. 1426 commemoravi exempla. De re cfr. orac. Sibyll. apud Plut. vit. Demosth. c. 19 τῆς ἐπὶ Θερμώδοντι μάχης ἀπάνευθε γενοίμην αἰετὸς ἐν νεφέεσσι καὶ ἠέρι θηήσασθαι.

V. 1077 sq. αἰθερίας νεφέλας — ὄμμα] αὐτῶν ἄνωθεν scripsi pro αὐτῶν δ' ἀγώνων praeeuntibus Hermanno, qui ἄνωθ' ἀγώνων, et F. Gu. Schmidtio, qui τῶνδ' ἄνωθεν coniecit. Praeterea αἰωρήσασα ex mea coniectura scripsi. Libri θεωρήσασα. Sensus est: 'utinam celerivola columba sim et in aetheria nube sedem habeam oculis super illis (certaminibus) suspensis' sive 'desuper illa certamina aspectans'. — In genere autem feminino participii αἰωρήσασα, pro quo masculinum restituendum putavit Reisigius, ut id ad chorum referretur, nullam offensionem esse satis docuit Doederlinus ad h. l. p. 489 sqq.

V. 1080 sq. πάνταρχε — παντόπτα] Coniuncta eadem vocabula Aristoph. Av. 1058 sq. ἤδη μοι τῷ παντόπτᾳ καὶ παντάρχᾳ θνητοὶ πάντες θύσουσ' εὐκταίαις εὐχαῖς.

V. 1082. γᾶς τᾶσδε δαμούχοις] Sic infra v. 1348 τῆσδε δημοῦχος χθονός. De plurali vide ad v. 290 sq.

V. 1084. σθένει 'πινικείῳ] Nomen σθένει, in libris ante τὸν εὔαγρον positum, cum Hermanno post δαμούχοις collocavi. Σθένει ἐπινικείῳ similiter dictum atque Trach. 186 σὺν κράτει νικηφόρῳ. De forma poetica ἐπινίκειος, pro qua vulgo ἐπινίκιος dicitur, confer ad Ant. 355.

σεμνά τε παῖς Παλλὰς Ἀθάνα.
καὶ τὸν ἀγρευτὰν Ἀπόλλω,
καὶ κασιγνήταν πυκνοστίκτων ὀπαδὸν
ὠκυπόδων ἐλάφων στέργω, διπλᾶς ἀρωγὰς
μολεῖν γᾷ τᾷδε καὶ πολίταις.

Ὦ ξεῖν' ἀλῆτα, τῷ σκοπῷ μὲν οὐκ ἐρεῖς,
ὡς ψευδόμαντις. τὰς κόρας γὰρ εἰσορῶ
τάσδ' ἆσσον αὖθις ὧδε προσπολουμένας.
*ΟΙΔ.* ποῦ, ποῦ; τί φῄς; πῶς εἶπας;

*ΑΝΤΙΓΟΝΗ.*

ὦ πάτερ, πάτερ,.
τίς ἂν θεῶν σοι τόνδ' ἄριστον ἄνδρ' ἰδεῖν

Ibid. **τὸν εὔαγρον τελειῶσαι λόχον**] Nomine **λόχος** hic non locus, in quo quis collocatus est insidiandi causa, sed 'actio insidiandi', i. e. hoc loco impetus, quem Theseus facturus erat in manum Creontis, quae in insidiis collocata putabatur, significatur. Itaque **τὸν εὔ. τελ. λόχον** significat: 'perficere impetum' sive 'expeditionem ita, ut felix sit in capiendo, i. e. ut capiatur is, in quem fiat impetus'. Nam per prolepsin adiectum est **τὸν εὔαγρον**.

V. 1086. **τὸν ἀγρευτὰν**] Apollinem **ἀγρευτὴν** sive **ἀγραῖον** ab interfecto Pythone appellatum esse tradunt. Pausanias I 41, 5 **Ἀλκάθου μὲν οὖν καὶ τοῦ λέοντος, εἴτε ἐν τῷ Κιθαιρῶνι αὐτὸν εἴτε καὶ ἑτέρωθι ἀποκτείνας ναὸν Ἀγροτέρας Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος ἐποίησεν ἀγραίου** (Megaris), **ἐς τοσόνδε ἔστω μνήμη**. BOTH.

V. 1087 sq. **πυκνοστίκτων — ἐλάφων**] De sollemni cervorum epitheto **στικτὸς** vide quae ad Philoct. 183 adnotata sunt. Cfr. Eur. Hipp. 218 **βαλιαῖς ἐλάφοις**, Alc. 584 **ποικιλόθριξ νεβρός**.

Ibid. **ὀπαδὸν ἐλάφων**] Confer Soph. Trach. 214 **Ἄρτεμιν — ἐλαφηβόλον**.

V. 1089. **στέργω**] 'Rogo, oro, amanter precor'. Sic Latini verbo 'amo' utuntur. Plautus Men. II 3, 71 *Sed scin quid te amabo ut facias.* III 3, 1 *Menaechme, amare te ait multum Erotium, ut hoc nunc una opera ad aurificem deferas.* BR. Vide etiam ad O. R. 11. Ceterum recte Hermannus: **διπλᾶς ἀρωγὰς** nemo non videt de Apolline et Diana dici. Ineptissime schol. **τουτέστι τῇ διπλῇ ἀρωγῇ· ὃ λέγει τῇ πόλει καὶ τοῖς πολίταις**. Videtur scribendum esse **διπλᾶς ἀρωγούς** vel de F. Gu. Schmidtii coniectura **διπλοῦς ἀρωγούς**.

V. 1091. **τῷ σκοπῷ**] I. e. **τῷ σκοποῦντι**, scil. pro Oedipo, **ἐμοί**. Non male Elmsleius scribendum **τὸν σκοπὸν** esse suspicatur. Tum ad **ψευδόμαντις** intellegendum **εἰμί**, dicitque hoc chorus respiciens sua ipsius verba, v. 1075 dicta: **μάντις εἴμ' ἐσθλῶν ἀγώνων**.

V. 1093. **προσπολουμένας**] Non simpliciter significat 'accedentes', sed accedentes cum comitatu famulorum, **ὀπαόνων**, quos Antigona dixit v. 1103. DINDORF. Cfr. usum verborum **δορυφορεῖσθαι, ῥαβδουχεῖσθαι**.

V. 1095 sq. **τίς ἂν θεῶν σοι — δοίη**] 'Utinam aliquis deorum

δοίη, τὸν ἡμᾶς δεῦρο προσπέμψαντά σοι;
ΟΙΔ. ὦ τέκνον, ἦ πάρεστον;
ΑΝΤ. αἵδε γὰρ χέρες
Θησέως ἔσωσαν φιλτάτων τ' ὀπαόνων.
ΟΙΔ. προσέλθετ', ὦ παῖ, πατρί, καὶ τὸ μηδαμὰ
ἐλπισθὲν ἥξειν σῶμα βαστάσαι δότε.
ΑΝΤ. αἰτεῖς ἃ τεύξῃ· σὺν πόθῳ γὰρ ἡ χάρις.
ΟΙΔ. ποῦ δῆτα, ποῦ 'στον;
ΑΝΤ. αἵδ' ὁμοῦ πελάζομεν.
ΟΙΔ. ὦ φίλτατ' ἔρνη.
ΑΝΤ. τῷ τεκόντι πᾶν φίλον.
ΟΙΔ. ὦ σκῆπτρα φωτός.
ΑΝΤ. δυσμόρου γε δύσμορα.
ΟΙΔ. ἔχω τὰ φίλτατ'· οὐδ' ἔτ' ἂν πανάθλιος
θανὼν ἂν εἴην, σφῷν παρεστώσαιν ἐμοί.
ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον
ἐμφύντε τῷ φύσαντι, κἀναπαύσατον

tibi conspiciendum duit optimum hunc virum!'

V. 1097. ὦ τέκνον, ἦ πάρεστον] Solam et hic et v. 1107 alloquitur Antigonam, quae pro se et Ismena, quae muta adstat, verba facit.

V. 1100. βαστάσαι] 'Contrectare'. Vide quae ad Philoct. 649 sq. adnotavimus.

V. 1101. σὺν πόθῳ γὰρ ἡ χάρις] I. e. σὺν πόθῳ γὰρ ταῦτά σοι χαριζόμεθα sive ἃ αὐταὶ ποθοῦμεν κελεύεις ἡμᾶς χαρίσασθαί σοι. Cfr. Phil. 1178 φίλα μοι φίλα ταῦτα παρήγγειλας ἑκόντι τε πράσσειν.

V. 1103. τῷ τεκόντι πᾶν φίλον] Recte admonet Reisigius modeste Antigonam coniugii calamitatem tangere, cum respondeat: 'parenti quidvis carum'. HERM.

V. 1104. ὦ σκῆπτρα φωτός] Brunckius φωτὸς —, quasi inceptam patris orationem interpellet filia. Malo φωτὸς eodem sensu accipere, quo τοῦδε τἀνδρὸς v. 649. ELMSL. De voc. σκῆπτρα vide v. 848.

V. 1105. ἔχω τὰ φίλτατ'] Liberos ita laudabant vel parentes, propinquos, ac necessarios; et poetae quidem frequenter, raro prosae orationis scriptores. Cfr. Valcken. ad Eur. Phoen. 437 et ad Hippol. p. 208. REIS.

V. 1106. θανὼν αν εἴην] Aliud quid requiri videtur: Meklerus coniecit αἰὼν ἂν εἴη, F. Gu. Schmidtius θάνοιμ' ἂν ἤδη. Possis etiam vel θνήσκων ἂν εἴην vel cum θανεῖν et παθεῖν saepe in libris permutentur, πανάθλια παθὼν ἂν εἴην scribere.

V. 1107 sq. ἐρείσατ' — φύσαντι] I. e. 'fulcite, o filiae, utrumque latus meum', sive, ut Brunckius reddit, 'applicaminor mihi utrumque ad latus, inhaerentes patri'. De ἀμφιδέξιον vide ad O. R. 1219, de ἐμφύντε vide Matth. § 436. Ceterum recte Reisigius: Notanda paronomasia ἐμφύντε τῷ φύσαντι. Tralaticium vero Homericum: ἐν δ' ἄρα οἱ φῦ χειρί.

V. 1108 sq. κἀναπαύσατον — πλάνου] Intellegendum με. Neque enim passiva significatione de filiabus dictum esse potest, quod saepe fit in imperativo παῦε. DINDORF.

τοῦ πρόσθ' ἐρήμου τοῦδε δυστήνου πλάνου.
καί μοι τὰ πραχθέντ' εἴπαθ' ὡς βράχιστ', ἐπεὶ
ταῖς τηλικαῖσδε σμικρὸς ἐξαρκεῖ λόγος.
ΑΝΤ. ὅδ' ἔσθ' ὁ σώσας· τοῦδε χρὴ κλύειν, πάτερ,
οὗ κἄστι τοὖργον· τοὐμὸν ὧδ' ἔσται βραχύ.
ΟΙΔ. ὦ ξεῖνε, μὴ θαύμαζε, πρὸς τὸ λιπαρὲς
τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα μηκύνω λόγον.
ἐπίσταμαι γὰρ τήνδε τὴν ἐς τάσδε μοι
τέρψιν παρ' ἄλλου μηδενὸς πεφασμένην.
σὺ γάρ νιν ἐξέσωσας, οὐκ ἄλλος βροτῶν.
καὶ σοὶ θεοὶ πόροιεν, ὡς ἐγὼ θέλω,
αὐτῷ τε καὶ γῇ τῇδ'· ἐπεὶ τό γ' εὐσεβὲς
μόνοις παρ' ὑμῖν ηὗρον ἀνθρώπων ἐγὼ
καὶ τοὐπιεικὲς καὶ τὸ μὴ ψευδοστομεῖν.
εἰδὼς δ' ἀμύνω τοῖσδε τοῖς λόγοις τάδε.

Idem recte *ἐρήμου* explicat: 'liberorum praesidio carentis'. Herwerdenus coniecit *τόνδε δύστηνον*, Sehrwaldius *τὸν πρόσθ' ἔρημον*, Iebbius *κἀναπνεύσατον τοῦ . . πλάνου*.

V. 1113. *οὗ κἄστι τοὖργον· τοὐμὸν ὧδ'* pro *καί σοί τε τοὖργον τοὐμὸν* ex coniectura Wexii scripsi. Hermannus coniecit *καὶ σοί τε τοὖργον τοῦτ' ἐμοί τ' ἔσται βραχύ*, alii alia.

V. 1114 sq. *μὴ θαύμαζε — λόγον*] *Πρὸς τὸ λιπαρὲς* dictum ut *πρὸς βίαν* et similia, significans fere 'usque ad fastidium'. Accusativus *τέκνα φανέντ' ἄελπτα* (i. e. *ἀέλπτως*) aptus est ex notione, qua *λόγον μηκύνειν* dictum, *μακρὰν λέγειν* sive *μακρηγορεῖν*. Cfr. notam nostram ad El. 543 sq. Dicitur enim *λέγειν τινὰ* nonnumquam sic, ut significet non modo 'dicere aliquem', sed etiam 'dicere de aliquo', minime vero 'alloqui aliquem', quae quidem significatio aliena etiam ab hoc loco foret. Spectat enim *λόγος μακρότερος* ad ea, quae nunc cum Theseo collocuturus est Oedipus, non ad sermonem cum filiabus modo habitum. [Id minus probabile. Nam de liberis postea pauca dicit Oedipus. Excusare illum potius se de gratiis Theseo nondum actis, ex v. 1139 sqq. cognoscitur. De significatione 'alloqui aliquem' cfr. Ai. 764 *αὐτὸν ἐννέπει*, Eur. Herc. 963 *πατὴρ δέ νιν . . ἐννέπει τάδε*, Krueg. II § 46, 8, 1].

V. 1116. *τήνδε τὴν ἐς τάσδε τέρψιν*] 'Hanc de his voluptatem'. Libri exhibent *τήνδε σὴν* quod emendavit Musgravius.

V. 1118. *νιν*] I. e. *αὐτάς*, ut saepius apud Sophoclem. DIND.

V. 1119. *ὡς ἐγὼ θέλω*] Saepius utuntur Graeci scriptores, imprimis poetae, particula *ὡς*, ubi *ὅσα*, *ἃ* aut simile quid exspectes. SCHAEF. Cfr. Matth. § 485.

V. 1120. *τό γ' εὐσεβὲς*] I. e. *τὴν εὐσέβειαν*. Vide ad Philoct. v. 83.

V. 1122. *τοὐπιεικὲς*] 'Humanitatem'. Confert Schneidewinus Soph. fr. 709 *ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν οἶδεν, μόνην δ' ἔστερξε τὴν ἁπλῶς δίκην*.

V. 1123. *εἰδὼς δ' — τάδε*] Explicant 'expertus autem haec his verbis rependo' et de verbo *ἀμύνειν* comparant Phil. 602. Sed ea quae sequuntur commendant hanc interpretationem: 'expertus famae qua ea quae dixi vulgata

ἔχω γὰρ ἅχω διὰ σὲ κοὐκ ἄλλον βροτῶν.
καί μοι χέρ', ὦναξ, δεξιὰν ὄρεξον, ὡς
ψαύσω, φιλήσω τ', εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα.
καίτοι τί φωνῶ; πῶς σ' ἂν ἄθλιος γεγὼς
θιγεῖν θελήσαιμ' ἀνδρός, ᾧ τίς οὐκ ἔνι
κηλὶς κακῶν ξύνοικος; οὐκ ἔγωγέ σε,
οὐδ' οὖν ἐάσω. τοῖς γὰρ ἐμπείροις κακῶν
μόνοις οἷόν τε συνταλαιπωρεῖν τάδε.
σὺ δ' αὐτόθεν μοι χαῖρε, καὶ τὰ λοιπά μου
μέλου δικαίως, ὥσπερ ἐς τόδ' ἡμέρας.

sunt hac professione suffragor' sive 'mea fortuna has laudes Atheniensium comprobo'. De ἀμύνω τάδε cfr. ad O. R. 259 sq.

V. 1124. διὰ σὲ] Theseum in causa fuisse ait Oedipus, ut liberos recuperaret, ita ut διὰ σὲ sit 'tuo beneficio'. Quod ipsum latine etiam *propter te* dici solet, veluti in Cic. or. Miloniana § 58 *quod enim praemium satis magnum est tam benevolis, tam bonis, tam fidelibus servis, propter quos vivit?* pro Rosc. Am. § 63 *qui tantum immanitate bestias vicerit, ut propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit.* Ad quem locum vide Matth. et Viger. p. 587 sq.

V. 1126. εἰ θέμις] Quo sensu hoc dixerit, explicat ipse verbis sqq. πῶς — ξύνοικος;

V. 1127. ἄθλιος γεγώς] Cfr. ad v. 797. πῶς σ' pro πῶς δ' ex Hermanni coniectura scripsi. Dindorfius coniecit πῶς ἂν ἁγνὸν ὄντα σέ, Meklerus πῶς δ' ἂν ἔρνος Αἰγέως, cui praetulerim πῶς δ' ἂν Αἰγέως γόνον.

V. 1128 sq. ᾧ — ξύνοικος] Se ipsum dicit Oedipus; estque τίς οὐκ ἔνι κηλὶς κακῶν dictum pro 'nulla non inest macula scelerum'. De κηλὶς κακῶν vide ad O. R. 806, de ξύνοικος vide ad huius fab. v. 511 et O. R. 1178 sq. Ceterum contulit apte Dindorfius O. R. 838 βαίην ἄφαντος πρόσθεν ἢ τοιάνδ' ἰδεῖν κηλῖδ' ἐμαυτῷ ξυμφορᾶς ἀφιγμένην et 1384 τὸν ἐκ θεῶν φανέντ' ἄναγνον καὶ γένους τοῦ Λαΐου· τοιάνδ' ἐγὼ κηλῖδα μηνύσας ἐμὴν ὀρθοῖς ἔμελλον ὄμμασιν τούτους ὁρᾶν;

V. 1129 sq. οὐκ ἔγωγέ σε — ἐάσω] Recte Hermannus: plene dicta sententia haec est: οὐκ ἔγωγέ σε θελήσαιμ' ἂν θιγεῖν ἐμοῦ, οὐδ' οὖν ἐάσω, εἰ αὐτὸς βούλοιο θιγεῖν.

V. 1130. sq. τοῖς γὰρ — τάδε] Redditur his verbis ratio membri proxime praecedentis, οὐκ ἔγωγε — ἐάσω, sensusque eorum hic est: 'soli enim ii, qui mala experti sunt (sive malis exerciti), has in quas ego coniectus sum miserias mecum ferre possunt'. Quod ita dicit Oedipus, ut intellegendum spectatoribus relinquat, fieri non posse, quin cum contagione corporis sui aliqua contagio miseriarum suarum coniuncta sit. Pro ἔμπειρος κακῶν libri exhibent ἐμπείροις βροτῶν, quod emendavit Nauckius. Postremo patet, nomine ἐμπείροις κακῶν significari liberos Oedipi.

V. 1132. αὐτόθεν] Dindorfius: 'ab eo loco, ubi sto, a te nonnihil remotus'. Aptius videtur: 'ab eo loco quo stas, non ad me (caecum) propius admotus'. Tum χαῖρε idem est atque 'salvere te iubeo', vel quasi 'animo amplexor'.

V. 1132 sq. τὰ λοιπά μου μέλου] Duplicem structuram et ἐμοὶ μέλεται τοῦδε et ἐγὼ μέλομαι τοῦδε, ut ἐπιμέλομαι vel ἐπιμε-

ΘΗΣΕΥΣ.

οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον,
τέκνοισι τερφθεὶς τοῖσδε, θαυμάσας ἔχω,
οὔτ' εἰ πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη·
βάρος γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ἐκ τούτων ἔχει.
οὐ γὰρ λόγοισι τὸν βίον σπουδάζομεν
λαμπρὸν ποεῖσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς δρωμένοις.
δείκνυμι δ'· ὧν γὰρ ὤμοσ' οὐκ ἐψευσάμην
οὐδέν σε, πρέσβυ. τάσδε γὰρ πάρειμ' ἄγων
ζώσας, ἀκραιφνεῖς τῶν κατηπειλημένων.
χὤπως μὲν ἁγὼν ᾑρέθη, τί δεῖ μάτην
κομπεῖν, ἅ γ' εἴσῃ καὐτὸς ἐκ ταύταιν ξυνών;
λόγος δ' ὃς ἐμπέπτωκεν ἀρτίως ἐμοὶ
στείχοντι δεῦρο, συμβαλοῦ γνώμην· ἐπεὶ
σμικρὸς μὲν εἰπεῖν, ἄξιος δὲ θαυμάσαι.
πρᾶγος δ' ἀτίζειν οὐδὲν ἄνθρωπον χρεών.
ΟΙΔ. τί δ' ἔστι, τέκνον Αἰγέως; δίδασκέ με,

**λοῦμαι**, exemplis illustrat Valck. ad Eur. Phoen. 764. REIS.

V. 1136. *πρὸ τοὐμοῦ*] Id est **πρὸ τοῦ ἐμοῦ ἔπους**. Sensus est: 'quod cum his prius quam mecum verba fecisti'.

V. 1140. **δείκνυμι δ'**] Vide quae ad v. 144 adnotavi. De **ἐψευσάμην οὐδέν σε** confert Schneidewinus Eur. Alc. 808 **εἴ μή τι σός με δεσπότης ἐψεύσατο**. Ceterum recte Reisigius: sua sponte Theseus promissis suis vim iurisiurandi vel sine ulla formula inesse voluit v. 651. Cfr. 1039 sqq.

V. 1142. *ἀκραιφνεῖς τῶν κατηπειλημένων*] Reisigius: 'a periculis intentatis incolumes'.

V. 1143. *ἁγὼν ᾑρέθη*] Dictum hoc ut **μεγάλα πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι**, 'ad felicem eventum perduci', Herodot. VII 50, 2, *ἀγῶνας* **τοὺς μεγίστους συγκαταιρέει** IX 35. Hinc idem fere est quod **νικᾶν** *ἀγῶνα*. MATTHIAE. Cfr. Plutarch. Cimon. c. 13 **Κίμων δ', ὥσπερ ἀθλητὴς δεινός, ἡμέρᾳ μιᾷ δύο καθῃρηκὼς ἀγωνίσματα** etc.

V. 1144. **ἅ γ' εἴσῃ**] Consulto Sophocles h. l. omittere videtur occasionem inserendae episodi epicae, quod ornandi genus cum alii tragici, tum ipse alias non magnopere aspernari consuevere. Ex puellis enim primum exegerat Oedipus pugnae narrationem. Harum responso reiectus ad Theseum, a Theseo rursum ad filias reicitur. Nec ulla amplius fit huius rei mentio. DOED. De addito participio **ξυνών** vide ad Ai. 259.

V. 1145 sq. **λόγος δ' ὃς — γνώμην**] Sensus videtur esse: qui mihi rumor huc venienti modo allatus est [sive quae mihi res huc venienti modo nuntiata est, de ea], de eo tuam tecum reputa sententiam, i. e. vide, quid tibi statuendum sit. HERM. De nominativo **λόγος** vide Pors. ad Eur. Or. v. 1645. Krueg. I § 51, 10, 9.

V. 1147. *σμικρὸς μὲν εἰπεῖν*] Similiter O. R. 1210 **ὁ μὲν τάχιστος τῶν λόγων εἰπεῖν τε καὶ μαθεῖν**.

V. 1148. **πρᾶγος δ' ἀτίζειν** etc.] Scholiasta: **ἄνθρωπον δέ, φησίν, ὄντα οὐ δεῖ πρᾶγμά τι κακίζειν**.

ὡς μὴ εἰδότ' αὐτὸν μηδὲν ὧν σὺ πυνθάνῃ.
ΘΗΣ. φασίν τιν' ἡμῖν ἄνδρα, σοὶ μὲν ἔμπολιν
οὐκ ὄντα, συγγενῆ δέ, προσπεσόντα πως
βωμῷ καθῆσθαι τῷ Ποσειδῶνος, παρ' ᾧ
θύων ἔκυρον, ἡνίχ' ὡρμώμην ἐγώ.
ΟΙΔ. ποδαπόν; τί προσχρῄζοντα τῷ θακήματι;
ΘΗΣ. οὐκ οἶδα πλὴν ἕν. σοῦ γάρ, ὡς λέγουσί μοι,
βραχύν τιν' αἰτεῖ μῦθον οὐκ ὄγκου πλέων.
ΟΙΔ. ποῖόν τιν'; οὐ γὰρ ἥδ' ἕδρα σμικροῦ λόγου.
ΘΗΣ. σοί φασιν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν μολόντ'
αἰτεῖν, ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ.

V. 1150. ὧν σὺ πυνθάνῃ] 'Eorum, quae tu audivisti'.

V. 1151 sqq. Schol. καθ' ὑπόθεσιν ἱκετεύει ὁ Πολυνείκης πρὸς αὐτοὺς παραγενέσθαι τὸν Οἰδίπουν κατά τι λόγιον ἐμπεσόν, ὅτι πρὸς οὓς ἂν γένοιτο ὁ Οἰδίπους, κρατήσουσι τῆς βασιλείας· τοῦτο οὖν ἀγγέλλει ὁ Θησεύς.

V. 1151. σοὶ μὲν ἔμπολιν οὐκ ὄντα] 'Non civem quidem tuum', sed Argivum propter ductam Argivi regis filiam. Cfr. v. 1162. BOTH. Tum πὼς recte interpretatur Reisigius: 'nescio qua de causa', coll. Trach. 695 ῥίψασά πως.

V. 1152. προσπεσόντα] De usu huus verbi ad Ai. 1154 diximus.

V. 1154. Schol. ἔκυρον· ἀντὶ τοῦ ἐκύρουν, ταὐτὸν τῷ ἐτύγχανον.

Ibid. ἡνίχ' ὡρμώμην ἐγώ] Ἡνίκα non ad proxima verba παρ' ᾧ θύων ἔκυρον, sed ad superiora προσπεσόντα καθῆσθαι spectat. Verba igitur ἡνίχ' ὡρμώμην ἐγώ interpretor 'dum aberam ego' [immo 'dum huc properabam']. ELMSL. Mihi quae collocatione verborum commendatur interpretatio non abhorrere videtur a sensu. Nam verba 'ubi sacra faciebam cum huc contendebam' quivis facile intellegit hoc sensu: 'unde a sacris huc contendi'.

V. 1156. οὐκ οἶδα πλὴν ἕν] Eadem verba apud Euripidem reperiri monet Schneidewinus El. 627, 752, Herc. 1143, Suppl. 933, Hippol. 599, Ion. 311.

V. 1157. οὐκ ὄγκου πλέων] 'Non magni momenti'.

V. 1158. οὐ γὰρ ἥδ' ἕδρα σμ. λόγου] Herodot. I 120 λόγου οὐδενὸς γινόμεθα πρὸς Περσέων. Idem III 4 ἐόντα λόγου οὐ σμικροῦ. Vide et c. 139. MUSGR. Est autem ἥδε ἕδρα 'arae illius occupatio, sessio'. Cfr. O. R. 13, Ai. 822. Negat Oedipus quemquam exiguae rei causa ad aram Neptuni considere solere.

V. 1159 sq. σοί — ἀπελθεῖν τ.'] Structura verborum haec est: φασὶν αὐτὸν αἰτεῖν μολόντα ἐλθεῖν σοὶ ἐς λόγους ('tecum colloqui') ἀπελθεῖν τε etc. De μολόντ' vide ad v. 17. Elisionis in vocabulo trisyllabo admodum mirae tollendae causa Vauvilliersius μόνον coniecit.

V. 1160. ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ] Genetivi ex σφάλλεσθαι apti exempla attulit Matth. § 338, qui tamen quam rationem huius structurae explicandae iniit, eam minime probo. Quid autem sit ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ, ipse explicat Polynices v. 1283 διδοὺς ἐμοὶ λέξαι τ' ἀκοῦσαί τ' ἀσφαλεῖ ξὺν ἐξόδῳ. Sed fortasse τῆς δ. ὁδοῦ rectius cum ἀπελθεῖν coniungitur, ut ἀπελθεῖν τῆς

*ΟΙΔ.* τίς δῆτ' ἂν εἴη τήνδ' ὁ προσθακῶν ἕδραν;
*ΘΗΣ.* ὅρα κατ' Ἄργος εἴ τις ὑμὶν ἐγγενὴς
ἔσθ', ὅστις ἄν σου τοῦτο προσχρῄζοι τυχεῖν.
*ΟΙΔ.* ὦ φίλτατε, σχὲς οὗπερ εἶ.
*ΘΗΣ.* τί δ' ἔστι σοι;
*ΟΙΔ.* μή μου δεηθῇς.
*ΘΗΣ.* πράγματος ποίου; λέγε.
*ΟΙΔ.* ἔξοιδ' ἀκούων τῶνδ', ὅς ἐσθ' ὁ προστάτης.
*ΘΗΣ.* καὶ τίς ποτ' ἐστίν, ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι;
*ΟΙΔ.* παῖς οὑμός, ὦναξ, στυγνός, οὗ λόγων ἐγὼ
ἄλγιστ' ἂν ἀνδρῶν ἐξανασχοίμην κλύων.
*ΘΗΣ.* τί δ'; οὐκ ἀκούειν ἔστι, καὶ μὴ δρᾶν, ἃ μὴ
χρῄζεις; τί σοι τοῦδ' ἐστὶ λυπηρὸν κλύειν;
*ΟΙΔ.* ἔχθιστον, ὦναξ, φθέγμα τοῦθ' ἥκει πατρί·
καὶ μή μ' ἀνάγκῃ προσβάλῃς τάδ' εἰκαθεῖν.
*ΘΗΣ.* ἀλλ' εἰ τὸ θάκημ' ἐξαναγκάζει, σκόπει,

**δεῦρ' ὁδοῦ** similiter dicatur atque **ἀνάξας πεσήματος** Eur. Iph. T. 315 et significet 'abire hoc loco cum huc venerit'. De verbis **ἡ δεῦρ' ὁδός** confer v. 663 **τὸ δεῦρο πέλαγος**. Xenoph. Cyr. V 1, 22 **τῆς πρὸς ἐμὲ ὁδοῦ**, ibid. § 25 **τῆς δεῦρο στρατείας**.

V. 1161. **τήνδ' ὁ προσθακῶν ἕδραν**] Vide quae ad O. R. v. 2 adnotavimus.

V. 1164. **σχὲς οὗπερ εἶ**] 'Ne ultra progredere oratione'. De **σχὲς** comparat Elmsleius Eur. Hec. 962 **σὺ δ' εἴ τι μέμφῃ τῆς ἐμῆς ἀπουσίας, σχές.** Hipp. 1354 **σχές, ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω.** Iph. A. 1467 **σχές, μή με προλίπῃς.** Cum libri exhibeant **ὦ φίλτατ' ἴσχες**, Doederlinus coniecit **ὦ φίλτατ', ἴσχε σ'** idque eis quae J. Hilbergius in libro qui inscribitur 'Das Princip der Silbenwägung und die daraus entspringenden Gesetze der Endsilben in der griech. Poesie' Vindobonae 1879 edito docuit, vel maxime commendatur.

V. 1165. **μή μου δεηθῇς — πράγματος**] *Δεηθῆναι* cum duplici genetivo constructum ut apud Herodotum V 40 **γυναικὸς τῆς ἔχεις οὐ προσδεόμεθα τῆς ἐξέσιος.** VIII 144 **οὐδὲν ποιήσομεν τῶν ἐκεῖνος ἡμέων προσεδέετο.** DINDORF.

V. 1166. **ἀκούων τῶνδ'**] Recte Reisigius **τῶνδε** de filiabus Oedipi dictum vidit, respicique ea, quae Ismene v. 377 sq. narravit, quorum recordari Oedipum, viri Argivi mentione facta. HERM. Fortasse **τοῖνδ'** scribendum est. *Προστάτης*, Schaeferus inquit, est 'supplex'; deducitur a **προστῆναι.** Electr. 1378 **λιπαρεῖ προὔστην χερί.** Hartungius coniecit **πρόστροπος.** Cfr. ad v. 1273.

V. 1167. **ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι**] Omissae **ἂν** particulae exempla similia collegit Matth. § 515 not. § 528 not. et Krueg. II § 54, 3, 8.

V. 1171. **τοῦδ'** pro **τοῦτ'** Elmsleius restituit.

V. 1173. **μή μ' ἀνάγκῃ προσβάλῃς**] Proprie: 'ne me obicias necessitati', i. e. 'ne mihi necessitatem imponas'. Tum **εἰκαθεῖν** iunctum cum accusativo **τάδε**, quod idem hic significat atque **πείθεσθαι.** Conf. Ai. 1215.

V. 1174 sq. Coniungeremus

μή σοι πρόνοι' ᾖ τοῦ θεοῦ φυλακτέα.
ΑΝΤ. πάτερ, πιθοῦ μοι, κεἰ νέα παραινέσω.
τὸν ἄνδρ' ἔασον τόνδε τῇ θ' αὑτοῦ φρενὶ
χάριν παρασχεῖν, τῷ θεῷ θ' ἃ βούλεται·
καὶ νῷν ὕπεικε τὸν κασίγνητον μολεῖν.
οὐ γάρ σε, θάρσει, πρὸς βίαν παρασπάσει
γνώμης, ἃ μή σοι ξυμφέροντα λέξεται.
λόγων δ' ἀκοῦσαι τίς βλάβη; τά τοι κακῶς
εὑρημέν' ἔργα τῷ λόγῳ μηνύεται.
ἔφυσας αὐτόν· ὥστε μηδὲ δρῶντά σε
τὰ τῶν κακίστων κἀσεβεστάτων, πάτερ,

**σκόπει εἰ . . ἐξαναγκάζει** ut Ant. 41 **εἰ ξυμπονήσεις καὶ ξυνεργάσῃ σκόπει**, nisi alterum enuntiatum sequeretur. Sed fortasse v. 1175 spurius est.

V. 1175. **τοῦ θεοῦ**] Ad cuius aram supplex consederat Polynices.

V. 1177 sq. **τὸν ἄνδρ' — βούλεται**] Manifestum est, verba **τὸν ἄνδρα τόνδε** non ad hominem absentem, Polynicem, sed ad Theseum praesentem referenda esse. Accedit, quod prorsus improbabile est, Antigonam, quem statim post **τὸν κασίγνητον** appellat, eum hic **τὸν ἄνδρα τόνδε** vel potius **ἐκεῖνον** appellaturam fuisse. Postremo quis non ex ipsa verborum collocatione **τὸν ἄνδρ' ἔασον τόνδε — καὶ νῷν ὕπεικε** —, intellegit, significatum esse debere nomine **τοῦ ἀνδρὸς τοῦδε** eum virum, qui pariter atque Antigona et Ismene pro Polynice deprecetur? Itaque sensus horum versuum hic est: 'sine Theseum et suo ipsius animo et deo gratum facere quod vult'. Volebat autem hoc, ut liceret Polynici ad colloquium Oedipi venire, sic existimans, recusari hoc ab Oedipo non posse, quin et humanitatem violaret et religionem. Ceterum dubitari non potest, quin ad verba **τῷ θεῷ τε** non unum verbum **παρασχεῖν**, sed coniuncta verba **χάριν παρασχεῖν** referenda sint, ita ut accusativus **ἃ βούλεται** scil. **ὁ Θησεύς**, aptus sit ex ipsis illis verbis **χάριν παρέχειν**, in quo nihil est offensionis, si quidem illa idem atque unum verbum **χαρίζεσθαι** significant.

V. 1179. **καὶ νῷν ὕπεικε** etc.] De infinitivo confert Reisigius Ai. 804 **σκεύσασθ' οἱ μὲν Τεῦκρον — μολεῖν**. Vide Matth. § 532 d, § 535 c not. 1.

V. 1181. **λέξεται**] Recte Hermannus passivum esse monuit, adlegato Pors. ad Hec. 297. De **ξυμφέροντα** vide ad v. 1342.

V. 1182. **κακῶς** ex coniectura Hermanni scripsi. Libri **καλῶς**.

V. 1184 sqq. **ὥστε μηδὲ — κακῶς**] **μηδὲ** cum Dawesio scripsi pro **μήτε**. Prius pronomen **σὲ** ex **δρῶντα** aptum, alterum subiectum verbi **ἀντιδρᾶν** est. De sententia confert Schneidewinus El. 770 **οὐδὲ γὰρ κακῶς πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται**.

V. 1185. **κακίστων κἀσεβεστάτων**] Genere masculino dicta. Ceterum conferunt Plat. Leg. X p. 907 B **κινδυνεύει κεκρίσθαι δικαιότατα κάκιστός τε εἶναι καὶ ἀσεβέστατος**. Ceterum **κἀσεβεστάτων** cum Toupio (Opusc. I p. 323) scripsi pro **δυσσεβεστάτων**. Videndum autem ne hic v. interpolatoris sit ea quae desiderabat supplentis. Omisso autem hoc versu ex proximo v. **δρῶντα κακῶς** intellegitur quod aptius videtur quam illa per superlationem dicta **τὰ τῶν κακίστων κἀσεβεστάτων**. Meinekius v. 1184—1186 spurios iudicavit, alii v. 1184—1195 ei-

θέμις σέ γ' εἶναι κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς.
ἀλλ' ἔασον. εἰσὶ χἀτέροις γοναὶ κακαὶ
καὶ θυμὸς ὀξύς, ἀλλὰ νουθετούμενοι
φίλων ἐπῳδαῖς ἐξεπᾴδονται φύσιν.
σὺ δ' εἰς ἐκεῖνα, μὴ τὰ νῦν, ἀποσκόπει,
πατρῷα καὶ μητρῷα πήμαθ' ἅπαθες·
κἂν κεῖνα λεύσσῃς, οἶδ' ἐγώ, γνώσῃ κακοῦ
θυμοῦ τελευτήν, ὡς κακὴ προσγίγνεται.
ἔχεις γὰρ οὐχὶ βαιὰ τἀνθυμήματα,
τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος.
ἀλλ' ἡμὶν εἶκε. λιπαρεῖν γὰρ οὐ καλὸν
δίκαια προσχρῄζουσιν, οὐδ' αὐτὸν μὲν εὖ
πάσχειν, παθόντα δ' οὐκ ἐπίστασθαι τίνειν.
ΟΙΔ. τέκνον, βαρεῖαν ἡδονὴν νικᾶτέ με
λέγοντες· ἔστω δ' οὖν ὅπως ὑμῖν φίλον.
μόνον, ξέν', εἴπερ κεῖνος ὧδ' ἐλεύσεται,
μηδεὶς κρατείτω τῆς ἐμῆς ψυχῆς ποτε.

ciunt. Versus quidem 1187—1189 magnam suspicionem movent.

V. 1186. θέμις σέ γ' εἶναι etc.] Indeclinabile θέμις esse in formula θέμις εἶναι primus intellexit Buttmannus gr. ampl. T. I p. 232 allato Platon. Gorg. p. 505 C ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μύθους φασὶ μεταξὺ θέμις εἶναι καταλείπειν. Cui addidit Elmsleius Aesch. Suppl. 338 πότερα κατ' ἔχθραν, ἢ τὸ μὴ θέμις λέγεις; et Xenoph. Oecon. II 11 πῶς θέμις εἶναί σοι καὶ ἐκ πολέμου σώζεσθαι;

V. 1187. ἔασον] ἔασον, quod pro αὐτὸν (αὐτὸν) scripsi cum editore Londin. a. 1722, bisyllabum est. Cfr. O. R. 1451 et Ant. v. 95.

V. 1193. τελευτήν, ὡς κακὴ προσγ.] Vide Matth. § 296, de re confer v. 437 sqq. et 854.

V, 1194. ἔχεις — τἀνθυμήματα] Id est: 'non enim levia sunt quae habes huius rei monita'. Sic ἐνθύμημα hac ipsa fabula usurpatum supra v. 292. Melius haec Antigona pro singulari in patrem verecundia patri ex eis quae praecedunt verbis intellegenda reliquisset. Itaque non iniuria suspicere, ab alio quam a Sophocle v. 1194 sq. additos esse.

V. 1195. τῶν σῶν ἀδέρκτων etc.] Per prolepsin adiectum nomen ἀδέρκτων, de qua vide ad v. 1083.

V. 1196 sq. λιπαρεῖν — προσχρῄζουσιν] Est hic λιπαρεῖν 'obstinatum esse, non cedere'. Tum προσχρῄζουσι pariter ad Antigonam Ismenamque et ad Theseum referendum est. [Aptum potius προσχρῄζουσιν ex καλόν, ut sensus sit: 'non decet eos qui iusta flagitant assidue precari'].

V. 1197 sq. εὖ πάσχειν] Significantur beneficia a Theseo in Oedipum collata, quod et ipsum benigne excepit et filias eius contra Creontem tuitus est.

V. 1198. Schol. τίνειν· ἀντὶ τοῦ ἀμείβεσθαι. Vide v. 225.

V. 1199. βαρεῖαν ἡδονὴν νικᾶτέ με] Singulari brevitate dictum hoc sensu: νικᾶτέ με νίκην βαρεῖαν ἐμοί, ἡδεῖαν δ' ὑμῖν.

V. 1202. μηδεὶς — ποτε] Id est 'ne quis invitum me cogat', ut interpretatur Vitus Winshemius. Metuebat enim Oedipus, ne Poly-

ΘΗΣ. ἅπαξ τὰ τοιαῦτ᾽, οὐχὶ δὶς χρῄζω λέγειν,
ὦ πρέσβυ· κομπεῖν οὐχὶ βούλομαι· σὺ σῶς
ὢν ἴσθ᾽, ἐάν περ κἀμέ τις σῴζῃ θεῶν.

(στροφή.)

ΧΟΡ. Ὅστις τοῦ πλέονος μέρους
χρῄζει τοῦ μετρίου παρεὶς
ζώειν, σκαιοσύναν φυλάσ-
σων ἐν ἐμοὶ κατάδηλος ἔσται.
ἐπεὶ πολλὰ μὲν αἱ μακραὶ
ἁμέραι κατέθεντο δὴ
λύπας ἐγγυτέρω, τὰ τέρ-

nices quoque id ageret, ut se ab hoc loco abduceret. Id et Thesei verba v. 1170 sq. et Antigonae v. 1180 arguunt, Polynicesque ipse v. 1337 comprobat. HERM.

V. 1203. λέγειν scripsi pro κλύειν. Nam Theseum apparet eorum quae v. 656 sq. et 1040 dixit rationem habere.

V. 1204 sq. Verba κομπεῖν οὐχὶ βούλομαι per parenthesin dicta sunt. Tum σὺ σῶς ὢν scripsi. La habet συ δὲ σῶν ἴσθι, super συ δὲ scripto δέ σε. Pro σῶν scribendum esse σῶς iam Scaligerus monuit. Dindorfius σὺ δ᾽ ὢν σῶς ἴσθ᾽ coniecit. Sed ex eo ipso error natus esse videtur quod cum antea ex λέγειν ortum esset κλύειν, hic particula δὲ desiderabatur et σῶς ὢν in σῶν coibat. — Theseus recedere putandus est ad aram Neptuni, ut et sacra inhibita (v. 888) perficiat (cfr. v. 1494 sq.) et Polynicem ad Oedipum admittat (vid. v. 1286 sq.).

V. 1206—1243. Chorus Oedipi, senis miserrimi, molestias contemplatus, qui vixdum receptis, quae a Creonte vi raptae erant, filiabus suis rursus adventu filii infestissimi maximo dolore affectus esset, cum totius vitae humanae, tum maxime senectutis, qua ipse premebatur, mala gravissima luget. Ceterum in hoc quoque carmen cadit quod ad O. R. 836—881 observavi.

V. 1206 sqq. ὅστις τοῦ πλέονος μέρους χρῄζει — ζώειν] Ab uno eodemque verbo χρῄζει aptus et genetivus est substantivi τοῦ μέρους et infinitivus ζώειν, de qua dicendi forma cfr. Eur. Med. 1399 φιλίου χρῄζω στόματος προσπτύξασθαι et vide Krueg. II § 61, 6, 5. Idem fere quod hic dixit Sophocles, sic extulit Ai. 473 αἰσχρὸν γάρ, ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου, κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται.

V. 1207. τοῦ μετρίου παρεὶς] Pro genetivo exspectes accusativum, veluti dixit Plato de Legg. III p. 691 ἐάν τις μείζονα διδῷ τοῖς ἐλάττοσι δύναμιν, παρεὶς τὸ μέτριον. Sed intellegendum est τοῦ μετρίου χρῄζειν παρείς.

V. 1208 sq. σκαιοσύναν φυλάσσων] Similiter dictum atque θυμόν, γλῶσσαν, νοῦν τρέφειν. Ai. 1124, Ant. 1089. MUSGR. De ἐν ἐμοί, quod est 'me iudice', cfr. Trach. 580 ed. meae.

V. 1210 sqq. πολλὰ μὲν — ἐγγυτέρω] Insolentior dicendi forma est, ita ut ambigas, utrum λύπας pro accusativo habendum sit ex verbo κατέθεντο aptum et πολλὰ idem significet atque πολλάκις an, quod magis probatur, πολλὰ sit accusativus obiecti et λύπας genetivus pendens ex adverbio ἐγγυτέρω. Illud tamen dubitari non potest, quin hanc sententiam poeta extulerit, quo quis diutius vivat, eo plures ei perferendos dolores esse. Ceterum αἱ μακραὶ ἁμέραι idem est atque 'longa aetas', ut dixit Verg. Aen. X 549 *longi anni*.

V. 1212 sq. τὰ τέρποντα —

ποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις ὅπου,
ὅταν τις ἐς πλέον πέσῃ
τοῦ θέλοντος, ὁ δ' ἐπίκουρος
ἰσοτέλεστος,
Ἄϊδος ὅτε μοῖρ' ἀνυμέναιος,
ἄλυρος, ἄχορος ἀναπέφηνε,
θάνατος ἐς τελευτάν.

(ἀντιστροφή.)

μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νι-
κᾷ λόγον· τὸ δ', ἐπεὶ φανῇ,
βῆναι κεῖθεν, ὅθεν περ ἥ-
κει, πολὺ δεύτερον ὡς τάχιστα.
ὡς εὖτ' ἂν τὸ νέον παρῇ
κούφας ἀφροσύνας φέρον,

**ὅπου**] Id est 'laeta vero ubi sint vix videas', i. e. 'laeta vero vix videas'. De ὅπου sic usurpato confer Ai. 33, 103, 890, O. R. 926, Ant. 318.

V. 1214 sq. ὅταν τις — τοῦ θέλοντος] 'Ubi quis in maiorem inciderit cupiditatem', i. e. ubi quis longioris vitae cupiditate flagrabit. Nam ἐς πλέον τοῦ θέλοντος dictum pro ἐς πλέον τοῦ θελήματος. Nisi scripsit Sophocles, quod Reiskius suspicatus est, τοῦ δέοντος.

V. 1215—1219. ὁ δ' ἐπίκουρος pro οὐδ' ἔπι κοῦρος scripsit Hermannus sensum hunc esse monens: 'sed adiutrix, cum communis omnibus Orci illaetabilis Parca apparet, postremo mors est'. Sed videtur ἰσοτέλεστος cum ἐπίκουρος coniungendum esse hoc sensu: 'senectus multa habet molesta, nihil quod oblectet, ita ut mors postremo, tristissima sors, miseriae sit communis adiutrix.

V. 1120 sqq. μὴ φῦναι — ὡς τάχιστα] Eiusdem sententiae sunt haec Theognidis 425 πάντων μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον, μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου· φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι, καὶ κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπιεσσάμενον. Herodot. I 31 διέδεξέ τε ἐν τούτοισι ὁ θεός, ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζώειν. Plato Theaet. p. 176 et M. Tullii Cic. Tusc. I 48.

V. 1221. ἐπεὶ φανῇ] De omisso pronomine τὶς cfr. Krueg. I § 61, 4, 5. De ἐπεὶ particula cum coniunctivo copulata vide Herm. ad Vig. p. 929 et Matth. § 521 not. 1, Krueg. I § 54, 17, 3. Schol. τούτου τὸ ἑξῆς· ἐπεὶ δὲ φανῇ, τὸ βῆναι ἐκεῖθεν, ὅθενπερ ἥκει, ὡς τάχιστα παραπολὺ τῶν ἄλλων δεύτερόν ἐστιν ἐκείνου, τοῦ μὴ φῦναι καθόλου.

V. 1222. βῆναι κεῖθεν, ὅθεν περ ἥκει] Usitatissima attractione pro κεῖσε, ὅθεν dictum. Simillima vide ad Viger. p. 941. HERM.

V. 1223. ὡς τάχιστα] Cohaeret cum βῆναι intellegendumque est de infantibus. Nam Sophocles tres aetates distinguit, infantiam, iuventutem, senectutem. Mala cum iuventute et iuvenili temeritate oriri dicit et continuari, donec tandem (πύματον) senibus superveniat aetas omni malorum generi obnoxia. DINDORF.

V. 1224. ὡς εὖτ' ἂν τὸ νέον παρῇ] Recte Bonitzius monuit, παρῇ aoristum esse verbi παρίημι, ut in Platon. Rep. p. 460 E: ἐπειδὰν τὴν ὀξυτάτην δρόμου ἀκμὴν

τίς πλάγχθη πολύμοχθος ἔ-
ξω; τίς οὐ καμάτων ἔνι;
φόνοι, στάσεις, ἔρις, μάχαι,
καὶ φθόνος· τό τε κατάμεμπτον
ἐπιλέλογχε
πύματον ἀκρατὲς ἀπροσόμιλον
γῆρας ἄφιλον, ἵνα πρόπαντα
κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ.

(ἐπῳδός.)

ἐν ᾧ τλάμων ὅδ', οὐκ ἐγὼ μόνος,
πάντοθεν βόρειος ὥς τις ἀκτὰ
κυματοπλὴξ χειμερία κλονεῖται,
ὣς καὶ τόνδε κατάκρας
δειναὶ κυματοαγεῖς
ἆται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι,

παρῇ, ita ut sit 'praetermittere' sive h. l. 'egredi', scilicet τὸ νέον, 'aetatem iuvenilem'. Subiectum loci esse τὶς, vix opus est moneri.

V. 1226 sq. τίς — ἔξω] Locus corruptus et emendatu difficilis. Non improbabile tamen, quod coniecit Dindorfius, pro πολύμοχθος scriptum fuisse κακότητος vel potius κακότατος, id ut 'aerumnam' significaret. Alii alia coniecerunt, Herwerdenus τίς πλαγὰ πολύμοχθος, Nauckius τίς μόχθος πολύπλαγκτος, ut sensus sit: 'quid calamitatis abest, quid laborum non adest?'

V. 1227. τίς οὐ καμάτων ἔνι;] Scholiasta: οὐδείς ἐστι κάματος, ὃς οὐκ ἔνεστιν.

V. 1228 sq. φόνοι — φθόνος] Recte videtur Faehseus vocabula φόνοι et φθόνος permutasse, ut scribatur: φθόνος, στάσεις, ἔρις, μάχαι, καὶ φόνοι.

V. 1230. ἐπιλέλογχε] Intransitive vulgo usurpatum putatur; sed recte monuit Schneidewinus etiam active accipi posse intellecto τὸν ἄνθρωπον, ut Pindarus dixerit, ἀκέρδεια λέλογχε κακαγόρους.

V. 1231. ἀκρατές] 'Sui impotens'.

V. 1232. γῆρας] Tragicorum locos, ubi senectutis calamitates deplorantur, laudavit Bendtson. Miscell. p. 42. Vide Bergler. Aristoph. Plut. 270. HELLER.

V. 1233. κακὰ κακῶν] Idem fere est atque 'mala summa'; vide ad O. R. 459. De sententia confer Soph. fr. 864 πάντ' ἐμπέφυκε τῷ μακρῷ γήρᾳ κακά.

V. 1235. πάντοθεν βόρειος — ἀκτὰ] Accurate si dicere voluisset poeta, scribere debebat πολλαχόθεν. Verum et comparationi (ἵνα πρόπαντα etc.) accommodatius erat πάντοθεν et potuit recte dici hoc sensu: 'ab omni parte, qua tundi ἀκτή potest.' Similem ἀεί adverbii usum esse constat. Tum βόρειος est 'boreae exposita'.

V. 1236. κυματοπλὴξ χειμερία κλονεῖται] Recte Brunckius: 'fluctibus hiemeque quatitur'.

V. 1237 sqq. ὣς καὶ τόνδε etc.] Post verba plura interposita pergit ita, quasi non praecesserit ἐν ᾧ ὅδε. DINDORF.

V. 1238 sq. δειναὶ κυματοαγεῖς — ξυνοῦσαι] Dicuntur calamitates ceu venti sive tempestates vehementes ac fluctifragae Oedipum nunquam non vexare.

αἳ μὲν ἀπ' ἀελίου δυσμᾶν,
αἳ δ' ἀνατέλλοντος,
αἳ δ' ἀνὰ μέσσαν ἀκτῖν',
αἳ δὲ νυχιᾶν ἀπὸ 'Ριπᾶν.

*ANT.* Καὶ μὴν ὅδ' ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ὁ ξένος
ἀνδρῶν γε μοῦνος, ὦ πάτερ, δι' ὄμματος
ἀστακτὶ λείβων δάκρυον ὧδ' ὁδοιπορεῖ.

*ΟΙΔ.* τίς οὗτος;

*ANT.* ὅνπερ καὶ πάλαι κατείχομεν
γνώμῃ, πάρεστι δεῦρο Πολυνείκης ὅδε.

*ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.*

οἴμοι, τί δράσω; πότερα τἀμαυτοῦ κακὰ
πρόσθεν δακρύσω, παῖδες, ἢ τὰ τοῦδ' ὁρῶν
πατρὸς γέροντος; ὃν ξένης ἐπὶ χθονὸς
ξὺν σφῷν ἐφηύρηκ' ἐνθάδ' ἐκβεβλημένον,

V. 1240 sqq. *αἳ μὲν — 'Ριπᾶν*] Non tempora, quibus accedant ad Oedipum calamitates, sed loci designantur his verbis sive quattuor caeli plagae, ex quibus venti primarii oriantur. Detracta metaphora undique Oedipus urgeri calamitatibus his verbis significatur. Perpetuo urgeri eum significatum verbis *ἀεὶ ξυννοῦσαι* erat.

V. 1240 sq. *αἳ μὲν ἀπ' ἀελίου — ἀνατέλλοντος*] Poetice dictum pro *αἳ μὲν ἀπὸ δύνοντος ἡλίου, αἳ δὲ ἀπὸ ἀνατέλλοντος.*

V. 1242 sq. *αἳ δ' ἀνὰ μέσσαν ἀκτῖνα*] Verba *μέση ἀκτίς* meridiem sive potius plagam meridianam significant, in qua commorari poetice procellae (i. e. calamitates, quae in Oedipum irruant) dictae sunt, quae ex plaga meridiana flare dici debebant.

V. 1243. *αἳ δὲ νυχιᾶν ἀπὸ 'Ριπᾶν*] Significatur montibus Rhipaeis extremae Scythiae plaga caeli septentrionalis, dictumque *νύχιον* est, recte interpretante Elmsleio, 'quo solis radii non perveniunt'. Metrum emendari videtur, si ex Lachmanni coniectura *δ' ἐννυχιᾶν* scribitur.

V. 1244 sqq. Bene observat Reisigius caute Antigonam non statim nomen Polynicis inimicum Oedipo effari, sed ita eum designare, ut miserationem movere studeat. Unde eum praeter morem virorum in lacrimas effusum refert. HERM.

V. 1245. *ἀνδρῶν γε μοῦνος*] Vix dubium est, quin vitium lateat in his verbis. Dindorfius scriptum fuisse suspicatur *ἀνδρῶν δίχ' ἄλλων*, Blaydesius *ἀνδρῶν ἔρημος*, quod maxime probatur, Heimsoethius *ἀνδρῶν μονωθείς.*

V. 1247 sq. *καὶ πάλαι κατείχομεν γνώμῃ*] De *καὶ πάλαι* confert Neuius Ant. 289, Trach. 87, Phil. 966, 1218. Heindorf. ad Plat. Soph. 7. — Verba *ὅνπερ κατείχομεν γνώμῃ* hoc sensu dicta: 'quem tenebamus cogitatione', i. e. 'quem mente cernebamus'.

V. 1249 sq. Schol. *παραφυλάττετε πάλιν τὴν τέχνην τῆς ῥητορείας αὐτοῦ, ὅτι οὐκ εὐθέως ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ἑαυτοῦ ἀπαντᾷ, ἀλλὰ προκατασκευάζει τὰ ὅλα εἰς εὔνοιαν.* Comparat Elmsl. Eur. Phoen. 1320 *οἴμοι, τί δράσω; πότερ' ἐμαυτὸν ἢ πόλιν στένω δακρύσας;* ubi consulendus Valckenarius. Cfr. etiam Philoct. 337 sq.

ἐσθῆτι σὺν τοιᾷδε, τῆς ὁ δυσφιλὴς
γέρων γέροντι συγκατῴκηκεν πίνος,
πλευρὰν μαραίνων, κρατὶ δ' ὀμματοστερεῖ
κόμη δι' αὔρας ἀκτένιστος ᾄσσεται·
ἀδελφὰ δ', ὡς ἔοικε, τούτοισιν φορεῖ
τὰ τῆς ταλαίνης νηδύος θρεπτήρια.
ἁγὼ πανώλης ὄψ' ἄγαν ἐκμανθάνω·
καὶ μαρτυρῶ κάκιστος ἀνθρώπων τροφαῖς
ταῖς σαῖσιν ἥκειν· τἀμὰ μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ.
ἀλλ' ἔστι γὰρ καὶ Ζηνὶ σύνθακος θρόνων
Αἰδὼς ἐπ' ἔργοις πᾶσι, καὶ πρὸς σοί, πάτερ,
παρασταθήτω. τῶν γὰρ ἡμαρτημένων
ἄκη μέν ἐστι, προσφορὰ δ' οὐκ ἔστ' ἔτι.
τί σιγᾷς;
φώνησον, ὦ πάτερ, τι· μή μ' ἀποστραφῇς.

V. 1253 sq. *τῆς ὁ δυσφιλὴς — πίνος*] 'Cuius inamabilis et inveteratus senili corpori inhaeret squalor'. De perfecto *συγκατῴκηκεν* confer Electr. 1101 *Αἴγισθον ἔνθ' ᾤκηκεν ἱστορῶ πάλαι*, de *πίνος* huius fab. v. 1597 *δυσπινεῖς στολάς*.

V. 1255. *κρατὶ δ' ὀμματοστερεῖ*] Eodem nomine appellatur Oedipus Eur. Phoen. 330 *ὁ δ' ἐν δόμοισι πρέσβυς ὀμματοστερής*, i. e. *ὄμματα ἐστερημένος*.

V. 1256. *κόμη — ᾄσσεται*] Est haec descriptio personae *σπαρτοπολίου*, memoratae a Polluce Onom. IV 19, 133, quae propria erat senum miserorum. DOED. De verbo *ᾄσσεται* cfr. Hom. Il. VI 510 *ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται ὤμοις ἀΐσσονται*.

V. 1257. Schol. *ἀδελφά· κοινὰ δὲ τούτοις, ὡς ἔοικε, γίνεται*. Cfr. Ant. 192 *καὶ νῦν ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας ἔχω* etc. et interpretes ad Greg. Corinth. ed. Schaefer. p. 569. Denique recte Elmsl. *φορεῖ* pro *ἔχει*, inquit, de victu sumendo rarius dicitur.

V. 1258. *θρεπτήρια*] Plerumque hoc nomen mercedem altoribus debitam significat, hic vero ipsa alimenta. BR. Supra v. 341 dixit *τροφεῖα*.

V. 1260 sq. *κάκιστος — τροφαῖς ταῖς σαῖσιν*] I. e. pessimus hominum propter curam alendi tui, scilicet non adhibitam, ut res ipsa docet, sed denegatam impie.

V. 1261. *τἀμὰ μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ*] 'Quae ad me pertinent, ne ex aliis audias, i. e. ipse tibi dico'. Cfr. Electr. 1225 *μηκέτ' ἄλλοθεν πύθῃ*. Libri exhibent *τἄλλα* pro *τἀμά*: emendavit Reiskius.

V. 1263. *Αἰδὼς*] 'Clementia'. Eurip. Heraclid. 461 *πολλῆς γὰρ αἰδοῦς κάτυχής τις ἂν τύχοι*. Vide etiam Herc. 301, Alc. 986, Hom. Il. XXIV 44. Sed haec notio poetis fere propria est. MUSGR. Conferendus imprimis Reiskii Index Demosthenеus v. *Αἰδεῖσθαι*. ELMSL. Vide ad v. 233 notata.

V. 1264 sq. *τῶν γὰρ ἡμαρτημένων — ἐστι*] Scilicet Oedipo in patriam reducto. Cfr. v. 1342 sq. *ὥστ' ἐν δόμοισι τοῖσι σοῖς στήσω σ' ἄγων* etc.

V. 1265. *προσφορὰ δ' — ἔτι*] Occurrit his verbis sollicitudini, qua premi posse Oedipum suspicatur, ne 'malorum accessio fiat', i. e. ne nova mala a filio sibi accedant. IACOBS.

V. 1266 sqq. Pater averso vultu cogitandus est sese ad taciturnitatem adstringere atque luctantem

οὐδ' ἀνταμείψῃ μ' οὐδέν, ἀλλ' ἀτιμάσας
πέμψεις ἄναυδος, οὐδ' ἃ μηνίεις φράσας;
ὦ σπέρματ' ἀνδρὸς τοῦδ', ἐμαὶ δ' ὁμαί-
μονες,
πειράσατ' ἀλλ' ὑμεῖς γε κινῆσαι πατρὸς
τὸ δυσπρόσοιστον κἀπροσήγορον στόμα·
ὡς μή μ' ἄτιμον, τοῦ θεοῦ γε προστάτην,
οὕτως ἀφῇ με, μηδὲν ἀντειπὼν ἔπος.
*ΑΝΤ.* λέγ', ὦ ταλαίπωρ', αὐτὸς ὧν χρείᾳ πάρει.
τὰ πολλὰ γάρ τοι ῥήματ' ἢ τέρψαντά τι,
ἢ δυσχεράναντ', ἢ κατοικτίσαντά πως
παρέσχε φωνὴν τοῖς ἀφωνήτοις τινά.
*ΠΟΛ.* ἀλλ' ἐξερῶ (καλῶς γὰρ ἐξηγῇ σύ μοι)
πρῶτον μὲν αὐτὸν τὸν θεὸν ποιούμενος
ἀρωγόν, ἔνθεν μ' ὧδ' ἀνέστησεν μολεῖν
ὁ τῆσδε τῆς γῆς κοίρανος, διδοὺς ἐμοὶ
λέξαι τ' ἀκοῦσαί τ' ἀσφαλεῖ ξὺν ἐξόδῳ.

cum animo vocem violenter reprimere. REIS. De ἀποστρέφεσθαι cum acc. coniuncto cfr. Eur. Hel. 78, Iph. T. 801, Krueg. I § 407, 23, 1.

V. 1268. ἀνταμείψῃ pro ἀνταμείβῃ scripsi. Pro οὐδ' fortasse σὺ δ' restituendum.

Ibid. ἀτιμάσας] Vide quae ad v. 49 adnotata sunt.

V. 1269. ἃ μηνίεις] i. e. ἣν μῆνιν μηνίεις.

V. 1270. ἐμαὶ δ'] De particula adversativa δὲ in hoc loco vide Elmsleium et nos ad Med. 940. HERM.

V. 1271. ἀλλ' ὑμεῖς γε] De ἀλλὰ particula vide ad Philoct. 1023.

V. 1272. Schol. τὸ δυσπρόσοιστον· τὸ δυσπροσπέλαστον. Confert Dindorfius ἀπρόσοιστος ab Aesch. Pers. 91 usurpatum admonetque de frequente usu verbi προσφέρεσθαί τινι. Nauckius coniecit δυσπρόσωπον. Ceterum poetarum more ad στόμα sunt relata adiectiva, quae scriptor prosaicus cum nomine πατρὸς coniunxisset.

V. 1273 sq. ὡς μή μ' — ἀφῇ με] De repetito pronomine vide ad v. 1186, de προστάτην ad v. 633.

V. 1275 sqq. Frustra a sororibus remedium implorat Polynices; in peccatis enim eiusmodi, quibus amor atque pietas laeditur gravissime, non potest facile quisquam reconciliandae gratiae causa verba facere pro altero. Quare Antigona eum iubet pro sese dicere. REIS. — ὧν χρείᾳ, 'propter cuius rei desiderium'.

V. 1277. δυσχεράναντ', ἢ κατοικτίσαντα] Non recte Brunckius haec verba significatione transitiva accepit. Nam ipsa verba, quae quis loquitur, δυσχεραίνειν ἢ κατοικτίζειν dicuntur, de quo monuit Meinekius, collato ἅπανθ' ὁρῶντα λέξομεν v. 74. DINDORF.

V. 1280 sq. τὸν θεὸν — ἔνθεν etc.] 'Deum', i. e. 'Neptunum, ex cuius ara' etc. De ἀνέστησεν vide ad v. 272, de locutione ἀνέστησεν μολεῖν cfr. Phil. 60 οἵ σ' ἐν λιταῖς στείλαντες ἐξ οἴκων μολεῖν.

V. 1283. λέξαι τ' ἀκοῦσαί τ'] Vide quae ad v. 184 sqq. adnotavi. De verbis ἀσφαλεῖ ξὺν ἐξόδῳ confer v. 1165.

8*

*καὶ ταῦτ' ἀφ' ὑμῶν, ὦ ξένοι, βουλήσομαι*
*καὶ τοῖνδ' ἀδελφαῖν καὶ πατρὸς κυρεῖν ἐμοί.*
*ἃ δ' ἦλθον, ἤδη σοι θέλω λέξαι, πάτερ.*
*γῆς ἐκ πατρῴας ἐξελήλαμαι φυγάς,*
*τοῖς σοῖς πανάρχοις οὕνεκ' ἐνθακεῖν θρόνοις*
*γονῇ πεφυκὼς ἠξίουν γεραίτερος.*
*ἀνθ' ὧν μ' Ἐτεοκλῆς, ὢν φύσει νεώτερος,*
*γῆς ἐξέωσεν, οὔτε νικήσας λόγῳ,*
*οὔτ' εἰς ἔλεγχον χειρὸς οὐδ' ἔργου μολών,*
*πόλιν δὲ πείσας. ὧν ἐγὼ μάλιστα μὲν*
*τὴν σὴν ἐρινὺν αἰτίαν εἶναι λέγω·*
*ἔπειτα κἀπὸ μάντεων ταύτῃ κλύω.*
*ἐπεὶ γὰρ ἦλθον Ἄργος ἐς τὸ Δωρικόν,*
*λαβὼν Ἄδραστον πενθερὸν ξυνωμότας*
*ἔστησ' ἐμαυτῷ γῆς ὅσοιπερ Ἀπίας*
*πρῶτοι καλοῦνται καὶ τετίμηνται δόρει,*
*ὅπως τὸν ἑπτάλογχον ἐς Θήβας στόλον*

V. 1284 sq. *βουλήσομαι — κυρεῖν ἐμοί*] De futuro *βουλήσομαι* monitum ad O. R. 1048; de *κυρεῖν*, 'contingere' significante, cfr. Trach. 291, Aesch. Prom. 362 *θέλοιμ' ἂν ὡς πλείστοισι πημονὰς τυχεῖν.*

V. 1286. *ἃ δ' ἦλθον*] Cfr. v. 1303 et O. R. 976 *τοῦτ' ἀφικόμην*, ibique notam.

V. 1289. *γεραίτερος* scripsi cum Iacobsio pro *γεραιτέρᾳ.*

V. 1292. *εἰς ἔλεγχον χειρὸς — μολών*] Vide quae ad v. 831 sq. adnotata sunt. Tum *οὐδ' ἔργου* scripsi pro *οὔτ' ἔργου* cum Hermanno. Reisigius *αὐτουργοῦ* coniecit.

V. 1293. Nexus sententiarum qui vocabulis *μάλιστα μὲν* et *ἔπειτα* significatur post hunc versum intercidisse versum ut *τὰ πράγματ' αὐτὰ καὶ σὸν αἰκισμὸν σκοπῶν* ostendere videtur. Idem quis efficiat ex lectione *κλύων* quam in v. 1295 aliquot libri et a secunda manu etiam La exhibent, quamquam *κλύω* utique praeferendum videtur.

V. 1294. *τὴν σὴν ἐρινὺν* etc.] Significat diras Oedipi. Cfr. v. 1432 sqq. Hom. Il. XXI 412, Od. XI 280.

V. 1296. Particula *γὰρ* indicat hanc narrationem expositioni vaticiniorum praemitti, mox autem haec causa omittitur et vaticinia v. 1326 sq. alii rei adduntur.

V. 1296. *Ἄργος ἐς τὸ Δωρικόν*] Doricum Argos dicit Peloponnesios [vide ad v. 694] ab illis distinguens, *ὅσσοι* (Hom. Il. II 681) *τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον, Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί.* HERM.

V. 1298. *γῆς Ἀπίας*] Apis, ut Sicyonii teste Pausania II 5, 5 ferebant, rex fuerat Peloponnesi, a quo tota Peloponnesus nomen Apiae terrae accepit. Confer quae de eo rege Aeschyl. Suppl. 270 sqq. refert. HERM.

V. 1300. *τὸν ἑπτάλογχον στόλον*] *Λόγχη* hic quidem tanquam insigne ducis ponitur atque numeratur pro duce, ut infra v. 1306 *σὺν ἑπτὰ τάξεσι ξὺν ἑπτὰ τε λόγχαις.* Nam parum accurate schol. *ἕκαστον σύστημα* ait *λόγχην* appellari; id quod conexa,

ξὺν τοῖσδ' ἀγείρας ἢ θάνοιμι πανδίκως
ἢ τοὺς τάδ' ἐκπράξαντας ἐκβάλοιμι γῆς.
εἶεν. τί δῆτα νῦν ἀφιγμένος κυρῶ;
σοὶ προστροπαίους, ὦ πάτερ, λιτὰς ἔχων
αὐτός τ' ἐμαυτοῦ ξυμμάχων τε τῶν ἐμῶν,
οἳ νῦν ξὺν ἑπτὰ τάξεσι ξὺν ἑπτά τε
λόγχαις τὸ Θήβης πεδίον ἀμφεστᾶσι πᾶν·
οἷος δορυσσοῦς Ἀμφιάρεως, τὰ πρῶτα μὲν
δόρει κρατύνων, πρῶτα δ' οἰωνῶν ὁδοῖς·
ὁ δεύτερος δ' Αἰτωλὸς Οἰνέως τόκος,

σὺν ἑπτὰ τάξεσι, falsum coarguunt. Sed idem Polynices apud Eur. Phoen. 445 δεῦρο μυρίαν ἄγων λόγχην, omnino de copiarum armis loquitur vulgari consuetudine. REIS.

V. 1301. ἢ θάνοιμι πανδίκως] Doederlinus πανδίκως hic 'plane, radicitus, funditus' significare putat, coll. Trach. 611 σωθέντα — πανδίκως, ibid. 1247 πράσσειν ἄνωγας οὖν με πανδίκως τάδε, ibid. 294 χαίρειν πανδίκῳ φρενί, Eur. Rhes. 720 ὄλοιτ' ὄλοιτο πανδίκως.

V. 1302. τοὺς τάδ' ἐκπράξαντας] I. e. τοὺς τούτων κακῶν καὶ πολέμων αἰτίους. Significari patet Eteoclem eiusque socios.

V. 1303. εἶεν] Hac voce utuntur Graeci in omni genere sermonis, ubi ad alia progrediuntur; atque est plane, ut grammatici definiunt, συγκατάθεσις μὲν τῶν εἰρημένων, συναφὴ δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα, vel ut grammaticus in Bekk. Lexic. Seguer. p. 243 ταῦτα μὲν δὴ οὕτως· ἔστι γὰρ ἐπίρρημα ἀφοριστικόν· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἤδη εἰρημένοις ἐπιλεγόμενον ἀφορίζει αὐτά. REIS. Cfr. supra v. 476, El. 534, Phil. 1308, Ai. 101.

V. 1304 sq. σοὶ προστροπαίους — ἐμῶν] Preces ipsas effert v. 1323 sqq. μῆνιν βαρεῖαν etc. Inclino tamen in eam sententiam, ut totum hunc locum, a v. 1308 usque ad v. 1322, id est a verbis οἷος δορυσσοῦς — ἐξαιτούμενοι, non a Sophocle, sed ab antiquo interpolatore additum putem.

V. 1307. τὸ Θήβης πεδίον] Vide de hac dictione quae ad Philoct. 1407 adnotata sunt.

V. 1308—1320. Septem ducum descriptio praeterquam in Aesch. fabula cognomini et Eur. Phoen. 100—200 et Suppl. 858 sqq. reperitur apud Diod. Sic. IV 64 sq. et Apollod. III 6. Verum discrepant illi inter se nominum memoria. Aeschylus quidem consentit cum Sophocle, eosque sequuntur Argivi teste Pausania II 20, 4. Sed Apollodorus diversas memorat sententias, et Euripides tum a ceteris tum a semet ipso dissidet. Nam in Phoenissis enumerat Hippomedontem, Tydeum, Parthenopaeum, Polynicen, Adrastum, Amphiaraum, Capaneum; porro in Supplicibus Capaneum, Eteoclum, Hippomedontem, Parthenopaeum, Tydeum, Polynicen, ac praeterea Adrastum unum eorum superstitem. Eadem vero quae Euripides in Phoenissis nomina Diodorus recensuit et Apollodorus. REIS.

V. 1308 sq. τὰ πρῶτα μὲν δόρει κρατύνων] Confert Nenius Ai. 1300 στρατοῦ τὰ πρῶτ' ἀριστεύσας, coll. eiusdem fab. 435 τὰ πρῶτα καλλιστεῖ' ἀριστεύσας στρατοῦ. De omisso ante alterum πρῶτα articulo vide ad v. 805. Tum οἰωνῶν ὁδοῖς breviter dicitur de auspiciis ex volatu sive itineribus avium capiendis. Cfr. Eur. Iph. T. 662 τὸν ἐν οἰωνοῖς σοφὸν Κάλχαντα.

*Τυδεύς· τρίτος δ' Ἐτέοκλος, Ἀργεῖος γεγώς·*
*τέταρτον Ἱππομέδοντ' ἀπέστειλεν πατὴρ*
*Ταλαός· ὁ πέμπτος δ' εὔχεται κατασκαφῇ*
*Καπανεὺς τὸ Θήβης ἄστυ δῃώσειν πυρί·*
*ἕκτος δὲ Παρθενοπαῖος Ἀρκὰς ὄρνυται,*
*ἐπώνυμος τῆς πρόσθεν ἀδμήτης χρόνῳ*
*μητρὸς λοχευθείς, πιστὸς Ἀταλάντης γόνος·*
*ἐγὼ δὲ σός, κεἰ μὴ σός, ἀλλὰ τοῦ κακοῦ*
*πότμου φυτευθείς, σός γέ τοι καλούμενος,*
*ἄγω τὸν Ἄργους ἄφοβον ἐς Θήβας στρατόν.*
*οἵ σ' ἀντὶ παίδων τῶνδε καὶ ψυχῆς, πάτερ,*
*ἱκετεύομεν ξύμπαντες ἐξαιτούμενοι*
*μῆνιν βαρεῖαν εἰκαθεῖν ὁρμωμένῳ*
*τῷδ' ἀνδρὶ τοὐμοῦ πρὸς κασιγνήτου τίσιν,*
*ὅς μ' ἐξέωσε κἀπεσύλησεν πάτρας.*
*εἰ γάρ τι πιστόν ἐστιν ἐκ χρηστηρίων,*
*οἷς ἂν σὺ προσθῇ, τοῖσδ' ἔφασκ' εἶναι κράτος.*

V. 1313 sq. *κατασκαφῇ — ἄστυ δῃώσειν πυρί*] Sensus hic videtur esse: 'urbem se igne vastaturum esse ita, ut solo aequetur'. Vide quae ad Philoct. 1126 sq. adnotavimus.

V. 1316. Schol. *ἐπώνυμος· παρὰ τὸ παρθένος οὕτω κληθείς.* Hermanno sensus verborum hic videtur esse: 'sextus autem Parthenopaeus Arcas venit, a matre diu quondam virgine, unde nomen habet, partu editus, fidus Atalantae filius'. Speciose Nauckius coniecit *δαρὸν ἀδμήτης χρόνον.* De participio passivi *λοχευθείς* genetivum adsciscente expositum ad Philoct. 3. Sic paullo post v. 1318 sq. *τοῦ κακοῦ πότμου φυτευθείς.*

V. 1317. *Ἀταλάντης γόνος*] Neuius conferri iubet de Atalanta Bachet. de Mezir. ad Ovid. Heroid. T. I. p. 367 et Heyn. ad Apollod. III 9, 2.

V. 1318 sqq, *ἐγὼ δὲ — στρατόν*] Hoc dicit: 'ego vero dux sum illorum, qui, cum tuus sim filius, te per hasce filias tuamque ipsius animam oramus, ut adiuves expeditionem nostram'. HERM. De sententia verborum *τοῦ κακοῦ πότμου φυτευθείς* conferunt Eur. Tro. 766 *ὦ Τυνδάρειον ἔρνος, οὔποτ' εἶ Διός, πολλῶν δὲ πατέρων φημί σ' ἐκπεφυκέναι, Ἀλάστορος μὲν πρῶτον, εἶτα δὲ Φθόνου Φόνου τε Θανάτου θ' ὅσα τε γῆ τρέφει κακά.*

V. 1321. *ἀντὶ παίδων τῶνδε* etc.] 'Per hasce filias' etc. Vide Herm. ad Vig. p. 855.

V. 1322. *ἱκετεύομεν — ἐξαιτούμενοι*] Eadem abundantia dictum O. R. 41 *ἱκετεύομέν σε πάντες οἵδε πρόστροποι,* ad quem vide notam.

V. 1323 sq. *μῆνιν — εἰκαθεῖν*] 'Iram remittere'. Notanda haec verbi *εἰκαθεῖν* structura, cuius hoc unum est exemplum. DINDORF. Schol. *τῷδ' ἀνδρί· δεικτικῶς· καὶ ἔστι πυκνὸς ἐν τῷ τοιούτῳ Σοφοκλῆς.*

V. 1325. *ὅς μ' ἐξέωσε — πάτρας*] Genetivus referendus ad *ἐξέωσε.* Geminum exemplum exstat Ant. 537 *καὶ ξυμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας.*

V. 1327. *οἷς ἂν σὺ* etc.] Bene

πρός νύν σε κρηνῶν, πρὸς θεῶν ὁμογνίων
αἰτῶ πιθέσθαι καὶ παρεικαθεῖν, ἐπεὶ
πτωχοὶ μὲν ἡμεῖς καὶ ξένοι, ξένος δὲ σύ·
ἄλλους δὲ θωπεύοντες οἰκοῦμεν σύ τε
κἀγώ, τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξειληχότες.
ὃ δ' ἐν δόμοις τύραννος, ὢ τάλας ἐγώ,
κοινῇ καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν ἁβρύνεται·
ὅν, εἰ σὺ τἠμῇ ξυμπαραστήσῃ φρενί,
βραχεῖ ξὺν ὄγκῳ καὶ χρόνῳ διασκεδῶ.
ὥστ' ἐν δόμοισι τοῖσι σοῖς στήσω σ' ἄγων,
στήσω δ' ἐμαυτὸν κεῖνον ἐκβαλὼν βίᾳ.
καὶ ταῦτα σοῦ μὲν ξυνθέλοντος ἔστι μοι
κομπεῖν· ἄνευ σοῦ δ' οὐδὲ σωθῆναι σθένω.

*ΧΟΡ.* τὸν ἄνδρα τοῦ πέμψαντος εἵνεκ', Οἰδίπους,
εἰπὼν ὁποῖα ξύμφορ' ἔκπεμψαι πάλιν.

*ΟΙΔ.* ἀλλ' εἰ μέν, ἄνδρες τῆσδε δημοῦχοι χθονός,
μὴ 'τύγχαν' αὐτὸν δεῦρο προσπέμψας ἐμοὶ
Θησεύς, δικαιῶν, ὥστ' ἐμοῦ κλύειν λόγους,

Brunckius: 'quibus tu accessisses, horum victoriam fore praedixit deus'.

V. 1328. *πρός νύν σε* etc.] De dis *ὁμογνίοις*, qui sunt gentilicii, videndus Ruhnk. ad Timaeum p. 192. Refertur autem quae in eo adiectivo inest notio simul ad fontes. Unde scholiasta: *παθητικόν ἐστι τὸ πρὸς πατρῴων κρηνῶν ὁρκοῦν· ὡς εἰ ἔφη, πρὸς τῶν ἐκθρεψάντων σε ὑδάτων.* HERM. Cfr. titulum ab Rangabeio in Antiqu. Hell. nr. 2447 editum *καὶ* (scil. *ὀμνύω*) *ἥρωας καὶ ἡρωάσσας καὶ κράνας καὶ ποταμοὺς καὶ θεοὺς πάντας καὶ πάσας*.

V. 1331. *οἰκοῦμεν*] Vide quae de usu huius et similium verborum ad v. 118 adnotata sunt. Non male tamen Nauckius pro *οἰκοῦμεν* scriptum fuisse *ἥκομεν* coniecit, F. Gu. Schmidtius *οἰχνοῦμεν*.

V. 1332. *τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξειληχότες*] 'Idem fatum sortiti'. Respicitur eo, quod uterque ex patria pulsi erant.

V. 1334. *ἁβρύνεται*] Hesychius *ἁβρύνεται· κοσμεῖται.* Grammaticus apud Bekkerum p. 322 addit: *θρύπτεται, καυχᾶται.* Aeschyl. Ag. 1204 *ἁβρύνεται γὰρ πᾶς τις εὖ πράσσων πλέον.* ELMSL. Ceterum confer Ai. 969 *πῶς δῆτα τοῦδ' ἐπεγγελῷεν ἂν κάτα;*

V. 1335. Probabiliter Blaydesius *χερί* pro *φρενί* scribendum esse suspicatus est.

V. 1337. *στήσω σ' ἄγων*] Comparat Schaeferus Hom. Il. II 558 *στῆσε δ' ἄγων.*

V. 1341. Schol. *ἤρξατο πάλιν ὁ χορὸς χρηστόν τι συμβουλεύειν.* Verbum *ἔκπεμψαι* recte Hermannus interpretatur: 'dimitte hinc a te'.

V. 1342. *ξύμφορα* idem quod *ξυμφέροντα* v. 1186, 'commoda'.

V. 1345. *δικαιῶν, ὥστε κλύειν*] Exempla particulae *ὥστε* sic

οὔ τἂν ποτ' ὀμφῆς τῆς ἐμῆς ἐπῄσθετο·
νῦν δ' ἀξιωθεὶς εἶσι, κἀκούσας γ' ἐμοῦ
τοιαῦθ', ἃ τὸν τοῦδ' οὔποτ' εὐφρανεῖ βίον.
[ὅς γ', ὦ κάκιστε, σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχων,
ἃ νῦν ὁ σὸς ξύναιμος ἐν Θήβαις ἔχει,
τὸν αὐτὸς αὑτοῦ πατέρα τόνδ' ἀπήλασας,
κἄθηκας ἄπολιν καὶ στολὰς ταύτας φορεῖν,
ἃς νῦν δακρύεις εἰσορῶν, ὅτ' ἐν πόνῳ
ταὐτῷ βεβηκὼς τυγχάνεις κακῶν ἐμοί.
οὐ κλαυτὰ δ' ἐστίν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰστέα
τάδ', ἕωσπερ ἂν ζῶ, σοῦ φονέως μεμνημένος.]
σὺ γάρ με μόχθῳ τῷδ' ἔθηκας ἔντροφον,

usurpatae collegit Matth. § 531 not. 2.

V. 1346. *ὀμφῆς τῆς ἐμῆς*] *Ὀμφὴν* non simpliciter vocem suam dicit, sed ut adsignificetur praedictio futuri. HERM.

V. 1349. Schol. *ὅς γ', ὦ κάκιστε· δαιμονίως τῇ ἀποστροφῇ χρῆται ἀπὸ τοῦ χοροῦ ἐπὶ τὸν Πολυνείκην ὁ Οἰδίπους· παραφύλαξον δέ, πῶς οἱ αὐτοὶ τῶν λόγων γίνονται τῶν μὲν θηλειῶν ἐγκώμιον, τούτου δὲ κατηγόρημα.* Vide de hac orationis conversione Pors. ad Hec. 1187. Similiter 904. Ceterum pugnare secum Sophoclem advertendum est, qui hoc loco Polynicem regem Thebarum fuisse, cum Oedipus expelleretur, sumpserit, cum ex v. 367 sqq. aliisque huius fabulae locis appareat in hac eum sententia fuisse, ut putaret Creontem statim post detecta Oedipi flagitia imperium Thebarum accepisse, et tenuisse etiam tum, cum Oedipus patria exterminaretur. At noli putare, Sophoclem istiusmodi neglegentiae accusandum esse. Vide quae de hoc loco, v. 1349—1356, pariterque de v. 1372—1374 et v. 1379—1387, in Schedis criticis p. 6—15 disserui.

V. 1350. *ἃ νῦν — ἔχει*] Nulla causa erat, quare non scriberetur *οὓς νῦν*. Longe insolentius Eur. Bacch. 739 *εἶδες δ' ἂν ἢ πλευρ' ἢ δίχηλον ἔμβασιν ῥιπτόμεν' ἄνω τε καὶ κάτω.* ELMSL.

V. 1351. *αὑτοῦ*] I. e. *σαυτοῦ*. Vide ad v. 927.

V. 1352. *κἄθηκας ἄπολιν καὶ* etc.] Ad *καὶ — φορεῖν* intellegendum, quod in *ἔθηκας* latet, *ἐποίησας*.

V. 1353 sq. *ἐν πόνῳ ταὐτῷ βεβ. — ἐμοί*] De *ταὐτῷ ἐμοὶ* vide Matth. § 385, 1. Aliquid molesti habet dictio *ἐν πόνῳ κακῶν*, quapropter Reiskius *ἐν βυθῷ*, Bergkius *ἐν πότμῳ* coniecit. Sed fortasse *πόνῳ* ex glossemate, *ἐμοὶ* ex supplemento natum est et poeta scripsit *ἐν κακῶν — τυγχάνεις κλυδωνίῳ.*

V. 1356. Recte Reiskius *ἕωσπερ* scripsit. Libri *ὥσπερ*. Vide quae ad Ai. 1090 adnotavimus.

Ibid. *σοῦ φονέως*] Quod *φονεὺς* Oedipi vocatur Polynices, inquit Reisigius, id ea ratione intellegendum, qua Seneca Phoen. 213 de Oedipo: *quicquid potest auferre cuiquam mors, tibi hoc vita abstulit*, et vita quidem a filio patri erepta erat neglecta alendi fovendique cura. Contra perpende, quae in Schedis crit. p. 11 monui.

V. 1357. *μόχθῳ τῷδ' ἔθηκας ἔντροφον*] I. e., ut interpretatur Iacobsius, *εἰς τόνδε τὸν μόχθον ἔβαλες, ἐν ᾧ νῦν τρέφομαι*, i. e. *εἰμί*. Conf. Ai. 622 *μάτηρ παλαιᾷ ἔντροφος ἁμέρᾳ.*

σύ μ' ἐξέωσας· ἐκ σέθεν δ' ἀλώμενος
ἄλλους ἐπαιτῶ τὸν καθ' ἡμέραν βίον.
εἰ δ' ἐξέφυσα τάσδε μὴ 'μαυτῷ τροφοὺς
τὰς παῖδας, ἦ τἂν οὐκ ἂν ἦ, τὸ σὸν μέρος·
νῦν δ' αἵδε μ' ἐκσῴζουσιν, αἵδ' ἐμαὶ τροφοί,
αἵδ' ἄνδρες, οὐ γυναῖκες, εἰς τὸ συμπονεῖν·
ὑμεῖς δ' ἀπ' ἄλλου, κοὐκ ἐμοῦ, πεφύκατον.
τοιγάρ σ' ὁ δαίμων εἰσορᾷ μὲν οὔ τί πω
ὡς αὐτίκ', εἴπερ οἵδε κινοῦνται λόχοι
πρὸς ἄστυ Θήβης. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως πόλιν
κείνην ἐρείψεις· ἀλλὰ πρόσθεν αἵματι
πεσῇ μιανθείς, χὡ ξύναιμος ἐξ ἴσου.
τοιάσδ' ἀρὰς σφῷν πρόσθε τ' ἐξανῆκ' ἐγώ,
νῦν τ' ἀνακαλοῦμαι ξυμμάχους ἐλθεῖν ἐμοί,

V. 1358. *ἐκ σέθεν δ' ἀλώμενος*] Dictum similiter atque vulgare *φεύγειν ὑπό τινος*, quod proprie valet 'ab aliquo in fugam conici', sive 'in exsilium mitti'. Sic supra v. 444 *φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἠλώμην ἐγώ.*

V. 1359. *ἄλλους — βίον*] Cfr. v. 3 sqq., 1262 sq., 1335.

V. 1360. *εἰ δ' ἐξέφυσα τάσδε μὴ 'μαυτῷ*] Notatu digna est orationis structura in *μὴ* particula verbum subsequente, ut sit: *εἰ δὲ μὴ ἐξέφυσα* etc. Eur. Hec. 10 sq. *ἵν', εἴ ποτ' Ἰλίου τείχη πέσοι, τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.* Cfr. 1515 *φράζε μήποτ' ἀνθρώπων τινί*, et 594, Trachin. 883, Aristoph. Ran. 639, Demosth. Lept. p. 50 W. *σκοπεῖτε μὴ* etc. Coniect. p. 65. Hoc autem modo nervosior negatio est. Illic igitur Latine certe: 'quodsi has non genuissem altrices mihi'. REIS. Adde Philoct. 67 *εἰ δ' ἐργάσῃ μὴ ταῦτα*, El. 992 sq. *εἰ φρενῶν ἐτύγχαν' αὕτη μὴ κακῶν.* Vide etiam ad Ant. 96 sq.

V. 1361. *τὸ σὸν μέρος*] 'Quantum in te est'. Eur. Rhes. 405 *Ἕλλησιν ἡμᾶς προύπιες τὸ σὸν μέρος.* Heracl. 678 *ἀλλ' εἶμ'· ἐρήμους δεσπότας τοὐμὸν μέρος οὐκ ἂν θέλοιμι πολεμίοισι συμβαλεῖν.* ELMSL. Adde Ant. 1062, O. R. 1509, Trach. 1215.

V. 1365 sq. *τοιγάρ σ' — ὡς αὐτίκ'*] Proprie: 'itaque deus nondum quidem eo te oculo aspicit, quo te mox aspiciet', i. e. 'itaque iamiam deus te ulturus est'. Confert Musgravius Pindar. Pyth. III 151 *λαγέταν τύραννον δέρκεται ὁ μέγας πότμος*, Schaeferus huius fab. v. 1536 *θεοὶ γὰρ εὖ μέν, ὀψὲ δ' εἰσορῶσ', ὅταν τὰ θεῖ' ἀφείς τις εἰς τὸ μαίνεσθαι τραπῇ.*

V. 1366. Bene Heimsoethius *εἴ ποθ' οἵδε.* Nam particula *ποτὲ* tempus verbi *κινοῦνται* ad futurum refertur.

V. 1370. *πρόσθε*] Vide v. 421. 'Occasionem priorum imprecationum Oedipi narrat scholiasta, prolato testimonio ex parva Thebaide. Res aliter narrata erat in epico cyclo, cuius versus ad hanc historiam pertinentes servavit Athenaeus XI p. 465'. BR.

V. 1371. *ἀνακαλοῦμαι ξυμμάχους ἐλθεῖν ἐμοί*] Conf. v. 1009. *Ἀραὶ* autem nunc deae cogitandae sunt, cum versu priore appellativum sit. Hoc autem in loco diversa manifesto numina sunt a Furiis, quae postea demum v. 1386 invocantur. Itaque idem in

[ἵν' ἀξιῶτον τοὺς φυτεύσαντας σέβειν,
καὶ μὴ 'ξατιμάζητον, εἰ τυφλοῦ πατρὸς
τοιώδ' ἔφυτον. αἵδε γὰρ τάδ' οὐκ ἔδρων.]
τοιγὰρ τὸ σὸν θάκημα καὶ τοὺς σοὺς θρόνους
κρατοῦσιν, εἴπερ ἐστὶν ἡ παλαίφατος
Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις.
σὺ δ' ἔρρ' ἀπόπτυστός τε κἀπάτωρ ἐμοῦ.
[κακῶν κάκιστε, τάσδε συλλαβὼν ἀράς,
ἅς σοι καλοῦμαι, μήτε γῆς ἐμφυλίου
δόρει κρατῆσαι, μήτε νοστῆσαί ποτε
τὸ κοῖλον Ἄργος, ἀλλὰ συγγενεῖ χερὶ
θανεῖν, κτανεῖν δ' ὑφ' οὗπερ ἐξελήλασαι.
τοιαῦτ' ἀρῶμαι, καὶ καλῶ τὸ Ταρτάρου
στυγνὸν πατρῷον ἔρεβος, ὥς σ' ἀποικίσῃ,

El. 111 sq. ὦ πότνι' Ἀρὰ σεμναί τε — Ἐρινύες. REIS.

V. 1372—1374. ἵν' ἀξιῶτον — ἔδρων] Vide ad v. 1349.

V. 1374. Ex eis quae Elmsleius ad Aristoph. Ach. 733 et Eurip. Med. 1041 praecepit ἐφύτην scribendum est.

V. 1375 sq. τοιγὰρ — κρατοῦσιν] Itaque, inquit, Dirae et sede illa tua ad aram Neptuni et solio in urbe Thebarum potiuntur. HERM. Cfr. Aesch. Eum. 162 τοιαῦτα δρῶσιν οἱ νεώτεροι θεοὶ κρατοῦντες τὸ πᾶν Δίκας θρόνον. Frustra Hartungius κρανοῦσιν, Nauckius κρινοῦσιν, Subkovius χρανοῦσιν coniecit.

V. 1376. ἡ παλαίφατος] In adiectivo παλαίφατος antiquitatis potissimum notio urgenda videtur, ita ut non multum differat ab adiectivo legibus tributo, ἀρχαίοις. Est igitur fere 'summa antiquitate illustris'. Iustitiam, oppositam Clementiae, a Polynice v. 1267 sq. appellatae, cum deam priscam Oedipus dicit, hoc videtur significare, maiorem eius auctoritatem sanctitatemque esse quam Clementiae.

V. 1377. Δίκη — νόμοις] Δίκην πάρεδρον Iovis perhiberi satis notum, monueruntque ea de re ad h. l. interpretes. Pro Iove autem dixit Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις, quia sensus, qui verbis subest, eo redit, ut dicat: 'si quidem Iustitia incolumes servat Iovis antiquas leges'. Viderat hoc Brunckius. HERM. Eur. Med. 764 ὦ Ζεῦ, Δίκη τε Ζηνός, Ἡλίου τε φῶς. Confert Elmsl. Ant. 797 τῶν μεγάλων πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς θεσμῶν. Addo Hesiod. Opp. et D. v. 256 sqq. et Demosth. Aristogit. p. 772, 25 sqq. τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρόνον φησὶ καθημένην πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾶν. Blaydesius et Bergkius pro νόμοις requirunt θρόνοις.

V. 1379. τάσδε συλλαβὼν ἀράς] 'His te diris comitantibus'. Eurip. fr. Palam. IX [588 N.] εἷς τοι δίκαιος μυρίων οὐκ ἐνδίκων κρατεῖ, τὸ θεῖον τὴν δίκην τε συλλαβών. Aliter O. R. 971 τὰ δ' οὖν παρόντα συλλαβὼν θεσπίσματα. IACOBS.

V. 1384 sq. τοιαῦτ' ἀρῶμαι — ἀποικίσῃ] Vide quae in Schedis criticis p. 13 sq. de his verbis disserui. De ἀποικίσῃ confert Doederl. Trach. 954 αὔρα, ἥτις μ' ἀποικίσειεν ἐκ τόπων.

V. 1385. στυγνὸν πατρῷον

καλῶ δὲ τάσδε δαίμονας, καλῶ δ' Ἄρη,
τὸν σφῷν τὸ δεινὸν μῖσος ἐμβεβληκότα.]
καὶ ταῦτ' ἀκούσας στεῖχε, κἀξάγγελλ' ἰὼν
καὶ πᾶσι Καδμείοισι τοῖς σαυτοῦ θ' ἅμα
πιστοῖσι συμμάχοισιν οὕνεκ' Οἰδίπους
τοιαῦτ' ἔνειμε παισὶ τοῖς αὑτοῦ γέρα.
ΧΟΡ. Πολύνεικες, οὔτε ταῖς παρελθούσαις ὁδοῖς
ξυνήδομαί σου, νῦν τ' ἴθ' ὡς τάχος πάλιν.
ΠΟΛ. οἴμοι κελεύθου τῆς τ' ἐμῆς δυσπραξίας,
οἴμοι δ' ἑταίρων· οἷον ἆρ' ὁδοῦ τέλος
Ἄργους ἀφωρμήθημεν, ὢ τάλας ἐγώ,
τοιοῦτον, οἷον οὐδὲ φωνῆσαί τινι

ἔρεβος] Hermannus interpretatur: 'Invoco invisam Tartari caliginem quae patrem meum Laium tegit'. Sed aliud quid desideres ut στυγνοπρόσωπον vel στυγνὸν παλαιὸν, quae Meinekius, vel στυγνὸν κάτωθεν, quod Nauckius coniecit.

V. 1386. τάσδε δαίμονας] Furias intellegendas esse apparet. — De Marte, qui cuiusvis calamitatis auctor putabatur, cuique omnis nex tribuitur, vide ad O. R. 185.

V. 1389. καὶ πᾶσι Καδμ. τοῖς σαυτοῦ θ'] Respondent sibi καὶ — τὲ particulae, ut apud Latinos et — que. Cfr. O. R. 347 ἴσθι γὰρ δοκῶν ἐμοὶ καὶ ξυμφυτεῦσαι τοὔργον εἰργάσθαι θ' etc. Ant. 344 sq. τοῦτο καὶ πολιοῦ πέραν πόντου χειμερίῳ νότῳ χωρεῖ — θεῶν τε etc. Eur. Bacch. 306 sqq. ἔτ' αὐτὸν ὄψει κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις πηδῶντα σὺν πεύκαισι — μέγαν τ' ἀν' Ἑλλάδ' etc., nisi potius omnibus his locis καὶ 'etiam' significat.

V. 1391. γέρα] Magna cum acerbitate Oedipus imprecationes suas γέρα appellavit.

V. 1392 sq. οὔτε ταῖς — ξυνήδομαί σου] Notandum οὐ ξυνήδομαι pro συμπενθῶ. Ut in Medea 136 οὐδὲ συνήδομαι, ὦ γύναι, ἄλγεσι δώματος. HERM. Ei Medeae loco convenienter ut haberes ξυνήδομαι ταῖς ὁδοῖς σου, scripsi σου pro σοι. Cfr. etiam Hipp. 1286 τί τοῖσδε συνήδῃ, Isocr. V 8 συνησθεὶς τοῖς περὶ τῆς εἰρήνης ψηφισθεῖσι. De locutione ταῖς παρ. ὁδοῖς confer Ant. 1213 ἆρα δυστυχεστάτην κέλευθον ἕρπω τῶν παρελθουσῶν ὁδῶν;

V. 1394 sqq. Schol. καὶ αὕτη δευτέρα ἐστὶν ὥσπερ δέησις καὶ παθητικωτάτη ἐν τῷ ἀπολοφύρεσθαι αὐτὸν τεχναζομένη πάνυ πιθανῶς. Ad nomen κελεύθου adsumendum quod secundo demum substantivo appositum, τῆς ἐμῆς.

V. 1395 sq. οἷον ἆρ' ὁδοῦ τέλος Ἄργους ἀφ.] Breviter dictum pro οἷον ἆρα τέλος ἐστὶ τῆς ὁδοῦ, ἣν ἀπ' Ἄργους ὡρμήθημεν. Cfr. Aesch. Prom. 300 δολιχῆς τέρμα κελεύθου διαμειψάμενος.

Ibid. ἀφωρμήθημεν de universa expeditione intellegendum, non de unius Polynicis itinere Athenas facto. Susceptum enim iam tunc fuerat bellum, finibus egressus miles; vide v. 1306 sq. DOED.

V. 1397. οἷον — τοιοῦτον] Una est continua exclamatio: οἷον ἆρ' ὁδοῦ τέλος τοιοῦτον ἀφωρμήθημεν. Nam interdum οἷος ita dicitur, ut sequatur aliud praedicatum, cuius locutionis prope eadem vis est, ac si ὡς pro οἷος dicas. Aeschyl. Agam. 572 χειμῶνα δ' εἰ λέγοι τις οἰωνοκτόνον, οἷον παρεῖχ' ἄφερτον Ἰδαία χιών. HERM. τινι ex Tyrwhitti coniectura scripsi pro τινα.

ἔξεσθ' ἑταίρων, οὐδ' ἀποστρέψαι πάλιν,
ἀλλ' ὄντ' ἄναυδον τῇδε συγκῦρσαι τύχῃ.
ὦ τοῦδ' ὅμαιμοι παῖδες, ἀλλ' ὑμεῖς, ἐπεὶ
τὰ σκληρὰ πατρὸς κλύετε ταῦτ' ἀρωμένου,
μήτοι με πρὸς θεῶν σφώ γ', ἐὰν αἱ τοῦδ' ἀραὶ
πατρὸς τελῶνται, καί τις ὑμιν ἐς δόμους
νόστος γένηται, μή μ' ἀτιμάσητέ γε,
ἀλλ' ἐν τάφοισι θέσθε κἀν κτερίσμασιν.
καὶ σφῷν ὁ νῦν ἔπαινος, ὃν κομίζετον
τοῦδ' ἀνδρὸς οἷς πονεῖτον, οὐκ ἐλάσσονα
ἔτ' ἄλλον οἴσει τῆς ἐμῆς ὑπουργίας.
ΑΝΤ. Πολύνεικες, ἱκετεύω σε πεισθῆναί τί μοι.
ΠΟΛ. ὦ φιλτάτη, τὸ ποῖον, Ἀντιγόνη; λέγε.
ΑΝΤ. στρέψαι στράτευμ' ἐς Ἄργος ὡς τάχιστά γε,
καὶ μὴ σέ τ' αὐτὸν καὶ πόλιν διεργάσῃ.
ΠΟΛ. ἀλλ' οὐχ οἷόν τε. πῶς γὰρ αὖθις ἂν πάλιν
στράτευμ' ἄγοιμ' ἂν ταὐτὸν εἰσάπαξ τρέσας;
ΑΝΤ. τί δ' αὖθις, ὦ παῖ, δεῖ σε θυμοῦσθαι; τί
σοι

V. 1398. *οὐδ' ἀποστρέψαι πάλιν*] Scilicet *τοὺς ἑταίρους*.

V. 1399. *ἀλλ' ὄντ' ἄναυδον* etc.] Intellegendum est *χρή με*. Vide ad O. R. 797.

V. 1400. *ὦ τοῦδ' ὅμ. παῖδες, ἀλλ'* etc.] De postposita *ἀλλὰ* particula vide ad O. R. 1469. *Τοῦδε* est *ἐμοῦ*.

V. 1401. *ταῦτ'* pro *τοῦδ'* scripsi cum Sehrwaldio.

V. 1402. *σφώ γ', ἐὰν* ex Elmsleii coniectura scripsi pro *σφῶϊν γ' ἄν*.

V. 1402 sqq. *μήτοι με — μή μ' ἀτιμ.*] De pronominis repetitione monitum est ad v. 1186.

V. 1404. *μή μ' ἀτιμάσητε*] I. e. 'nolite has preces repudiare'.

V. 1405. *ἐν τάφοισι θέσθε*] Activum est in Ai. 1110 *εἰς ταφὰς ἐγὼ θήσω δικαίως*, et Aesch. Sept. c. Th. 1004 *ποῦ σφε θήσομεν χθονός;* REIS. Hoc dicit: 'sepelite me, et honoribus sepulcralibus me adficite'. Non dixisset autem *ἐν κτερίσμασι θέσθε*, nisi praecessissent verba *ἐν τάφοισι θέσθε*.

V. 1406 sq. *ὃν κομίζετον τοῦδ' ἀνδρὸς* etc.] Sic O. R. 561 *πάντ' ἐμοῦ κομίζεται*. Polynices in mente habet ea quae Oedipus v. 1367 sq. dixit: *νῦν δ' αἵδε μ' ἐκσῴζουσιν* etc.

V. 1408. *τῆς ἐμῆς ὑπουργίας*] I. e. 'propter officium mihi praestitum'. Vide ad v. 328. — Haec laus ab ipso poeta Antigonae comparata est fabula cognomini.

V. 1413 sq. *ἂν* pro *αὖ* ex Vauvillersii coniectura scripsi. Sensum horum verborum Winshemius hunc esse monet: 'quomodo enim iterum eundem exercitum cogere possim, si semel fugerim'. Sed probabiliter Nauckius coniecit *ἄγοιμ' εὔτακτον*, nisi *πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν στράτευμ' ἀγείροιμ' ἄλλ' ἂν* scribendum est.

V. 1415 sq. *τί δ' αὖθις* etc.] Quod Antigona dicit, *τί δ' αὖθις, ὦ παῖ, δεῖ σε θυμοῦσθαι;* non est de futuro intellegendum, sed de ea iracundia, quam modo ostendit Polynices, cum se negat abducturum esse exercitum. Videbatur enim dira patris exsecratione

πάτραν κατασκάψαντι κέρδος ἔρχεται;
ΠΟΛ. αἰσχρὸν τὸ φεύγειν καὶ τὸ πρεσβεύοντ' ἐμὲ
οὕτω γελᾶσθαι τοῦ κασιγνήτου πάρα.
ΑΝΤ. ὁρᾷς τὰ τοῦδ' οὖν ὡς ἐς ὀρθὸν ἐκφέρεις
μαντεύμαθ', ὃς σφῷν θάνατον ἐξ ἀμφοῖν
θροεῖ;
ΠΟΛ. χρῄζει γάρ· ἡμῖν δ' οὐχὶ συγχωρητέα.
ΑΝΤ. οἴμοι τάλαινα· τίς δὲ τολμήσει κλύων
τὰ τοῦδ' ἕπεσθαι τἀνδρὸς οἷ' ἐθέσπισεν;
ΠΟΛ. οὐδ' ἀγγελοῦμεν φλαῦρ'· ἐπεὶ στρατηλάτου
χρηστοῦ τὰ κρείσσω, μηδὲ τἀνδεᾶ λέγειν
ΑΝΤ. οὕτως ἄρ', ὦ παῖ, ταῦτά σοι δεδογμένα;
ΠΟΛ. καὶ μή μ' ἐπίσχῃς γ'· ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ἥδ' ὁδὸς
ἔσται μέλουσα δύσποτμός τε καὶ κακὴ
πρὸς τοῦδε πατρὸς τῶν τε τοῦδ' Ἐρινύων.
σφῷν δ' εὖ διδοίη Ζεύς, τάδ' εἰ τελεῖτέ
μοι

in dolorem coniectus, cum oranti sorori, ut sibi obtemperaret, blande responderet: ὦ φιλτάτη, τὸ ποῖον, Ἀντιγόνη; λέγε, unde illa mitigatum eum esse sperabat. Nunc autem videt denuo effervescere eius in fratrem iras. Similiter in Euripidis Electra v. 1121 Clytaemestra filiae respondet: ὁρᾷς; ἂν αὖ σὺ ζωπυρεῖς νείκη νέα; HERM. Immo Antigona haec dicit: 'Tu dicis ,iterum', quasi vero iterum causa sit exercitus adversus patriam cogendi'.

V. 1419 sq. ἐς ὀρθὸν ἐκφέρεις μαντεύματα] 'Ad exitum perducis' sive 'facis, ut rata fiant'. Libri ἐκφέρει exhibent, ἐκφέρεις ex Tyrwhitti coniectura scripsi.

V. 1420. θάνατον ἐξ ἀμφοῖν] 'Necem mutuam'. Exspectaveris θάνατον ἐξ ἀλλήλοιν sive, quod Blaydesius coniecit, θάνατον ἐξ αὐτοῖν, ut est Ant. 145 κατ' αὐτοῖν (sic enim, non καθ' αὐτοῖν scribendum videtur) δικρατεῖς λόγχας στήσαντ' ἔχετον κοινοῦ θανάτου μέρος ἄμφω. Sed cfr. Ant. 14 μιᾷ θανόντων ἡμέρᾳ διπλῇ χερί.

V. 1421. χρῄζει γάρ] 'Vult enim'; non χρησμῳδεῖ, ut scholiasta explicat. Recte autem hoc dicit Polynices, cum non de oraculis dei, quae rata fore certum sit, sed de exsecratione Oedipi (v. 1370 sqq.) agatur, quae num eventum esset habitura, incertum erat; unde addit ἡμῖν δ' οὐχὶ συγχωρητέα, quod inepte de fatali necessitate diceretur, quam homines effugere nequeant, ut ipsius Oedipi exemplo satis cognitum erat. DINDORF. De συγχωρητέα cfr. ad v. 491.

V. 1422. Schol. τίς δὲ τολμήσει ἕπεσθαι κλύων τὰ τοῦδε τἀνδρός; De verborum ordine vide ad v. 1223.

V. 1424 sq. οὐδέ i. e. 'sane, neque nuntiabimus etc.' Schol. καὶ ἐν ταῖς τέχναις ἐστὶ τοῦτο, ὅτι οὐ πάντα δεῖ ἀληθεύεσθαι, ἐὰν μὴ χρήσιμα ᾖ, ἀλλὰ δεῖ καί τι ψεύδεσθαι.

V. 1427 sqq. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν — Ἐρινύων] Recte Doederlinus: 'ego quidem huic adversus Thebas expeditioni operam dabo, quamvis improspere eventurae propter patris diras'. De ἔσται μέλουσα confer v. 653 ἀλλὰ τοῖσδ' ἔσται μέλον, et Matthiae § 559.

V. 1430. σφῷν δ' εὖ διδοίη

[θανόντ'· ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον.]
μέθεσθε δ' ἤδη, χαίρετόν τ'. οὐ γάρ μ' ἔτι
βλέποντ' ἐσόψεσθ' αὖθις.
ΑΝΤ. ὢ τάλαιν' ἐγώ.
ΠΟΛ. μήτοι μ' ὀδύρου.
ΑΝΤ. καὶ τίς ἄν σ' ὁρμώμενον
ἐς προὖπτον Ἅιδην οὐ καταστένοι, κάσι;
ΠΟΛ. εἰ χρή, θανοῦμαι.
ΑΝΤ. μὴ σύ γ', ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ.
ΠΟΛ. μὴ πεῖθ' ἃ μὴ δεῖ.
ΑΝΤ. δυστάλαινά τἄρ' ἐγώ,
εἴ σου στερηθῶ.
ΠΟΛ. ταῦτα δ' ἐν τῷ δαίμονι
καὶ τῇδε φῦναι χἀτέρᾳ. σφὼ δ' οὖν ἐγὼ
θεοῖς ἀρῶμαι μήποτ' ἀντῆσαι κακῶν·
ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυστυχεῖν.

(στροφὴ α'.)

ΧΟΡ. νέα τάδε νεόθεν ἦλθέ μοι

Ζεύς] Sic v. 642 ὦ Ζεῦ, διδοίης τοῖσι τοιούτοισιν εὖ. Libri habent εὐοδοίη: εὖ διδοίη ex Burgesii coniectura scripsi. Alii praeferunt quod olim Hermannus suadebat σφὼ δ' εὐοδοίη.

V. 1431. Versum spurium esse etiam alii viderunt, sed non animadverterunt, genuinum poetae versum excidisse. Neque enim verisimile est, Sophoclem nihil amplius dixisse quam τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι. DINDORF. In hoc versu non solum elisio vocalis ι offendit, quae Lobeckii coniectura τάδ' εἰ θανόντι μοι τελεῖτ' tollitur, sed etiam sententia. Nam Polynices in mente habet quod v. 1410 precatus est. Ei autem cogitationi verba ἐπεὶ .. ἕξετον parum conveniunt.

V. 1432. Schol. μέθεσθε δ' ἤδη· καὶ ἐκ τούτου δῆλον, ὅτι ἐν τῇ παρακλήσει ἅμα τοὺς λόγους λέγουσα τούτους εἴχετο αὐτοῦ ἡ ἀδελφή.

V. 1433. βλέποντ'] 'Vivum'. Vide quae ad Ai. 935 adnotavimus.

V. 1435. ἐς προὖπτον Ἅιδην] Hesychius: προὖπτον· πρόδηλον, φανερόν. Eurip. Hippol. 1366 προὖπτον ἐς ἅδαν στείχω κατὰ γᾶς. Cfr. Blomf. gloss. in Sept. c. Th. 848. BOTH.

V. 1436. μὴ σύ γ'] 'Noli hoc facere'. Alia huius locutionis exempla attulit Matth. § 465, 2.

V. 1438. εἴ σου στερηθῶ] De coniunctivo post εἰ posito vide ad v. 505 et 1221.

V. 1438 sq. ταῦτα δ' — χἀτέρᾳ] I. e. 'haec in fortunae potestate sita sunt, utrum hoc modo futura sint an alio'. De ἐν vide ad v. 242; de ἑτέρᾳ pro ἑτέρως posito L. Bos. p. 333. Σφὼ scripsi cum Elmsleio pro σφῷν.

V. 1440. ἀντῆσαι κακῶν] Constructio non rara; vide ad Eur. Troad. 214 et Herodot. II 119. MUSGR.

V. 1441. ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε] De πᾶσιν, quod est 'omnium iudicio', vide quae ad O. R. 40 adnotavimus.

V. 1442 sqq. Sensus strophae hic est: 'Novas diras caeci hospitis audivi gravem calamitatem minantes, nisi fatum eas deprehendet

βαρύποτμα κακὰ παρ' ἀλαοῦ ξένου,
εἴ τι μοῖρα μὴ κιγχάνῃ.
μάτην γὰρ οὐδὲν ἀξίωμα δαιμόνων ἔχω
φράσαι.
ὁρᾷ δ' ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος, ἐπέχων μὲν ἕτερα,
τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω.
ἔκτυπεν αἰθήρ, ὦ Ζεῦ.
ΟΙΔ. ὦ τέκνα, τέκνα, πῶς ἄν, εἴ τις ἔντοπος,
τον πάντ' ἄριστον δεῦρο Θησέα πόροι;
ΑΝΤ. πάτερ, τί δ' ἐστὶ τἀξίωμ', ἐφ' ᾧ καλεῖς;
ΟΙΔ. Διὸς πτερωτὸς ἥδε μ' αὐτίκ' ἄξεται
βροντὴ πρὸς Ἅιδην. ἀλλὰ πέμψαθ' ὡς τάχος.

(inanes evincet); nam deorum quidem decretum nunquam inane est, sed haec (hominum vaticinia) tempori obnoxia sunt alia inhibenti, alia interdum augenti et explenti. Resonat aether tonitribus'. Chorus igitur sperat, horrenda Oedipi vaticinia non ratum eventum habitura esse. De **νέα νεόθεν** cfr. **αἰνόθεν αἰνῶς** Hom. Il. VII 97, **οἰόθεν οἷος** ibid. 39, de **ἦλθέ μοι** Oed. R. 523 **ἀλλ' ἦλθε μὲν δὴ τοῦτο τοὔνειδος**, 681 **δόκησις ἀγνὼς λόγων ἦλθε**.

V. 1443. **νέα** ante **βαρύποτμα** Hermannus addidit, ut metrum huius versus responderet metro versus antistrophici 1455. Sed incerta emendatio.

V. 1444. De coniunctivo cfr. ad v. 1438. Cum verbis **μοῖρα κιγχάνῃ** Doederlinus confert Hom. Il. XXII 303 **νῦν αὖτέ με μοῖρα κιχάνει**. Ad diras relatum **κιγχάνει** similiter atque **ἁλίσκεται** Ai. 648 intellegendum est.

V. 1445. Probabiliter **ματᾶν** pro **μάτην** Heimsoethius et Blaydesius coniecerunt.

V. 1446. **ὁρᾷ — χρόνος**] Sic O. R. 1213 **ἐφηῦρέ σ' ἄκονθ' ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος**, et in fragm. Hipponoi apud Clem. Alex. Strom. IV p. 742 **ὁ πάνθ' ὁρῶν καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος**, et quae plurima huiusmodi apud alios poetas leguntur. Iisdem verbis de Iove Ant. 184 **Ζεὺς ὁ πάνθ' ὁρῶν ἀεί**. DINDORF. **δ'** cum Bergkio inserui et **ἐπέχων** pro **ἐπεὶ** de mea coniectura scripsi. Similiter infra v. 1744 libri **ἐπεὶ** pro **ἐπεῖχε** exhibent.

V. 1447. **παρ' ἦμαρ** est 'alternis diebus'. Cfr. Ai. 475 **τί γὰρ παρ' ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει** etc. Sensus est: 'tempus haec tum auget, tum non auget'.

V. 1448. Schol. **ἔκτυπεν αἰθήρ· τὸ συνεκτικώτατον τοῦ δράματος ἐν τούτῳ, καθάπερ προεῖπεν ὁ Οἰδίπους** (v. 95)· **σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα, ἢ σεισμὸν ἢ βροντήν τιν' ἢ Διός σέλας. Μεταξὺ οὖν τῶν τοῦ χοροῦ λόγων γίνεται τοῦτο, ἐφ' ᾧ ὁ χορὸς ἀναβοᾷ, ὅπερ ἦν σύμβολον τοῦ τὸν Οἰδίποδα τεθνάναι. ὅπερ γνωρίσας ὁ Οἰδίπους ἀξιοῖ τὸν Θησέα ἐν τάχει παραγενέσθαι.** — Forma Homerica **ἔκτυπε** saepius in Attica poesi non legitur. Communis **ἐκτύπησε** exstat v. 1606. ELMSL.

V. 1449 sq. **πῶς ἂν — πόροι**] De **πόροι** confer v. 1476 **πορευσάτω**, quod eodem sensu positum, et Oed. R. 1255 **πορεῖν γυναῖκα**. — **Πῶς ἄν τις** idem fere est atque **εἴθε τις**. — **εἴ τις ἔντοπος**, i. e. **εἴ τις ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ἐστίν**. Cfr. Philoct. 212 **οὐκ ἔξεδρος, ἀλλ' ἔντοπος ἀνήρ**.

V. 1451. Schol. **τἀξίωμα· βούλημα**.

(ἀντιστροφὴ α΄.)

ΧΟΡ. ἴδε μάλα μέγας ἐρείπεται
κτύπος ἄφατος ὅδε διόβολος· ἐς δ' ἄκραν
δεῖμ' ὑπῆλθε κρατὸς φόβαν.
ἔπτηξα θυμόν. οὐρανία γὰρ ἀστραπὴ φλέγει
πάλιν.
τί μὰν ἀφήσει τέλος; δέδια· τόδ' οὐ γὰρ ἅλιον
ἀφορμᾷ ποτ', οὐδ' ἄνευ ξυμφορᾶς.
ὦ μέγας αἰθήρ, ὦ Ζεῦ.
ΟΙΔ. ὦ παῖδες, ἥκει τῷδ' ἐπ' ἀνδρὶ θέσφατος
βίου τελευτή, κοὐκέτ' ἔστ' ἀποστροφή.
ΑΝΤ. πῶς οἶσθα; τῷ δὲ τοῦτο συμβαλὼν ἔχεις;
ΟΙΔ. καλῶς κάτοιδ'. ἀλλ' ὡς τάχιστά μοι μολὼν
ἄνακτα χώρας τῆσδέ τις πορευσάτω.

(στροφὴ β΄.)

ΧΟΡ. ἔα, ἔα, ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται

V. 1454. *ἴδε — ἐρείπεται*] Pro *ἴδε* exspectes verbum audiendi. Sed vide quae ad Philoct. 187 adnotavimus. Tum ut *ἐρείπω* 'deicio' significat, ita *ἐρείπομαι* 'cado' valere recte monuit Elmsleius. Cfr. Verg. Ge. I 487 *non alias caelo ceciderunt plura sereno fulgura.*

V. 1455. *κτύπος — διόβολος*] Eustath. p. 692, 53 (571, 24) *σημείωσαι δέ, ὅτι ἐκ τοῦ Ζεὺς σμερδαλέα κτυπέων λαβὼν ὁ Σοφοκλῆς ἔφη τὸ 'μέγας κτύπος, ἄφατος, διόβολος'. ἐν οἷς δηλοῖ ἐκεῖνος καὶ ὅτι βέλη Διὸς οὐ μόνον κεραυνοὶ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ βρονταί. ὅμως καὶ τοὺς ῥαγδαίους ὑετούς, καὶ μάλιστα τοὺς χειμερίους, τοιούτῳ λόγῳ 'δύσομβρα βέλη'* (Ant. 358) *λέγει.* BR.

V. 1455 sq. Schol. *ἄκραν φόβαν κρατός, οὕτως ἀποδώσεις.* Vide ad v. 1606 sq.

V. 1457. *ἔφριξα θυμόν* Seebassius coniecit non sine probabilitate. — *οὐρανία* corruptum esse metro cognoscitur. Elmsleius coniecit *οὐρία*, Bergkius *ὀμβρία*, Meinekius *αἰθρία* vel *οὐρανὸν*, Pallis *ἁ Διός*. Ex scholio *ἀντὶ τοῦ ταχεῖα* et Hesych. gl. *ἄργιος· λευκός, ταχύς* efficias poetam *ἀργία* scripsisse, quocum Homericum *ἀργῆτα κεραυνόν* conferri potest.

V. 1458. Pro *ἀφήσει* Dindorfius *ἐφήσει* scribendum putat.

V. 1458 sq. *οὐ γὰρ — ξυμφορᾶς*] Schol. *τοῦτό φησιν· οὐ μάτην γίνεται τὸ κατὰ τὴν διοσημείαν, ἀλλ' ἐπί τινι μεγάλῃ συμφορᾷ· νῦν δὲ συμφορὰν φησι τὸ μέσον ὄνομα τῆς συντυχίας· οἷον, ἐπί τινι γίνεται ἡ διοσημεία. — ἅλιον· μάταιον.*

V. 1461. Schol. *τῷδ' ἐπ' ἀνδρί· ἀντὶ τοῦ ἐμοί.*

V. 1462. *κοὐκέτ' — ἀποστροφή*] 'Neque iam propulsari' sive 'averti mors potest'. Cfr. v. 1398.

V. 1463. Schol. *τῷ· τίνι τεκμηρίῳ. συμβαλών· νοήσας, στοχασάμενος.* Cum La *τῷ δὲ συμβαλὼν ἔχεις;* omisso *τοῦτο* exhibeat, Dindorfius *τῷ δὲ συμβαλὼν ἔχεις, πάτερ;* scripsit.

V. 1466. *ἰδοὺ μάλ' αὖθις*] Confert Neuius El. 1410 *ἰδοὺ μάλ' αὖ θροεῖ τις.* 1466 *ὤ μοι μάλ' αὖθις.* Herm. ad Vig. p. 782, Blomf. ad Aesch. Ag. 1316. Addo Trach. 1206 *οἴμοι μάλ' αὖθις*, et Ai. 870 *ἰδού, δοῦπον αὖ κλύω τινά*, collatis quae ad Philoct. 187 monuimus. — De *ἀμφίσταται*

διαπρύσιος ὄτοβος.
ἵλαος, ὦ δαίμων, ἵλαος, εἴ τι γᾷ
ματέρι τυγχάνεις ἀφεγγὲς φέρων.
ἐναισίου δὲ σοῦ τύχοιμι, μηδ' ἄλαστον ἄνδρ' ἰδὼν
ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμί πως.
Ζεῦ ἄνα, σοὶ φωνῶ.
*ΟΙΔ.* ἆρ' ἐγγὺς ἁνήρ; ἆρ' ἔτ' ἐμψύχου, τέκνα,
κιχήσεταί μου καὶ κατορθοῦντος φρένα;
*ΑΝΤ.* τί δ' ἂν θέλοις τὸ πιστὸν ἐμφῦναι ξένῳ;
*ΟΙΔ.* ἀνθ' ὧν ἔπασχον εὖ τελεσφόρον χάριν
δοῦναί σφιν, ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην.

comparat Doederl. Phil. 1263 ἵσταται θόρυβος. Eur. Iph. T. 1272 τίς — ἵστησιν βοήν; Heracl. 656.

V. 1468 sq. Schol. ἵλαος, ὦ δαῖμον· εὐσεβέστατα ὁ χορὸς εὔχεται πρὸς τὸν θεόν, εἰ ἐπί τινι χαλεπῷ ταῦτα πράττει, ἵλεων αὐτὸν γενέσθαι· ὅρα οὖν, ὅτι ἡ συμφορὰ ἐπὶ τῆς μέσης ἐννοίας κεῖται. — ἵλαος· λείπει τὸ ἔσο. — γᾷ ματέρι· τῇ Ἀττικῇ. Ad ἵλαος praestabit intellegere φέρε, quod continetur verbis sequentibus εἴ τι τυγχάνεις φέρων. De γᾷ ματέρι vide v. 708. Musgravius confert Aesch. Sept. c. Th. 16 τέκνοις τε γῇ τε μητρί.

V. 1469. ἀφεγγὲς] Tenebras intellego, tempestatum comites, quas precatur chorus ne mali ominis caelites esse velint. DOED.

V. 1470. σοῦ τύχοιμι ex Cobeti coniectura scripsi pro συντύχοιμι.

Ibid. ἄλαστος ex hoc loco vel maxime apparet non esse ἀνεπίληστος, ut veteres grammatici interpretantur, sed ab ἀλαίνειν ductum et cum nomine ἀλάστωρ coniunctum significare 'errabundus, a malo numine sive a furiis agitatus', ut ἄλαστον ἄνδρα idem fere sit quod ἄνδρα δαιμονῶντα. Cfr. v. 1672. Fortasse ἀλάστορ' scribendum, ut Oedipus dirarum auctor dicatur.

V. 1471. ἀκερδῆ χάριν μετ.] Haec est ἄχαρις χάρις in Aesch. Prom. 561, quod genus dicendi frequentatum a tragicis iam illustravit Lambinus ad Horat. Od. I 34 p. 100. Est igitur illud: πόνον, οὐ χάριν, ut chorus dixit supra 227. REIS. De μετέχειν cum accusativo iuncto confert Dindorfius Aristoph. Pl. 1144 οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί. Vide Krueg. I § 47, 15, 1.

V. 1473 sq. ἆρ' ἔτ' — φρένα] 'Spirantemne me adhuc reperiet' (scil. Theseus, qui significatus est nomine ἀνήρ) 'et compotem mentis?' De κιχάνειν cum duplici genetivo iuncto vide ad v. 446; de locutione κατορθοῦν φρένα ad v. 1606 sq.

V. 1475. τί δ' ἂν θέλοις — ξένῳ] Id est, τί δὲ τὸ πιστόν ἐστιν, ὃ θέλοις ἂν ἐμφῦναι τῷ ξένῳ, 'quae est fides illa, quam inhaerere velis Theseo', sive 'quod promissum servari vis a Theseo?' Confer quae ipsi Theseo Oedipus praecipit v. 625 sq. τὸ σὸν μόνον πιστὸν φυλάσσων. Ceterum ξένῳ ex coniectura mea scripsi pro φρενί, quod ipsum iam Nauckio offensioni fuit visumque est delatum huc ex v. praecedente, ita ut ille vel φίλῳ vel φράσον vel simile quid scribendum putaret.

V. 1477. δοῦναί σφιν] I. e. αὐτῷ. Notavit iam scholiasta. Exempla Aeschyli Pers. 761, Pindari Pyth. IX 206 et hymni Homer. in Panem 19 commemoravit Matthiaeus. Tum τυγχάνων est

(ἀντιστροφὴ β΄.)

ΧΟΡ. ἰώ, ἰὼ παῖ, βᾶθι, βᾶθ', ἔτ' εἰ τυγχάνεις
ἄκραν ἐπὶ γύαλον
ἐναλίῳ Ποσειδαονίῳ θεῷ
βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων, ἱκοῦ.
ὁ γὰρ ξένος σε καὶ πόλισμα καὶ φίλους ἐπαξιοῖ
δικαίαν χάριν παρασχεῖν παθών.
– ⏑ ⏑ ᾆσσ' ὦναξ.
ΘΗΣ. Τίς αὖ παρ' ὑμῶν κοινὸς ἠχεῖται κτύπος,
σαφὴς μὲν ἀστῶν, ἐμφανὴς δὲ τοῦ ξένου;
μή τις Διὸς κεραυνός, ἤ τις ὀμβρία
χάλαζ' ἐπιρράξασα; πάντα γὰρ θεοῦ
τοιαῦτα χειμάζοντος εἰκάσαι πάρα.
ΟΙΔ. ἄναξ, ποθοῦντι προὐφάνης, καί σοι θεῶν

ὅτε ἐτύγχανον ὢν ἐβουλόμην, nisi vocabulum corruptum est.

V. 1478 sqq. ἔτ' εἰ τυγχάνεις ἄκραν — θεῷ scripsi pro εἴτ' ἄκραν — θεῷ τυγχάνεις. Hermannus τυγχάνεις delebat. Praeterea verba ἄκραν ἐπὶ γύαλον corrupta sunt. Emendatio nondum inventa.

V. 1480. De Ποσειδαονίῳ θεῷ Elmsleius confert ὁ Βακχεῖος θεός O. R. 1105, licet id aliter explicari possit. Utique non est, cur illa insolentior dicendi ratio suspecta esse debeat, praesertim agnita a grammaticis, qui ei suum χ apposuerunt. HERM. De locutione βούθυτον ἑστίαν confer Lobeck. ad Ai. p. 230 ed. sec. Speciose Blaydesius ἐσχάραν coniecit. — Redierat Theseus v. 1210 ad aram Neptuni, unde avocatus erat v. 887.

V. 1482 sq. ὁ γὰρ ξένος — παθών] Soloeca videtur oratio ὁ ξένος ἐπαξιοῖ σε παρασχεῖν χάριν. Ex communi loquendi more dicere videtur debuisse: παρασχεῖν σοι καὶ πολίσματι καὶ φίλοις χάριν. Sed verba sic ordinanda sunt: ἐπαξιοῖ σε καὶ πόλισμα καὶ φίλους, ὥστε παθὼν παρασχεῖν δικαίαν χάριν. BR. Conferenda quae supra ad v. 1206 sq. et ad Philoct. 62 exposui.

V. 1484. Triclinius σπεῦσον supplevit (σπεῦσον, ἄισσ'); sed tragici non ἀΐσσειν, sed ᾄσσειν usurpare solent, ut πρόδρομος ᾆσσ' vel simile quid magis probetur.

V. 1485. Schol. κοινός· ὑμῶν τε καὶ Οἰδίποδος. Explicat ipse poeta versu sequenti.

V. 1486. ἀστῶν pro αὐτῶν Reiskius restituit.

V. 1487 sq. μή τις — ἐπιρράξασα] Cogitatione supplendum est: 'hunc clamorem excitavit', aut aliquid eiusmodi, quasi praecedat: τί αὖ παρ' ὑμῶν κοινὸν ἤγειρεν κτύπον; Nominativos sine verbo habebimus mox etiam v. 1514 sq. ELMSL. De μὴ interrogativo confer Herm. ad Vig. p. 789 et Matth. § 608, 5 a not. 3.

V. 1489. τοιαῦτα χειμάζοντος] Dicit hoc propter vehementiam fulminum et tonitruum, quae ipse quanta esset animadvertit. HERM.

V. 1490 sq. καί σοι θεῶν — ὁδοῦ] De genetivo confer O. R. 1444 καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ δαίμων ἄμεινον ἢ 'μὲ φρουρήσας τύχοι, cum adnotatione mea. Fortasse tamen hic genet. a nomine τύχην aptus est, ut sensus sit: 'deus quidam tibi bonam fortunam huius itineris paravit'.

τύχην τις ἐσθλὴν τῆσδ' ἔθηκε τῆς ὁδοῦ.
ΘΗΣ. τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ Λαΐου, νέορτον αὖ;
ΟΙΔ. ῥοπὴ βίου μοι. καί σ' ἅπερ ξυνήνεσα
θέλω πόλιν τε τήνδε μὴ ψεύσας θανεῖν.
ΘΗΣ. ἐν τῷ δὲ κεῖσαι τοῦ μόρου τεκμηρίῳ;
ΟΙΔ. αὐτοὶ θεοὶ κήρυκες ἀγγέλλουσί μοι,
ψεύδοντες οὐδὲν σῆμα τῶν προκειμένων.
ΘΗΣ. πῶς εἶπας, ὦ γεραιέ, δηλοῦσθαι τάδε;
ΟΙΔ. αἱ πολλὰ βρονταὶ διατελεῖς, τὰ πολλά τε
στράψαντα χειρὸς τῆς ἀνικήτου βέλη.
ΘΗΣ. πείθεις με· πολλὰ γάρ σε θεσπίζονθ' ὁρῶ,
κοὐ ψευδόφημα. χὤ τι χρὴ ποιεῖν λέγε.
ΟΙΔ. ἐγὼ διδάξω, τέκνον Αἰγέως, ἅ σοι
γήρως ἄλυπα τῇδε κείσεται πόλει.
χῶρον μὲν αὐτὸς αὐτίκ' ἐξηγήσομαι
ἄθικτος ἡγητῆρος, οὗ με χρὴ θανεῖν.
τοῦτον δὲ φράζε μή ποτ' ἀνθρώπων τινί,
μήθ' οὗ κέκευθε, μήτ' ἐν οἷς κεῖται τόποις·

V. 1492. Schol. νέορτον· ἀντὶ τοῦ νέον.

V. 1493. ῥοπὴ βίου μοι] 'Inclinatio vitae ad finem vergentis', ut bene Iacobsius Anthol. T. IX p. 343. Cfr. Trach. 82, Eustath. p. 1266, 40 (1366, 31) ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν ταλάντων λαβὼν Σοφοκλῆς ἔφη τὸ βίου ῥοπή· καὶ (O. R. 691) σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή. HELL.

V. 1493 sq. καί σ' — θανεῖν] Id est καὶ θέλω μὴ ψεύσας σε καὶ πόλιν τήνδε, ἅπερ ξυνήνεσα, θανεῖν, sive aliis verbis: καὶ θέλω τελέσας σοι καὶ πόλει τῇδε, ἃ ὑπεσχόμην, θανεῖν.

V. 1495. ἐν τῷ δὲ — τεκμηρίῳ] H. e. τί δέ τὸ τεκμήριον ἔχεις τοῦ μόρου; De κεῖσθαι comparat Doederl. El. 240, 1040, Ai. 407. Adde Eur. Iph. Aul. 1343 οὐκ ἐν ἁβρότητι κεῖσαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα. Speciose tamen et probabiliter Meklerus τῷ δ' ἐκπέπεισαι . . τεκμηρίῳ; coniecit.

V. 1497. Cum Dindorfio σῆμα τῶν pro σημάτων scripsi.

V. 1499. αἱ πολλὰ βρονταὶ] Si vera scriptura est, πολλὰ pro πολλάκις positum esse putabimus. Sed non male Meinekius scribendum coniecit δηλοῦσι.

V. 1500. στράψαντα pro στρέψαντα Piersonus scripsit. Cum autem forma στράπτειν ab Attico sermone aliena sit, Forsterus σκήψαντα proposuit.

V. 1503 sq. ἅ σοὶ — πόλει] Recte Dindorfius monuit σοι dativum esse qui dicitur commodi. Tum verba γήρως ἄλυπα recte interpretatus est Brunckius: ὑπὸ γήρως μὴ λυπηθησόμενα, 'quae senium nunquam sentient, quae El. nullo consenescent aevo' Cfr. 1002 ἄλυπος ἄτης. Schaefer. Melett. crit. p. 137 et Matth. § 345.

V. 1507. τοῦτον δὲ] 'Locum, ubi sepultus ero'. Quod tamen sic dictum est, ut non tam 'sepulcrum' quam 'cadaver sepultum Oedipi' intellegi debeat.

V. 1508. μήθ' οὗ — τόποις] Tautologiam, quam hoc versu contineri putat Elmsleius, nullam esse iam Reisigius monuit. Diversa sunt enim locus ipse tumuli et regio, in qua est ille locus. Neque quod praeterea Elmsleius reprehen-

ὥς σοι πρὸ πολλῶν ἀσπίδων ἀλκὴν ὅδε
δορός τ' ἐπακτοῦ γειτονῶν ἀεὶ τιθῇ.
ἃ δ' ἐξάγιστα μηδὲ κινεῖται λόγῳ
αὐτὸς μαθήσῃ, κεῖσ' ὅταν μόλῃς μόνος·
ὡς οὔτ' ἂν ἀστῶν τῶνδ' ἂν ἐξείποιμί τῳ,
οὔτ' ἂν τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς, στέργων ὅμως.
ἀλλ' αὐτὸς αἰεὶ σῷζε, χὤταν εἰς τέλος
τοῦ ζῆν ἀφικνῇ, τῷ προφερτάτῳ μόνῳ
σήμαιν', ὁ δ' αἰεὶ τὠπιόντι δεικνύτω.
χοὔτως ἀδῇον τήνδ' ἐνοικήσεις πόλιν

dit, vix hunc locum conciliari posse cum v. 1641, ex quo constet non solum Theseum, verum etiam Oedipi filias et Thesei famulos ad ipsum mortis locum cum Oedipo pervenisse, mihi quidem vere dictum videtur. Nam certo fine tenus Oedipus illos secum abduxisse dicitur; tum solus mansisse cum Theseo, illis abire iussis; qui paullo post, ubi se converterunt, illum nusquam conspiciunt, sed solum relictum vident Theseum. Itaque etsi ubi ipsi eum postremum viderint dicere possunt, tamen quo raptus aut ubi terra haustus sit, nesciunt. HERM.

V. 1509 sq. ὥς σοι — ἀεὶ τιθῇ] Scholiasta: εἰ μὲν βαρυτόνως, γειτόνων, τῶν Θηβαίων· εἰ δὲ περισπωμένως, ἀντὶ τοῦ γειτνιῶν, ὁ τάφος. Parum apte γειτόνων ita collocatum est, ut Thebani socii potius Atheniensium quam hostes dici videantur. Quamobrem γειτονῶν praetuli, quod in γειτόνων corruptum eodem errore, quo apud Aeschylum Suppl. 787 in codice scriptum est μέλας γενοίμαν καπνὸς νέφεσι γειτόνων Διός pro γειτονῶν. DINDORF. Ceterum recte Doederlinus: Opponi mihi videntur ἀσπίδες, quasi 'milites legionarii', δορὶ ἐπακτῷ, 'sociis, auxiliis, mercenariis', ut Trach. 259 στρατὸν λαβὼν ἐπακτὸν ἔρχεται πόλιν τὴν Εὐρυτείαν.

V. 1511. ἃ δ' ἐξάγιστα etc.] ἐξάγιστα pariter ut μηδὲ κινεῖται ad λόγῳ referendum: 'quae piaculum est nec licet dicere'. Dicendi enim notionem in mente habens, non posuit, quod debebat, ἃ δ' ἐξάγιστα λέγειν, sed λόγῳ accommodans eam notionem verbis μηδὲ κινεῖται. HERMANN. Fallitur scholiasta, qui interpretatur καθαρά· σημαίνει γὰρ καὶ τὸ ἄγος τοῦτο. οὕτως· ἐξάγιστα ἀντὶ τοῦ ἁγνὰ καὶ μὴ οἷά τε ῥηθῆναι· καὶ ἐπὶ τούτου γὰρ χρῶνται πολλαχοῦ. Similiter Hesychius: ἐξάγιστα· πάντα τὰ ἱερὰ καὶ ἀφωσιωμένα, ἃ οὐχ οἷόν τε ἐκκομίζεσθαι τῶν ἱερῶν· ἔνιοι δὲ ἁγνὰ ἀπέδοσαν. DINDORF. Cfr. Doederlin. de brachyl. p. 11.

V. 1514. στέργων ὅμως] De ὅμως cum participio iuncto vide ad v. 665.

V. 1515. σῷζε] 'Memoria serva'. Vide quae ad O. R. 313 adnotata sunt.

V. 1516. τῷ προφερτάτῳ] Nobilissimo, natu maximo, regni heredi. Comparativo utitur Sophocles fragm. 379 ἡ γὰρ φίλη 'γὼ τῶνδε τοῦ προφερτέρου. Similem de Dirces sepulcro, nonnisi magistratibus quibusdam Thebanorum noto, narrationem Plutarchi Moral. p. 578 B comparavit Schneidewinus. DINDORF. Pro μόνῳ Nauckio γόνῳ scribendum videtur.

V. 1517. ὁ δ' αἰεὶ] De αἰεὶ particulae usu hoc vide ad Philoct. 131 et Valck. ad Herod. IV 162.

V. 1518 sq. ἀδῇον — σπαρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν] Hesychius: ἀδῇον· ἀπόρθητον, ἀπολέμητον. De ἀπὸ praepositione con-

σπαρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν· οἱ δὲ μυρίοι πόλεως,
κἂν εὖ τις οἰκῇ, ῥαδίως καθύβρισαν.
θεοὶ γὰρ εὖ μέν, ὀψὲ δ' εἰσορῶσ', ὅταν
τὰ θεῖ' ἀφείς τις εἰς τὸ μαίνεσθαι τραπῇ·
ὃ μὴ σύ, τέκνον Αἰγέως, βούλου παθεῖν.
τὰ μὲν τοιαῦτ' οὖν εἰδότ' ἐκδιδάσκομεν.
χῶρον δ', ἐπείγει γάρ με τοὐκ θεοῦ παρόν,
στείχωμεν ἤδη, μηδ' ἔτ' ἐντρεπώμεθα.
ὦ παῖδες, ὧδ' ἕπεσθ'. ἐγὼ γὰρ ἡγεμὼν
σφῷν αὖ πέφασμαι καινός, ὥσπερ σφὼ πατρί.
χωρεῖτε, καὶ μὴ ψαύετ', ἀλλ' ἐᾶτέ με
αὐτὸν τὸν ἱερὸν τύμβον ἐξευρεῖν, ἵνα
μοῖρ' ἀνδρὶ τῷδε τῇδε κρυφθῆναι χθονί.
τῇδ', ὧδε, τῇδε βᾶτε· τῇδε γάρ μ' ἄγει

fer Matth. § 573 et, quem locum apte Doederlinus attulit Eur. Bacch. 98 *κρυπτὸν ἀφ' Ἥρας*. Tum *σπαρτῶν ἀνδρῶν* idem significat atque *Θηβαίων*. Cfr. Apollodor. III 4, 1, Eur. Herc. 4 ὃς *τάσδε Θήβας ἔσχεν, ἔνθ' ὁ γηγενὴς σπαρτῶν στάχυς ἔβλαστεν*.

V. 1519. *οἱ δὲ μυρίοι πόλεως* scripsi pro *αἱ δὲ μυρίαι πόλεις*. Nam vetat Oedipus multitudinem arcanis illis imbui.

V. 1520. *εὖ οἰκῇ*] I. e. 'bene administretur'. Cfr. Plat. legg. III p. 702 A *πῶς ποτ' ἂν πόλις ἄριστα οἰκοίη*, Rep. VI 423 A *ἕως ἂν ἡ πόλις σοι οἰκῇ σωφρόνως*.

V. 1521. Particula *γάρ* maxime ad praecedens *ῥαδίως* pertinet; nam sensus est: 'homines proclives sunt ad dementiam, quia sera est deorum ultio'. Apte comparat Nauckius Theodecten apud Stob. Ecl. I 3, 22 p. 116 *εἰ μὲν γὰρ αὐτίκ' ἦσαν αἱ τιμωρίαι, πολλοὶ διὰ φόβον κοὐ δι' εὐσεβῆ τρόπον θεοὺς ἂν ηὖξον· νῦν δὲ τῆς τιμωρίας ἄπωθεν οὔσης, τῇ φύσει χρῶνται βροτοί*. De verbo *εἰσορᾶν* confer v. 1370. Si sensus esset: 'noli committere, ut populus arcanis illis a te imbutus civitati tibique perniciem paret; nam di, quamvis sero, ulciscuntur tamen qui res sacras divinasque contemnunt ac profanant', v. 1523 ante v. 1521 reponendus foret.

V. 1523. ὃ ad enuntiatum *οἱ δὲ μυρίοι — καθύβρισαν* referendum.

V. 1525 sq. *χῶρον δ' — στείχωμεν*] De locutione *χῶρον στείχειν* vide ad v. 642. Tum *τοὐκ θεοῦ παρόν* est signum a deo nunc editum mihi. Cfr. v. 252 et v. 1677. Bene Matthiaeus *πτερόν* pro *παρόν* proposuit cl. v. 93.

V. 1526. *μηδ' ἔτ' ἐντρεπώμεθα*] *ἐντρέπεσθαι* cum proprie sit 'sese convertere', inest ei verbo subsistendi significatio, quae eodem redit quo *μέλλειν*. Scholiasta: *ἀντὶ τοῦ ἐπιστρεφώμεθα. Ὅμηρος· ἐντροπαλιζόμενος*. Similiter Germani vulgari sermone dicimus: *wir wollen uns nicht umsehen*. HERM.

V. 1527 sq. Schol. *ἐγὼ γὰρ ἡγεμών· ἐγὼ γὰρ ἡγεμὼν ὑμῖν πέφηνα, ὥσπερ ὑμεῖς τῷ πατρί*.

V. 1529. *καὶ μὴ ψαύετ'*] 'Ac nolite me tangere ducendi causa'. Cfr. v. 170.

V. 1532. *τῇδ' — τῇδε γάρ*] Haec per intervalla recitantur et gradatim quidem: *τῇδ' — ὧδε — τῇδε βᾶτε· τῇδε γὰρ* etc., ut plane admirabilis sit elatio orationis. Omnis autem loci magni-

Ἑρμῆς ὁ πομπὸς ἥ τε νερτέρα θεός.
ὦ φῶς ἀφεγγές, πρόσθε πού ποτ' ἦσθ' ἐμόν,
νῦν δ' ἔσχατόν σου τοὐμὸν ἅπτεται δέμας.
ἤδη γὰρ ἕρπω τὴν τελευταίαν, βίον
κρύψων παρ' Ἅιδην. ἀλλά, φίλτατε ξένων,
αὐτός τε χώρα θ' ἥδε πρόσπολοί τε σοὶ
εὐδαίμονες γένοισθε, κἀπ' εὐπραξίᾳ
μέμνησθέ μου θανόντος εὐτυχεῖς ἀεί.

(στροφή.)

ΧΟΡ. Εἰ θέμις ἐστί μοι τὰν ἀφανῆ θεὸν

ficentiam laudat Longinus c. XV § 7. REIS.

V. 1533. Ἑρμῆς ὁ πομπὸς] I. e. ὁ ψυχοπομπός, satis notus ex Horat. Od. I 10 et interpretum commentariis. REIS. Tum νερτέρα θεός est Proserpina.

V. 1534 sq. ὦ φῶς — δέμας] Solebant moribundi solis lumini valedicere. Cfr. Ai. 856 sq. Oedipus autem, ut caecus, recte appellat lucem φῶς ἀφεγγές, deque ea sic loquitur, quasi sit aliquid, quod olim ante caecitatem possederit, πρόσθε ἦσθ' ἐμόν. Hinc dixit: τοὐμὸν δέμας ἅπτεται, i. e. ἐγὼ ἅπτομαί σου ἐσχάτως.

V, 1536. τὴν τελευταίαν, βίον ex Musgravii coniectura scripsi pro τὸν τελευταῖον βίον. F. Gu. Schmidtius τὸν ταλαίπωρον βίον proposuit.

V. 1536 sq. βίον — παρ' Ἅιδην] De locutione κρύπτειν τι παρὰ τόπον τινά confer v. 113 καί σύ με — κρύψον κατ' ἄλσος. Denique de dictione τὸν βίον κρύπτειν παρ' Ἅιδην vide Eur. Alc. 363 καί μ' οὔθ' ὁ Πλούτωνος κύων οὔθ' ὁ — Χάρων ἔσχον (ἄν), πρὶν εἰς φῶς σὸν καταστῆσαι βίον, et Bacch. 1336 sq. σὲ δ' Ἄρης Ἁρμονίαν τε ῥύσεται, μακάρων τ' ἐς αἶαν σὸν καθιδρύσει βίον.

V. 1538. Schol. πρόσπολοί τε σοί· οἱ Ἀθηναῖοι. Reisigius famulos Thesei intellegendos putat. Sed recte Neuius nomen Homericum θεράπων conferendum monet.

V. 1539. κἀπ' εὐπραξίᾳ] 'In felicitate et ob eam'. Apte Vauvillersius attulit Aristoph. Eq. 406 πῖνε, πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς. Cui loco addit Elmsl. eiusdem fab. 655. HERM.

V. 1540. μέμνησθε] Elmsleius μεμνῇσθε. Fallitur. Abeuntes μέμνησο dicere usitatius est quam μεμνῇο. Alia est ratio praecedentis optativi εὐδαίμονες γένοισθε. Namque felicem fieri non est in potestate hominis positum, est vero, meminisse amicorum. Aptissime igitur Oedipus alterum optat, iubet alterum. DINDORF.

V. 1541—1560. Chorus Oedipum cum Theseo et liberis suis abeuntem bonis votis ominibusque prosequitur, deos inferos verecunde precans, ut ei post plurimas, quibus vexatus sit, aerumnas placidus lenisque et exitus e vita et accessus ad inferos contingat.

V. 1541 sq. εἰ θέμις — σεβίζειν] Quaerit Musgravius, cur veniam sit praefatus deos inferos precibus adoraturus. Deinde coniecturam facit Plutonem non preces accipere solitum, sed fletus lacrimasque, conferens O. R. 30, Eur. Alc. 431, Suppl. 76, Iph. T. 184 et Aesch. fr. ex Stobaei sermon. CXVII. Ad ulciscendam quidem patris necem Orcum atque Proserpinam exasperare precibus studet Electra 110 ὦ δῶμ' Ἀΐδου καὶ Περσεφόνης, at hic placare vult illos chorus. Et eo quidem difficilis videbatur aditus precum veteribus propter summam severi-

καὶ σὲ λιταῖς σεβίζειν,
ἐννυχίων ἄναξ,
Αἰδωνεῦ, Αἰδωνεῦ, αἰτοῦμαι
ἄπονα μηδ' ἐπὶ βαρυαχεῖ
ξένον ἐξανύσαι
μόρῳ τὰν παγκευθῆ κάτω
νεκρῶν πλάκα καὶ Στύγιον δόμον.
πολλῶν γὰρ ἂν καὶ μάταν πημάτων ἱκνουμένων
πάλιν σφε δαίμων δίκαιος αὔξοι.

(ἀντιστροφή.)

ὦ χθόνιαι θεαί, σῶμά τ' ἀνικάτου

tatem numinum ac morositatem. Sed ad placandos illos preces item factae narrantur Antig. 1199 sq. in sepeliundo Polynice *αἰτήσαντες ἐνοδίαν θεὸν Πλούτωνά τ' ὀργὰς εὐμενεῖς κατασχεθεῖν*. REIS. Schol. *τὰν ἀφανῆ θεόν· τὴν Περσεφόνην φησίν*. De locutione *λιταῖς σεβίζειν* cfr. v. 1007 *τιμαῖς σεβίζειν*. Metri causa Heimsoethius hic *σέβειν* et in v. antistr. 1562 *πύλαις* coniecit.

V. 1543. Schol. *ἐννυχίων· τῶν ἐν νυκτὶ ἀεὶ καὶ σκότῳ διατριβόντων· τῶν τεθνηκότων*. Confert Musgravius O. R. 178 *ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ*. Trach. 501 *τὸν ἔννυχον Ἅιδαν*, Doederlinus Hom. Il. XX 61 *ἔδεισεν δ' ὑπένερθε ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς*.

V. 1544. *αἰτοῦμαι* ex Doederlini coniectura scripsi. Libri exhibent *λίσσομαι* et schol. *δίδου μοι* legebat, quod vel ex *Αἰδωνεῦ* vel ex *αἰτοῦμαι* ortum esse potest.

V. 1545. *ἄπονα, ἀπόνως*, 'sine dolore'. Cfr. v. 1585 *ἀπόνῳ τύχῃ*. Libri exhibent *μήτ' ἐπιπόνῳ* (*ἐπίπονα*) *μήτ'* contra metrum v. antistr. 1555. — *μηδέ* pro *καὶ μή* positum ut saepe fit apud poetas. — *ἐπὶ βαρυηχεῖ μόρῳ* significat 'cum gravi singultu inter moriendum'.

V. 1546. *ἐξανύσαι* ex Vauvillersii coniectura scripsi pro *ἐκτανύσαι*. Saepe *ἀνύειν* cum compositis suppresso nomine *ὁδὸν* sic usurpatur, ut 'pervenire' significet, Comparant editores Ai. 607 *ἔτι μέ ποτ' ἀνύσειν τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν*, Ant. 805, Trach. 657, El. 1451.

V. 1547. *τὰν παγκευθῆ*] Saepe istiusmodi adiectivum Plutoni tribuitur. Ai. 1193 *τὸν πολύκοινον Ἅιδαν*. El. 138 *ἐξ Ἀΐδα παγκοίνου λίμνας*. Ant. 804 *τὸν παγκοίταν θάλαμον*. Ibid. 810 *ὁ παγκοίτας Ἅιδας*.

V. 1548. *καὶ Στύγιον δόμον*] I. e., ut El. 110 dixit, *δῶμ' Ἀΐδου καὶ Περσεφόνης*.

V. 1549 sq. *πολλῶν — αὔξοι*] *Ἂν* particula paullo insolentius a verbo *αὔξοι* distracta. *Μάταν* explicat Musgravius: 'nullo suo merito'. Elegantissime Buechelerus coniecit *πολλῶν γὰρ ἀνταλλαγὰν πημάτων*, in quibus accus. *ἀνταλλαγὰν* ad enuntiatum *πάλιν — αὔξοι* appositus est, ut sensus sit: 'loco multorum laborum in eum incurrentium rursus deus iustus eum erigat'.

V. 1550. *σφε* ex coniectura Reiskii restitui pro *σε*.

V. 1551 sq. *ὦ χθόνιαι θεαί* etc.] Invocat Furias et Cerberum; hunc, ut ne teneat animam mortui in limine Ditis; illas, ut propitiae sint, neve puniant quae ille sine mala mente commisit. HERM. Versus strophici metro accommodatius est *σῶμά τ' ἀμαιμάκον*, quod Meinekius proposuit. Eandem formam Homerici vocabuli *ἀμαι-*

θηρός, ὃν ἐν πύλαισι
ταῖσι πολυξένοις
εὐνᾶσθαι, κνυζεῖσθαί τ' ἐξ ἄντρων
ἀδάματον φύλακα παρ' Ἅιδᾳ
λόγος αἰὲν ἔχει·
τόν, ὦ Γᾶς παῖ καὶ Ταρτάρου,
κατεύχομαι ἐν καθαρῷ βῆναι
ὁρμωμένῳ νερτέρας τῷ ξένῳ νεκρῶν πλάκας·
σέ τοι κικλήσκω τὸν αἰένυπνον.

## ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἄνδρες πολῖται, ξυντομωτάτως μὲν ἂν
τύχοιμι λέξας Οἰδίπουν ὀλωλότα.

μάκετος. de quo vide supra ad v. 127, Nauckius in Trach. v. 1098 Ἅιδου τρίκρανον σκύλακ' ἀπρόσμαχον τέρας, scribens ἀμαίμακον τέρας, reponit.

V. 1553. ταῖσι pro φασι scripsi ex Bergkii, πολυξένοις pro πολυξέστοις ex Musgravii coniectura, qui apte attulit Aeschyl. Suppl. 163 τὸν πολυξενώτατον Ζῆνα τῶν κεκμηκότων. Tum εὐνᾶσθαι significat 'excubare'.

V, 1556. Schol. λόγος αἰὲν ἀνέχει· ἀντὶ τοῦ φασίν. Libri exhibent ἀνέχει, quod Triclinius emendavit.

V. 1557. τὸν ex coniectura Hermanni scripsi pro ὃν.

V. 1557—1560. τόν — αἰένυπνον] Non Cerberum, sed Mortem dicit Γᾶς παῖδα καὶ Ταρτάρου, unde eam, quod haec ambigua appellatio est, clarius designat verbis σέ τοι κικλήσκω τὸν αἰένυπνον. Hic ergo verborum sensus est: 'quem, o Telluris et Tartari filia, de via cedere precor ad inferas mortuorum oras accedenti hospiti: te ego invoco, quae aeternum sopis'. HERM.

V. 1558. ἐν καθαρῷ βῆναι] Significat recedere debere Cerberum, ut pura sit via hospiti, neu ille aspectu canis aut latratu terreatur. HERM. Reisigius confert Hom. Il. θ 491, κ 199. Ei sensui videtur magis convenire quod Madvigius coniecit ἐκ καθαροῦ βῆναι. Pro βῆναι v. strophici causa Hermannus μολεῖν scripsit.

V. 1560. τὸν αἰένυπνον] Scholiasta: τουτέστι τὸν διὰ παντὸς κοιμώμενον, φησὶ δὲ τὸν Θάνατον, ὥσπερ δαίμονά τινα ὄντα· πρὸς πάντας γὰρ σχεδὸν τοὺς ὑποχθονίους τὴν παράκλησιν ἐποιήσαντο, τὸν Πλούτωνα, τὴν Περσεφόνην, τὸν Κέρβερον, καὶ νῦν πρὸς τὸν Θάνατον αὐτόν. Mors invocatur etiam Ai. 854, Phil. 797. Videtur autem appellata esse αἰένυπνος, quod mortui in aeternam dormiunt.

V. 1561. Schol. ξυντομωτάτως· ἀντὶ τοῦ συντόμως. Ἔστι δὲ ὁ ἄγγελος εἷς τῶν ἀκολουθησάντων Θησεῖ θεραπόντων· καὶ ἀφῖκται ἔνια ἀπαγγέλλων τῶν πραχθέντων ἐπὶ τῆς ἐρημίας· οὐ γὰρ πάντα δυνατὸν ἦν θεάσασθαι. De locutione τύχοιμ' ἂν λέξας vide ad Philoct. 220 sq.; de participio ὀλωλότα ex verbo λέξας apto Matth. § 555 not. 2. Krueg. II § 56, 7, 4. Postremo 'notandum est, inquit Dindorfius, ξυντομωτάτως metri causa pro ξυντομώτατα dictum, quae est usitata huiusmodi adverbiorum terminatio superlativi'. Fortasse taman ξυντομωτάτων scribendum est. Elmsleius ξυντομώτατον coniecit.

V. 1561—1564. ξυντομωτάτως — ἦν ἐκεῖ] Sensus hic est: 'si summa brevitate uti velim, recte dixerim uno verbo, Oedipum mor-

ἃ δ' ἦν τὰ πραχθέντ', οὔθ' ὁ μῦθος ἐν βραχεῖ
φράσαι πάρεστιν, οὔτε τἄργ' ὅσ' ἦν ἐκεῖ.
*ΧΟΡ.* ὄλωλε γὰρ δύστηνος;
*ΑΓΓ.* ὡς λελοιπότα
κεῖνον τὸν ἀεὶ βίοτον ἐξεπίστασο.
*ΧΟΡ.* πῶς; ἆρα θείᾳ κἀπόνῳ τάλας τύχῃ;
*ΑΓΓ.* τοῦτ' ἐστὶν ἤδη κἀποθαυμάσαι πρέπον.
ὡς μὲν γὰρ ἐνθένδ' εἷρπε, καὶ σύ που παρὼν
ἔξοισθ', ὑφηγητῆρος οὐδενὸς φίλων,
ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν πᾶσιν ἐξηγούμενος.
ἐπεὶ δ' ἀφῖκτο τὸν καταρράκτην ὁδὸν
χαλκοῖς βάθροισι γῆθεν ἐρριζωμένον,
ἔστη κελεύθων ἐν πολυσχίστων μιᾷ,
κοίλου πέλας κρατῆρος, οὗ τὰ Θησέως
Περίθου τε κεῖται πίστ' ἀεὶ ξυνθήματα·

tuum esse; quae vero acciderunt (cum moriebatur), ea nec pauca fuerunt, nec brevi oratione comprehendi possunt'.

V. 1565. ὄλωλε γὰρ δύστηνος;] Vide quae ad Philoct. 331 adnotata sunt.

V. 1566. τὸν ἀεὶ βίοτον] Incredibile est ita Sophoclem scripsisse. Meinekius corrigendum putavit ἐκεῖνον ἄρτι βίοτον.

V. 1567. ἆρα — τύχῃ] Sc. ὄλωλεν. Est autem θεία τύχη 'mortis genus divinitus missum'. Cfr. ad Philoct. 191. — ἄπονος, 'doloribus vacans'. Cfr. supra v. 1561.

V. 1569 sq. Schol. ὡς μὲν γὰρ ἐνθένδ'· ὑπέρβατον· ὡς μὲν γὰρ ἐνθένδε εἷρπεν, ὑφηγητῆρος οὐδενὸς φίλων, ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν πᾶσιν ἐξηγούμενος, καὶ σὺ παρὼν οἶδας. De genetivis absolutis ὑφ. οὐδ. vide O. R. 1260 et Matth. § 563 not.

V. 1571. Schol. ἐξηγούμενος· προηγούμενος. Sic v. 1505 et v. 98 ἐξήγαγε.

V. 1572 sq. τὸν καταρράκτην ὁδὸν — ἐρριζωμένον] De sensu horum verborum vide quae de scena fab. § 5 adnotata sunt. De καταρράκτης adiectivi loco posito confert Reisigius Eur. Bacch. 113 νάρθηκας ὑβριστάς. Postremo cum verbis γῆθεν ἐρριζωμένον apte comparat Doederl. Hom. Od. XIII 162 ὅς μιν (navem) λᾶαν ἔθηκε καὶ ἐρρίζωσεν ἔνερθε.

V. 1575 sq. Schol. κοίλου πέλας κρατῆρος· τοῦ μυχοῦ· τὰ γὰρ κοῖλα οὕτως ἐκάλουν ἐκ μεταφορᾶς· ὅθεν καὶ τὰ ἐν τῇ Αἴτνῃ κοιλώματα κρατῆρες καλοῦνται. λέγει δέ, δι' οὗ καταβῆναί φασι τὴν Κόρην ἁρπαγεῖσαν. Πειρίθου τέ, φησι, κεῖται ξυνθήματα, οἷον ὑπομνήματα τῆς πίστεως, ἧς ἔθεντο πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς εἰς Ἅιδου καταβάσεως· ἀμάρτυρον δέ, εἰ διὰ τούτου τοῦ τόπου κατῆλθον (εἰς Ἅιδην Θησεὺς καὶ Πειρίθους)· πιθανῶς δὲ ὁ Σοφοκλῆς πρὸς χάριν τῆς Ἀττικῆς φησιν ἐνταῦθα τὴν εἰς Ἅιδου κατάβασιν Οἰδίποδος γενέσθαι. — De cratere illo, ubi Pirithous atque Theseus amicitiam perpetuam iunxerunt, loquitur sine dubio Pausan. I 18, 4. Illorum autem par amicorum Homerico versu illustratum in Odyss. λ 631, quo utitur Pausan. X 29, 10, iique denique in Orcum descenderunt una, de qua re varia fama exstitit. Cfr. Heynii Obss. ad Apollod. p. 177 sq. REIS.

V. 1576. Mira locutio κεῖται ξυνθήματα de loco qui a foedere

ἀφ᾽ οὗ μέσος στὰς τοῦ τε Θορικίου πέτρου,
κοίλης τ᾽ ἀχέρδου κἀπὸ λαΐνου τάφου,
καθέζετ᾽· εἶτ᾽ ἔλυσε δυσπινεῖς στολάς.
κἄπειτ᾽ ἀΰσας παῖδας ἠνώγει ῥυτῶν
ὑδάτων ἐνεγκεῖν λουτρὰ καὶ χοάς ποθεν·
τὼ δ᾽ εὐχλόου Δήμητρος ἐς προσόψιον
πάγον μολοῦσαι τάσδ᾽ ἐπιστολὰς πατρὶ

illo nomen accepit. Consuetudo dicendi hanc commendat mutationem verborum: Περίθῳ καλεῖται. Cfr. O. R. 1451 ἔνθα κλῄζεται οὑμὸς Κιθαιρών, Trach. 638 ἔνθ᾽ Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες κλέονται, Eur. Hipp. 121 Ὠκεανοῦ τις ὕδωρ στάζουσα πέτρα λέγεται . . ὅθι κτέ., Or. 331 ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοί, Hom. Il. XI 757 Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη κέκληται. De verbis τὰ Θησέως Περίθῳ ξυνθήματα cfr. Ant. 865 κοιμήματα — ἀμῷ πατρὶ δυσμόρου ματρός, Trach. 668 τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων.

V. 1577. ἀφ᾽ οὗ μέσος στὰς etc.] Quattuor hic indicantur loca, quorum in medio substiterit Oedipus et desederit, κοῖλος κρατήρ, πέτρος Θορίκιος, κοίλη ἄχερδος, λάϊνος τάφος. BRUNCK. Schol. τοῦ τε Θορικίου πέτρου· ταῦτα γνώριμα τοῖς ἐγχωρίοις. Θόρικος δὲ δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Recte negat Hermannus Thoricium saxum existimari posse ad pagum Thoricum tribus Acamantidis, qui erat prope Sunium, pertinuisse. Intersitus enim inter pagum illum et Colonum Hymettus erat. Schneidewinus coniecit τρικορύφου πέτρου ex vaticinio quod schol. ad v. 57 commemorat: Βοιωτοὶ δ᾽ ἵπποισι ποτιστείχουσι Κολωνόν, ἔνθα λίθος τρικάρανος ἔχει καὶ χάλκεος οὐδός. — Pro ἀφ᾽ οὗ in libris legitur ἐφ᾽ οὗ, quod correxit Brunckius.

V. 1578. κοίλης τ᾽ ἀχέρδου etc.] Ἄχερδος, quae est pirus silvestris, antiqua arbor videtur fuisse, sive illa superstes adhuc, cum hanc fabulam scriberet Sophocles, sive fama celebrata. Et cum pagus fuerit nomine Ἀχερδοῦς, non incredibile est ei a tali aliqua arbore, quae casu quodam memorabilis fuerit, nomen illud esse inditum. HERM. Schol. κοίλης δὲ ἀχέρδου, τῆς τὸν πυθμένα ἐχούσης ὑπόκενον, σαπέντα.

Ibid. κἀπὸ λαΐνου] Vide an legendum καὐτολαΐνου. Spelunca scil. nativa, ubi sepultus erat heros aliquis. DOBRAEUS.

V. 1579. εἶτ᾽ ἔλυσε δυσπινεῖς στολάς] Exuit vestes sordidas, aliasque mox induitur v. 1585, tanquam sacrum dis facturus. Ita enim veteres sollemniter. Unde et paria tradit de Alcestide Euripides fabulae cognominis v. 160 sq., ubi plura contulimus. MUSGR.

V. 1581. λουτρὰ καὶ χοάς ποθεν] λουτρὰ ad corpus ante sepulturam lavandum. Vide Eur. Hec. 611, χοὰς ad manes placandos. Vide Eur. Iph. T. 160 sq. MUSGR. Adde Eur. Alc. 159 sq.

V. 1582. τὼ δ᾽ εὐχλόου Δήμητρος] Locum ipsum, qui hic describitur, aliunde non magis novimus quam qui in praecedentibus verbis designantur. Neque enim de templo longius dissito Cereris Χλόης, quod prope arcem Athenarum fuit, cogitari potest; qui scholiastae error est, nominum εὔχλοος et Χλόη similitudine decepti. DINDORF.

V. 1583. Pro πάγον L. Stephanius πηγὴν proposuit. Pro μολοῦσαι Dindorfius μολόντε, pro πεσοῦσαι κλαῖον v. 1590 πεσόντ᾽ ἔκλαον scripsit. Vide ad v. 1658. Schol. ἐπιστολάς· ἐντολάς, πράξεις. Cfr. Stanleius ad Aesch. Prom. 4. Est autem τάσδ᾽ ἐπιστ. πατρὶ ἐπόρευσαν hoc fere sensu

ταχεῖ ἐπόρευσαν ξὺν χρόνῳ, λουτροῖς τέ νιν
ἐσθῆτί τ' ἐξήσκησαν, ᾗ νομίζεται.
ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρῶντος ἡδονήν,
κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν ὧν ἐφίετο,
κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος, αἱ δὲ παρθένοι
ῥίγησαν, ὡς ἤκουσαν· ἐς δὲ γούνατα
πατρὸς πεσοῦσαι ἔκλαιον, οὐδ' ἀνίεσαν
στέρνων ἀραγμούς, οὐδὲ παμμήκεις γόους.
ὃ δ' ὡς ἀκούει φθόγγον ἐξαίφνης πικρόν,
πτύξας ἐπ' αὐταῖς χεῖρας εἶπεν· ὦ τέκνα,
οὐκ ἔστ' ἔθ' ὑμῖν τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ πατήρ.

dictum: 'res mandatas patri attulerunt'.

V. 1584. ταχεῖ — ξὺν χρόνῳ] Similiter dictum atque supra v. 1210 αἱ μακραὶ ἁμέραι. Cfr. etiam Trach. 395 σὺν χρόνῳ βραδεῖ μολών, supra v. 1341 βραχεῖ σὺν ὄγκῳ καὶ χρόνῳ.

V. 1585. Schol. ᾗ νομίζεται· ὡς νομίζεται ἐπὶ τοῖς νεκροῖς. De ἐξήσκησαν confert Neuius El. 452, 1217. Wesseling. ad Herod. II 130, Blomf. ad Aesch. Pers. gloss. 187.

V. 1586. παντὸς εἶχε δρῶντος] Πᾶν δρῶν idem est ac πᾶσα ὑπηρέτησις. Vide ad Trach. 193. HERM. Cfr. Krueg. I § 43, 4, 28. Meklerus proposuit ἐπεὶ δὲ πάνθ' ὅσ' εἶπ' ἔδρων πρὸς ἡδονήν, Tournierius ὡς δ' εἶχε παντὸς τοῦ δέοντος ἡδονήν.

V. 1587. κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν] Ἀργόν, 'infectum'. Theognis 583 ἀλλὰ τὰ μὲν προβέβηκεν ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι ἀργά. SCHAEF.

V. 1588. Schol. Ζεὺς χθόνιος· πάνυ σεμνῶς τὸ χθόνιος. Οἷον μύκημα ἐγένετο, καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ, προδηλοῦντος τοῦ θεοῦ τὸν καιρόν, ἐν ᾧ ἔδει ἀποτάττεσθαι τὸν Οἰδίποδα. De fulmine subterraneo vide citata ad Eur. Hipp. 1216. Plutonem nigrum Iovem vocat Seneca Herc. Oet. 1703. Hesiod. Op. et D. 465 εὔχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ, ubi vide Graevium. MUSGR. Cfr. C. Fr. Hermanni Quaest. Oedip. p. 80 cum nota. Omissi in initio trimetri augmenti syllabici exempla in hac nuntii narratione praeter hoc κτύπησε haec habemus: ῥίγησαν 1607, θώϋξεν 1624. Vide Matth. § 160 not.

V. 1589. ῥίγησαν] Dicere potuit ἔφριξαν vel potius ἔδεισαν, ὡς ἤκουσαν. Sed Ὁμηρικῷ ζήλῳ intulit ῥίγησαν, quod verbum saepius apud Atticos non legitur. Homericum ἔρριγα, 'horreo' cum communi ῥιγῶ, 'frigeo', male confundunt grammatici. Huius aoristus est ἐρρίγωσα, unde ἐνερρίγωσα Aristoph. Plut. 847. ELMSL.

V. 1590. Schol. οὐδ' ἀνίεσαν· οὐδ' ἀνέπαυον.

V. 1591. παμμήκεις γόους] Intellegendi gemitus sunt 'voce elata' editi. Cfr. v. 485 μηκύνων βοήν.

V. 1592. ὡς ἀκούει — ἐξαίφνης] Brunckius vertit: 'ut — derepente audiit'; recte si graecismum imitari voluit Plautino more. Nam ἐξαίφνης, sensum si spectes, ad verba πτύξας εἶπεν pertinet; arctius illa iungenda, ut significent 'simulac', velut ἐπεὶ τάχιστα, de quo Blomf. ad Aesch. Prom. gloss. 207, Herm. ad Vig. 852. DOED.

V. 1593. Schol. πτύξας· περιπλέξας. Significat 'manibus super eas complicatis', non 'brachiis amplexus'.

ὄλωλε γὰρ δὴ πάντα τἀμά, κοὐκ ἔτι
τὴν δυσπόνητον ἕξετ' ἀμφ' ἐμοὶ τροφήν,
σκληρὰν μέν, οἶδα, παῖδες· ἀλλ' ἓν γὰρ μόνον
τὰ πάντα λύει ταῦτ' ἔπος μοχθήματα.
τὸ γὰρ φιλεῖν οὐκ ἔστιν ἐξ ὅτου πλέον
ἢ τοῦδε τἀνδρὸς ἔσχεθ', οὗ τητώμεναι
τὸ λοιπὸν ἤδη τὸν βίον διάξετον.
τοιαῦτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀμφικείμενοι
λύγδην ἔκλαιον πάντες. ὡς δὲ πρὸς τέλος
γόων ἀφίκοντ', οὐδ' ἔτ' ὠρώρει βοή,
ἦν μὲν σιωπή· φθέγμα δ' ἐξαίφνης τινὸς
θώυξεν αὐτόν, ὥστε πάντας ὀρθίας
στῆσαι φόβῳ δείσαντας ἐξαίφνης τρίχας.
καλεῖ γὰρ αὐτὸν πολλὰ πολλαχῇ θεός·
ὦ οὗτος, οὗτος, Οἰδίπους, τί μέλλομεν

V. 1595 sq. *κοὐκ ἔτι — τροφήν*] Schol. *τροφήν· γηροκομίαν.* Cfr. Electr. 1144 *οἴμοι τάλαινα τῆς ἐμῆς πάλαι τροφῆς ἀνωφελήτου, τὴν ἐγὼ θάμ' ἀμφὶ σοὶ πόνῳ γλυκεῖ παρέσχον.*

V. 1599. *τὸ γὰρ φιλεῖν* etc.] Schol. *οὐδεὶς πλέον μου ὑμᾶς ἐφίλησεν.*

V. 1601. *ἤδη τὸν βίον* cum Elmsleio scripsi pro *ἤδη βίοτον.*

V. 1602 sq. *τοιαῦτ' — λύγδην ἔκλαιον πάντες*] Hoc dicit: 'talia Oedipi verba fuerunt, quae omnes (tres) inter se amplexi lacrimis et singultu prosecuti sunt'.

V. 1606. Schol. *θώϋξεν· ἐκάλεσεν, ἐβόησεν.* Porsonus proposuit *θεῶν ἐθώυξ', ὥστε κτἑ.* speciose.

V. 2 sq. **ἆρ' οἶσθ', ὅτι — τελεῖ**] 'Nostin Iovem malorum, quae ab Oedipo oriuntur, nihil viventibus nobis non perficere?' Nam **ὁποῖον οὐχὶ τῶν κακῶν τελεῖ**, pro quo levi cum discrimine **τί οὐχὶ τ. κ. τελεῖ** dici potuit, Sophocles, quo vividior exsisteret oratio, pro **οὐδὲν τῶν κακῶν οὐ τελεῖ**, sive **πάντα τὰ κακὰ τελεῖ** posuit. Simillime dictum est Oed. R. 1401 sq.: **ἆρά μου μέμνησθ', ὅτι οἷ' ἔργα δράσας ὑμὶν εἶτα δεῦρ' ἰὼν ὁποῖ' ἔπρασσον αὖθις**; ubi item maluit poeta interrogatione usus dicere **οἷα ἔργα**, quam affirmative loqui atque id ponere, quod in mente habebat: **κάκιστα ἔργα**. Nam hoc dicit,

ὁποῖον οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;
οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινὸν οὔτ' ἄτης ἄτερ
οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμον ἔσθ', ὁποῖον οὐ
τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.

ἆρα μέμνησθε, ὅτι ἐγὼ κάκιστα ἔργα ὑμῖν ἔδρασα etc. [Si Sophocles pro τί οὐχί vel ποῖον οὐχί scripsit ὁποῖον οὐχί, iudicemus oportet, cum orationis vis magis esset intendenda, ultro obversatum esse ἆρ' οἶσθα atque effecisse, ut neglecta coniunctione ὅτι vellet ἆρ' οἶσθα ὁποῖον οὐχὶ τελεῖ. Alii id quod vulgo scribitur ὅ τι ita interpretantur, ut dicant ὁποῖον excipere ὅτι sensus magis exprimendi causa: 'quodnam — cuius generis malum'. Quod autem alii verba coniungunt hoc modo: ἆρ' οἶσθα ὅ τι τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν (ἐστιν), ὁποῖον οὐχὶ Ζεὺς τελεῖ, id magis grammatico callido quam eleganti poetae convenerit. Corruptelae vestigium apparet nullum.]

V. 2. τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν] Non ea tantum intellegenda mala sunt, quae Oedipus filiis imprecatus erat (vide Oed. C. 1370 sqq.), sed illa etiam, quae huius fab. 49 sqq. commemorantur.

V. 3. νῷν ἔτι ζώσαιν] Genetivos hos esse, non dativos, quos putavit scholiasta, Schaefer. aliique monuerunt. Comparat Seidlerus Trach. 305 ὦ Ζεῦ τροπαῖε, μήποτ' εἰσίδοιμί σε πρὸς τοὐμὸν οὕτω σπέρμα χωρήσαντά ποι, μηδ', εἴ τι δράσεις, τῆσδέ γε ζώσης ἔτι.

V. 4 sqq. οὐδὲν γὰρ — ἐγὼ κακῶν] 'Nihil enim aut miserum aut calamitosum, aut ignominiosum aut turpe est, quod ego in tuis et meis malis non viderim.' Et miseria et calamitate et ignominia et turpitudine affectas se esse ait malis illis, quae adhuc perpessae sint, expositis v. 49 sqq. et O. R. 1284 sqq. De acerbo enim Creontis edicto v. 7 demum dicere incipit. Pro ἄτης ἄτερ sententiam flagitare contrarium ἄτης μέτα, iam Didymus vidit (schol. Δίδυμός φησιν, ὅτι ἐν τούτοις τὸ ἄτης ἄτερ ἐναντίως συντέτακται τοῖς συμφραζομένοις· λέγει γὰρ οὕτως· οὐδὲν γάρ ἐστιν οὔτε ἀλγεινὸν οὔτε ἀτηρὸν οὔτε αἰσχρὸν ὃ οὐκ' ἔχομεν ἡμεῖς· ἄτης ἄτερ δέ ἐστι τὸ ἀγαθόν). Nec videtur fieri posse quin Didymi sententia acquiescamus atque comprobemus eam interpretationem quam T. W. Ullrichius (Ueber die religiöse u. sittliche Bedeutung der Antigone etc. Hamburg 1853 p. 58 sqq.) proposuit sic existimans, οὐδὲν ἄτης ἄτερ idem esse atque οὐδὲν μετέχον ἄτης i. e. consuetudine negationes cumulandi factum esse, ut temere pro positivo μέτα negativum ἄτερ inferretur. Nam quae in emendationem loci contulerunt viri docti: ἄγης ἄτερ Coraius, ἄτης γέμον Hermannus, ἄκους ἄτερ Astius, ἀτήσιμον Dindorfius, alia alii, eorum nihil fidem facit neque corruptelae vestigium apparet. Ea autem interpretatio, quam Boeckhius eumque secutus M. Seyffertus protulit: 'nihil enim neque acerbi neque, omissa calamitate („des frevelhaften Unheils nicht zu gedenken") aut turpis aut ignominiosi est', probari posset, si scriptum legeremus: οὐδὲν γὰρ οὔδ' ἀλγεινὸν οὔδ' — ἄτης ἄτερ — οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμον ἔσθ', ὁποῖον κτἑ. Cfr. εἰσβολὴν Euripidis Orestis: οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος οὐδὲ πάθος οὐδὲ συμφορὰ θεήλατος, ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

V. 5 sq. ὁποῖον οὐ — οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν] Repetitae negationis exempla haec attulerunt interpretes: Aesch. Agam. 1634 ὃς οὐκ, ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον, δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως. Soph. Trach. 1014 καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἐπιτρέψει. Cfr. Boeckh. nott. critt. Pind. Pyth. III extr. et Reisig.

καὶ νῦν τί τοῦτ' αὖ φασι πανδήμῳ πόλει
κήρυγμα θεῖναι τὸν στρατηγὸν ἀρτίως;
ἔχεις τι κεἰσήκουσας; ἤ σε λανθάνει
πρὸς τοὺς φίλους στείχοντα τῶν ἐχθρῶν κακά;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἐμοὶ μὲν οὐδεὶς μῦθος, Ἀντιγόνη, φίλων
οὔθ' ἡδὺς οὔτ' ἀλγεινὸς ἵκετ', ἐξ ὅτου
δυοῖν ἀδελφοῖν ἐστερήθημεν δύο
μιᾷ θανόντων ἡμέρᾳ διπλῇ χερί·

Comm. critt. Oed. C. 350. — De genetivo κακῶν vid. Krueg. I § 47, 6, 11.

V. 7. Scholiasta: πανδήμῳ πόλει· πάσῃ τῇ πόλει. Sic 1141 et El. 982. Adde huius fab. 733 Θήβης τῆσδ' ὁμόπτολις λεώς. Ai. 844 πανδήμου στρατοῦ.

V. 8. τὸν στρατηγόν] Regem, i. e. Creontem. Vox enim στρατός, ut Latinorum 'exercitus', et 'populum' significat et 'milites', qui cives erant apud priscos. Cfr. Fischer. ad Aristoph. Plut. 192 et, quem laudat, van Dalen Dissert. ad marm. ant. V 3, quod caput est de strategis et scribis Graecis; item I. C. F. Baehr. ad Plutarch. Philopoem. 11. BOTH. Cfr. Trachin. 795.

V. 9. ἔχεις] 'Cognitum habes, nosti'. Ita nonnunquam ἔχειν usurpatur. Cfr. Trach. 318 ibique scholiastam. Phil. 560. 789. Eur. Or. 1120 ἔχω τοσοῦτον, τἀπίλοιπα δ' οὐκ ἔχω, ad quem locum Scholiasta: νοῶ ὅσον λέγεις, τὰ λοιπὰ δὲ οὐ νοῶ. Hipp. 1436 ἔχεις γὰρ μοῖραν, ᾗ διεφθάρης. Alc. 51 ἔχω λόγον δὴ καὶ προθυμίαν σέθεν. Eodem modo Latini 'habere' usurpant. Vide exempla plura allata a me ad Cic. or. Planc. XXIII 55 p. 152.

V. 9 sq. ἤ σε λανθάνει — κακά] Sensus hic est: 'an te latet ad amicos nostros pervenire mala istiusmodi, qualia hostes nostri perpetiuntur?' i. e. an te latet, id quod hostibus nostris, qui occisi sunt, accidit, ut non sepeliantur, sed insepulti feris obiciantur, eam iniuriam Polynici, fratri nostro, inferri? Alii τῶν ἐχθρῶν κακὰ explicant 'mala, quae ab inimicis parantur' vel potius 'mala quae ab eis parantur qui his ipsis malis inimicitias exercent' i. e. iniqua contra Polynicem consilia Creontis. De numero plurali τοὺς φίλους vide ad O. R. 366.

V. 11. ἐμοὶ μέν ut v. 498, 628, 681, 1336, El. 552, O. C. 44. Cfr. Krueg. I § 69, 35, 2. — μῦθος φίλων, 'verbum de amicis'. Sic Ai. 222 ἀνέρος αἴθοπος ἀγγελίαν. Vide Krueg. I et II § 47, 7, 6.

V. 13. δυοῖν — δύο] Amat ita loqui Sophocles. Confer huius fab. 73. 142. 1266. Ai. 267 κοινὸς ἐν κοινοῖσι. 467 μόνος μόνοις. 620 ἄφιλα παρ' ἀφίλοις. 1283 μόνος μόνον. O. C. 184 ξεῖνος ἐπὶ ξένης. Phil. 135 ἐν ξένᾳ ξένον. Trach. v. 613 καινῷ καινὸν ἐν πεπλώματι.

V. 14. Schol.: διπλῇ χερί· τῇ ὑπ' ἀλλήλων· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ διπλῇ, οἷον ὑπ' ἀλλήλων ἀναιρεθέντων τῶν ἀδελφῶν. At neque alibi unquam διπλοῦν significat mutuum, neque, si significaret, ea notione hoc loco usurpatum concederem, in quo ex iis verbis, quae opposita sunt, μιᾷ ἡμέρᾳ, manifesto apparet de numero διπλοῦν dictum esse et duplex sive geminum significare. Cfr. v. 55 τρίτον δ' ἀδελφὼ δύο μίαν καθ' ἡμέραν etc. et 170 ὅτ' οὖν ἐκεῖνοι πρὸς διπλῆς μοίρας μίαν καθ' ἡμέραν ὤλοντο. Vide etiam Valck. ad Eur. Hipp. 1403. Itaque hic est huius versus sensus: 'ita ut uno die gemina caedes fieret'.

ἐπεὶ δὲ φρουδός ἐστιν Ἀργείων στρατὸς
ἐν νυκτὶ τῇ νῦν, οὐδὲν οἶδ' ὑπέρτερον
οὔτ' εὐτυχοῦσα μᾶλλον οὔτ' ἀτωμένη.
ΑΝ. ᾔδη καλῶς, καί σ' ἐκτὸς αὐλείων πυλῶν
τοῦδ' εἵνεκ' ἐξέπεμπον, ὡς μόνη κλύοις.
ΙΣ. τί δ' ἔστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος.
ΑΝ. οὐ γὰρ τάφου νῷν τὼ κασιγνήτω Κρέων
τὸν μὲν προτίσας, τὸν δ' ἀτιμάσας ἔχει;
Ἐτεοκλέα μέν, ὡς λέγουσι, σὺν δίκῃ
χρησθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ κατὰ χθονὸς

V. 15. Schol.: ἐπεί· ἀντί τοῦ ἀφ' οὗ. Cfr. Porson. ad Eur. Med. 138 et Blomf. ad Aesch. Agam. gl. 39.

V. 16. ἐν νυκτὶ τῇ νῦν] Dicta haec primo mane post eam noctem, qua discesserant Argivi. Cfr. 100 sqq. et 253.

V. 16 sq. Schol.: ὑπέρτερον· ἀντὶ τοῦ πλέον. Recte Hermannus: 'nihil amplius novi, nec feliciorem me factam esse neque infeliciorem'. [Rectius videtur explicari ὑπέρτερον ex sententia οὐδὲν οἶδ' ὑπέρτερον πάσχουσα ('nihil memini me perpeti quod illud excedat') atque existimari, cum pro πάσχουσα inferatur οὔτ' εὐτυχοῦσα οὔτε ἀτωμένη, illud ὑπέρτερον redintegrari addito μᾶλλον.]

V. 18. ᾔδη καλῶς] Facile apparet intellegendum esse: nihil te audivisse.

V. 19. τοῦδ' εἵνεκ' ἐξέπεμπον recte explicat scholiasta ἀντὶ τοῦ 'διὰ τοῦτό σε ἤγαγον ἐνταῦθα'. Minus commoda est alia scholii explicatio: τὸ δὲ ἐξέπεμπον ἀντὶ τοῦ 'μετεπεμπόμην'. Nam usus antiquae scaenae exigit, ut ambae virgines, quibus non adsunt ancillae, una prodeant, atque adiecta verba ὡς μόνη κλύοις consilium significant causam cur una prodeant explicandi.

V. 20. δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος] Hoc dici puta: 'patet enim perturbari te eo, quod mihi dictura es'. Sed illud insolens est, quod dictum καλχαίνειν ἔπος τι, cuius simile exemplum non exstat. Videtur autem accusativus aptus esse ex notione agitandi sive volvendi, quae in verbo καλχαίνειν inclusa tenetur; nec dubium est, quin poetae observatum sit Homericum illud πολλὰ δέ οἱ κραδίη πόρφυρε.

V. 21. τάφου νῷν] Verba προτίσας et ἀτιμάσας cum hoc sensu dicta sint, ἀξιώσας et οὐκ ἀξιώσας, facile intellegitur, genetivum τάφου ex utriusque verbi notione aptum esse ita, ut tamen, id quod totius loci sententia docet, ad posterius potissimum verbum referendus sit. Tum νῷν dativum esse secundum Reisigium ad O. C. p. 359 monuit Wexius.

V. 24. Tribus incommodis hic locus laborat. Nunquam enim aut χρησθεὶς pro χρησάμενος usurpatum aut χρῆσθαι σὺν τινι dictum aut substantivum δίκῃ cum adiectivo δίκαιος coniunctum est. Haec autem, quae singula corruptelae suspicionem certissimam alibi moverent, tu coniuncta hic feras et a Sophocle admissa credas? Quid autem, si non corrigendus, sed eiciendus hic versus est, ut ab interprete additus? Certe omisso eo nihil desiderabis, cum ad verbum ἔκρυψε, id quod quis addendum putarit, nomen τάφῳ aut simile quid vel ex antecedentibus facillime adsumi possit. Quanquam ne opus quidem, ut adsumatur quicquam, cum infra etiam v. 285 solum verbum κρύπτειν de eadem re usurpatum sit. [De eis quibus hunc locum tentaverunt

ἔκρυψε, τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον νεκροῖς·
τὸν δ' ἀθλίως θανόντα Πολυνείκους νέκυν
ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ
τάφῳ καλύψαι, μηδὲ κωκῦσαί τινα,
ἐᾶν δ' ἄκλαυτον ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν
θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.
τοιαῦτά φασι τὸν ἀγαθὸν Κρέοντά σοι
κἀμοί, λέγω γὰρ κἀμέ, κηρύξαντ' ἔχειν,
καὶ δεῦρο νεῖσθαι ταῦτα τοῖσι μὴ εἰδόσιν
σαφῆ προκηρύξοντα, καὶ τὸ πρᾶγμ' ἄγειν
οὐχ ὡς παρ' οὐδέν, ἀλλ' ὃς ἂν τούτων τι δρᾷ,

unum memorabile videtur quod F. Gu. Schmidtius suspicatus est χρησθεὶς mutandum esse in χρηστοῖς, ut verbis σὺν δίκῃ χρηστοῖς δικαίᾳ ius definiatur defensoribus, non proditoribus patriae iustum atque iam id discrimen significetur quod disertius infra v. 194 sqq. Creon statuit. Ita ὡς λέγουσι parum apte de sepultura dictum, cui se ipsam Antigona v. 900 sq. profitetur operam dedisse, pertinet ad illam iuris disceptationem.]

V. 25. τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον νεκροῖς] Veteres, si quis aut inhumatus iaceret aut non rite post mortem coleretur, contemptui inter mortuos habitum credebant. Hinc Electra apud Aesch. Choeph. 484 παρ' εὐδείπνοις ἔσῃ ἄτιμος. Clytaemnestra quoque Eumen. 97 ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἀπόλλυται. MUSG. Cfr. Verg. Aen. VI, 325 sqq. Praecipue ἔντιμος de iis dicitur qui in coetum aliquem cum honore recipiuntur, ut ἄτιμος de iis qui eiciuntur (ἄτιμον ἐκβάλλειν). Cfr. Il. 23, 71 θάπτε με ὅττι τάχιστα, πύλας Ἀίδαο περήσω. τῆλέ με εἴργουσι ψυχαί, εἴδωλα καμόντων, οὐδέ με πω μίσγεσθαι ὑπὲρ ποταμοῖο ἐῶσιν. Ceterum per prolepsin dicta haec verba sunt, de qua vide Matth. § 446 not. 2. Krueg. § 57, 4.

V. 26. Schol.: Πολυνείκους νέκυν' ἀντὶ τοῦ αὐτὸν τὸν Πολυνείκη. De locutione τὸν θανόντα νέκυν satis est comparasse Homericam νέκυς τεθνηώς et νέκυς κατατεθνηώς. Sic infra v. 467. 515.

V. 27. ἐκκεκηρῦχθαι] Et hic et v. 203 et O. C. 430 verbum ἐκκηρύσσειν pro simplici κηρύσσειν positum est. De articulo τὸ cum infinitivo καλύψαι coniuncto v. Krueg. II § 50, 6, 6.

V. 30. Brunckius ex viri cuiusdam docti coniectura εἰσορμῶσι scripsit. Sed εἰσορῶσι rem magis acerbam atque indignam efficit. Nam vultures animo obversantur in corpore stantes et cadaver ut pabuli dulcis copiam (γλυκὺν θησαυρόν) cum voluptate intuentes. Praeterea coniungenda οἰωνοῖς πρὸς χάριν βορᾶς, in quibus πρὸς χάριν βορᾶς non est, ut Brunckius interpretatur, βορᾶς ἕνεκα, sed χαριζόμενον βοράν, 'cibum volucribus gratificantem'.

V. 31. Schol.: ἀγαθόν· ἐν εἰρωνείᾳ.

V. 32. λέγω γὰρ κἀμέ] Recte monet Erfurdtius hoc dicere Antigonam: 'parum me norat Creon, qui me quoque facere iuberet, quae cum pietate in fratrem pugnant'.

V. 33. Schol.: νεῖσθαι· ἀντὶ τοῦ πορεύεσθαι.

V. 34. σαφῆ invidiose dictum 'ut accurate sciant'. — ἄγειν recte scholiasta interpretatur ἡγεῖσθαι. Sic Eurip. Bacch. 1036 Θήβας δ' ἀνάνδρους ὧδ' ἄγεις;

V. 35. Schol.: οὐχ ὡς παρ' οὐδέν· οὐχ ὡς ἔτυχεν ἔχειν τὸ πρᾶγμα, ἀντὶ τοῦ οὐκ εὐτελῶς καὶ ὡς πάρεργον, ἀλλ' ὡς μέγα.

φόνον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει.
οὕτως ἔχει σοι ταῦτα, καὶ δείξεις τάχα,
εἴτ' εὐγενὴς πέφυκας, εἴτ' ἐσθλῶν κακή.
*ΙΣ.* τί δ', ὦ ταλαῖφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ
λύουσ' ἂν ἢ 'φάπτουσα προσθείμην πλέον;
*ΑΝ.* εἰ ξυμπονήσεις καὶ ξυνεργάσει, σκόπει.
*ΙΣ.* ποῖόν τι κινδύνευμα; ποῖ γνώμης ποτ' εἶ;
*ΑΝ.* εἰ τὸν νεκρὸν ξὺν τῇδε κουφιεῖς χερί.
*ΙΣ.* ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ' ἀπόρρητον πόλει;

De locutione *παρ' οὐδὲν ἄγειν* sive *ἡγεῖσθαι* monitum iam ad O. R. 954.

V. 36. *φόνον προκεῖσθαι* etc.] Omissum *τούτῳ*. Vide quae ad Philoct. 137—139 adnotavi. De locutione *δημόλευστον φόνον* cfr. Aesch. Spt. c. Th. 199 *λευστῆρα δήμου δ' οὔτι μὴ φύγῃ μόρον*, ibique Blomf. in glossario. Adde Trach. 357 *ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος*. De hoc poenae genere vide ad O. C. 431.

V. 37. *οὕτως ἔχει σοι ταῦτα*] Sic El. 761 *τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστίν.*

V. 38. *εἴτ' ἐσθλῶν κακή*] I. e. *εἴτ' ἐσθλῶν πεφυκυῖα κακὴ εἶ.* De genetivo vide Krueg. I § 47, 6,5. De *εἴτε — εἴτε* ib. § 65, 1, 11.

V. 39. *τί δ', ὦ ταλαῖφρον* etc.] Musgravius cum poetam pro verbis *λύουσ' ἂν ἢ 'φάπτουσα* scripsisse *λέγουσ' ἂν ἢ πράττουσα* suspicatus est, etsi coniecit quod nemo unquam probavit, tamen, quid fere dici hic a poeta debuerit, optime mihi videtur perspexisse. Verum eum ipsum fere sensum, quem ille restitutum ivit, in vulgata scriptura iam inesse acute ostendit Boeckhius. Is enim hoc primum verissime mihi videtur monuisse, *λύουσα ἢ ἐφάπτουσα* locutionem proverbialem esse, in qua *λύειν* fere significet 'interponendo sese difficultates alicuins rei solvere', *ἐφάπτειν* autem 'conficere aliquid', sive 'rei alicuius agendae socium esse', apte comparata locutione proverbiali *κάθαμμα λύειν,* coll. Eur. Hippol. 671, Zenob. IV 46, Hesychio, Suida et adscripto Ai. 1317 *εἰ μὴ ξυνάψων, ἀλλὰ συλλύσων πάρει.* Similiter opposita sibi sunt *συνάπτειν* et *λύειν* apud Plutarch. Alcib. c. 14. Adde huius fab. 1112 cum nota. Deinde idem vere statuit coniungenda verba esse *τί πλέον προσθείμην,* valereque *πλέον τι τίθεσθαι* aliquid utilitatis sibi parare, similiter atque *πλέον ποιῶ, πλέον ἐργάζομαι* et alia dicantur, de quibus vide Valck. ad Eur. Hipp. 284 et in Diatr. Eur. c. XIV p. 150. Adde huius fab. v. 268. Postremo de verbis *ἐν τούτοις* vide O. R. 892. Recte scholiasta: *εἰ τάδ' ἐν τούτοις· εἰ ταῦτα Κρέων ἐκέλευσεν.* [Rectius ei videntur iudicare, qui proverbiali locutioni *λύουσα ἢ ἐφάπτουσα* vim magis universam tribuunt atque nihil hic nisi contrariam agendi rationem effingi putant, ut omnibus opitulandi rationibus sese destitutam esse Ismena dicat.]

V. 42. *ποῖ γνώμης ποτ' εἶ*] Cfr. O. C. 170 *ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ;*

V. 43. *ξὺν τῇδε κουφιεῖς χερί*] Schaefero *χερὶ* abundanter positum esse, et *ξὺν τῇδε* mecum (coll. Melett. critt. p. 114) significare videtur. Hermannus cum Erfurdtio praestare putat *ξὺν τῇδε χερὶ* coniungere, coll. Eur. Hipp. 661 *σὺν πατρὸς μολὼν ποδί.* Tum *κουφίζειν νεκρὸν* a poetis eodem sensu dicitur, quo scriptores prosaici *ἀναιρεῖσθαι νεκρὸν* usurpant.

V. 44. *θάπτειν σφ' ἀπόρρητον πόλει*] Matthiaeus ad Eurip.

*ΑΝ.* τὸν γοῦν ἐμὸν καὶ τὸν σόν, ἢν σὺ μὴ θέλῃς.
*ΙΣ.* ὦ σχετλία, Κρέοντος ἀντειρηκότος;
*ΑΝ.* ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν μ' εἴργειν μέτα.
*ΙΣ.* οἴμοι, φρόνησον, ὦ κασιγνήτη, πατὴρ
ὡς νῷν ἀπεχθὴς δυσκλεής τ' ἀπώλετο,
πρὸς αὐτοφώρων ἀμπλακημάτων διπλᾶς
ὄψεις ἀράξας αὐτὸς αὐτουργῷ χερί·

Orest. 30 et Gr. Gr. § 564 *ἀπόρρητον* explicat, 'cum sit interdictum sive vetitum'. Scholiasta, quem probat Erfurdtius, pro genere masculino habet, adnotans: *τὸν ἀπηγορευμένον καὶ κεκωλυμένον ὑπὸ τῆς πόλεως τολμᾷς θάπτειν σύ;* Hanc in sententiam licet e. g. conferre Xenoph. hist. Gr. VII 1, 28 *ἔλεγεν ὅτι ἐξήκοι αὐτῷ ὁ χρόνος ὃς ἦν εἰρημένος παραμένειν*, Thuc. I 32 *αὐτὸν ηὗρεν ἐγγεγραμμένον κτείνειν*. Atque versus qui sequitur hanc interpretationem commendare videtur.

V. 45. *τὸν γοῦν — θέλῃς*] Tenendum est *τὸν ἐμὸν* et *τὸν σόν* pro substantivis esse, ita ut significent 'quem me, quem te convenit sepelire'. Hoc enim dicit Antigona: 'meo certe officio sepulturae satisfaciam, et tuo, si tu noles'; id est, 'ego certe Polynicem sepeliam, eoque facto et meum et, si tu sepelire nolueris, tuum officium exsequar'. Nam cum Ismena quaesivisset, *ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ' ἀπόρρητον πόλει*, 'num sepelire cogitas quem civitas sepeliri vetuit', eoque versu ostendisset, et quid non esset factura, facere recusaret, ad utrumque brevi et cur id, quod non esset factura, Antigona respondet ita, ut et sepulturam se quidem Polynicem dicat et facturam id propterea esse significet, quod suus sit, i. e. quod talis sit, quem sepelire se conveniat, sive quem sepelire a civitate vetari nequeat, uno verbo quod frater sit. Oppositum enim *τὸν ἐμὸν* verbis *ἀπόρρητον πόλει*. Pluribus sententiam suam statim post declarat, cum Ismenae interroganti, *ὦ σχ. — ἀντειρηκότος*, ita respondet, *ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν μ' εἴργειν μέτα*. Quo in loco quo sensu *τῶν ἐμῶν* positum (de numero plurali ad O. R. 361 diximus), eodem hic *τὸν ἐμὸν* accipiendum est. Addo El. 536: *ἀλλ' οὐ μετῆν αὐτοῖσι τήν γ' ἐμὴν κτανεῖν* et O. C. 830 *οὐχ ἅψομαι τοῦδ' ἀνδρός, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς*. [Scribo *τὸν γοῦν ἐμόν, καὶ τὸν σὸν ἢν σὺ μὴ θέλῃς* i. e. 'sepeliam fratrem quia meus est neque attinet ad civitatem, atque meo certe officio satisfaciam, si tu recusas ratione civitatis habita etiam tuo satisfacere'. Ita Antigona ab refutatione eius causae quae inest verbis *ἀπόρρητον πόλει* sensim ad reprehensionem Ismenae deflectit.] — Post hunc versum in libris additus hic reperitur *ἀδελφόν· οὐ γὰρ δὴ προδοῦσ' ἁλώσομαι*. Quem non esse a Sophocle scriptum, evidentissimis argumentis probasse mihi videor in Comment. de Schol. in Soph. tragg. auctoritate p. 19 sqq.

V. 50. Schol.: *πατὴρ ὡς νῷν ἀπεχθής· τὰς συμφορὰς σκόπησον τοῦ παντὸς γένους καὶ πῶς ὁ πατὴρ ἀκλεὴς ἀπώλετο· οὐ μόνον δὲ ἀκλεής, ἀλλὰ καὶ ἀπεχθὴς διὰ τὸν γενόμενον λοιμόν.*

V. 51. *αὐτόφωρα ἀμπλακήματα* interpretantur flagitia Oedipi ab ipso detecta. Verum cum *αὐτόφωρος* nusquam hanc vim habeat neque ratio qua in Oedipo Rege illa flagitia deteguntur ad hanc aliquot annis prius doctam fabulam attineat, videtur poeta attributo *αὐτόφωρα* idem fere significare quod Homerus Od. 11, 274 docet verbis *ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν* atque pestem Oedipi subito manifestam factam dicere. — Praepositio-

ἔπειτα μήτηρ καὶ γυνή, διπλοῦν ἔπος,
πλεκταῖσιν ἀρτάναισι λωβᾶται βίον·
τρίτον δ' ἀδελφὰ δύο μίαν καθ' ἡμέραν
αὐτοκτονοῦντε τὼ ταλαιπώρω μόρον
κοινὸν κατειργάσαντ' ἐπ' ἀλλήλοιν χεροῖν.
νῦν δ' αὖ μόνα δὴ νὼ λελειμμένα, σκόπει,
ὅσῳ κάκιστ' ὀλούμεθ', εἰ νόμου βίᾳ
ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν.
ἀλλ' ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μέν, γυναῖχ' ὅτι
ἔφυμεν ὡς πρὸς ἄνδρας οὐ μαχουμένα·
ἔπειτα δ', οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων
καὶ ταῦτ' ἀκούειν κἄτι τῶνδ' ἀλγίονα.
ἐγὼ μὲν οὖν αἰτοῦσα τοὺς ὑπὸ χθονὸς

nis πρὸς ita ut hic usurpatae aliquot exempla attulit Krueg. II § 68, 37, 7. Cfr. inprimis O. R. 1236 τέθνηκε .. πρὸς τίνος ποτ' αἰτίας;

V. 53. Schol.: διπλοῦν |ἔπος· διπλοῦν ὄνομα ἔχουσα, μήτηρ τε καὶ γυνή. Dicitur Iocasta contra naturam quasi bifaria mulier fuisse, quod eiusdem hominis et mater et uxor fuerit, nobis 'Mutter und Gattin in einer Person'. Διπλοῦν igitur significat, qoud alias separari soleat, in matre coniunctum fuisse.

V. 54. Schol.: ἀρτάναισι· ἀγχόναις. λωβᾶται· ἀφανίζει, ἀπόλλυσιν.

V. 56. αὐτοκτονοῦντε] Confert Neuius Aesch. Spt. c. Th. 681 θάνατος ὧδ' αὐτοκτόνος. ibid. 734 ἐπειδὰν αὐτοκτόνως αὐτοδάϊκτοι θάνωσι. 805 ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων.

V. 57. Non male Hermannus videtur correxisse ἐπαλλήλοιν χεροῖν. Conicere vero etiam possis ita scripsisse Sophoclem: τρίτον δ' ἀδελφὼ δύο μίαν καθ' ἡμέραν κοινὸν κατειργάσαντ' ἐπ' ἀλλήλοιν μόρον.

V. 59. νόμου βίᾳ] Lege invita. Vide ad O. C. v. 657.

V. 61. τοῦτο μέν] Respondet v. 63 ἔπειτα δέ pro solito τοῦτο δέ. Cfr. τοῦτο μὲν — τοῦτ' αὖθις infra 167, τοῦτο μὲν — τοῦτ' ἄλλο O. R. 605, τοῦτο μὲν — καὶ πάλιν Demosth. IX § 24. De sententia cfr. El. 997 γυνὴ μὲν οὐδ' ἀνὴρ ἔφυς, σθένεις δ' ἔλασσον τῶν ἐναντίων χερί.

V. 63. Pro ἔπειτα δ' οὕνεκ' scripsisse videtur poeta ἔπειθ' ὁθούνεκ', cum nulla causa sit cur iustum dicendi genus reliquerit. Eur. Cycl. 3 ἔπειτά γ' in ἔπειθ' ὅτ' ab Hermanno emendatum est.

V. 64. De infinitivo ἀκούειν ex ἀρχόμεσθα ἐκ κρεισσόνων apto cfr. Matth. gr. § 532. d, ubi exempla collata sunt non omnia illa quidem huic loco similia, aliquot tamen accommodata ut Aesch. Sept. c. Th. 15 ὑμᾶς δὲ χρὴ .. πόλει τ' ἀρήγειν καὶ θεῶν ἐγχωρίων βωμοῖσι, τιμὰς μὴ 'ξαλειφθῆναί ποτε. Cf. infra 1076 ληφθῆναι. Minus recte Fr. Iacobsius οὕνεκα interpretatur 'quoniam' et ad verba ἔπειτα δὲ .. ἀκούειν ex antecedentibus adsumit verbum χρή. — ταῦτα ἀκούειν: 'his sive huiusmodi imperiis obtemperare'. Cfr. v. 666 sq. et quam ibi adscripsimus sententiam, El. 340, et, quod similiter dictum, huius fab. v. 219: ἀπιστεῖν τάδε, 'huic edicto non obtemperare'. Adde quae ad Ai. 1243 et Trachin. 1228 adnotavimus.

V. 65. Schol.: τοὺς ὑπὸ χθονός· ἢ τὸν Πολυνείκη, ἢ τοὺς χθονίους δαίμονας· πιθανῶς δὲ καὶ τοῦ πρέποντος ἐφρόντισε· φησὶ γάρ, ὅτι ἀπολογήσομαι τοῖς κατὰ χθονός. Iacobsius

ξύγγνοιαν ἴσχειν, ὡς βιάζομαι τάδε,
τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι πείσομαι. τὸ γὰρ
περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα.
*AN.* οὔτ' ἂν κελεύσαιμ' οὔτ' ἄν, εἰ θέλοις ἔτι
πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα.
ἀλλ' ἴσθ' ὁποία σοι δοκεῖ· κεῖνον δ' ἐγὼ
θάψω. καλόν μοι τοῦτο ποιούσῃ θανεῖν.
φίλη μετ' αὐτοῦ κείσομαι, φίλου μέτα,
ὅσια πανουργήσασ'· ἐπεὶ πλείων χρόνος,
ὃν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω τῶν ἐνθάδε.

et de Polynice et de dis inferis cogitandum esse putat, quod mihi non probatur. Immo certum puto Polynicem his verbis significari. De plurali monitum ad v. 10.

V. 66. Schol.: ξύγγνοιαν ἴσχειν· συγγνώμην ἔχειν, ὅτι βίᾳ πράσσω ταῦτα. — ξύγγνοιαν ἴσχειν ὡς βιάζομαι τάδε, 'ignoscere reputantes me haec cogi'. De locutione βιάζομαι τάδε, quae idem fere valet atque ἀναγκάζομαι τάδε, vide O. R. 280 sq. Sponte patet sensu passivo βιάζομαι et hic et 1078 usurpatum esse.

V. 67. Schol.: τοῖς ἐν τέλει· βασιλεῦσι. Cfr. Ai. 1352. Phil. 385. 925 et Blomf. ad Aesch. Ag. gloss. 104. — Intellegendus autem unus Creon est. De βεβῶσι vide ad O. C. 52.

V. 68. Schol.: τὸ γὰρ περισσὰ πράσσειν· γνωμολογικῶς ἀπαλλάττεται· τὸ γὰρ παρὰ δύναμίν τι πράττειν ἠλίθιον. De νοῦν ἔχει cum verbo τὸ πράσσειν coniuncto confer El. 351 ταῦτα δειλίαν ἔχει.

V. 70. Recte defendit vulgatam M. Seyffertus interpretatus: 'nec iubebo iam te facere nec si velis facere, credo te libenter esse facturam mecum, quae quidem longe aliter sentiam ac tu' additque, manum adiutricem non officio incensam nec paratissimam respui a generosa puella. Alii quia exspectabant sensum: 'neque adiumentum tuum mihi exoptatum foret', aut male subaudiebant (ἡδέως) ἐμοί aut corrigebant, ut Lehrsius ἐμοῦ γ' ἂν ἀσμένης δρῴης μέτα. Cfr. 539 οὔτ' ἠθέλησας οὔτ' ἐγὼ ἐκοινωσάμην.

V. 71. Schol.: ἀλλ' ἴσθ' ὁποία σοι δοκεῖ· γίγνωσκε ὁποῖα σὺ θέλεις, τὸ πείθεσθαι τοῖς τυράννοις· [ἢ τοιαύτη γενοῦ, ὁποία καὶ βούλει]. Adverte acerbitatem dicti: 'scito qualia tibi scienda videntur', i. e. habeto tu tibi scientiam sive intellegentiam illam tuam. Quo respicit Antigona ad ea, quae v. 61 sqq. Ismena dixit. Cfr. El. 1055 sq. ἀλλ' εἰ σεαυτῇ τυγχάνεις δοκοῦσά τι φρονεῖν, φρόνει τοιαῦτα.

V. 72. θάψω] verbum in clausula sententiae et in initio versus positum auget sensum rei exitiosae ut infra v. 120 et in illo loco Homerico *A* 52 αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς | βάλλ'.

V. 73. φίλη — φίλου μέτα] Simillime apud Platon. Menex. p. 247 καὶ ἐὰν μὲν ταῦτα ἐπιτηδεύσητε, φίλοι παρὰ φίλους ἡμᾶς ἀφίξεσθε, ὅταν δὴ ὑμᾶς ἡ προσήκουσα μοῖρα κομίσῃ· ἀμελήσαντας δὲ ὑμᾶς καὶ κακισθέντας οὐδεὶς εὐμενῶς ὑποδέξεται.

V. 74. Schol.: ὅσια πανουργήσασα· δίκαια μετὰ πανουργίας ἐργασαμένη, ὡς αὐτὴ λέγεις· ἐπεὶ προεῖπεν τὸ γὰρ περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα. Ἢ οὕτως· ὅσια πανουργήσασα ἀντὶ τοῦ εὐσεβῶς πάντα ἐργασαμένη. Camerarius: 'in sancto facinore', uti 'honestum furtum et piam fraudem' et huiusmodi alia dicere consuevimus.

V. 74 sq. ἐπεὶ πλείων χρόνος

*ἐκεῖ γὰρ ἀεὶ κείσομαι· σοὶ δ' εἰ δοκεῖ,*
*τὰ τῶν θεῶν ἔντιμ' ἀτιμάσασ' ἔχε.*
*ΙΣ. ἐγὼ μὲν οὐκ ἄτιμα ποιοῦμαι. τὸ δὲ*
*βίᾳ πολιτῶν δρᾶν ἔφυν ἀμήχανος.*
*ΑΝ. σὺ μὲν τάδ' ἂν προὔχοι'. ἐγὼ δὲ δὴ τάφον*
*χώσουσ' ἀδελφῷ φιλτάτῳ πορεύσομαι.*
*ΙΣ. οἴμοι ταλαίνης, ὡς ὑπερδέδοικά σου.*
*ΑΝ. μή μου προτάρβει. τὸν σὸν ἐξόρθου πότμον.*
*ΙΣ. ἀλλ' οὖν προμηνύσῃς γε τοῦτο μηδενὶ*
*τοὔργον, κρυφῇ δὲ κεῦθε· σὺν δ' αὔτως ἐγώ.*
*ΑΝ. οἴμοι, καταύδα. πολλὸν ἐχθίων ἔσει*

— **τῶν ἐνθάδε**] i. e. **ἐπεὶ πλείονα χρόνον δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω ἢ τοῖς ἐνθάδε.** Cfr. Krueg. I § 47, 27, 1.

V. 76. Elmsleius ad Med. p. 153 conicit **σὺ δ' εἰ δοκεῖ.** Obloquitur Hermannus: 'Recte **σοὶ δὲ** dixit, quia hoc cogitabat, *tibi* si alia mens est'.

V. 77. Schol.: **τὰ τῶν — ἔχε· τὰ παρὰ θεοῖς τίμια ἀτίμαζε· τετίμηται γὰρ παρὰ θεοῖς καὶ ὅσιον νενόμισται τὸ θάπτειν νεκρούς· οἷς μᾶλλον δεῖ πείθεσθαι ἢ τοῖς τοῦ Κρέοντος κηρύγμασιν.** Confer 450 sqq. Genetivus **τῶν θεῶν** ex **τὰ ἔντιμα** ut ex nomine aptus est.

V. 78. **ἄτιμα ποιοῦμαι**] i. e. **ἀτιμάζω.** Cfr. Krueg. I § 52, 8, 1. Tum de articulo infinitivo praeposito videatur idem II § 50, 6, 7.

V. 80. Schol.: **σὺ μὲν τάδ' ἂν προὔχοιο· σὺ μὲν τοιαῦτα προφασίζου· τὰς γὰρ προφάσεις προχάνας ἐκάλουν, ὡς καὶ Καλλίμαχος· Ἀγροδέτω [ἄγραδέ ποι emend. Buttm. Gr. ampl. T. II p. 275 not.] πάσῃσιν ἐπὶ προχάναισιν ἐφοίτα. ἐν τῷ γ Αἰτιῶν. Ἢ σὺ ταῦτα προβάλλου· ἢ σὺ μὲν τούτοις ἂν σαυτὴν σκεπάζοις.** Bene Iacobsius: **προὔχοιο,** ducta metaphora a scuto, quod quis protendens se defendit a vulneribus.

V. 82. **οἴμοι ταλαίνης**] i. e. **οἴμοι ταλαίνης σου.** Nam **οἴμοι τάλαινα** ad Ismenam pertineret, **οἴμοι ταλαίνης** ad Antigonam spectat. Cfr. Krueg. I § 47, 3, 2. Alii cum H. Stephano sic interpungunt: **οἴμοι, ταλαίνης ὡς,** quod minorem videtur vim habere. Cfr. El. 920 **φεῦ τῆς ἀνοίας, ὥς σ' ἐποικτείρω πάλαι.** — Schol.: **φιλόστοργον καὶ ταύτης τὸ ἦθος, ἀλλ' εὐλαβές· δέδοικεν οὖν καὶ περὶ τῇ ἀδελφῇ καὶ ἀναβοᾷ περιπαθῶς.**

V. 84. **προμηνύσῃς — μηδενὶ**] De postposita **μὴ** particula vide ad O. C. 1365 et confer quos Neuius addit locos El. 432: **τούτων μὲν — τύμβῳ προσάψῃς μηδέν.** O. C. 1737 **φίλαι, τρέσητε μηδέν.** Philoct. 332 **φράσῃς μοι μὴ πέρα.**

V. 85. **κρυφῇ δὲ κεῦθε**] De abundantia locutionis vide quae ad O. R. 65 adnotavimus; cfr. Eur. Herc. 1070 **ἀπόκρυφον δέμας ὑπὸ μέλαθρον κρύψω,** Verg. Aen. III 237 *et scuta latentia condunt.* De **σὺν** adverbialiter posito monuit Krueg. II § 68, 2, 2. Cfr. Ai. 1288 **ὅδ' ἦν ὁ πράσσων ταῦτα, σὺν δ' ἐγὼ παρών.**

V. 86. **οἴμοι**] Molestia ac dolore affici se Antigona ait, quod Ismenae pium illud officium, quod fratri mortuo praestitura sit, tamquam malum facinus celandum et occultandum videatur. Non prorsus dissimiliter **οἴμοι** v. 320 positum. De forma **πολλὸν** cfr. Trachin. 1196. huius fab. 1223. 1236. Porsonus coniecit **μᾶλλον ἐχθίων.** Similiter Eur. Cycl. 273 **πολλὰ πέποιθα** in **μᾶλλον πέποιθα** emendatum est. De abundantia **μᾶλλον ἐχθίων** cfr. v. 1210.

σιγῶσ᾽, ἐὰν μὴ πᾶσι κηρύξῃς τάδε.
ΙΣ. θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις.
ΑΝ. ἀλλ᾽ οἶδ᾽ ἀρέσκουσ᾽ οἷς μάλισθ᾽ ἁδεῖν με χρή.
ΙΣ. εἰ καὶ δυνήσει γ᾽· ἀλλ᾽ ἀμηχάνων ἐρᾷς.
ΑΝ. οὐκοῦν, ὅταν δὴ μὴ σθένω, πεπαύσομαι.
ΙΣ. ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα.
ΑΝ. εἰ ταῦτα λέξεις, ἐχθαρεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ,
ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προσκείσει δίκῃ.
ἀλλ᾽ ἔα με καὶ τὴν ἐξ ἐμοῦ δυσβουλίαν

V. 87. σιγῶσ᾽, ἐὰν etc.] Verba haec ἐὰν — τάδε non tam explicationi participii σιγῶσα inserviunt, quam cum oppositione quadam dicta sunt hoc sensu: 'immo omnibus nuntia'. Simile tamen est quod dixit Aesch. Choeph. 742: ἦ δὴ κλύων ἐκεῖνος εὐφρανεῖ νόον, εὖτ᾽ ἂν πύθηται μῦθον. Vide quae ad Trach. 909 adnotavimus.

V. 88. Schol.: θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι· ἐπὶ ἀδυνάτοις νεανιεύῃ καὶ ἐπὶ ἀηδέσι τέρπῃ τὴν ψυχήν. Multo hic rectius sensum loci perspexit quam plerique recentiorum interpretum. Hoc sibi vult Ismena: 'a qua re alii abhorrent, ad eam tu summo animi impetu raperis'. Quod dicit, quia ex verbis quae modo protulit Antigona, οἴμοι — τάδε, eam intellexit facinus, quod susceptura est, a quo ipsa vehementissime abhorret, adeo praeclarum et laude dignum existimare, ut evulgari etiam per totam urbem cupiat. De nomine ψυχρὸς confer v. 650. Hermannus adscripsit Aesch. Prom. 692 δείματ᾽ ἀμφάκει κέντρῳ ψύχειν ψυχὰν ἐμάν, Neuius Pind. Pyth. IV, 73 κρυόεν μάντευμα. Isthm. I 37 ἐν κρυοέσσᾳ συντυχίᾳ. Hom. Il. ι 2 et ν 48, ubi φόβος dicitur κρυερὸς et κρυόεις id est 'gelidus'. ['Res horrorem incutientes' videntur spectare ad mortem facinori quod Antigona in animo habet propositam.]

V. 90. δυνήσει γε, scilicet 'rem exsequi', quod ex ipso sententiarum nexu suppletur. — ἀμηχάνων ἐρᾷς: Adscripsit Wexius Lucian. D. D. VIII πλὴν οἶδα, ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς. Eur. Herc. 318 ἄλλως δ᾽ ἀδυνάτων ἔοικ᾽ ἐρᾶν. Proverbiorum in numero habent ἀδύνατα θηρᾷς Zenobius et Suidas. Stobaeus flor. vol. I p. 88 ed. Mein. inter Chilonis dicta refert: μὴ ἐπιθύμει ἀδύνατα. Vide Hemsterh. ad Lucian. T. II p. 275.

V. 91. πεπαύσομαι ambigue dicitur: 'defuncta ero — negotio', quod intellegit Ismena, 'defuncta ero — vita', quod potius intellegit Antigona. Nos 'dann ist es aus'.

V. 92. De ἀρχὴν (οὐ), 'omnino (non)' cfr. Krueg. I § 46, 3, 2.

V. 93. ἐχθαρεῖ] De futuro sec. medii passive usurpato vide Krueg. I § 39, 11.

V. 94. Cum usu verbi προσκείσει comparant φίλη μετ᾽ αὐτοῦ κείσομαι v. 73 parum apposite, cum illud spectet ad mortuam Antigonam, hoc ad vivam Ismenam. Itaque potius προσκείσει pro ἔσει dictum videtur ratione habita necessitudinis quae inter sororem et fratrem intercedit, quam in sententiam conferre licet Eur. Tro. 185 τῷ πρόσκειμαι δούλα τλάμων; Alii corruptum iudicant locum, cum insuper δίκῃ melius absit: Dindorfius conicit προσκείσει κάσει, Herwerdenus πρὸς δίκης ἔσει. Fortasse scribendum ἔχθρα δὲ τῷ θανόντι σὴ προσκείσεται ('odium tui mortuo inhaerebit'). Cfr. v. 1243.

V. 95. ἔα] Hoc loco monosyllabon est, ut O. R. 1451. O. C. 1192. Eur. Ion 540. Sic ἐᾶτε disyllabon Trach. 1005. Apud Homerum ἔα saepius monosyllabon est. Cfr. Heynius ad Il. V 256. ERF. De locutione τὴν ἐξ ἐμοῦ δυσβουλίαν vide ad v. 193.

*παθεῖν τὸ δεινὸν τοῦτο. πείσομαι γὰρ οὐ*
*τοσοῦτον οὐδὲν ὥστε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν.*
ΙΣ. *ἀλλ', εἰ δοκεῖ σοι, στεῖχε· τοῦτο δ' ἴσθ', ὅτι*
*ἄνους μὲν ἔρχει, τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλη.*

ΧΟΡΟΣ.

(*στροφὴ α'.*)

*Ἀκτὶς ἀελίου, τὸ κάλλιστον ἑπταπύλῳ φανὲν*
*Θήβᾳ τῶν προτέρων φάος,*
*ἐφάνθης ποτ', ὦ χρυσέας*
*ἁμέρας βλέφαρον,*
*Διρκαίων ὑπὲρ ῥεέθρων μολοῦσα,*

V. 96. *τὸ δεινὸν τοῦτο*] 'Quod tibi horribile videtur'. Acerbe loquitur Antigone.

V. 96 sq. Schol.: *πείσομαι γὰρ οὐ τοσοῦτον οὐδέν*] *οὐδὲν δεινόν, φησί, πείσομαι, ὅπερ με τῆς εὐκλείας τοῦ καλοῦ θανάτου ἀποστερήσει· ἀντὶ τοῦ· οὐδὲν τηλικοῦτον κακὸν πείσομαι, ὥστε μὴ οὐ καλῶς ἀποθανεῖν.* De *οὐ* traiecto confert Neuius Ai. 545. 551. 682. 1330. O. R. 137. O. C. 125. 363. 906. 1000. Trach. 44. 425. Phil. 12. 887. Adde quae huius fab. 223 adnotavimus, et ad O. C. 1365.

V. 99. Schol.: *ἄνους μὲν ἔρχῃ· ἀνοήτως μὲν καὶ φιλοκινδύνως πράττεις, εὐνοϊκῶς δὲ τῷ θανόντι.* Rectius interpretatur Bonitzius Beitr. z. Erkl. d. Soph. II p. 28 *φίλη* passivo sensu cl. v. 898 sq. et refert *τοῖς φίλοις* ad ipsam Ismenam. Ita cum soror caritatem adhuc constantem profitetur, poeta praeparat actionem Ismenae quae est a v. 536. — De *ὀρθός*, quod 'verus, probatus' significat, vide 423 et O. R. 505: *ὀρθὸν ἔπος*, Eur. Iph. T. 610: *τοῖς φίλοις ὀρθῶς φίλος.* De verbo *ἔρχεσθαι* 'abire' significante vid. ad Philoct. 48.

V. 100 sqq. Schol.: *Σύνοδός τινων Θηβαίων γερόντων, ἐξ ὧν ὁ χορὸς συνέστηκε. Μετάπεμπτοι δὲ ἐοίκασιν οὗτοι ὑπὸ τοῦ Κρέοντος* (vid. 159 sq.) *γεγενῆσθαι, ἐπεὶ καὶ τὰς προφάσεις τῆς εἰσόδου τῶν χορῶν πιθανὰς εἶναι δεῖ· καὶ ἐπειδὴ κατωρθώκασι τῇ προτεραίᾳ οἱ Θηβαῖοι, καὶ οἱ ἄριστοι πάντες τῶν Ἀργείων ἀνῄρηνται, εἰκότως περιχαρεῖς εἰσι, καὶ τῇ παρούσῃ ἡμέρᾳ εὐχαριστοῦσιν. Ὁ δὲ λόγος· ὦ φίλη ἡμέρα, παρὰ τὰς πρόσθεν ἡμέρας φαιδρὰ ἡμῖν φανεῖσα.* Vide etiam quae rectissime Scholiasta de nexu totius cantus ad v. 155 sqq. monuit.

V. 100 sqq. *τὸ κάλλιστον — φάος*] De nominativo in compellatione vide ad v. 940. De superlativo vide v. 1212 sq. et Krueg. I § 47, 28, 10. De syllaba brevi in *φάος* et hiatu v. 119 vide quae ad O. R. 1202 monita sunt.

V. 103. *ἐφάνθης ποτ'*] De *ποτὲ* 'tandem' significante vide ad Phil. 1089, de correpta syllaba prima adi. *χρύσεος* Passov. Lex. sub hac voce. Ceterum Musgravius: haec maiorem elegantiam habebunt, si statim post solis exortum dicta esse concipias. Vide ad v. 16.

V. 103 sqq. Schol.: *ὦ χρυσέας ἁμέρας· ὡς ἀκτὶς τῆς ἡμέρας ὀφθαλμός· ὁ δὲ νοῦς· ὦ καλλίστη ἡμέρα, ἐφάνης ἐν Θήβαις, βάντα τὸν Ἀργολικὸν στρατὸν τὸν λεύκασπιν πανσαγίᾳ, τουτέστι πάσῃ σάγῃ καὶ σκευῇ χρησάμενον, ὀξυτέρῳ κινήσασα χαλινῷ φυγάδα.* Locutionem *χρυσέας ἁμέρας βλέφαρον* illustravit exemplis Blomf. gloss. ad Aesch. Sept. c. Th. 386.

V. 105. Schol.: *Δίρκη κρήνη καὶ ποταμὸς Θηβῶν.* De eius situ Mueller. de Orchom. p. 486 sq.

τὸν λεύκασπιν Ἀπιόθεν
φῶτα βάντα πανσαγίᾳ
φυγάδα πρόδρομον ὀξυτέρῳ
κινήσασα χαλινῷ·
(σύστημα α΄.)
ὃν ἐφ᾽ ἁμετέρᾳ γᾷ Πολυνείκης
ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων,
ὀξέα κλάζων
αἰετὸς εἰς γᾶν ὑπερέπτα,

V. 106. Schol.: *λεύκασπιν· καὶ Εὐριπίδης* (Phoen. 1099) *λεύκασπιν εἰσορῶμεν Ἀργείων στρατόν.* Adde Aesch. Spt. c. Th. 89 sq. *ὁ λεύκασπις ὄρνυται λαὸς εὐτρεπής.* Est autem *ὁ λεύκασπις φὼς* totus Argivorum exercitus. Cfr. Krueg. I § 44, 1, 2. — Ceterum *Ἀπιόθεν* H. K. Ahrensius scripsit pro vulgato *Ἀργόθεν* cl. O. C. 1303 *γῆς ὅσοιπερ Ἀπίας πρῶτοι καλοῦνται.* Defectum syllabae alii aliter explendum putarunt; Brunckius *ἐξ Ἀργόθεν*, Erfurdtius *ἀπ᾽ Ἀργόθεν*, Hermannus *Ἀργόθεν ἐκ* coniecit. Metrum requisiverit ultimam vocabuli *λεύκασπιν* producendam, ut *Ἀργόθεν* fortasse ex interpretatione locutionis *γᾶς Πέλοπος* repetendum sit (*τὸν λεύκασπιν γᾶς Πέλοπος = πευκάενθ᾽ Ἥφαιστον ἑλεῖν*).

V. 107. Schol.: *πανσαγίᾳ, σὺν πανοπλίᾳ.*

V. 108 sq. *φυγάδα — χαλινῷ*] 'postquam fecisti, ut praecipiti cursu aufugeret celerius arreptis habenis'. Nam *ὀξυτέρῳ χαλινῷ* sic dictum videtur, ut habenis tributum sit quod cursui sive fugae tribuendum erat. Comparativo autem illo hoc videtur significari, sole orto celerius quam noctu fugere coepisse. Tum coniunctis adiectivis *φύγαδα πρόδρομον* vide ad O. C. 1081, de *πρόδρομος* confer Aesch. Spt. c. Th. 80 *ῥεῖ πολὺς ὅδε λεὼς πρόδρομος ἱππότας*, 211 *ἀλλ᾽ ἐπὶ δαιμόνων πρόδρομος ηλθον ἀρχαῖα βρέτη.* — Porro *φυγάδα πρ. κινησασα* ex usu tragicorum dictum pro *φυγάδα πρ. ποιήσασα.* Cf. Advers. in Soph. Philoct. p. 52. Postremo dies quod dicitur fugasse Argivos, de eo confert Neuius El. 179. Ai. 131. 646. 714. O. R. 438. O. C. 1215.

V. 110 sq. Ex coniectura Scaligeri scribitur a multis *ὃς .. Πολυνείκους* i. e. 'qui (scil. exercitus Argivorum) adversus civitatem nostram excitus propter iurgia ambigua Polynicis'. At licet exploratum non sit, num semper anapaestos melicis partibus intermixtos responsio antistrophica continuerit, tamen hic ipsa vocabula sono similia eodem loco posita *ὑπερέπτα — ὑπερόπτας* (v. 113, 130) aequalitatem systematum ostendunt. Cum autem haec aequalitas turbata per se lacunam prodat, nullo modo licet vestigia huius lacunae in libris relicta delere. Itaque verbum intercidit unde accusativus *ὃν* aptus fuit et subiectum eius quae insequitur sententiae, quam non ad Polynicem, sed ad exercitum spectare apparet. Ex scholio *ὅντινα στρατὸν Ἀργείων ἐξ ἀμφιλόγων νεικέων ἀρθεὶς ἤγαγεν ὁ Πολυνείκης* et ex sensu supplere licet: *ὃν .. ἀμφιλόγων ἤγαγε· κεῖνος δ᾽ ὀξέα κλάζων κτἑ.* — De locutione *νεικέων ἀμφιλόγων* confer Eur. Phoen. 500: *ἀμφίλεκτος ἔρις* et de *Πολυνείκους* et *νεικέων* Valck. ad Phoen. 639.

V. 112. *ὀξέα κλάζων*] Confert Neuius Hom. Il. *μ* 125 *τοὶ δ᾽ ἅμ᾽ ἕποντο ὀξέα κεκληγῶτες. ρ* 88 *βῆ δὲ διὰ προμάχων — ὀξέα κεκληγώς* et *π* 429 *οἳ δ᾽, ὥστ᾽ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι, πέτρῃ ἐφ᾽ ὑψηλῇ μεγάλα κλάζοντε μάχωνται.*

V. 113. *αἰετὸς — ὑπερέπτα*]

λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανός,
πολλῶν μεθ' ὅπλων
ξύν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσι.
(ἀντιστροφὴ α'.)
στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων φονώσαισιν ἀμφιχανὼν
κύκλῳ
λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα
ἔβα, πρίν ποθ' ἁμετέρων
αἱμάτων γένυσιν
πλησθῆναί τε καὶ στεφάνωμα πύργων
πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν.
τοῖος ἀμφὶ νῶτ' ἐτάθη

'Ceu aquila in terram nostram desuper involavit'. Cfr. 117 στὰς δ' ὑπὲρ etc. Delevi cum Hermanno et G. Dindorfio ὡς post γᾶν in codicibus additum. Nihil autem frequentius, quam ut omittatur a poetis particula comparativa in eiusmodi locis.

V. 114. Schol.: λευκῆς χιόνος πτέρυγι· τοῦτο ἀλληγορικῶς φησιν, ὡς ἐπὶ ἀετοῦ· δηλοῖ δέ, ὅτι λεύκασπις ἦν ὁ τῶν Ἀργείων στρατός. De locutione πτέρυγι χιόνος vide Krueg. I § 47, 8, 2.

V. 115. πολλῶν μεθ' ὅπλων] πολλῶν vim etiam ad κορύθεσσι profert atque ingentem numerum gravis armaturae significat.

V. 117 sqq. Schol.: στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων· ὡς ἀετὸς κυκλώσας τὰς Θήβας ταῖς τῶν φόνων ἐρώσαις λόγχαις, ἀμφιχανὼν ἔβα· ἐνέμεινε δὲ τῇ μεταφορᾷ.

V. 119. ἑπτάπυλον στόμα] Conferunt Soph. fragm. 701 N. Θήβας λέγεις μοι τὰς πύλας ἑπταστόμους. Eur. Suppl. 401 Ἐτεοκλέους θανόντος ἀμφ' ἑπταστόμους πύλας. Phoen. 287 ἑπταστόμον πύργωμα Θηβαίας χθονός.

V. 121. αἱμάτων γένυσιν] De numero plurali αἱμάτων vide Blomf. ad Aesch. Choeph. gl. 60, de dativo γένυσι, qui dativus loci est, ad O. C. 313. Scholiasta adnotat: παρήλλαξε τὸ ὄνομα, τὰ χείλη τοῦ ἀετοῦ γένυς εἰπών. Eadem Neuii sententia est, conferentis Eur. Hel. 1110 σὲ ἀναβοάσω, τὰν ἀηδόνα δακρυόεσσαν, ἐλθὲ διὰ ξουθᾶν γενύων ἐλελιζόμενα. Mihi poeta apte eiusmodi nomen elegisse videtur, quod et ad aquilam et ad hostem referri posset.

V. 122. πλησθῆναί τε καὶ] τε omissum in libris addidit Triclinius. De usu particulae huic loco apto confert M. Seyffertus Thuc. I 49 οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἡσσῶντό τε καὶ οἱ Κερκυραῖοι ἐπεκράτουν. Nauckius mavult scribere πλησθῆναί τό τε στεφάνωμα. — στεφάνωμα πύργων i. e. πύργους τὴν πόλιν στεφανοῦντας. Cfr. O. C. 14 sq. πύργοι μέν, οἳ πόλιν στέφουσιν, si ita, ut videtur, a Sophocle scriptum fuit.

V. 123. Schol.: πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν· τὸν ἐκ τῆς πεύκης ἐγειρόμενον. Similiter Trach. 766 φλὸξ αἱματηρά. Confert Neuius Verg. Aen. XI 786 *pineus ardor*.

V. 124 sqq. Sensus hic est: 'tantus impetus in Argivos a Thebanis factus est qui reprimi non posset'. ἀμφὶ νῶτα non ex ipsa re, sed ex imagine aquilae quae praedam iam devoratura subito a tergo invadatur et pellatur repetendum est. Cum aquila Argivos significet, adversarius aquilae draco (cfr. Hom. Il. XII 201) ad Thebanos spectat, praesertim cum Thebani draconte sati dicantur (cfr. v. 1125). Falso interpretantur δυσχείρωμα 'opus difficile factu', cum

πάταγος Ἄρεος, ἀντιπάλου
δυσχείρωμα δράκοντος.
(ἀντιστ. α'.)
Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
ὑπερεχθαίρει· καί σφας ἐσιδὼν
πολλῷ ῥεύματι προσνισσομένους
χρυσοῦ καναχῆς ὑπερόπτας,
παλτῷ ῥιπτεῖ πυρὶ βαλβίδων
ἐπ' ἄκρων ἤδη
νίκην ὁρμῶντ' ἀλαλάξαι
(στροφὴ β'.)
ἀντιτύπᾳ δ' ἐπὶ γᾷ πέσε ταντᾳλωθεὶς

sit 'res quae difficile i. e. nullo modo superatur' et tumultum bellicum Thebanorum victorem praedicet. Itaque quod in cod. Laur. super ἀντιπάλωι .. δράκοντι a manu antiqua scriptum et in lemmate scholii positum est ἀντιπάλου .. δράκοντος recipiatur oportet. Cfr. quae Bonitzius l. l. p. 30 sqq. hanc in rem disputavit.

V. 127 sq. μεγάλης γλώσσης] Cfr. 1350 μεγάλοι λόγοι, et de Argivorum iactantia Eur. Phoen. 1175 sq. Aesch. Spt. c. Th. 425 sq. De sententia cfr. Aesch. Pers. 827 Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόπων ἄγαν φρονημάτων ἔπεστιν. Prom. 829. Eur. Bacch. 386 sq. Herod. VII 10 φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. WEX.

V. 129. πολλῷ ῥεύματι προσν.] Apte confert Erfurdtius Aesch. Pers. 412 ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ. Eur. Iph. T. 1437 ῥεῦμά τ' ἐξορμῶν στρατοῦ. Plura composuit Blomf. ad Aesch. Spt. c. Th. gl. 64.

V. 130. χρυσοῦ καναχῆς ὑπερόπτας] 'Armorum aureorum stridore superbientes'. Pro καναχῆς de Emperii coniectura scribi solet καναχῇ θ'. Sed nescio an genet. qui dicitur relationis conveniat in usum poeticum.

V. 131. Schol.: παλτῷ ῥιπτεῖ πυρί· τῷ κεραυνῷ τῷ ἄνωθεν παλθέντι. Τὸ δὲ βαλβίδων μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν δρομέων. βαλβίδων· τῶν κρηπίδων τοῦ τείχους. Nomen βαλβῖδες, quod significat carceres stadii ubi diaulos finem cursus habebat (cfr. Poll. III 147 ἵνα δὲ παύονται, τέλος καὶ τέρμα καὶ βατήρ, ἐνίοις δὲ καὶ βαλβίς), non tam ad summam partem muri translatum est quam opinionem affert eum hominem in summa parte muri *ut in fine curriculi* iam victoriam paratam habuisse. Cf. Eur. Phoen. 1180 ἤδη δ' ὑπερβαίνοντα γεῖσα τειχέων βάλλει κεραυνῷ Ζεύς νιν de eadem re.

V. 133. ὁρμῶντ'] Capaneum. Significat Sophocles Iovem totius exercitus insolentiam in uno eius duce punire voluisse, ut bene monuit H. Stephanus. ERF. Participium ὁρμῶντα hoc sensu dictum: aliquem, qui parabat. Cfr. Electr. 1323. De Capaneo vide Eur. Phoen. 1172 sqq. Apollod. III 6. Pausan. IX 8.

Ibid. Schol.: ἀλαλάξαι· παιωνίσαι· ἀλάλαγμα δέ ἐστιν ἐπινίκιος ᾠδή.

V. 134. ἀντιτύπᾳ pro ἀντίτυπα restituit Porsonus Adv. p. 169. De vocabulo ἀντίτυπος dilucide explicuit G. C. H. Raspius in programmate Guestrowensi a. 1874, qui ἀντίτυπος ut Phil. 695. 1460, ita hic quoque 'repercussus, resonans' significare statuit ('nieder stürzte er zur dröhnenden Erde'). De terminatione vocabuli ἀντιτύπα cfr. Pors. praef. ad Eur. Hec. p. X sq. ed. Lips. tert. et ad Med. 822. Krueg. II § 22, 3, 2.

Ibid. ταντaλωθείς] Scholiasta:

πυρφόρος ὃς τότε μαινομένᾳ ξὺν ὁρμᾷ
βακχεύων ἐπέπνει
ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων.
εἶχε δ' ἄλλᾳ τὰ μέν,
ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις ἐπενώμα στυφελίζων μέγας Ἄρης
δεξιόσειρος

(σύστημα β'.)

ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ ἐφ' ἑπτὰ πύλαις
ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους ἔλιπον
Ζηνὶ τροπαίῳ πάγχαλκα τέλη,

ὅτι δὲ ταντταλωθεὶς σημαίνει τὸ διασεισθείς, μαρτυρεῖ καὶ Ἀνακρέων· μελαμφύλλῳ δάφνᾳ χλωρᾷ τ' ἐλαίᾳ ταντταλίζει.

V. 135. Schol.: πυρφόρος· πῦρ φέρων ἐν αὐτῷ· ὁ πῦρ τοῖς τείχεσι προσάγων. Hoc vocabulum praeparat bacchantis notionem. Cfr. v. 1146 sqq. De postposito pronomine relativo cfr. 182. Ai. 358. 1414.

V. 136. Schol.: βακχεύων· ἐνθουσιῶν καὶ μέγα φυσῶν καὶ πνέων ὀργήν. Confert Erfurdtius Aesch. Spt. c. Th. 843: μαινόμενος δ' ἐπιπνεῖ λαοδάμας Ἄρης.

V. 137. ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων] Erfurdtius cl. v. 929 intellegit 'odii acerbissimi flatum et quasi procellam', rectius Hermannus secutus scholiastae interpretationem ὡς ἐπὶ τυφῶνος καὶ καταιγιδώδους πνεύματος [ἐπέπνει τὴν πόλιν ῥιπαῖς ἀνέμων] dicit: 'flammam cogitat vehementi ventorum impetu illatam, qui ἔχθιστοι dicuntur, quod urbi interitum minantur'. Ipse vero Capaneus τυφὼν dicitur incendium urbi inflans. Locutione ἀνέμων ῥιπαὶ usus est Plut. T. II p. 1103 ὠκείας τε ἀνέμων ῥιπάς.

V. 138 sq. εἶχε δ' ἄλλᾳ etc.] Hoc dicere videtur poeta: 'sed haec aliter evenerunt, alia autem inter alios dispensavit adurgens Mars'. Ceterum μὲν a manu antiqua in optimum codicem inlatum est pro litera eluta cui duae aliae superscriptae fuerunt, nunc erasae. Atque collocationem vocabulorum τὰ μέν vitiosam recte dicit Nauckius. Fortasse poeta scripsit εἶχε δ' ἄλλᾳ τὰ τοῦδ' ('aliter se habuerunt res huius i. e. Capanei').

V. 140. Schol.: δεξιόσειρος· ὁ γενναῖος· οἱ γὰρ ἰσχυροὶ ἵπποι εἰς τὴν δεξιὰν σειρὰν ζεύγνυνται τοῦ ἅρματος. Recte Boeckhius, ut hoc epitheton a σειραφόρος desumptum sit, tamen significari simul monuit τὸν δεξιὸν Ἄρην, Martem propitium et faustum. Idem monuit Seidlerus, coll. Aesch. Agam. 481 μόνος δ' Ὀδυσσεύς, ὅσπερ οὐχ ἑκὼν ἔπλει, ζευχθεὶς ἕτοιμος ἦν ἐμοὶ σειραφόρος.

V. 141. ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ] De septem ducibus illis vide ad O. C. 1308 sqq. Γὰρ particula ratio redditur eorum, quae modo dicta sunt, Martem saevisse in Argivos. De positu eius particulae vide notam ad Phil. 1422 sq.

V. 142. ἴσοι πρὸς ἴσους] Confert Erfurdtius Eur. Phoen. 750 ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς. Apollod. III 6, 6 Ἐτεοκλῆς .. καταστήσας ἡγεμόνας ἴσους ἴσοις ἔταξε. Adde quae ad v. 13 monita sunt.

V. 143. τέλη] 'Dona dis oblata' videtur significare Trach. 238. Hinc arma ab Argivis ducibus gestata, postquam ab ipsorum corporibus derepta tropaeum ornabant, sarcastice dicuntur 'dona Iovi Tropaeo oblata'. Τέλος 'donum' habet Aesch. Spt. c. Th. 260. Eurip. apud Athen p. 40 D (fr. 329 N.) μικρὰ θύον-

πλὴν τοῖν στυγεροῖν, ὣ πατρὸς ἑνὸς
μητρός τε μιᾶς φύντε καθ' αὑτοῖν
δικρατεῖς λόγχας στήσαντ' ἔχετον
κοινοῦ θανάτου μέρος ἄμφω.

(ἀντιστροφὴ β'.)

ἀλλὰ γὰρ ἁ μεγαλώνυμος ἦλθε Νίκα
τᾷ πολυαρμάτῳ ἀντιχαρεῖσα Θήβᾳ,
ἐκ μὲν δὴ πολέμων
τῶν νῦν θέσθε λησμοσύναν,
θεῶν δὲ ναοὺς χοροῖς

τες τέλη. MVSG. Boeckhius: 'Πάγχαλκα τέλη sind nicht Waffen, die als Weihgeschenke aufgehängt werden, sondern zu Tropäen geordnete πανοπλίαι, wie schon Ζηνὶ τροπαίῳ zeigt'.

V. 144. Tricl.: πλὴν τοῖν στυγεροῖν· οὗτοι γὰρ εἰ καὶ ἀπέθανον, ἀλλὰ διότι οὐ διεκρίθη αὐτῶν ἡ νίκη, διὰ τοῦτο οὐκ ἀνετέθη τὰ ὅπλα αὐτῶν τοῖς θεοῖς.

V. 145. Schol.: καθ' αὑτοῖν· ἀντὶ τοῦ κατ' ἀλλήλων. Cfr. Krueg. I § 51, 2, 16 et Meinek. ad Menandr. fr. 316.

V. 146. Schol.: δικρατεῖς λόγχας· ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένας· ἢ δικρατεῖς φησιν, ὅτι ἀλλήλους ἀπέκτειναν, καὶ ἡ ἑκατέρου λόγχη οὐκ εἰς κενὸν ἀπεπέμφθη, ἀλλ' ἐκράτησε τοῦ ἑτέρου. Mihi δικρατεῖς et numeri videtur significationem habere et victoriae. Nam nihil nisi δισσὰς significare equidem non crediderim. Simillime dicti sunt Atridae δικρατεῖς Ai. v. 252, ita ut et ad numerum et ad potentiam respiceretur. Vide quae in Censura Aiac. ab Lobeck. iterum edit. attuli p. 90 sq.

V. 148. Schol.: ἁ μεγαλώνυμος· ἡ μεγάλην περιποιοῦσα δόξαν. De ἀλλὰ γὰρ particulis vide Matthiaeum ad Eurip. Phoen. 371. Nexus hic est: 'Verum cum venerit victoria, obliviscamur iam belli'.

V. 149. τᾷ πολυαρμάτῳ] Vide 845 et, quem Neuius conferri iubet, Boeckh. Expl. Pind. Ol. VI 85 p. 161. Significatur autem eo adiectivo virtus Thebanorum; quamobrem Victoria dici videtur ad Thebanos venisse ἀντιχαρεῖσα, quod explicat scholiasta: ἀντὶ τοῦ ἴσον αὐτῇ χαρεῖσα, ὡς ἀντίθεος. θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτι ὅσον ἐφίλει τὴν νίκην, καὶ ἡ νίκη αὐτὴν ἀντεφίλησεν· πρὸς χαίρουσαν γὰρ αὐτὴν καὶ αὐτὴ χαρεῖσα ἦλθεν. [ἀντιχαρεῖσα 'adverso ore hilari' ad laetum vultum appropinquantis deae Victoriae spectare videtur. Cfr. χαροπός et εὐῶπα ἀλκάν O. R. 188, εὔμορφον κράτος Aesch. Cho. 487. Facile igitur supersedemus M. Schmidtii vel Nauckii coniectura ἄρτι φανεῖσα.] De dativo ex ἦλθεν apto vide ad O. C. 70.

V. 150 sq. ἐκ μὲν δὴ — λησμοσύναν] I. e. 'post bella haec obliviscimini eorum'. Nam θέσθαι λησμοσύνην idem fere est atque λαθέσθαι. De nomine πολέμων ad verba etiam θέσθε λησμ. referendo vide ad Philoct. 520. Ceterum comparandus cum hoc loco est Homer. Od. ω 484 sq. ἡμεῖς δ' αὖ παίδων τε κασιγνήτων τε φόνοιο ἔκλησιν θέωμεν. Cum ratio antistr. pro trochaeo θέσθε spondeum requirat, fortasse reponendum quod in optimo libro prima manus primo scripsit θέσθαι ut infinitivus pro imperativo usurpatus. Memoratu tamen dignum est quod Martinus coniecit θέσθε (μνημοσύναν) μναμοσύναν (i. e. 'post bella, quoniam bellis liberati sumus, mementote eorum quae nunc agenda sunt').

παννυχίοις πάντας ἐπέλθωμεν· ὁ Θήβας δ' ἐλελίχθων
Βάκχιος ἄρχοι.

(ἀντιστρ. β'.)

ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας,
Κρέων ὁ Μενοικέως,
⏑ ⏑ – νεοχμὸς νεαραῖσι θεῶν
ἐπὶ συντυχίαις χωρεῖ τίνα δὴ
μῆτιν ἐρέσσων, ὅτι σύγκλητον
τήνδε γερόντων προὔθετο λέσχην

V. 153 sq. Schol.: *ὁ Θήβας δ' ἐλελίχθων· ὁ κινησίχθων· ἐλελίχθονα δὲ τὸν Διόνυσόν φησι διὰ τὰς ἐν ταῖς βακχείαις κινήσεις· ἢ τὸν τὴν γῆν σείοντα καὶ ἀναβακχεύοντα ταῖς χορείαις. Ὁ δὲ νοῦς· ὁ Θήβας Βακχεῖος, ὁ Θηβαγενὴς Διόνυσος, ὁ τῆς Θήβης πολίτης, ὁ ἐλελίχθων, ἄρχοι τῆς χορείας.* De abundantia locutionis *Θήβας ἐλελίχθων* conferunt edd. Aesch. Spt. c. Th. 109 *πολίοχοι χθονός*. O. C. 1087. 1348. Trach. 1021. Eurip. Iph. T. 450 *δουλείας ἐμέθεν δειλαίας πανσίπονος*.

V. 154. *ἄρχοι*] Spanhemius ad Callim. h. in Del. 17: 'Notum est cum *ἄρχειν, ἄρχεσθαι*, tum composita *ἐξάρχειν, κατάρχεσθαι* de iis dici, qui in veterum sacris et choreis primi canendo aut saltando etiam reliquis auspicium faciebant'. Confert Neuius Il. *σ* 606. Od. *δ* 19. *ξ* 101. Elmsl. ad Eur. Bacch. 141.

V. 155 sqq. Schol.: *ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεύς· ἄριστα καὶ μεγαλοφρόνως διεσκεύασται αὐτῷ ὁ χορός· ἕτερος γὰρ ἂν ταῦτα πρῶτον εἰσήγαγεν, ὅτι ἡμεῖς συνήχθημεν ὑπὸ Κρέοντος· χαρίεν δὲ τὸ πρῶτον μὲν εὐχὴν αὐτοὺς ποιήσασθαι, ἑξῆς δὲ δηλῶσαι, ὑπὸ τίνος ἠθροίσθησαν. Παρατήρει δὲ, ὅτι πάντῃ ἐπιμελῶς διαγίνεται δηλῶν ἡμῖν τὰ πράγματα ὁ ποιητής; ὥστε ἐσπάρθαι μὲν αὐτὰ καὶ παρακεῖσθαι ἑτέροις προσώποις, πάντα δὲ δηλοῦσθαι.* Cfr. quae ad O. R. 863—910, ad O. C. 1211—1248 et ad Trach. 633—662 a me adnotata sunt.

V. 155. *ἀλλ' ὅδε*] Iungendum *ὅδε* cum *χωρεῖ* hoc sensu: 'huc venit'. Vide ad O. C. 111. Nexus hic est: 'at alia iam curanda, venit enim Creon'. Eodem modo *ἀλλὰ — γὰρ* particulae usurpatae sunt El. 595 et 619.

V. 156. *Κρέων*] Pro una syllaba est. Cfr. quae in Advers. in Soph. Philoct. p. 37 exempla collegi. Adde *πλέων* ex Hom. Od. *α* 183.

V. 157. De aequalitate systematis et antisystematis idem statuendum quod ad v. 110 sq. exposuimus. Nam cum ipsa librorum memoria lacunam aperte prodat, non licet illa aequalitate neglecta cum Dindorfio *νεοχμὸς νεαραῖσι* mutare in *νεοχμοῖσι*, praesertim cum sermonis elegantia, de qua vide quae ad v. 13 adnotata sunt, exstinguatur ea coniectura. Accedit quod si persona ex domo venit id diserte memorari solet, de qua re disputavimus in Philol. vol. 34 p. 182 sqq. Itaque intercidisse putandum est tres anapaestos vel spondeos velut *οἴκων ἔξω | ταγὸς νεοχμὸς κτέ*. De locutione *θεῶν συντυχίαις* cfr. O. R. 34 *δαιμόνων ξυναλλαγαῖς*. Philoct. 1116 *πότμος δαιμόνων*. Pro *τινὰ δὴ* cum Hermanno *τίνα δὴ* scripsi. Cfr. Krueg. I § 51, 17, 5.

V. 159. Schol.: *ἐρέσσων· ἐν ἑαυτῷ κινῶν καὶ μεριμνῶν. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐρεσσόντων.* Cfr. Ai. 251. Ed. Glasgov. habet *ἑλίσσων* pro *ἐρέσσων*.

V. 160. Schol.: *προὔθετο λέσχην· ἀντὶ τοῦ· ὁμιλίαν συνεκρότησεν.* Cfr. O. C. 167. Neuius

κοινῷ κηρύγματι πέμψας.

ΚΡΕΩΝ.

Ἄνδρες, τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ
πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν·
ὑμᾶς δ' ἐγὼ πομποῖσιν ἐκ πάντων δίχα
ἔστειλ' ἱκέσθαι, τοῦτο μὲν τὰ Λαΐου
σέβοντας εἰδὼς εὖ θρόνων ἀεὶ κράτη,
τοῦτ' αὖθις, ἡνίκ' Οἰδίπους ὤρθου πόλιν,
κἀπεὶ διώλετ', ἀμφὶ τοὺς κείνων ἔτι
παῖδας μένοντας ἐμπέδοις φρονήμασιν.
ὅτ' οὖν ἐκεῖνοι πρὸς διπλῆς μοίρας μίαν
καθ' ἡμέραν ὤλοντο παίσαντές τε καὶ

addit: 'Medii hanc Hermannus vult esse vim, ut Creon non putetur indixisse concionem, in qua populus sententiam diceret, sed in qua populo ipse ediceret aliquid. Cfr. Il. ϑ 2. 489. Od. ι 171. κ 188. μ 319. De v. προτιθέναι dixit post Hemsterh. ad Lucian. Necyom. 19 Valcken. ad Herod. VIII 61.'

V. 161. Schol.: πέμψας· μεταστειλάμενος.

V. 162 sq. ἀσφαλῶς — ὤρθωσαν πάλιν] Cfr. O. R. 51 ἀλλ' ἀσφαλείᾳ τήνδ' ἀνόρθωσον πόλιν.

V. 163. Schol.: πολλῷ σάλῳ· τροπικῶς, ὡς ἐπὶ νεώς. Cfr. O. R. 22. Brunckius contulit Plutarch. Vit. Fab. c. 27 τὴν ἡγεμονίαν ὡς ἀληθῶς πολλῷ σάλῳ σεισθεῖσαν ὤρθωσε πάλιν.

V. 164 sqq. Schol.: ὑμᾶς δ' ἐγὼ πομποῖσιν· διὰ τῶν πομπῶν ὑμᾶς μετεκαλεσάμην χωρὶς ἁπάντων, ἐξαιρέτως πρὸς ὑμᾶς μόνον ἀπεστάλη ἡ ἀγγελία. Ὁ δὲ λόγος ἐστὶ μὲν καὶ σημαντικὸς τοῦ πράγματος, ἐστὶ δὲ καὶ τεχνικός· ἐγκωμιάζει γὰρ πρῶτον αὐτούς· ἀναγκαῖον δὲ τῷ παριόντι πρῶτον ἐπὶ πολιτικὴν ἀρχὴν εὔνους ἑαυτῷ καταστῆσαι τοὺς ὑπηκόους· μετεπεμψάμην οὖν, φησίν, ὑμᾶς, εἰδώς, ὅτι ἄνωθεν πρὸς Λάϊον καὶ Οἰδίποδα εὐνοϊκῶς εἴχετε· ὡς δήπου καὶ πρὸς αὐτὸν τοιούτων φανησομένων. Δηλοῖ δὲ διὰ τούτων καὶ τὴν ἡλικίαν τῶν κατὰ τὸν χορὸν γερόντων, καὶ ἔτι ἄνωθεν ἀπὸ Λαΐου ὄντων ἐν πολιτείᾳ.

V. 164 sq. πομποῖσιν — ἔστειλ' ἱκέσθαι] De dativo cfr. Phil. 494 τοῖς ἱγμένοις ἔστελλον αὐτόν, Eur. Heracl. 392 ἄνδρα γὰρ χρεών, ὅστις στρατηγεῖν φησ' ἐπίστασθαι καλῶς, οὐκ ἀγγέλοισι τοὺς ἐναντίους ὁρᾶν, de locutione ἔστ. ἱκέσθαι quae ad Philoct. 60 adnotavi. — De τοῦτο μὲν — τοῦτ' αὖθις vide ad O. R. 603.

V. 166. θρόνων] Vide de usu huius pluralis ad O. C. 375, Krueg. II § 44, 3, 5.

V. 168 sq. ἀμφὶ τοὺς — φρονήμασιν] Hermannus: 'Laii, inquit, et Oedipi, quos nominaverat, prolem intellegit, παῖδας dicens, quod illi alterius horum filii, alterius nepotes sunt.' Haec recte Hermannus, si quod concinnitate commendari videtur, post v. 167 intercidisse putas versum velut τούτῳ βεβαίους ὄντας αὖ παραστάτας. Alioqui κείνων dictum est, quia sententia ἀμφὶ τοὺς παῖδας .. φρονήμασιν non minus ad Oedipum filium Lai quam ad Polynicem et Eteoclem filios Oedipi pertinet. — Ceterum poetarum more simplex μένειν posuit poeta pro vulgari ἐμμένειν (vide ad Ai. 764), nisi de Reiskii coniectura ἐμπέδους scribi debet cl. Ai. 640 οὐκέτι συντρόφοις ὀργαῖς ἔμπεδος.

V. 170. πρὸς διπλῆς μοίρας] Vide quae ad v. 14 adnotavimus.

πληγέντες αὐτόχειρι σὺν μιάσματι,
ἐγὼ κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω
γένους κατ' ἀγχιστεῖα τῶν ὀλωλότων.
ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν
ψυχήν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην, πρὶν ἂν
ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ.
ἐμοὶ γὰρ ὅστις πᾶσαν εὐθύνων πόλιν
μὴ τῶν ἀρίστων ἅπτεται βουλευμάτων,
ἀλλ' ἐκ φόβου του γλῶσσαν ἐγκλῄσας ἔχει,
κάκιστος εἶναι νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ·
καὶ μείζον' ὅστις ἀντὶ τῆς αὑτοῦ πάτρας
φίλον νομίζει, τοῦτον οὐδαμοῦ λέγω.
ἐγὼ γάρ, ἴστω Ζεὺς ὁ πάνθ' ὁρῶν ἀεί,
οὔτ' ἂν σιωπήσαιμι τὴν ἄτην ὁρῶν
στείχουσαν ἀστοῖς ἀντὶ τῆς σωτηρίας,

V. 172. **αὐτόχειρι σὺν μιάσματι**] I. e. nefario scelere ab ipsis perpetrato, sive mutuae caedis nefario scelere. De **σὺν** praepositione vide ad O. C. 817.

V. 173. **κράτη — καὶ θρόνους**] Similia collecta sunt ad O. C. 425.

V. 174. Schol.: **κατ' ἀγχιστεῖα· οὐδετέρως· κατ' οἰκειότητα, κατὰ συγγένειαν.** Cf. Krueg. I § 68, 25, 2.

V. 175 sqq. **ἀμήχανον δὲ — ἐμοὶ γὰρ** etc.] Brevitati studuit poeta suppressa, ad quam **γὰρ** particula referenda est, sententia. Hoc enim dicit: 'quoniam autem fieri nequit, ut cuiusque viri (regis) animum et mentem et intellegentiam perspiciamus, priusquam per longius temporis spatium imperium gubernarit et leges tulerit: me ut qualem vos regem habituri sitis, intellegatis, haec coram vobis dicenda puto. Mihi enim etc.' De **γὰρ** particulae usu vide ad 238 sq. [Hic potius sensus et nexus sententiarum esse videtur: 'Imperio magis quam quavis alia re mens et cogitatio cuiusque viri perspicitur — **ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν** —; nam qui tum cum *universae* salus civitatis agitur, non animum inducit ceteris rebus et rationibus omissis nihil nisi publicam utilitatem spectare, eum pessimum esse apparet. Saluti publicae omnes amicitiae et inimicitiae postponendae sunt.] Ceterum affert haec Demosthenes F. L. § 247.

V. 175. Schol.: **οἱ μὲν Χίλωνι ἀνατιθέασι τὴν γνώμην, οἱ δὲ Βίαντι, ὅτι ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν.**

V. 180. **γλῶσσαν ἐγκλῄσας**] Cfr. 505 **εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλῄοι φόβος.** Recte respicit Creon ad ea, quae apertius dixit infra v. 289 sqq.

V. 181. Schol.: **νῦν τε καὶ πάλαι· καὶ πρὶν ἄρξαι, καὶ νῦν, ὅτε ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐλήλυθα.** Cfr. El. 676. 907.

V. 182. **μείζον' — ἀντὶ**] Exempla huius usus attulit Krueg. I § 49, 2, 7. Noli tamen putare amittere in hac locutione vim suam vulgarem **ἀντὶ** praepositionem. Immo quod de locutione **ἄλλος ἀντὶ σοῦ** ad O. C. 488 adnotavi, de hac quoque valet.

V. 183. **οὐδαμοῦ λέγω**] 'Nullo loco sive numero esse dico.' Confert Erfurdtius **θεοὺς νομίζων οὐδαμοῦ** Aesch. Pers. 498 et Ruhnk. ad Xen. Mem. II 1, 52. Wyttenb. ad Plat. Phaed. 183.

V. 186. Demosthenem l. c. § 248 cum interpretetur **ὁμοῦ** (i. e. **ἐγγὺς**) **στείχουσαν**, videri **στείχουσαν ἆσσον** legisse, vidit Dobraeus Adv. I p. 436. — Recte dicit Nauckius

οὔτ' ἂν φίλον ποτ' ἄνδρα δυσμενῆ χθονὸς
θείμην ἐμαυτῷ, τοῦτο γιγνώσκων, ὅτι
ἥδ' ἐστὶν ἡ σῴζουσα, καὶ ταύτης ἔπι
πλέοντες ὀρθῆς τοὺς φίλους ποιούμεθα.
τοιοῖσδ' ἐγὼ νόμοισι τήνδ' αὔξω πόλιν,
καὶ νῦν ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας ἔχω
ἀστοῖσι παίδων τῶν ἀπ' Οἰδίπου πέρι·
Ἐτεοκλέα μέν, ὃς πόλεως ὑπερμαχῶν
ὄλωλε τῆσδε πάντ' ἀριστεύσας δόρει,

ἀντὶ τῆς σωτηρίας additum esse ad τὴν ἄτην eadem ratione qua saepe notio magis exprimatur contraria notione cum praepositione ἀντί adiuncta ut Trach. 148 ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ κληθῇ. Simile dicendi genus habes in locutionibus hisce: γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα O. R. 58, ἑκόντα κοὐκ ἄκοντα ib. 1230, πολλάκις τε κοὐχ ἅπαξ ib. 1275, aliis id genus. Falsam igitur iudicamus interpretationem: 'pro eo ut ipse salvus sim.'

V. 187. Schol.: οὔτ' ἂν φίλον· οὐκ ἂν κτησαίμην φίλον τῆς ἐμῆς πόλεως δυσμενῆ· τοῦτο δὲ εἰς Πολυνείκην συντείνει. χθονός· πόλεως.

V. 189. Schol.: ἥδ' ἐστὶν ἡ σῴζουσα· ἡ πόλις δηλονότι. De ἥδε et ταύτης confert Neuius 296. 673. Dictio ἡ σῴζουσα Atheniensibus singulariter arrisisse videtur, cum in tabulis navalibus Atticis (IV h et XVII a ed. Boeckh.) Σῳζομένη et Σῴζουσα ut nomina navium occurrant. Quid si eo ipso tempore quo haec fabula docta est nomen Σῴζουσα navi inditum esse putamus?

V. 190. Schol.: πλέοντες] πορευόμενοι. ἀπὸ τῶν νεῶν ἡ μεταφορά. Conferunt M. Tullii ad Fam. XII 25: *una navis est iam bonorum omnium; quam quidem nos damus operam ut rectam teneamus.* Hoc autem Creon verbis τοῦτο γιγνώσκων — ποιούμεθα dicit: 'qui sic existimem, patriae salute nostram salutem contineri, nisi salva patria nullos nos amicos quos quaeramus nobis comparare, itaque patriam potiorem esse amicitia (et cognatione).' De τοὺς φίλους ποιούμεθα confer El. 302 ὁ σὺν γυναιξὶ τὰς μάχας ποιούμενος. O. R. 889 εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως cum adnotatione mea. De sententia cfr. illa Periclis Thuc. II 60.

V. 191. αὔξω] Liv. I 21 *duo deinceps reges alius alia via civitatem auxerunt.* Tempus praesens positum est in hunc sensum: 'haec consilia mihi sunt augendae civitatis.' Cfr. Aesch. Prom. 525 τόνδε γὰρ σῴζων ἐγὼ δεσμοὺς ἀεικεῖς καὶ δύας ἐκφυγγάνω. Itaque non opus videtur vel de Morstadtii coniectura ἄξω vel de Heimsoethii αὔξων πόλιν καὶ ('etiam') νῦν scribi, quamquam utraque coniectura habet quod arrideat.

V. 192 sqq. Schol.: ἀδελφά· ἴσα, ὅμοια. (Cfr. Isocr. Paneg. § 71 ἀδελφὰ δὲ τῶν εἰρημένων) Μέλλων δὲ περὶ ἀπεχθοῦς κηρύγματος λέγειν μακροτέρῳ χρῆται τῷ λόγῳ· καὶ πρῶτον μὲν ἐγκωμιάζει τὸν Ἐτεοκλέα· ὕστερον δὲ ἐλέγχει τὸν Πολυνείκη καὶ δείκνυσιν αὐτὸν μίσους ἄξιον καὶ τῆς τοιαύτης τιμωρίας.

V. 193. τῶν ἀπ' Οἰδίπου] Saepissime Sophocles ἐξ et ἀπὸ praepositiones eo quo hic factum modo ponit. Cf. Ai. 138. 202. El. 554. 619. O. C. 293. Trach. 631. Phil. 260. 560. 940. 1088. huius fab. 95. 412.

V. 195. πάντ' ἀριστεύσας] Vide ad Aiac. v. 435. — δόρει ex mea coniectura scripsi. Vide quae ad O. C. 620 adnotavi. Libri δορί.

*τάφῳ τε κρύψαι καὶ τὰ πάντ' ἐφαγνίσαι,*
*ἃ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς.*
*τὸν δ' αὖ ξύναιμον τοῦδε, Πολυνείκη λέγω,*
*ὃς γῆν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς*
*φυγὰς κατελθὼν ἠθέλησε μὲν πυρὶ*
*πρῆσαι κατάκρας, ἠθέλησε δ' αἵματος*
*κοινοῦ πάσασθαι, τοὺς δὲ δουλώσας ἄγειν,*
*τοῦτον πόλει τῇδ' ἐκκεκήρυκται τάφῳ*
*μήτε κτηρίζειν μήτε κωκῦσαί τινα,*
*ἐᾶν δ' ἄθαπτον καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας*
*καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν αἰκισθέντ' ἰδεῖν.*
*τοιόνδ' ἐμὸν φρόνημα, κοὔποτ' ἔκ γ' ἐμοῦ*
*τιμὴν προέξουσ' οἱ κακοὶ τῶν ἐνδίκων.*

V. 197. *ἔρχεται κάτω*] Credebantur libamina sub terram et ad mortuorum usque sedem penetrare. Hinc Chorus apud Aesch. Pers. 624 *σύ τε πέμπε χοὰς θαλάμους ὑπὸ γῆς.* Philostratus vit. Apollon. VI 2: *θεοὶ γὰρ χθόνιοι βόθρους ἀσπάζονται καὶ τὰ ἐν κοίλῃ τῇ γῇ δρώμενα.* Conf. Porphyrium citatum M. Delrio ad Senecae Oedip. 556. MVSG. De sententia cfr. Ai. 1378 *τὸν θανόντα τόνδε συνθάπτειν θέλω καὶ ξυμπονεῖν καὶ μηδὲν ἐλλείπειν ὅσων χρὴ τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν πονεῖν βροτούς.*

V. 198 sqq. *τὸν 'δ' αὖ ξύναιμον* etc.] Verissime Suevernius monuit Creontem non privato in Polynicem odio haec imperare, sed quod boni civis et regis officium esse censeat iustum esse aeque adversus eos, qui ament patriam, atque qui ei se inimicos praebeant; neque in Antigonam severum esse odio quodam, sed quod sustinendum putet imperium suum. — *Πολυνείκη* pro *Πολυνείκην* restituit Dindorfius Elmsleianum praeceptum secutus. Illam formam servavit O. C. 375, Aesch. Sept. 1067 optimus liber, cum alii libri habeant *Πολυνείκην.* Recentioris aetatis et magis vulgarem esse *Ἐτεοκλέα*, confirmant tituli. Cfr. curae epigr. p. 24.

V. 199. *τοὺς ἐγγενεῖς*] Confert Musgravius El. 428 *πρός νυν θεῶν σε λίσσομαι τῶν ἐγγενῶν.* Aesch. Spt. c. Th. 582 *πόλιν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς.*

V. 200. *κατελθών*] Reversus; vide O. C. 501.

V. 202. Schol.: *κοινοῦ· ἀντὶ τοῦ ἐμφυλίου· ἢ τοῦ ἀδελφικοῦ αἵματος· παροξυντικὰ δὲ λίαν ταῦτα τῶν ἀκουόντων.* In memoriam vocat dictio *κοινοῦ αἵματος πάσασθαι* illa *ὠμὸν καταφαγεῖν τινα, ὠμοῦ ἐσθίειν τινός, ὤμ' ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι.*

V. 203. *ἐκκεκήρυκται* ex Musgravii coniectura scripsi. Libri *ἐκκεκηρύχθαι.* Nauckius ex Carneadis parodia apud Diog. L. IV 64 *τοῦτον σχολῆς τῆσδ' ἐκκεκηρῦχθαι λέγω* reposuit *ἐκκεκηρῦχθαι λέγω.* Sed et Carneadem et librarios illud *λέγω* quod est in v. 198 decepisse videtur.

V. 205 sq. *καὶ πρὸς — αἰκισθέντ' ἰδεῖν*] Ex antecedentibus subaudiendum *ἐᾶν*, dictumque *αἰκισθέντ' ἰδεῖν*, ut *ἡδὺ λαβεῖν* et alia similia. Verte: 'et corpore ab alitibus canibusque laniato turpatum.' ERF.

V. 207 sq. *κοὔποτ' — ἐνδίκων*] Cum dicit: 'neque unquam plus honoris a me viris malis quam bonis habebitur', nihil aliud dicere vult nisi hoc: 'et semper a me improbi prae bonis contemnentur.'

*ἀλλ' ὅστις εὔνους τῇδε τῇ πόλει, θανὼν*
*καὶ ζῶν ὁμοίως ἐξ ἐμοῦ τιμήσεται.*
ΧΟ. *σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει, παῖ Μενοικέως Κρέον,*
*τὸν τῇδε δύσνουν κἀς τὸν εὐμενῆ πόλει.*
*νόμῳ δὲ χρῆσθαι παντί που πάρεστί σοι*
*καὶ τῶν θανόντων χὠπόσοι ζῶμεν πέρι.*
ΚΡ. *ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε τῶν εἰρημένων —*
ΧΟ. *νεωτέρῳ τῳ τοῦτο βαστάζειν πρόθες.*
ΚΡ. *ἀλλ' εἴσ' ἕτοιμοι τοῦ νεκροῦ γ' ἐπίσκοποι.*
ΧΟ. *τί δῆτ' ἂν ἄλλο τοῦτ' ἐπεντέλλοις ἔτι;*
ΚΡ. *τὸ μὴ 'πιχωρεῖν τοῖς ἀπιστοῦσιν τάδε.*
ΧΟ. *οὐκ ἔστιν οὕτω μῶρος, ὃς θανεῖν ἐρᾷ.*
ΚΡ. *καὶ μὴν ὁ μισθός γ' οὗτος. ἀλλ' ὑπ' ἐλπίδων*

V. 210. *τιμήσεται*] Vide ad Philoct. 48.

V. 211 sq. *σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει — τὸν τῇδε δύσνουν* etc.] Chorus cum aperte obloqui Creonti non auderet, magna cum arte solius *σοί* pronominis collocatione ostendit alios aliter quam Creontem iudicaturos esse.

V. 212. *κἀς* ex G. Dindorfii coniectura scripsi. Libri *καί*. De praepositione secundo demum substantivo praeposita cfr. Krueg. I et II § 68, 9, 2. 'De crasi *κἀς* — nam sic, non *κεἰς*, ut scribatur ante consonantem, et ratio postulat et antiquorum codicum mos scribendi suadet — ad Eurip. Alc. 841 dixi.' G. DINDORF.

V. 213. *παντί που πάρεστί σοι* cum Dindorfio scripsi. Libri *παντί πού τ' ἔνεστί σοι*. Meinekius coniecit *παντί που μέτεστί σοι*.

V. 215. *ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε*] Alii hoc idem esse contendunt atque *ὅπως σκοποὶ ἔσεσθε* exemplis destituti, alii corrigunt *πῶς ἂν σκοποὶ νῦν εἶτε* vitiosam formam *εἶτε* inferentes, de qua Nauckius Eur. Stud. II p. 79 disseruit. Nihil nisi lineolam ponendam esse, monui A. Soph. em. p. 41. Creon dicturus est *μὴ ἐπιχωρεῖτε τοῖς ἀπιστοῦσιν τάδε*, sed interpellatus a choro qui tenacem semel iussi regem novit, accommodat iussum interrogationi coryphaei *τί δῆτ' ἂν ἄλλο τοῦτ' ἐπεντέλλοις ἔτι;* Cfr. O. R. 325 *ὡς οὖν μηδ' ἐγὼ ταὐτὸν πάθω —*.

V. 216. *πρόθες*] Conferunt editores Trach. 1049 *κοὔπω τοιοῦτον οὔτ' ἄκοιτις ἡ Διὸς προὔθηκεν οὔθ' ὁ στυγιὸς Εὐρυσθεὺς ἐμοί*. Eur. Hipp. 1046 *σὺ σαυτῷ τόνδε προὔθηκας νόμον*.

V. 217. *ἀλλ' — ἐπίσκοποι*] Particula *ἀλλὰ* refertur ad suppressam sententiae partem, quam glossa supplet: *οὐ λέγω ὑμᾶς φυλάσσειν, ἀλλά*. — Senes enim, minus percepta Creontis mente, onus custodiendi cadaveris, quod sibi imponi rebantur, deprecati fuerant. BR.

V. 218. *τί ἂν ἄλλο ἐπεντέλλοις;*] I. e. 'quid aliud praeceptum id quod dicere coepisti significat.' Cfr. Eur. Iph. A. 1009 *ΑΧ. ἄκουε δή νυν, ἵνα τὸ πρᾶγμ' ἔχῃ καλῶς. ΚΛ. τί τοῦτ' ἔλεξας; ὡς ἀκουστέον γέ σου.*

V. 219. *τὸ μὴ — τάδε*] 'Ut ne permittatis iis, qui huic edicto non oboediunt', i. e. ut videatis, ne quis non oboediat huic edicto. De *ἀπιστεῖν*, 'non oboedire', confer 381 *σέ γ' ἀπιστοῦσαν* et 656 *ἀπιστήσασαν*. Trach. 1183. 1224. 1228. De accusativo *τάδε* vide ad v. 64.

V. 220. *οὕτω μῶρος, ὃς*] Cfr. Krueg. I § 51, 13, 10. Rehdantz. ad Dem. in indice gramm. sub v. *ὅς*.

V. 221 sq. *ἀλλ' ὑπ' ἐλπίδων — διώλεσεν*] 'Sed saepe, quia

ἄνδρας τὸ κέρδος πολλάκις διώλεσεν.

ΦΥΛΑΞ.

Ἄναξ, ἐρῶ μὲν οὐχ ὅπως τάχους ὕπο
δύσπνους ἱκάνω κοῦφον ἐξάρας πόδα·
πολλὰς γὰρ ἔσχον φροντίδων ἐπιστάσεις
ὁδοῖς κυκλῶν ἐμαυτὸν εἰς ἀναστροφήν.
ψυχὴ γάρ ηὔδα πολλά μοι μυθουμένη·
'τάλας, τί χωρεῖς οἷ μολὼν δώσεις δίκην;'
'τλήμων, μενεῖς αὖ; κεἰ τάδ' εἴσεται Κρέων
ἄλλου παρ' ἀνδρός, πῶς σὺ δῆτ' οὐκ ἀλ-
γυνεῖ;'
τοιαῦθ' ἑλίσσων ἤνυτον σχολῇ βραδύς,
χοὔτως ὁδὸς βραχεῖα γίγνεται μακρά.

sperabant, homines lucrum perdidit', i. e. saepe homines lucrum, quod sperabant, sive spes lucri perdidit.

V. 223. Schol.: *ἐγὼ μὲν οὐχ ὅπως τάχους ὕπο· οὐ τοῦτο λέγω, ὅτι μετὰ σπουδῆς ἀσθμαίνων πρὸς σὲ πεπόρευμαι· πολλάκις γὰρ ἐπιστὰς ἐλογισάμην, πότερον ἔλθω πρὸς σὲ ἢ μή.* De *μὲν οὐχ* particularum positu confert Neuius El. 552. 905. 1036. O. R. 31. O. C. 836. 1370. Elmsl. ad Eur. Med. 1073. Vide etiam ad huius fab. 96. Ceterum bene Camerarius: 'Solent servi nuntiis suis praefari festinationem, ut in Mercatore (I 2, 14) *seditionem facit lien, occupat praecordia, perii, animam nequeo vertere, nimis nihili tibicen siem.* Hoc se nunc facere posse negat; nam placide adventare et lento incessu.'

V. 224. *κοῦφον ἐξάρας πόδα*] Similiter Eurip. Troad. 342 *μὴ κοῦφον αἴρῃ βῆμ' ἐς Ἀργείων στρατόν*, de quo loco vide quae dixi in Censura Aiac. ab Lobeck. ed. p. 78 sq.

V. 225. *πολλὰς γὰρ ἔσχον* etc.] Proprie: multas enim habui deliberationum inhibitiones, i. e. saepe enim deliberationes meae me inhibuerunt sive subsistere iusserunt. Cfr. Plutarch. Lysand. c. 17 *αἱ δ' ἀπὸ μέρους εἰς ὅλον ἁμαρτίαι πολλὰς ἐνστάσεις — ἔχουσιν.*

V. 226. *ὁδοῖς*] Pluralis de compluribus locis viae intellegendus est ut Eur. Hec. 36 *πάντες δ' Ἀχαιοὶ .. θάσσουσ' ἐπ' ἀκταῖς*, Liv. I 27 *cunctantur in ripis.* De dativo loci vide ad v. 121. — *κυκλῶν .. εἰς ἀναστροφήν*: 'circumagens me ad reditum'. Sic enim facere consueverunt ii qui dubitant et detrectant ire quo coguntur: subsistunt et circumvolvuntur ad reditum, denique inviti parent necessitati.

V. 227. *ηὔδα — μυθουμένη*] Vide ad Ai. 757 *ἔφη λέγων.*

V. 230. Schol.: *οὐκ ἀλγυνεῖ· οὐ τιμωρηθήσῃ.* Cfr. 754 *κλαίων φρενώσεις.* 932 *κλαύμαθ' ὑπάρξει.* O. R. 363 *οὔτι χαίρων.* 368 *ἦ καὶ γεγηθὼς* etc. 401 *κλαίων δοκεῖς μοι* etc. 1152 *κλαίων δ' ἐρεῖς.* Phil. 1299 *οὔτι χαίρων.* Herm. ad Vig. p. 767.

V. 231. *ἑλίσσων*] Glossa: *κατὰ νοῦν στρέφων.* De *ἤνυτον*, quod est 'viam confeci, adveni', vide ad O. C. 1562 — *σχολῇ βραδύς*, non *σὺν σπουδῇ ταχύς*, ut est Phil. 1223. Duo dicit custos, et adductum *aegre* se esse ut accederet ad Creontem (*σχολῇ ἤνυτον*) et in ipso perficiendo itinere tardum se fuisse (*βραδὺς ἤνυτον*). Inepte quosdam editores quae in scholiis commemorata est varia scriptura *ταχύς* pro *βραδύς* recepisse satis demonstratum a me est in Comment. de schol. in Soph. tragg. auctoritate p. 16.

τέλος γε μέντοι δεῦρ' ἐνίκησεν μολεῖν
σοὶ κεἰ τὸ μηδὲν ἐξερῶ, φράσω δ' ὅμως.
τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι δεδραγμένος
τὸ μὴ παθεῖν ἂν ἄλλο πλὴν τὸ μόρσιμον.
ΚΡ. τί δ' ἔστιν, ἀνθ' οὗ τήνδ' ἔχεις ἀθυμίαν;
ΦΥ. φράσαι θέλω σοι πρῶτα τἀμαυτοῦ· τὸ γὰρ
πρᾶγμ' οὔτ' ἔδρασ', οὔτ' εἶδον ὅστις ἦν ὁ δρῶν,
οὐδ' ἂν δικαίως ἐς κακὸν πέσοιμί τι.
ΚΡ. εὖ γε στοχάζει, κἀποφάργνυσαι κύκλῳ
τὸ πρᾶγμα. δηλοῖς δ' ὥς τι σημανῶν νέον.

V. 233. δεῦρ' ἐν. μολεῖν σοί] De infinitivo μολεῖν ex ἐνίκησεν apto vide Krueg. II § 61, 5, 4.

V. 234. Male coniungunt quidam σοὶ cum μολεῖν cl. O. C. 70. Vulgata scriptura non videtur sana. Erfurdtius coniecit κεἴ σοι τὸ μηδὲν ἐξερῶ, Emperius ὡς, κεἰ τὸ μηδὲν ἐξερῶ, φράσων ὅμως, Bergkius φράσονθ' ὅμως. Fortasse nihil nisi φράσω δ' in φράσων mutandum est. Nam etiam δὲ offendit. Quem quidem afferunt locum O. R. 302 πόλιν μὲν εἰ καὶ μὴ βλέπεις, φρονεῖς δ' ὅμως, is diversam rationem sequitur. Nominativus φράσων post ἐνίκησεν μολεῖν, quasi sit ἐβουλευσάμην μολεῖν, multis exemplis defenditur. Vide Krueg. I § 56, 9, 4. — τὸ μηδέν, 'quod prorsus nihil est' cum superlatione, quod auctorem facinoris ignorat.

V. 235. Schol.: τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι· [ὑπὸ γὰρ τῆς ἐλπίδος νενικημένος ἐλήλυθα. ἢ οὕτως·] ἀντειλημμένος τῆς ἐλπίδος ἐλήλυθα.

V. 236. τὸ μὴ παθεῖν ἂν] Ita loquitur, quasi praecesserit ἐλπίζω γάρ. Cfr. Krueg. II § 50, 6, 6.

V. 238. πρῶτα τἀμαυτοῦ] Parmeno servus apud Terent. in Eunucho V 5, 9 sq.: *ere, primum te arbitrari id quod res est velim: quidquid huius factumst, culpa non factumst mea.* Pari modo Sostrata marito suo ait in Haut. IV 1, 10: *primum hoc te oro, ne quid credas me advorsum edictum tuom facere esse ausam.* BR.

V. 238 sq. τὸ γὰρ πρᾶγμ' etc.] Γὰρ particula rem ipsam praenuntiatam introducit. Sic 178 ἐμοὶ γὰρ etc. 998 γνώσει — κλύων. ἐς γὰρ etc. El. 644 ἃ γὰρ προσεῖδον etc. O. R. 277 ὥσπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες, ὧδ', ἄναξ, ἐρῶ. οὔτ' ἔκτανον γὰρ etc. 711 φανῶ δέ σοι σημεῖα τῶνδε σύντομα. χρησμὸς γὰρ ἦλθε. Philoct. 1049 νῦν δ' ἑνὸς κρατῶ λόγου. οὐ γὰρ τοιούτων δεῖ, τοιοῦτός εἰμ' ἐγώ. Similis ratio est v. 407 huius fabulae.

V. 239. ὁ δρῶν] Nobis der Thäter. Sic 319. 325. Ai. 1280 οὐχ ὅδ' ἦν ὁ δρῶν τάδε. El. 200 ἦν ὁ ταῦτα πράσσων. Similia sunt ἡ τίκτουσα, die Mutter. El. 342. 533 et alibi, οἱ λέγοντες, die Redner, veluti apud Xenoph. Cyrop. VI 1, 9 τοῖς πρόσθεν λέγουσιν.

V. 241 sq. εὖ γε στοχάζει] Hoc ita translatum a sagittario, ut significet eum qui diu exspectatione suspendit, dum tandem aliquando agat quod acturus est. Quod cum longius arcessitum esset, vel poeta secundis curis vel potius *histrio* τὶ φροιμιάζει invenisse videtur, quod Aristoteles habet rhet. III 14. Tum κἀποφάργνυσαι scripsi. Libri κἀποφράγνυσαι. Vide ad Ai. 910. Brunckius confert Terent. Haut. IV 1, 12 *nescio quid peccati portat haec purgatio.* Schol.: κἀποφράγνυσαι κύκλῳ· κύκλῳ σαυτὸν ἀσφαλίζῃ, ἢ αὐτὴν τὴν πρᾶξιν. Sensus est: 'facti culpam a te amoves'. De locutione δηλοῖς ὡς σημανῶν vide Krueg. II § 56, 4, 4; de νέον τι, quod idem paene valet atque κακόν τι, confer Phi-

ΦΥ. τὰ δεινὰ γάρ τοι προστίθησ' ὄκνον πολύν.
ΚΡ. οὔκουν ἐρεῖς ποτ', εἶτ' ἀπαλλαχθεὶς ἄπει;
ΦΥ. καὶ δὴ λέγω σοι. τὸν νεκρόν τις ἀρτίως
θάψας βέβηκε, κἀπὶ χρωτὶ διψίαν
κόνιν παλύνας κἀφαγιστεύσας ἃ χρή.
ΚΡ. τί φής; τίς ἀνδρῶν ἦν ὁ τολμήσας τάδε;
ΦΥ. οὐκ οἶδ'. ἐκεῖ γὰρ οὔτε του γενῇδος ἦν
πλῆγμ', οὐ δικέλλης ἐκβολή· στύφλος δὲ γῆ
καὶ χέρσος ἀρρὼξ οὐδ' ἐπημαξευμένη
τροχοῖσιν, ἀλλ' ἄσημος οὑργάτης τις ἦν.
ὅπως δ' ὁ πρῶτος ἡμὶν ἡμεροσκόπος
δείκνυσι, πᾶσι θαῦμα δυσχερὲς παρῆν.
ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο, τυμβήρης μὲν οὔ,

loct. 784 καί τι προσδοκῶ νέον. 1229 μῶν τι βουλεύει νέον. Eur. Hec. 217 νέον τι πρὸς σὲ σημανῶν ἔπος. Med. 37 δέδοικα δ' αὐτὴν μή τι βουλεύσῃ νέον. Heind. ad Plat. Protag. p. 461.

V. 243. τὰ δεινὰ .. ὄκνον] Consentaneum, inquit custos, ubi metuendae sunt res, ibi metum et cunctationem esse. Particulae γὰρ et τοι saepe coniunguntur inprimis cum ex sententia communi causa repetitur. Cfr. v. 580.

V. 244. ἀπαλλαχθεὶς neque est ἀθῷος, ut interpretatur scholiasta, neque, ut alii, 'onere quod fers deposito', sed idem significat quod Aesch. Eum. 180 χωρεῖτ' ἀπαλλάσσεσθε μαντικῶν μυχῶν. Est igitur ἀπαλλ. ἄπει; 'a me te removebis et abibis'. Confert Neuius Eur. Phoen. 972 φεῦγ' ὡς τάχιστα τῆσδ' ἀπαλλαχθεὶς χθονός. De locutione οὔκουν ἐρεῖς, 'quin dicis' cfr. Plat. Gorg. p. 466 E οὔκουν ἀποδείξεις τοὺς ῥήτορας νοῦν ἔχοντας καὶ τέχνην τὴν ῥητορικὴν ἀλλὰ μὴ κολακείαν, ἐμὲ ἐξελέγξας; Krueg. I § 53, 7, 4.

V. 245. καὶ δὴ λέγω σοι] Sic El. 317 καὶ δή σ' ἐρωτῶ, ad quem locum vide quae de καὶ δὴ particularum usu notata sunt.

V. 246. Schol.: διψίαν· ξηράν. Cfr. Aesch. Ag. 495 μαρτυρεῖ δέ μοι κάσις πηλοῦ ξύνουρος διψία κόνις τάδε. Particula καὶ non adiungit παλύνας ad θάψας sed ad καὶ ἐφαγιστεύσας. Nam τῷ κόνιν παλῦναι et τῷ ἐφαγιστεῦσαι perficitur τὸ θάπτειν. Cfr. Hesych. παλύνας, τὸ λεπτὸν τῆς γῆς ἐπιβαλών, τὴν καλουμένην χυτήν. Tum de ἐφαγιστεύσας vide ad v. 196.

V. 249 sqq. ἐκεῖ γὰρ οὔτε του — ἐκβολή] Recte Brunckius haec sic interpretatus est: 'ibi enim neque securi quid erat caesum, neque ligone effossum.' De οὔτε — οὐ vide Krueg. II § 69, 61, 1.

V. 250 sqq. Schol.: στύφλος· σκληρά. ἀρρώξ· μὴ ἐσχισμένη. ἐπημαξευμένη· ἐσκαμμένη. De spiritu verbi compositi ἐπημ. conferri iubet Hermannus H. Stephanum in Thes. T. I p. 381 sive ed. novae p. 1909 in verbo καθαμαξεύω. Bene Brunckius οὐδ' ἐπ. τροχοῖσιν reddidit: 'nec plaustri sulcata rotis'.

V. 251. Elmsleius (ad Bacch. 1135) et Hermannus post χέρσος comma posuerunt, ut id pro adiectivo esset. Sane χέρσος adiectivum est, sed nomini attributum hoc sensu: ἡ δὲ γῆ στύφλος καὶ χέρσος οὖσα ἀρρὼξ ἦν κτέ.

V. 252. Schol.: ἀλλ' ἄσημος — ἦν· ὁ τοῦτο ἐργασάμενος ἄγνωστος ἦν. De τις cfr. O. C. 289 ὅταν δ' ὁ κύριος παρῇ τις, ὑμῶν ὅστις ἐστὶν ἡγεμών.

V. 255 sq. Schol.: τυμβήρης μὲν οὔ, λεπτὴ δ' ἄγος· οὐ κατὰ βάθος τεθαμμένος, ἀλλ' ὡς ἔτυ-

λεπτὴ δ', ἄγος φεύγοντος ὥς, ἐπῆν κόνις.
σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς οὔτε του κυνῶν
ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο.
λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοί,
φύλαξ ἐλέγχων φύλακα· κἂν ἐγίγνετο
πληγὴ τελευτῶσ', οὐδ' ὁ κωλύσων παρῆν.
εἷς γάρ τις ἦν ἕκαστος οὑξειργασμένος
κοὐδεὶς ἐναργής, ἀλλ' ἔφευγε πᾶς τὸ μή.
ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν

χεν, ἐπιβεβλημένη ἦν ἡ ἄμμος. Τοῦτο δὲ ἐποίησεν ὁ θάψας νόμου χάριν· οἱ γὰρ νεκρὸν ὁρῶντες ἄταφον καὶ μὴ ἐπαμησάμενοι κόνιν ἐναγεῖς εἶναι ἐδόκουν· ὥσπερ οὖν τὸ τῆς ἀσεβείας τις ἔγκλημα φεύγων λεπτὴν κόνιν ἐπιχέει τοῖς νεκροῖς, οὕτως ἦν καὶ ἐπάνω τοῦ Πολυνείκους· καὶ τοῦτο δὲ ἡ Ἀντιγόνη καθαρσίων ἕνεκα πεποίηται. λόγος δέ, ὅτι Βουζύγης Ἀθήνησι κατηράσατο τοῖς περιορῶσιν ἄταφον σῶμα. Cfr. interpretes ad Horatii Od. I 28, 30. De positu μὲν οὖ particularum vide ad v. 223, de genetivo participii φεύγοντος Matth. § 563, Krueg. I § 47, 4, 3.

V. 257. οὔτε θηρὸς οὔτε του κυνῶν i. q. οὔτε θηρός του οὔτε του κυνῶν. Cfr. Trach. 3 οὔτ' εἰ χρηστὸς οὔτ' εἴ τῳ κακός, 1254 σπαραγμὸν ἤ τιν' οἶστρον idque multis aliis locis occurrit.

V. 258. σπάσαντος cum suppleat notionem ἐλθόντος ('bestiae quae venerit, quae lacerarit'), ἀσυνδέτως additum est. Atque οὐ ex graeco dicendi genere repetitur.

V. 259. λόγοι ἐρρόθουν] Cfr. Eur. Hec. 116 πολλῆς δ' ἔριδος συνέπαισε κλύδων.

V. 260. φύλαξ ἐλέγχων φύλακα] Vide v. 413. Loquitur autem ita, quasi praecesserit ἐρροθοῦμεν, ut 290. Adscripsit Neuius Aesch. Prom. 200 στάσις τ' ἐν ἀλλήλοισιν ὠροθύνετο, οἳ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἕδρας Κρόνον, ὡς Ζεὺς ἀνάσσοι δῆθεν, οἳ δὲ τοὔμπαλιν σπεύδοντες, ὡς Ζεὺς μήποτ' ἄρξειεν θεῶν. Hermannus confert Eur. Bacch. 1131. Cui loco Matth. adhibet Phoen. 1462. Cfr. Krueg. I § 56, 9, 4.

V. 260 sq. κἂν ἐγίγνετο etc.] Exspectaveris κἂν ἐγένετο. Verum vide ad O. C. 271 sq. Imperfecto imminens malum describitur. De τελευτῶσα participio cfr. Krueg. I § 56, 8, 5. Ceterum protasis loco est v. 268 τέλος δ' etc. Conferri iubet Neuius Thiersch. Gr. Gr. § 334, 3 b. Eodem modo Romani locuti sunt, veluti Cicero pro P. Sestio C. XVI § 35. 36.

V. 261. οὐδ' ὁ — παρῆν] Sic El. 1197 οὐδ' ὁ κωλύσων πάρα. Cfr. Krueg. I § 50, 4, 3.

V. 262 sq. Schol.: εἷς γάρ τις ἦν ἕκαστος· ἕκαστος μὲν γὰρ τὸν πλησίον ἐδόκει πεπραχέναι, ἀκριβῶς δὲ αὐτὸν κατελέγχειν οὐκ ἠδύνατο.

V. 263. ἔφευγε πᾶς τὸ μή] Sic ex G. Dindorfii coniectura scripsi. Libri ἔφευγε τὸ μὴ εἰδέναι. Repetendum cogitatione ἐξειργασμένος εἶναι. Ceterum apte contulit Dindorfius v. 443 καὶ φημὶ δρᾶσαι κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή, et Ai. 96 κόμπος πάρεστι, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή. De quibus vide Herm. ad Vig. p. 800. Krueg. I § 67, 12, 4. Alii scribunt cum Erfurdtio ἔφευγε μὴ εἰδέναι cl. O. C. 1740 ἀπέφυγε . . τὸ μὴ πίτνειν κακῶς, Eur. Heracl. 506 φευξόμεσθα μὴ θανεῖν, ubi vide Pflugkium.

V. 264 sq. Schol.: ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους· ἕτοιμοι ἦμεν πάσας βασάνους ὑπομένειν πρὸς ἔλεγχον· εἰώθασι δὲ οἱ ὀμνύοντες καὶ πίστεις διδόντες μύδρους

καὶ πῦρ διέρπειν καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν
τὸ μήτε δρᾶσαι, μήτε τῳ ξυνειδέναι
τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι μηδ᾽ εἰργασμένῳ.
τέλος δ᾽, ὅτ᾽ οὐδὲν ἦν ἐρευνῶσιν πλέον,
λέγει τις, εἷς ὃς πάντας ἐς πέδον κάρα
νεῦσαι φόβῳ προὔτρεψεν. οὐ γὰρ εἴχομεν
οὔτ᾽ ἀντιφωνεῖν, οὔθ᾽ ὅπως δρῶντες καλῶς
πράξαιμεν. ἦν δ᾽ ὁ μῦθος, ὡς ἀνοιστέον
σοὶ τοὔργον εἴη τοῦτο κοὐχὶ κρυπτέον.
καὶ ταῦτ᾽ ἐνίκα, κἀμὲ τὸν δυσδαίμονα
πάλος καθαιρεῖ τοῦτο τἀγαθὸν λαβεῖν.
πάρειμι δ᾽ ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν οἶδ᾽ ὅτι.

βαστάζειν καὶ πῦρ ὑπερβαίνειν· τοὺς γὰρ μὴ ἐνόχους τῷ ἁμαρτήματι ᾤοντο καὶ ἐν τούτοις μὴ ἀλγεῖν. — μύδρος πεπυρακτωμένος σίδηρος. Nescio, num antiquis aliud exstet superstitionis illius testimonium, qua diu captae fuerunt septentrionalium populorum mentes. Nihil in historia notius quam purgationes, quibus, adhibito sacramento, rei obiecta crimina amoliebantur et innocentiam suam defendebant. Earum diversa erant genera, quae omnia communi nomine indigetabantur, Iudicium dei. Sollemnis fuit purgatio per ferrum candens; alia per medium ignem incessus, qualis fuit Hirporum θαυμαστὸς ἱεροποιία, cuius admonuit Verg. Aen. XI 787: *et medium freti pietate per ignem cultores magna premimus vestigia pruna.* BR. Alios locos quibus similia traduntur, Paus. VII 25, 8 πίνουσαι δὲ αἷμα ταύρου δοκιμάζονται· ἣ δ᾽ ἂν αὐτῶν τύχῃ μὴ ἀληθεύουσα, αὐτίκα ἐκ τούτου τὴν δίκην ἔσχεν, Achill. Tat. VIII 6, VIII 12, Heliod. Aeth. VII 4, X 8 collegit W. A. Becker. Charicl. II p. 282—285 primae ed., qui etiam Brunckii errorem de Hirporum sacris cum illis purgationibus comparatis correxit.

V. 266 sq. ξυνειδέναι: cfr. Aesch. Cho. 216 καὶ τίνα σύνοισθά μοι καλουμένῃ βροτῶν; Xen. Anab. VII 6, 18 σύνοιδέ μοι εἰ ἐπιορκῶ, Isocr. VII § 50 σύνοιδα τοῖς πλείστοις αὐτῶν ἥκιστα χαίρουσι ταύτῃ τῇ καταστάσει. In proximo versu μηδ᾽ pro μήτ᾽ Blaydesius emendavit. Nihil frequentius eo errore in libris. Atque hoc loco eo facilior erat error post μήτε — μήτε.

V. 268. ὅτ᾽ οὐδὲν ἦν — πλέον] De οὐδὲν πλέον ἐστί, 'nihil expedit', videatur Krueg. I § 48, 3, 7.

V. 269. Ante Meinekium comma post εἷς ponebatur. In λέγει τις εἷς sensu caret εἷς, in εἷς ὃς πάντας κτέ. lepide εἷς et πάντας opponuntur, scilicet ut ingens dicti vis appareat. De locutione φόβῳ κάρα νεῦσαι confer O. C. 1607 ὀρθίας στῆσαι φόβῳ τρίχας.

V. 270 sqq. οὐ γὰρ εἴχομεν — πράξαιμεν] Apte confert Neuius Ai. 428 οὔτοι σ᾽ ἀπείργειν, οὔθ᾽ ὅπως ἐῶ λέγειν ἔχω. Tum καλῶς πράξαιμεν valet εὐτυχήσαιμεν.

V. 272 sq. ὡς ἀνοιστέον — τοῦτο] 'rem tibi renuntiandam esse'.

V. 275. καθαιρεῖ] Damnat. Vocem forensem esse ostendit Pollux VIII 15. Lysias adversus Agoratum § 37 τὴν μὴν καθαιροῦσαν ἐπὶ τὴν ὑστέραν. Eur. Or. 862 καθεῖλον ἡμᾶς. MUSG. Tum τοῦτο τἀγαθόν ironice dictum esse patet.

V. 276. ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν] Confert Neuius Trach. 198 οὕτως ἐκεῖνος οὐχ ἑκών, ἑκοῦσι δὲ ξύνεστι. De plurali vide ad

στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν.
ΧΟ. ἄναξ, ἐμοί τοι, μή τι καὶ θεήλατον
τοὔργον τόδ', ἡ ξύννοια βουλεύει πάλαι.
ΚΡ. παῦσαι, πρὶν ὀργῆς καί με μεστῶσαι λέγων,
μὴ 'φευρεθῇς ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα.
λέγεις γὰρ οὐκ ἀνεκτὰ δαίμονας λέγων
πρόνοιαν ἴσχειν τοῦδε τοῦ νεκροῦ πέρι.
πότερον ὑπερτιμῶντες ὡς εὐεργέτην
ἔκρυπτον αὐτόν, ὅστις ἀμφικίονας
ναοὺς πυρώσων ἦλθε κἀναθήματα
καὶ γῆν ἐκείνων, καὶ νόμους διασκεδῶν;
ἢ τοὺς κακοὺς τιμῶντας εἰσορᾷς θεούς;
οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ ταῦτα καὶ πάλαι πόλεως
ἄνδρες μόλις φέροντες ἐρρόθουν ἐμοὶ

v. 9 sq., de οἶδ' ὅτι ad O. C. 269 sq.

V. 278. μὴ — καὶ] Ne adeo. Sic Philoctet 13. 46. Adde quae ad Electr. 580 adnotavimus.

V. 278 sq. θεήλατον] Sic O. R. 255 οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον. — De πάλαι vide ad O. R. 1477 et Valck. ad Eur. Hipp. 1085.

V. 280. παῦσαι — λέγων] καί με pro κἀμὲ ex Seidleri coniectura scripsi: 'desine, priusquam etiam ira me impleas dictis tuis'. Καὶ enim particula non ad μὲ pronomen, sed ad vocem ὀργῆς pertinet. Quod qui negant fieri posse, ignorare se ostendunt stilum Sophocleum. Vide El. 643, qui luculentissime sententiam nostram probat, Ai. 1348, et, ubi incertum potest videri indicium, Ai. 345. Adde Schaefer. ad Demosth. orat. pro coron. p. 311 v. 12.

V. 281. μὴ 'φευρεθῇς etc.] Schol.: ἐναντίον γὰρ ἡ ἄνοια τῷ γήρᾳ. Confert O. C. 930 καί σ' ὁ πληθύων χρόνος γέρονθ' ὁμοῦ τίθησι καὶ τοῦ νοῦ κενόν.

V. 285 sq. Schol.: ἀμφικίονας· τοὺς ἀμφοτέρωθεν ὑπὸ κιόνων βασταζομένους ναούς. Eustathius p. 706, 22 (590, 6): ἰστέον δὲ καὶ ὅτι παρὰ Ἡροδότῳ πυρῶσαι κεῖται τὸ ἐμπρῆσαι ἐν τῷ πυρώσω τὰς Ἀθήνας. Κεῖται δὲ ἡ λέξις καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ ἀμφικίονας ναοὺς πυρώσων ἦλθεν, ἤγουν καύσων. Ἔνθα ναοὶ ἀμφικίονες ἐρρέθησαν οἱ, ὡς καὶ μέχρι νῦν ἐνιαχοῦ φαίνεται, κύκλῳ ὑπὸ κιόνων περιεχόμενοι, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν, κυκληδόν, ὃ κεῖται παρὰ τοῖς παλαιοῖς.

V. 286. Hermannus commate post ἦλθε posito et ἀναθήματα et γῆν a verbo διασκεδῶν regi putavit. Alii comma post κἀναθήματα ponunt. At cfr. Eur. Iph. A. 1070 Πριάμοιο κλεινὰν γαῖαν ἐκπυρώσων.

V. 287. καὶ γῆν ἐκείνων] Digna quae notetur locutio, utpote quae ostendit deos cuiuslibet gentis tanquam mancipes eius habitos esse. MUSG. Cfr. ad O. C. 38 et 54. Fortasse tamen, quod iam Schneidewinus coniecit, δίκην τ' ἐκείνων καὶ νόμους διασκεδῶν scribi debet. Cfr. v. 368 sq. Tum de verbo διασκεδαννύναι compara O. C. 620. 1341.

V. 288. Ambiguitas constructionis ipsa actione dissolvitur. Cfr. Eur. Suppl. 505 ἢ θεοὺς δικαίως τοὺς κακοὺς ἀπολλύναι.

V. 289 sqq. ἀλλὰ ταῦτα etc.] Hoc dicit: 'sed haec (i. e. edictum de Polynice non sepeliendo) dudum cives nonnulli aegre ferentes obmurmurarunt mihi.' De πάλαι

κρυφῇ κάρα σείοντες, οὐδ᾽ ὑπὸ ζυγῷ
λόφον δικαίως εἶχον ὡς στέργειν ἐμέ.
ἐκ τῶνδε τούτους ἐξεπίσταμαι καλῶς
παρηγμένους μισθοῖσιν εἰργάσθαι τάδε.
οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν οἷον ἄργυρος
κακὸν νόμισμ᾽ ἔβλαστε. τοῦτο καὶ πόλεις
πορθεῖ, τόδ᾽ ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων·
τόδ᾽ ἐκδιδάσκει καὶ παραλλάσσει φρένας
χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγμαθ᾽ ἵστασθαι βροτῶν·
πανουργίας δ᾽ ἔδειξεν ἀνθρώποις ἔχειν
καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι.
ὅσοι δὲ μισθαρνοῦντες ἤνυσαν τάδε,

vide ad 279, de *καὶ πάλαι* Neuius comparat Trach. 87. Philoct. 966. 1218. Heindorf. ad Plat. Soph. 7; denique de locutione *πόλεως ἄνδρες* vide Ai. 1044 *ἄνδρα στρατοῦ*. El. 759 *ἄνδρες Φωκέων*. Scholiasta: *ἐρρόθουν· ἠρέμα ψιθυρίζοντες ὕβριζόν με.* [Nescio an haec interpretatio non omnino vera sit. Nam Creon hic non de edicto suo, sed universe loqui videtur. Itaque *ταῦτα* ut accus. interioris qui dicitur obiecti cum *ἐρρόθουν* construendum videtur atque sententia verborum *ταῦτα ἐρρόθουν* ad proximum enuntiatum spectare hunc in modum: 'ita mihi obmurmurarunt cives imperium meum moleste ferentes, ut egregie cognoscam, ab his istos perditos esse'.]

V. 291. Schol.: *κρυφῇ κάρα· οἷον μὴ πειθόμενοι τοῖς ἐμοῖς κηρύγμασι, μόνον συνῄνουν μοι, οὐχ οὕτω διακείμενοι.*

V. 292. Schol.: *λόφον δικαίως εἶχον· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων τῶν μὴ βουλομένων ὑπὸ τὸν ζυγὸν εἶναι. ταῦτα, φησίν, ὑπ᾽ ἐκείνων πράττεται βουλομένων λάθρα σαλεῦσαι τὴν ἡμετέραν ἀρχήν.*

Ibid. *ὡς στέργειν ἐμέ*] Rarius est apud antiquiores *ὡς* de effectu, non de consilio dictum. Sic 303 et apud Aeschylum Pers. 511. Saepe invenitur apud recentiores, plerumque praegresso *οὕτως* vel similis potestatis vocabulo. HERM. Addo O. R. 84. Trachin. 1125. Ceterum *ἐμέ* pro subiecto est hoc sensu: 'ita nt tolerare id possem'. [Rectius videntur alii interpretes de obiecto cogitare. Cfr. Aesch. Prom. 10 *ὡς ἂν διδαχθῇ τὴν Διὸς τυραννίδα στέργειν.*]

V. 293 sq. Schol.: *ἐκ τῶνδε τούτους ἐξεπίσταμαι· ἀπὸ τούτων, φησί, τῶν δυσαρεστούντων μου τοῖς κηρύγμασιν, οἱ φύλακες μισθὸν λαβόντες ἔθαψαν τὸν νεκρόν.* Intellegit magis auctores facinoris universe quam custodes atque sensim eo delabitur, ut custodes ipsos insimulet.

V. 296. *νόμισμα*] Significat institutum. Blomf. ad Aesch. Spt. c. Th. 255 gloss. interpretatur 'ritus, consuetudo', coll. Eur. Iph. T. 1471. Aristoph. Nub. 248. Thesm. 348. Apte Erfurdtius comparavit Oedipi Eur. fragm. 546 N. *οὔτοι νόμισμα λευκὸς ἄργυρος μόνον καὶ χρυσός ἐστιν, ἀλλὰ κἀρετὴ βροτοῖς νόμισμα κεῖται πᾶσιν, ᾗ χρῆσθαι χρεών.*

Ibid. *τοῦτο*] Recte Neuius: genus pronominis relatum est ad nomen *νόμισμα*. Vide 334. — De *καὶ* copula vide ad v. 673.

V. 301. *δυσσέβειαν εἰδέναι*] Homer. Od. ι 189 de Cyclope: *ἀπάνευθεν ἐὼν ἀθεμίστια ᾔδη.* Soph. Trach. 582 *κακὰς δὲ τόλμας μήτ᾽ ἐπισταίμην ἐγὼ μήτ᾽ ἐκμάθοιμι.*

χρόνῳ ποτ᾽ ἐξέπραξαν ὡς δοῦναι δίκην.
ἀλλ᾽ εἴπερ ἴσχει Ζεὺς ἔτ᾽ ἐξ ἐμοῦ σέβας,
εὖ τοῦτ᾽ ἐπίστασ᾽, ὅρκιος δέ σοι λέγω,
εἰ μὴ τὸν αὐτόχειρα τοῦδε τοῦ τάφου
εὑρόντες ἐκφανεῖτ᾽ ἐς ὀφθαλμοὺς ἐμούς,
οὐχ ὑμὶν Ἅιδης μοῦνος ἀρκέσει, πρὶν ἂν
ζῶντες κρεμαστοὶ τήνδε δηλώσηθ᾽ ὕβριν,
ἵν᾽, εἰδότες τὸ κέρδος ἔνθεν οἰστέον,
τὸ λοιπὸν ἁρπάζητε, καὶ μάθηθ᾽, ὅτι
οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν.
ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας
ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωμένους.
ΦΥ. εἰπεῖν τι δώσεις, ἢ στραφεὶς οὕτως ἴω;
ΚΡ. οὐκ οἶσθα καὶ νῦν ὡς ἀνιαρῶς λέγεις;
ΦΥ. ἐν τοῖσιν ὠσὶν ἢ ᾿πὶ τῇ ψυχῇ δάκνει;

V. 303. Verba *χρόνῳ ποτέ* solent interpretes referre ad *καὶ πάλαι* v. 289. At illos adversasarios et hos qui mercede accepta operas dederunt diversos esse apparet. Coniungenda vero sunt *χρόνῳ ποτέ* cum *δοῦναι δίκην*, ut in minis dici solet *χρόνῳ τοι κυρίῳ τ᾽ ἐν ἡμέρα δώσει δίκην* (Aesch. Suppl. 732). Cfr. quos ad Phil. 316 collegimus locos. Recte igitur Camerarius vertit: 'sed qui operam suam ad hanc rem conduci passi sunt, hoc consecuti sunt ut aliquando facti sui poenam deut'.

V. 308. Schol.: *οὐχ ὑμῖν Ἅιδης μοῦνος ἀρκέσει· οὐκ εὐθὺς ὑμᾶς τῷ Ἅιδῃ παραδώσω, ἀλλὰ τιμωρίαις κρεμασταῖς παραδοὺς βαρύτερον τὸ ζῆν τοῦ θανεῖν ὑμῖν ἀπεργάσομαι· παρὰ τὸ Ὁμηρικόν* (Il. β 392)· *οὔ οἱ ἔπειτα ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας ἠδ᾽ οἰωνούς*. De usu verbi *ἀρκέσει* cfr. Isocr. IV § 123 *οἷς οὐκ ἐξαρκεῖ δασμολογεῖσθαι καὶ τὰς ἀκροπόλεις ὁρᾶν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν κατεχομένας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς κοιναῖς συμφοραῖς καὶ τοῖς σώμασι δεινότερα πάσχουσι τῶν παρ᾽ ὑμῖν ἀργυρωνήτων*.

V. 309. *κρεμαστοί*] Comparat Wexius Aristoph. Ran. 618 *ΑΙ. καὶ πῶς βασανίζω; ΞΑ. πάντα τρόπον, ἐν κλίμακι δήσας, κρεμάσας, ὑστριχίδι μαστιγῶν, δέρων, στρεβλῶν, ἔτι δ᾽ ἐς τὰς ῥῖνας ὄξος ἐγχέων, πλίνθους ἐπιτιθείς*. Adde Ai. 108, 240, Hom. Od. 22, 175. Tum *δηλῶσαι τὴν ὕβριν*, aperire scelus, dictum est pro aperire, quis scelus commiserit.

V. 310. *ἵν᾽, εἰδότες* etc.] Recte monet Erfurdtius irrisionem esse acerbissimam, qua facere custodes iubeantur, quorum faciendorum adempta fuerit facultas. Simillima ratio est v. 717, quem vide, et Ai. 100 *θανόντες ἤδη τἄμ᾽ ἀφαιρείσθων ὅπλα* et Aeschyli Prom. 82 sq.

V. 311. *ἁρπάζητε καὶ μάθηθ᾽*] De variato tempore vide Krueg. I § 59, 2, 7.

V. 312. *ἐξ ἅπαντος*] Cfr. O. C. 807 *ὅστις ἐξ ἅπαντος εὖ λέγει* et eiusd. fab. 761.

V. 313 sq. *τοὺς πλείονας — σεσωμένους*] Cfr. O. C. 795 *ἐν δὲ τῷ λέγειν κάκ᾽ ἂν λάβοις τὰ πλείον᾽ ἢ σωτήρια*. Eur. Hippol. 471 *εἰ τὰ πλείω χρηστὰ τῶν κακῶν ἔχεις*. Krueg. I § 50, 4, 13.

V. 315. Schol.: *ἐπιτρέψεις καὶ ἐμοὶ εἰπεῖν, ἢ ἀπέλθω;*

V. 317. Conf. Herodot. VII 39 *εὖ νυν τόδ᾽ ἐξεπίστασο, ὡς ἐν τοῖσι ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκέει*

ΚΡ. τί δὲ ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου;
ΦΥ. ὁ δρῶν σ᾽ ἀνιᾷ τὰς φρένας, τὰ δ᾽ ὦτ᾽ ἐγώ.
ΚΡ. οἴμ᾽, ὡς ἄλημα δῆλον ἐκπεφυκὸς εἶ.
ΦΥ. οὔκουν τό γ᾽ ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ.
ΚΡ. καὶ ταῦτ᾽ ἐπ᾽ ἀργύρῳ γε τὴν ψυχὴν προδούς.
ΦΥ. φεῦ·
ἦ δεινὸν ᾧ δοκεῖ γε, καὶ ψευδῆ δοκεῖν.
ΚΡ. κόμψευε νῦν τὴν δόξαν· εἰ δὲ ταῦτα μὴ
φανεῖτέ μοι τοὺς δρῶντας, ἐξερεῖθ᾽, ὅτι
τὰ δειλὰ κέρδη πημονὰς ἐργάζεται.
ΦΥ. ἀλλ᾽ εὑρεθείη μὲν μάλιστ᾽, ἐὰν δέ τοι
ληφθῇ τε καὶ μή, τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ,

ὁ θυμός, ὃς χρηστὰ μὲν ἀκούσας τέρψιος ἐμπιπλέει τὸ σῶμα, ὑπεναντία δὲ τούτοισι ἀκούσας ἀνοιδέει.

V. 318. Schol.: ῥυθμίζεις· σχηματίζεις, διατυποῖς. Immo hoc dicere videtur: 'quid tu tam diligenter perpendis, quo in loco situs dolor meus sit?' De ὅπου particula vide ad O. C. 1218.

V. 320. οἴμ᾽, ὡς ἄλημα etc.] De οἴμ᾽, ὡς cfr. 1270: οἴμ᾽, ὡς ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν. Ai. 354 οἴμ᾽, ὡς ἔοικας etc. 587 οἴμ᾽, ὡς ἀθυμῶ. Nomen ἄλημα recte scholiasta interpretatur: τὸ περίτριμμα τῆς ἀγορᾶς, οἷον πανοῦργος. Cfr. Ai. 381. 389. Latine 'hominem versutum vel veteratorem' dixeris.

V. 321. οὔκουν — ποτέ] Apta est oratio e verbis Creontis; cuius generis exempla similia attulit Matth. § 559 not., Krueg. I § 59, 8, 7. Sensus hic est: 'ut sim homo versutus, tamen hoc quidem scelus non commisi'.

V. 323 sq. ἦ δεινὸν — δοκεῖν] Huius dicti τὸ κομψὸν primus Boeckhius rettulit, id quod custodis responsum κόμψευέ νυν τὴν δόξαν (i. e. 'argutare verbo δοκεῖν') requirit, ad significationem verbi δοκεῖν commutatam; minus recte idem infinitivum δοκεῖν ex ᾧ δοκεῖ, non e δεινόν aptum esse voluit hoc sensu: 'grave si quis decernit falsa opinari' ('o wahrlich schlimm, wem gut dünkt, dass ihm falsches dünke'). Hoc correxit Bonitzius l. c. p. 43 sq. atque hunc sensum esse statuit: 'grave, cuius arbitrium lex sit, eum etiam falsa opinari'.

V. 324. Schol.: εἰ δὲ ταῦτα μή· τὸ ἑξῆς· εἰ δὲ μὴ φανεῖτέ μοι τοὺς ταῦτα δρῶντας. Cfr. Matth. § 278 not. 2, a quo perperam hic usus poetis adscribitur, cum saepe non ad licentiam metro servientem, sed ad vim rhetoricam pertineat ut hic et O. R. 139 ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανὼν κτέ. Cfr. Demosth. VIII § 28 ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας, XIV § 25 ταῦτα δ᾽ οἱ κεκτημένοι, LVII § 65 ταῦτα τοὺς εἰδότας.

V. 326. τὰ δειλὰ κέρδη] Τὰ δειλὰ κέρδη dicit, quia ignavi est lucri causa clam illicita facere. His dictis abit Creon. Nam ex iis, quae respondet custos, prima tantum verba eiusmodi sunt, ut audiente Creonte dici potuerint. Schol.: ἀπιὼν ὁ θεράπων καθ᾽ ἑαυτὸν ταῦτά φησιν· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐπὶ τοῦ Κρέοντος ταῦτα λέγεσθαι· ὡς καὶ ἐν τοῖς κωμικοῖς.

V. 327. εὑρεθείη μὲν μάλιστ᾽] I. e. 'maxime vellem, ut deprehenderetur'. Vide Vig. p. 416. Schaefer. in Appar. Demosth. T. V. p. 794 sq. et Buttm. gr. Gr. § 137 ed. X. Phil. 617. 1285. Trachin. 799. O. R. 926.

V. 328. Confer. Hoogev. ad Vig. p. 456 et Herm. p. 854.

*οὐκ ἔσθ' ὅπως ὄψει σὺ δεῦρ' ἐλθόντα με.*
*καὶ νῦν γὰρ ἐκτὸς ἐλπίδος γνώμης τ' ἐμῆς*
*σωθεὶς ὀφείλω τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν.*

*ΧΟΡΟΣ.*

(*στροφὴ α'.*)

*Πολλὰ τὰ δεινὰ κοὐδὲν ἀνθρώπου δεινότερον πέλει.*
*τοῦτο καὶ πολιοῦ πέραν*
*πόντου χειμερίῳ νότῳ*
*χωρεῖ, περιβρυχίοισιν*
*περῶν ὑπ' οἴδμασιν,*
*θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν, Γᾶν*
*ἄφθιτον, ἀκαμάταν ἀποτρύεται,*
*ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος, ἱππεί-*
*ῳ γένει πολεύων.*

V. 332 sqq. Scena a Creonte et a custode relicta, Chorus incredibilem hominum sollertiam et audaciam canit exemplisque nonnullis illustrat, procul a se illum esse optans, qui summa illa ingenii humani facultate ad violandas leges civitatis abutatur.

V. 332 sq. Schol.: *ἐν σχήματι εἶπεν ἀντὶ τοῦ· πολλῶν ὄντων τῶν δεινῶν, οὐδέν ἐστιν ἀνθρώπου δεινότερον.* Comparant editores Aesch. Choeph. 585 sqq. *πολλὰ μὲν γᾶ τρέφει δεινὰ δειμάτων ἄχη ... ἀλλ' ὑπέρτολμον ἀνδρὸς φρόνημα τίς λέγοι;*

V. 334. Schol.: *τοῦτο· τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων.* Vide quae ad 296 adnotata sunt.

V. 335. *χειμερίῳ νότῳ*] Confert Erfurdt. Ovid. ex Ponto II 3, 27 *nimboso vento*. Doederlinus deleto post *χωρεῖ* commate *νότῳ* ad *περιβρυχίοισιν* referri vult ita, ut sit ablativus instrumentalis.

V. 336 sq. *περιβρυχίοισιν* etc.] Dicuntur *οἴδματα περιβρύχια* fluctus maris vento agitati, qui ita circum navem undique volvuntur, ut ea veluti mergi undis videatur. Hinc *ὑπὸ* praepositio posita. Cfr. Hom. Od. β 427 sq. *ἀμφὶ δὲ κῦμα στείρῃ πορφύρεον μεγάλ' ἴαχε νηὸς ἰούσης* et Ai. 351 cum nota mea.

V. 338. *θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν*] Terram non propter vetustatem vocat *θεῶν ὑπερτάταν*, sed eadem ratione, qua Diana *θεῶν ἄνασσα* dicitur Eur. Iph. A. 1523. Vide Lobeck. ad Ai. 697. Sophoclis Triptol. fr. 544 *ἦλθεν δὲ Δαὶς θάλεια, πρεσβίστη θεῶν.* ERF. Immo, qui adverterit, quae cum alibi, tum Philoct. 393 sqq. de eadem dea dicuntur, *ὀρεστέρα παμβῶτι Γᾶ, μᾶτερ αὐτοῦ Διός — σέβας ὑπέρτατον*, vix dubitare poterit, quin summa deorum dicta sit dea, quod et Iovis ipsius mater esse et hominibus omnia praebere crederetur, quae ad vitam sustentandam necessaria essent.

V. 339. *ἀκαμάταν ἀποτρύεται*] De terminatione uominis *ἀκαμάταν* vide ad v. 134. Wexius comparat Ovid. Metam. II 286, ubi Tellus: *adunci vulnera aratri rastrorumque fero totoque exerceor anno*.

V. 340. *ἰλλομένων ἀρότρων*] Quid *ἴλλεσθαι* hoc loco significet, vix poterit certo dici. Equidem accedo Buttmanno Lexilog. T. II p. 156, cui 'circumagi' significare videtur.

Ibid. *ἔτος εἰς ἔτος*] Neuius adscripsit Aesch. Prom. 682 *γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι.* De eo proverbio Blomf. gloss. (v. 703). Plut. praec. sanit. tuendae p. 132 extr. *τοὺς Λυδοὺς ἐν τῷ λιμῷ λέ-*

(ἀντιστροφὴ α΄.)

*κουφονόων τε φῦλον ὀρνίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει*
*καὶ θηρῶν ἀγρίων ἔθνη,*
*πόντου τ' εἰναλίαν φύσιν*
*σπείραισι δικτυοκλώστοις*
*περιφραδὴς ἀνήρ·*
*κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου*
*θηρὸς ὀρεσσιβάτα, λασιαύχενά θ'*
*ἵππον ἄξεται ἀμφίλοφον ζυγὸν οὔρει-*
*όν τ' ἀκμῆτα ταῦρον.*

(στροφὴ β΄.)

*καὶ φθέγμα καὶ ἀνεμόεν φρόνημα καὶ ἀστυ-*
*νόμους*

*γουσι διαγαγεῖν ἡμέραν παρ' ἡμέραν τρεφομένους, εἶτα παίζοντας καὶ κυβεύοντας.*

V. 341. Schol.: *ἱππείῳ γένει πολεύων· ταῖς ἡμιόνοις. Αἱ γάρ τε βοῶν προφερέστεραί εἰσιν ἑλκέμεναι νειοῖο βαθείης πηκτὸν ἄροτρον* (Il. κ 352). *Τινὲς δὲ καὶ ἵπποις χρῶνται εἰς ἀροτριασμόν.*

V. 342 sqq. Cfr. Eur. fr. 27 *ἦ βραχύ τοι σθένος ἀνέρος· ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων δεινὰ μὲν φῦλα πόντου χθονίων τ' ἀερίων τε δάμναται παιδεύματα.* — Cum *κουφονόων* cfr. Theogn. 580 *σμικρῆς ὄρνιθος κοῦφον ἔχουσα νόον.* Ceterum *κουφονόων* correxit Brunckius ex *κουφονέων*, quod scholiasta, a *νεῖν* scilicet repetens, interpretatus est *κούφως καὶ ταχέως φερομένων.*

V. 342. Schol.: *ἀμφιβαλὼν ἄγει· περιβαλὼν τοῖς δικτύοις ἀγρεύει.* Cfr. 202 *δουλώσας ἄγειν.*

V. 344. *καὶ — ἔθνη*] Philoct. 1146 *χαροπῶν τ' ἔθνη θηρῶν.*

V. 345 sq. Schol.: *πόντου τ' εἰναλίαν φύσιν· τοὺς ἰχθύας. σπείραισι δικτυοκλώστοις· τοῖς σχοινίοις τοῖς εἰς δίκτυον κεκλωσμένοις· ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ ἀμφιβαλὼν ἄγει.*

V. 348. Schol.: *κρατεῖ δὲ μηχαναῖς· καθολικὸν τοῦτό φησιν, ὅτι ἐν ζώοις ὁ ἄνθρωπός ἐστι πολυμήχανος καὶ ἔντεχνος. καὶ Θεόκριτος* (XV 83)· *σοφόν τοι χρῆμ' ἄνθρωπος. Ἐπεὶ δὲ ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι περιγίνεται πάντων τῶν ζώων ὁ ἄνθρωπος, ἐνταῦθα τὸ μηχαναῖς προσέθηκεν ἐπὶ τῶν τιθασευομένων· οὐ γὰρ μόνον κρατῆσαι δυνατός, ἀλλὰ καὶ τιθασεῦσαι.*

V. 349. *θηρὸς ὀρεσσιβάτα*] Cfr. Philoct. 1125 *ἔθνη θηρῶν, οὓς ὅδ' ἔχει χῶρος οὐρεσιβώτας.*

V. 349 sq. *λασιαύχενά θ' — ζυγόν*] Eorum quae ad emendandum hunc locum protulerunt viri docti, unum probabilitatem habet quod Frid. Godoh. Schoenius et Franzius invenerunt *ἵππον ὀχμάζεται.* Cfr. Eur. El. 816 *ταῦρον ἀρταμεῖ καλῶς ἵππους τ' ὀχμάζει*, schol. Apoll. Rh. I 743 *κυρίως ἐστὶν ὀχμάσαι τὸ ἵππον ὑπὸ χαλινὸν ἀγαγεῖν ἢ ὑπὸ ὄχημα.* Illud quidem huic egregiae coniecturae aliquid fidei detrahit, quod ea recepta etiam *ἀμφίλοφον ζυγόν* mutari debet: Franzius coniecit *ἀμφὶ λόφον ζυγῷ*, Kayserus *ἀμφιλόφῳ ζυγῷ.* Cum *ἀμφίλοφος* comparant *ἀμφίκρανος, ἀμφίβροτος.*

V. 351. *ἀκμῆτα ταῦρον*] Comparat Neuius Pind. Ol. I 87 *ἀκάμαντας ἵππους.*

V. 352. Schol.: *φθέγμα· τὴν ἀνθρωπίνην διάλεξιν.* Tum ad verba *ἀνεμόεν φρόνημα* manifesto haec scholiastae verba pertinent: *τὴν περὶ τῶν μετεώρων φιλοσοφίαν*, in codice continuo lemmati *καὶ ἀστ. ὀργάς* addita.

*ὀργὰς ἐδιδάξατο, καὶ δυσαύλων*
*πάγων αἴθρια καὶ*
*δύσομβρα φεύγειν βέλη, παντοπόρος·*
*ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται*
*τὸ μέλλον· Ἅιδα μόνον*

At displicet haec interpretatio pariter atque Erfurdtii, qui de celeritate consilii dici putat. Immo duo nomina *φθέγμα*, *φρόνημα* unam notionem explicant, sermonem, qui eo differt a vocibus bestiarum, quod hominum voces (*φθέγματα*) mentem (*φρόνημα*) expromunt. Quae mens cum quasi per voces spiretur, *ἀνεμόεν φρόνημα* dicitur.

V. 353 sq. Schol.: *καὶ ἀστυνόμους ὀργάς· τὴν τῶν νόμων ἐμπειρίαν, δι' ὧν τὰ ἄστεα νέμονται, ὅ ἐστι διοικοῦνται.* Valckenarius ad Ammon. p. 70 pro *ὀργὰς* scholiastam legisse conicit *ἀρχάς*, quod placet Corayo in Prodromo Bibl. Gr. p. λϛ, ubi simul *ἐδιδάξατο* per *αὐτὸς ἑαυτὸν ἐδίδαξε* interpretatur. Non ausim vulgatam sollicitare, cum *ἀστυνόμοι ὀργαὶ* de moribus et institutis civilibus recte dici potuerit. Sic *ὀργὴ* non raro idem est quod *τρόπος*. Ai. 640 *οὐκ ἔτι συντρόφοις ὀργαῖς ἔμπεδος.* huius fab. 875 *αὐτόγνωτος ὀργά.* 956 *κερτομίοις ὀργαῖς.* Thucyd. III 82 *ὁ δὲ πόλεμος — τὰς ὀργὰς τῶν πολλῶν ὁμοιοῖ.* ERF. Immo proprie *ἀστυνόμοι ὀργαὶ* erit 'studium civitatis regendae', id est deinde 'facultas civitatis administrandae'. De dicendi ratione vide Matth. § 446, 3 c, de *ἐδιδάξατο* eundem § 496, 8. Moschopulus in dict. Att. in *ἐδιδάξατο· ἀλλ' ὁ Σοφοκλῆς καὶ ἀντὶ τοῦ ἐφεῦρε· καὶ ἀστυνόμους ὀργὰς ἐδιδάξατο.*

V. 354 sq. Schol.: *δυσαύλων· δυσχερῆ τὸν ἐπαυλισμὸν ποιούντων. αἴθρια· ψυχρά.* Verbis igitur *δυσαύλων πάγων αἴθρια* significari videtur 'frigus pruinarum ad pernoctandum vel potius stabulandum gravium'. De locutione *αἴθρια πάγων* vide Matth. § 442, 4. Krueg. II § 47, 10, 2. Toto loco *δυσαύλων — βέλη* homo dicitur tutum se contra frigus et imbres nivesque reddere didicisse. Cfr. Aesch. Ag. 335 *ἐν . . οἰκήμασιν ναίουσιν ἤδη τῶν ὑπαιθρίων πάγων δρόσων τ' ἀπαλλαγέντες.* — Cum versus cum v. antistrophico non concinat, aut in hoc aut in illo aut in utroque aliquid turbatum a librariis est. Boeckhius *ὑπαίθρεια*, Helmkius *ἐναίθρεια* coniecit, ut Sophocles *ἐπινίκειος*, *Βοσπόρειος*, *Ἐφέσειος*, *εὐτύχεια* usurpavit.

V. 356. *δύσομβρα βέλη*] Confert Neuius Aesch. Ag. 653 *δυσκύμαντα δ' ὠρώρει κακά.* Eustathius p. 692, 55 (571, 26) *σημείωσαι δὲ, ὅτι ἐκ τοῦ Ζεὺς σμερδαλέα κτυπῶν λαβὼν ὁ Σοφοκλῆς ἔφη τὸ μέγας κτύπος, ἄφατος, διόβολος* (O. C. 1464), *ἐν οἷς δηλοῖ ἐκεῖνος καὶ ὅτι βέλη Διὸς οὐ μόνον κεραυνοὶ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ βρονταί. ὅμως καὶ τοὺς ῥαγδαίους ὑετοὺς καὶ μάλιστα τοὺς χειμερίους τοιούτῳ λόγῳ δύσομβρα βέλη λέγει.*

V. 357. *παντοπόρος*] Referendum hoc ad ea, quae ante commemorata sunt, similiterque adiectum atque v. 347 *περιφραδὴς ἀνὴρ* positum est. Scholiasta interpretatur: *εἰς πάντα μηχανὰς ἐξευρίσκων.*

V. 358 sq. *ἐπ' οὐδὲν τὸ μέλλον*] Non recte haec scholiasta explicat, *ἐπ' οὐδὲν τῶν μελλόντων*. Aliud est enim *ἐπ' οὐδὲν μέλλον*, 'ad nullam rem futuram' infinite dictum, quam finite, 'ad eorum, quae futura sunt, nihil'. Quorum alterum est: 'ad nihil, si quid futurum est'; alterum: 'ad nihil, quod est futurum'. HERM. Cfr. 728 *μηδὲν τὸ μὴ δίκαιον.*

V. 359 sq. *Ἅιδα — ἐπάξεται*] Scholiasta: *θανάτου μόνον οὐχ εὗρεν ἴαμα.* De verbo *φεῦξις* vide Lobeck. ad Phryn. p. 726.

φεῦξιν οὐκ ἐπάξεται· νόσων δ' ἀμηχάνων φυγὰς
ξυμπέφρασται.

(ἀντιστροφὴ β'.)

σοφόν τι τὸ μηχανόεν τέχνας ὑπὲρ ἐλπίδ' ἔχων
ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει,
νόμους περαίνων χθονὸς
θεῶν τ' ἔνορκον δίκαν ὑψίπολις·
ἄπολις ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν
ξύνεστι τόλμας χάριν.
μήτ' ἐμοὶ παρέστιος γένοιτο μήτ' ἴσον φρονῶν
ὃς τάδ' ἕρδει.

Ἐς δαιμόνιον τέρας ἀμφινοῶ
τόδε, πῶς εἰδὼς ἀντιλογήσω

Verbum ἐπάξεται huic sensui vel maxime incommodum. Nam ἐπάγειν est 'ab aliquo loco adducere' (cfr. πόλεμον, συμμάχους ἐπάγεσθαι), non 'invenire' vel 'habere'. Heindorfii coniectura ἐπεύξεται recte improbata est, quia gloriandi notio ab hoc loco abhorret. Quod Schneidewinus invenit ἐπάσεται, refutavit Bonitzius l. c. p. 47. Videtur scribendum οὐ πεπάσεται ('non habebit').

V. 362. Schol.: ξυμπέφρασται· ἐπινενόηκε καὶ γιγνώσκει. Cfr. Matth. § 493.

V. 363 sqq. Schol.: σοφόν τι τὸ μηχανόεν· τὸ μηχανόεν τῆς τέχνης σοφὸν ἔχων, ὅ ἐστι τὸ μηχανικὸν τῆς ἐπιτεχνήσεως σοφὸν ἔχων, ὡς οὐκ ἄν τις προσδοκήσειεν, οὐ μίαν ὁδὸν βαδίζει, τὴν ἐπὶ τὰ ἀμείνω, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ φέρεται, ποτὲ δὲ ἐπὶ τὰ χείρω.

V. 365. ποτὲ μὲν κακὸν — ἕρπει] I. e. ποτὲ μὲν ἐπὶ κακόν etc. Vide Matth. § 595, 4. Krueg. II § 68, 9, 2.

V. 366. περαίνων ex mea coniectura scripsi; vide quae in Emendat. in Soph. Trach. p. 160 sqq. exposui. Libri παρείρων. Non male Musgravius Reiskiusque γεραίρων scribendum putarunt. Schol.: ὁ πληρῶν τοὺς νόμους καὶ τὴν δικαιοσύνην ὑψίπολις γίνεται. ὅ ἐστιν ἐν τῇ πόλει ὑψηλός.

V. 369. Schol.: ἄπολις ὅτῳ τὸ μὴ καλόν· ἄπολις δὲ ἐκεῖνος καὶ ταπεινὸς τῇ πολιτείᾳ, ᾧτινι μὴ τὸ καλὸν σύνεστι. Hoc dicit: 'indignus civitate, si cui turpitudo adhaeret audaciae gratia', i. e. si quis turpiter facit audaciae indulgens. De usu verbi ξυνεῖναι vide ad Ai. 338. De τόλμας χάριν sive τόλμῃ χαριζόμενος cfr. El. 331 θυμῷ ματαίῳ μὴ χαρίζεσθαι κενά, O. C. 855 ὀργῇ χάριν δούς, Eur. Herc. 779 ἀνομίᾳ χάριν διδούς.

V. 373. Schol.: ὃς τάδ' ἕρδει· ὃς τοιοῦτον ἐπιτετήδευκε βίον.

V. 374. Schol.: ἐς δαιμόνιον τέρας· ὁρῶντες ἑλκομένην τὴν Ἀντιγόνην ἐκπλήττονται, ὅτι γυνὴ ἦν ἡ ὑπερβᾶσα τὸ κήρυγμα. Praepositio εἰς cum alibi tum hic 'de' significat sive 'quod attinet ad'. Sic Oed. R. 980. Alia exempla attulit Matth. § 578 c. Krueg. I § 68, 21, 8. Itaque hoc dicit Chorus: 'de incredibili hoc prodigio ambigo', quomodo, quam scio esse, hanc Antigonam esse negem. De nomine τέρας cfr. El. 1317 ὥστ', εἰ πατήρ μοι ζῶν ἵκοιτο, μηκέτ' ἂν τέρας νομίζειν αὐτό, πιστεύειν δ' ὁρᾶν. Non sine aliqua probabilitatis specie Rauchensteinius coniecit ὡς δαι-

τήνδ' οὐκ εἶναι παῖδ' Ἀντιγόνην.
ὦ δύστηνος
καὶ δυστήνου πατρὸς Οἰδιπόδα,
τί ποτ'; οὐ δή πού σέ γ' ἀπιστοῦσαν
τοῖς βασιλείοις ἀπάγουσι νόμοις,
καὶ ἐν ἀφροσύνῃ καθελόντες;

ΦΥΛΑΞ.

Ἥδ' ἔστ' ἐκείνη τοὔργον ἡ 'ξειργασμένη.
τήνδ' εἵλομεν θάπτουσαν. ἀλλὰ ποῦ Κρέων;
ΧΟ. ὅδ' ἐκ δόμων ἄψορρος ἐς δέον περᾷ.

ΚΡΕΩΝ.

τί δ' ἔστι; ποίᾳ ξύμμετρος προὔβην τύχῃ;
ΦΥ. ἄναξ, βροτοῖσιν οὐδέν ἐστ' ἀπώμοτον·
ψεύδει γὰρ ἡ 'πίνοια τὴν γνώμην· ἐπεὶ
σχολῇ ποθ' ἥξειν δεῦρ' ἂν ἐξηύχουν ἐγὼ
ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς, αἷς ἐχειμάσθην τότε.

μόνιον τέρας ἀμφινοῶ τόδε· πῶς . . Ἀντιγόνην;

V. 376. τήνδ' οὐκ εἶναι etc.] Nihil in οὐκ particula offensionis est, quia opponuntur εἰδὼς (ὅτι ἐστί) et ἀντιλογήσω οὐκ εἶναι hoc sensu: πῶς εἰδὼς ὅτι ἥδε ἡ παῖς Ἀντιγόνη ἐστὶν ἀντιλογήσω ὡς οὐκ ἔστι.

V. 379. Schol.: ἀπιστοῦσαν· μὴ πειθαρχοῦσαν. Vide ad v. 219. De particularum οὐ δή που usu ad El. 1180 exposuimus.

V. 380. ἀπάγουσι cum Boeckhio scripsi. Libri ἄγουσι. Vulgatur τοῖς βασιλείοισιν ἄγουσι ex Triclinii coniectura.

V. 382. ἥδ' ἔστ' ἐκείνη] Sic Electr. 665 ἥδε σοι κείνη πάρα. Cfr. Matth. 471, 11. Krueg. I § 51, 7, 11.

V. 384. ἐς δέον] Vide ad O. R. 1416. De ceteris verbis cfr. O. R. 531 αὐτὸς δ' ὅδ' ἤδη δωμάτων ἔξω περᾷ.

V. 385. ποίᾳ — τύχῃ] I. e. 'quae res accidit, cui opportunus esset accessus meus?' De vocabulo σύμμετρος confer O. R. 84.

V. 386. Schol.: ἄναξ, βροτοῖσιν· ἀπώμοτον ἀντὶ τοῦ ἀπηγορευμένον καὶ ἀπροσδόκητον· ἀντὶ τοῦ οὐκ ὀφείλει τις ἀπομόσασθαι περί τινος, ὅτι οὐκ ἂν αὐτὸ πράξειεν· ἡ γὰρ πρώτη δόκησις ἐκκρούεται ὑπὸ τῆς ἐπιγινομένης δόξης δευτέρας. Τοῦτο δέ φησιν, ὅτι, τοῦ Κρέοντος ἀπειλήσαντος, τότε ὤμοσε μηκέτι ἐμφανὴς ἔσεσθαι· νῦν δὲ εὑρὼν τὴν Ἀντιγόνην πάλιν ἐλήλυθεν.

V. 387. Schol.: ψεύδει γὰρ ἡ 'πίνοια· ψευδῆ ποιεῖ· ἡ γὰρ ἐπίνοια, ὅ ἐστιν ἡ ἐπιοῦσα γνώμη τὴν ἀπελπίσασαν γνώμην ψευδῆ ποιεῖ.

V. 387 sq. ἐπεὶ — ἐξηύχουν ἐγώ] 'Nam vix unquam facile me huc rediturum iactabam.' De dubio usu infinitivi fut. cum ἂν coniuncti v. Krueg. I § 64, 3, 3. Coniecit Meinekius ἥκειν, Blaydesius ἐλθεῖν. Facillime erroris ratio explicetur, si scripseris δεῦρό μ' ἐξηύχουν, de quo cfr. El. 470 πικρὰν δοκῶ με πεῖραν τήνδε τολμήσειν ἔτι.

V. 389. ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς] 'Propter tuas minas'. Vide Matth. § 398 b. Krueg. I § 48, 15, 5. De usu verbi χειμάζεσθαι vide ad Philoct. 1194 sq.

ἀλλ' ἡ γὰρ ἐκτὸς καὶ παρ' ἐλπίδας χαρὰ
ἔοικεν ἄλλῃ μῆκος οὐδὲν ἡδονῇ,
ἥκω, δι' ὅρκων καίπερ ὢν ἀπώμοτος,
κόρην ἄγων τήνδ', ἣ καθηρέθη τάφον
κοσμοῦσα. κλῆρος ἐνθάδ' οὐκ ἐπάλλετο,
ἀλλ' ἔστ' ἐμὸν θοὔρμαιον, οὐκ ἄλλου τόδε.
καὶ νῦν, ἄναξ, τήνδ' αὐτός, ὡς θέλεις, λαβὼν
καὶ κρῖνε κἀξέλεγχ'· ἐγὼ δ' ἐλεύθερος
δίκαιός εἰμι τῶνδ' ἀπηλλάχθαι κακῶν.
**ΚΡ.** ἄγεις δὲ τήνδε τῷ τρόπῳ πόθεν λαβών;

V. 390 sqq. Triclinius: *σύναπτε τὸ ἀλλὰ πρὸς τὸ ἥκω, τὰ λοιπὰ δὲ διὰ μέσου.* Vide ad v. 148 sqq.

Ibid. Schol.: *ἀλλ' ἡ γὰρ ἐκτὸς καὶ παρ'· ἡ ἀπροσδόκητος χαρὰ οὐκ ἔοικεν εἰς τὸ μέγεθος ἄλλῃ ἡδονῇ.* Erfurdtius: „*ἐκτὸς καὶ παρ' ἐλπίδας* valet *ἐκτὸς ἐλπίδων καὶ παρ' ἐλπίδας*, cuiusmodi constructionis licentiam vernacula etiam lingua concedit.“ Bonum cuius contrarium malum metuebatur (*ἡ παρ' ἐλπίδας χαρά*) maius adfert gaudium quam bonum quod non sperabatur (*ἡ ἐκτὸς ἐλπίδων χαρά*). Speciose tamen M. Seyffertus coniecit *ἡ γὰρ ἄτοπος καὶ παρ' ἐλπίδας χαρά.* In proximis *μῆκος* idem atque *μέγεθος* significare putant atque Musgravius confert *μήκεος ὄλβου* apud Plut. Vol. II p. 607 E, Neuius Ai. 130 *ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάθει.* At *οὐδὲν* adiectum commendat hanc interpretationem: *ἔοικεν ἄλλῃ — μῆκος οὐδὲν* scil. *ἐστιν — ἡδονῇ*, ut verba *μῆκος οὐδὲν* eadem ratione interposita putes qua *παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος* et similia custosque festive se interpellet: ‘nulla longitudo mihi suppetit qua hanc voluptatem cum aliis collatam metiri possim’ sive ‘nullo modo haec cum aliis voluptatibus conferri potest’.

V. 392. Schol.: *καίπερ ὢν ἀπώμοτος· καίπερ ὀμωμοκὼς μὴ ἐλθεῖν.* Ceterum *δι' ὅρκων ἀπώμοτος* non magis abundanter dictum quam quod frequentatum ab Homero est *ὅρκον ὀμόσαι.*

V. 393. *καθηρέθη* scripsit pro *καθευρέθη* anonymus in Class. Journ. XVII p. 58. Idem error libros occupavit infra v. 406, ubi *ηὑρέθη*, quod legit scholiasta explicans *ποίῳ τρόπῳ αὐτὴν συνελάβεσθε καὶ κατειλήφατε*, restituit Schaeferus ad Greg. Cor. p. 532.

V. 394. Schol.: *κλῆρος· ἄνω γὰρ εἶπεν, ὅτι κληρώσας ἦλθεν.* V. 274 sq.

V. 395. *θοὔρμαιον*] Bergler. ad Aristoph. Plut. 1156 de cognominibus agens Mercurii: *Κερδῷος*, inquit, non tantum propterea dicitur, quia is videatur nos in nostris mercimoniis emundis vendundisque bono atque amplo auctare lucro (Plaut. Amphitr. Prol.), si adsit favens, verum etiam, quia illius ope offerri creduntur quae subito obveniunt insperata bona; unde *ἕρμαια* dicuntur. Timo apud Lucianum (c. 41 p. 152), cum invenisset thesaurum, *Ἑρμῆ κερδῷε*, inquit, *πόθεν χρυσίον τοσοῦτον*; BOTHIUS.

V. 397. *κρῖνε*] i. e. *ἀνάκρινε.* De hoc verbi *κρίνειν* usu confert Neuius Ai. 586. El. 1445. Trach. 195. 314. 388.

V. 397 sq. *ἐγὼ δ' ἐλεύθερος* etc.] I. e. *ἐμὲ δὲ δίκαιόν ἐστιν ἐλεύθερον τῶνδε τῶν κακῶν ἀπηλλάχθαι.* Cfr. Krueg. I § 55, 3, 10. — De abundantia locutionis *ἐλεύθερον ἀπηλλάχθαι* vide ad O. C. 786.

V. 399. *ἄγεις δὲ — λαβών*] De duplici interrogatione in unam coniuncta cfr. Philoct. 243 *τίνι στόλῳ*

ΦΥ. αὕτη τὸν ἄνδρ' ἔθαπτε. πάντ' ἐπίστασαι.
ΚΡ. ἦ καὶ ξυνιεῖς καὶ λέγεις ὀρθῶς ἃ φῄς;
ΦΥ. ταύτην γ' ἰδὼν θάπτουσαν ὃν σὺ τὸν νεκρὸν
ἀπεῖπας. ἆρ' ἔνδηλα καὶ σαφῆ λέγω;
ΚΡ. καὶ πῶς ὁρᾶται κἀπίληπτος ᾑρέθη;
ΦΥ. τοιοῦτον ἦν τὸ πρᾶγμ'. ὅπως γὰρ ἥκομεν
πρὸς σοῦ τὰ δείν' ἐκεῖν' ἐπηπειλημένοι,
πᾶσαν κόνιν σήραντες, ἣ κατεῖχε τὸν
νέκυν, μυδῶν τε σῶμα γυμνώσαντες εὖ,
καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι,
ὀσμὴν ἀπ' αὐτοῦ μὴ βάλῃ πεφευγότες,
ἐγερτὶ κινῶν ἄνδρ' ἀνὴρ ἐπιρρόθοις

προσέσχες τήνδε γῆν πόθεν πλέων; et Krueg. I § 51, 17, 10.

V. 400. πάντ' ἐπίστασαι] Vide ad Philoct. 1240.

V. 401. ξυνιεῖς scripsi ex praecepto Cobeti Var. Lect. p. 221. Cfr. quae A. v. Bamberg. disseruit in Zeitschr. f. d. Gymnw. Berol. vol. XXVIII p. 28. La ξυνίεις, vulgatur ξυνίῃς.

V. 402 sq. Schol.: ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπεῖπας· τὸ ἑξῆς· τὸν νεκρὸν ὃν σὺ ἀπεῖπας θάπτειν· οὕτω δὲ χρῶνται οἱ παλαιοί, ὥστε δύο ἄρθρα προτακτικόν τε καὶ ὑποτακτικὸν κατὰ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος παραλαμβάνειν. Κρατῖνος· 'ὅνπερ Φιλοκλέης τὸν λόγον διέφθορεν'. Cfr. O. C. 907 οὕσπερ αὐτὸς τοὺς νόμους εἰσῆλθ' ἔχων, Aristoph. Av. 438 σὺ δὲ τοῦσδ' ἐφ' οἷσπερ τοῖς λόγοις συνέλεξ' ἐγὼ φράσον. Matth. § 474 a. Krueg. II § 57, 10, 3. De ἀπειπεῖν vide v. 44.

V. 404. De abundantia locutionis ἐπίληπτος ᾑρέθη vide Schaeferum ad Greg. Cor. p. 532 et quae cum alibi tum ad O. C. 785 monui. De variato tempore ὁρᾶται et ᾑρέθη cfr. Pors. ad Hec. 21.

V. 405. Pluralis qui dicitur maiestatis (ἥκομεν ἐπηπειλημένοι) in ipsum numerum pluralem (σήραντες .. καθήμεθα) vertitur. Cfr. Hom. δ 579 ἂν δὲ καὶ αὐτοὶ βάντες (ego et socii) ἐπὶ κληῖσι καθῖζον (socii).

V. 407. Schol.: σήραντες· ἀποψήξαντες. De articulo in fine versus posito vide Herm. El. d. m. p. 119. Cfr. O. C. 351. Philoct. 263. Neuius coniecit ᾗ κατείχετο νέκυς.

V. 408. Schol.: μυδῶν τε σῶμα γυμνώσαντες· τὸν ἀπὸ σήψεως ἰχῶρα ἀποστάζον. ὡς τὸ δακρυσι μυδαλέον (Electr. 167). Ἄλλως. μυδῶν, ἰχῶρα ἀποπέμπον· τουτέστι διαλελυμένον καὶ δίυγρον.

V. 409. καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων] Pro ἐν ἄκροις πάγοις, quia verbo καθῆσθαι praeter propriam alia etiam notio inest, quae ἐκ praepositionem adsciscit, notio τοῦ κατασκοπεῖν. Vide Matth. in Misc. Philol. Vol. II P. II p. 87 et in Gr. Gr. § 596 c p. 1194. ERF. Cfr. Eur. El. 894 ὀρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεορρύτους πηγάς. Rostio καθῆσθαι ἔκ τινος similiter dictum videtur atque κρεμάννυσθαι ἔκ τινος et alia eiusdem generis, vid. Rost. gr. Gr. § 110b, 2 c et auct. 4 ed. VII. Videntur potius verba ἄκρων ἐκ πάγων cum ὑπήνεμοι coniungi debere hoc sensu: 'sedebamus ita, ut cacumen montis nos a vento tegeret' (ὅθι ἄκρων ἐκ πάγων σκέπας ἦν ἀνέμοιο).

V. 410. ὀσμὴν — πεφευγότες] Recte Musgravius constructionem hanc esse monuit: πεφ. ὀσμὴν ἀπ' αὐτοῦ, μὴ βάλῃ. De ἀπὸ praepositione vide ad v. 193.

V. 411 sq. ἐγερτὶ — πόνου] Sensus verborum hic est: 'alius alium excitans minitando malo, si

κακοῖσιν, εἴ τις τοῦδ' ἀκηδήσοι πόνου.
χρόνον τάδ' ἦν τοσοῦτον, ἔστ' ἐν αἰθέρι
μέσῳ κατέστη λαμπρὸς ἡλίου κύκλος
καὶ καῦμ' ἔθαλπε. καὶ τότ' ἐξαίφνης χθονὸς
τυφὼς ἀείρας σκηπτόν, οὐράνιον ἄχος,
πίμπλησι πεδίον, πᾶσαν αἰκίζων φόβην
ὕλης πεδιάδος· ἐν δ' ἐμεστώθη μέγας
αἰθήρ· μύσαντες δ' εἴχομεν θείαν νόσον.
καὶ τοῦδ' ἀπαλλαγέντος ἐν χρόνῳ μακρῷ,

quis neglecturus esset laborem'. Eum sensum restituit — libri enim habent **ἀφειδήσοι πόνου** — Bonitzius l. c. p. 49 egregia emendatione ἀκηδήσοι. Similiter in schol. Ai. 204 *κηδόμενοι* in *φειδόμενοι* abiisse monet Nauckius, ut facilitas coniecturae nuper prolatae parum elegantis **τοῦδ' ἀφ' εὐδήσοι πόνου** nihil nos moveat. De optativo futuri in oratione obliqua usurpato vide Krueg. I § 53, 8, 10. Obversantur enim verba vigilum: *ὄλοιο, εἰ τοῦδε τοῦ πόνου ἀκηδήσεις.* — *Τόνδε πόνον* dicit laborem vigilandi. — Schol.: *ἐπιρρόθοις· λοιδόροις, ὑβριστικοῖς.* De nomine *κακά*, quod significat 'convicium', ad Phil. 374 dixi.

V. 413 sqq. *ἐν αἰθέρι μέσῳ κατέστη*] Adumbratum hoc ex Homerico versu Il. θ 68 *ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει*, observante Eustathio p. 698, 27 (579, 13). BR.

V. 416. De genetivo *χθονός*, qui ex *ἀείρας* aptus est, vide ad Phil. 613. Quaeritur, cur poeta vehementem turbinem invenerit et Antigonam iterum Polynicem sepelientem induxerit. Putant, quia vehementissima illa procella tantus subito pulvis excitatus sit, ut vigiles aliquamdiu claudere oculos cogerentur eaque re impedirentur, quominus caverent ne iterum cadaver humaretur, poetam significare velle, deos adversari regis edicto, atque Creontis culpam augeri, quod is ne divinis quidem prodigiis de sententia sua pravissima demoveatur. Nobis videtur poeta, qui Antigonam redeuntem facere debebat instituti fabulae consilii causa, huius reditus causam illum turbinem proposuisse. Antigona redit quia metuit ne pulvis sit dispersus, quo primum corpus condidit, animadvertit autem continuo, illum pulverem non temere vento, sed consulto ab hominibus dispersum esse. Optime autem hoc invento poeta narrationem exornavit et distinxit.

Ibid. *οὐράνιον ἄχος*] Blomfieldius ad Aesch. Pers. 579 gloss. interpretatur 'calamitatem divinitus ortam', multis adlatis locis, in quibus *οὐράνιος* eodem sensu usurpatum est. Falso autem sic interpretatur locum Persarum *ἀμβόασον οὐράνι' ἄχη*, quod secundum illa *κλέος οὐρανὸν ἵκει, ἀνεβόησεν οὐράνιον ὅσον* rectius intelleges 'eiulatus ad caelum usque sonantes'. Atque similiter hic Erfurdtius *οὐράνιον ἄχος* recte 'ingens malum' interpretatur cl. Ai. 195 *ἄταν οὐρανίαν φλέγων*.

V. 418. *ἐν δ'*] Vide quae ad El. 713 adnotata sunt.

V. 419. Schol.: *εἴχομεν· ἀντὶ τοῦ ἀντείχομεν πρὸς τὴν κόνιν.* Hoc dicit: 'clausis oculis tolerabamus divinitus immissum malum'. De *θεῖος* vide ad Phil. 192, de *νόσος*, quo turbo significatur, confert Erfurdtius Aesch. Prom. 924, ubi tridens *γῆς τινάκτειρα νόσος* appellatur.

V. 420. *τοῦδ' ἀπαλλαγέντος*] Gl. *τοῦ σκηπτοῦ πεπαυμένου.* De locutione *ἐν χρόνῳ μακρῷ* vide ad Philoct. 235.

οὐδὲ σθένειν τοσοῦτον ᾠόμην τὰ σὰ
κηρύγμαθ', ὥστ' ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν
νόμιμα δύνασθαι θνητὸν ὄνθ' ὑπερδραμεῖν.
οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε
ζῇ ταῦτα, κοὐδεὶς οἶδεν, ἐξ ὅτου 'φάνη.
τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον, ἀνδρὸς οὐδενὸς
φρόνημα δείσασ', ἐν θεοῖσι τὴν δίκην
δώσειν. θανουμένη γὰρ ἐξῄδη, τί δ' οὔ;
κεἰ μὴ σὺ προυκήρυξας. εἰ δὲ τοῦ χρόνου
πρόσθεν θανοῦμαι, κέρδος αὔτ' ἐγὼ λέγω.
ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγώ, κακοῖς
ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;
οὕτως ἔμοιγε τοῦδε τοῦ μόρου τυχεῖν
παρ' οὐδὲν ἄλγος· ἀλλ' ἂν εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἠνσχόμην νέκυν,

V. 452 sq. ωστ' ἄγραπτα — ὑπερδραμεῖν] Ad verba θνητὸν ὄντα, quae ad alium quam ad Creontem referri nequeunt, supplendum sive eliciendum potius ex praegressis verbis τὰ σὰ κηρύγματα pronomen σέ. Tum verbum ὑπερτρέχειν non valet ὑπερβαίνειν, sed, ut recte iam Schaeferus monuit, 'superiorem esse, superare'. Eur. Phoen. 578 ἢν δ' αὖ κρατηθῇς καὶ τὰ τοῦδ' ὑπερδράμῃ. Ion 973 καὶ πῶς τὰ κρείσσω θνητὸς οὖσ' ὑπερδράμω; De νόμοις ἀγράπτοις vide ad O. R. 865.

V. 454. νῦν γε κἀχθές] Latine: 'heri et nudius tertius'. Quanquam autem vulgo in hac dicendi forma τὲ καὶ particulae usurpantur, tamen apte hic γὲ positum est, siquidem id graviter hoc loco Antigonam urgeri velle, non 'nunc quidem' sive 'nunc primum' legem illam divinam valere coepisse, vel ex verbis oppositis ἀλλ' ἀεὶ apparet.

Ibidem. ἀεί ποτε] Sic Ai. 320 πρὸς γὰρ κακοῦ τε καὶ βαρυψύχου γόους τοιούσδ' ἀεί ποτ' ἀνδρὸς ἐξηγεῖτ' ἔχειν.

V. 455. ζῇ ταῦτα] Sic O. R. 482 de vaticiniis: τὰ δ' ἀεὶ ζῶντα περιποτᾶται.

V. 456 sq. τούτων ἐγὼ — δώσειν] Sensus hic est: 'harum (i. e. harum legum violatarum) non habebam in animo hominis decreta metuens poenas dis expendere'.

V. 458. Collocatio verbi θανουμένη hunc indicat sensum: 'nam quam tu morte mihi affers poenam, eam cum poenis deorum comparatam nihili facio, praesertim cum omnibus moriendum sit'.

V. 459. Schol.: προυκήρυξας· τὸν θάνατον. τοῦ χρόνου· τοῦ εἱμαρμένου δηλονότι.

V. 460. αὔτ' i. e. αὐτό vulgatur post Brunckium. Recte videtur Schneidewinus reduxisse quod est in La αὖτ' (αὖτε), i. e. 'rursum, e contrario'.

V. 462. κέρδος φέρει] Exspectes φέρεται. Sed vide ad O. C. 6 et Matth. § 496, 5.

V. 464. Schol.: παρ' οὐδὲν ἄλγος· οὐδεμία λύπη. Vide ad v. 35.

V. 465. ἠνσχόμην cum Dindorfio ex A et Ald. restitui, commotus scholiastae adnotatione ἠνεσχόμην· ὑπερεῖδον et La scriptura ἠισχόμην. Ceteri libri ἰσχόμην. Vulgo scriptum est ab editoribus ἐσχόμην, quod habet Eustathius p. 529, 20. Verum cum forma ἠνσχόμην a trimetris Sophoclis abiudicanda videatur, cum praeterea locutio τὸν ἐξ ἐμῆς μητρός ad-

κείνοις ἂν ἤλγουν· τοῖσδε δ᾽ οὐκ ἀλγύνομαι.
σοὶ δ᾽ εἰ δοκῶ νῦν μῶρα δρῶσα τυγχάνειν,
σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω.
XO. δηλοῖ τὸ γέννημ᾽ ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς
τῆς παιδός· εἴκειν δ᾽ οὐκ ἐπίσταται κακοῖς.
KP. ἀλλ᾽ ἴσθι τοι τὰ σκλήρ᾽ ἄγαν φρονήματα
πίπτειν μάλιστα· καὶ τὸν ἐγκρατέστατον
σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ
θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖστ᾽ ἂν εἰσίδοις·
σμικρῷ χαλινῷ δ᾽ οἶδα τοὺς θυμουμένους
ἵππους καταρτυθέντας. οὐ γὰρ ἐκπέλει
φρονεῖν μέγ᾽ ὅστις δοῦλός ἐστι τῶν πέλας.
αὕτη δ᾽ ὑβρίζειν μὲν τότ᾽ ἐξηπίστατο,

modum inepta sit, gravi corruptela aut interpolatione hic locus laborare putandus est.

V. 466. *κείνοις ἂν ἤλγουν*] De numero plurali pronominis de una re dicto vide ad Philoct. 1355.

V. 468. *σχεδόν τι* etc.] Cfr. El. 609 *εἰ γὰρ πέφυκα τῶνδε τῶν ἔργων ἴδρις, σχεδόν τι τὴν σὴν οὐ καταισχύνω φύσιν,* ubi eadem cum acerbitate vel ironia qua hic verba *σχεδόν τι* posita sunt. Ceterum nota locutio: *μωρίαν ὀφλισκάνω*, 'crimen stultitiae subeo'.

V. 469 sq. Schol.: *δηλοῖ τὸ γέννημ᾽ ὠμόν· τὸ σκληρὸν αὐτῆς τοῦ φρονήματος ὁμολογεῖ πατέρα τὸν Οἰδίποδα.* Construenda: *τὸ τῆς παιδὸς γέννημα δηλοῖ* (cfr. v. 20) *ὠμὸν* (*ὂν*) *ἐξ ὠμοῦ πατρός*, 'progenies cognoscitur aspera asperi patris'. Aliis ergo verbis hoc dicit: *δηλοῖ ἡ παῖς ὠμὴ γεγονυῖα ἐξ ὠμοῦ πατρός.* De omisso *ὂν* participio vide ad O. C. 780.

V. 470. *εἴκειν — κακοῖς*] Cfr. Philoct. 1046 *κοὐχ ὑπείκουσαν κακοῖς* et Aesch. Prom. 320 *σὺ δ᾽ οὐδέπω ταπεινὸς οὐδ᾽ εἴκεις κακοῖς.*

V. 471 sq. *ἀλλ᾽ ἴσθι* etc.] Facile patet primis Creontis verbis ad chori potissimum verba extrema responderi. Tum de vocabulo *σκληρὰ* non inutile est adscripsisse Plutarch. de sera vindicta numinis p. 201 T. VIII ed. Reisk. *τὸ γὰρ σκληρὸν ἐν κακίᾳ, καθάπερ ἐν φαύλῳ σιδήρῳ, σαθρόν ἐστιν, καὶ τὸ ἀντίτυπον εὔθραυστον.*

V. 473. *ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ*] 'Ita coctum igne, ut sit durissimum'. Scholiasta: *περισκελῆ· περιεσκληκότα ἢ κεκομμένα.* Ai. 649, ubi schol.: *περισκελεῖς φρένες· αἱ ἄγαν σκληραὶ ψυχαί.* Vide Lobeckium ad eum locum. Praepositio *ἐκ* hic non posita est eodem sensu quo *ὑπό* cum passivo verbo coniuncta, sed pro *ἐν* propter cogitationem ferri ex igne prolati. Cfr. quae ad Aesch. Prom. 702 et 896 adnotavimus.

V. 475 sq. *σμικρῷ — καταρτυθέντας*] De sententia confer Ai. 1258 *μέγας δὲ πλευρὰ βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.* De verbo *καταρτύειν* hac in re proprio adscripsit Brunckius Plutarch. Themist. 2 *τοὺς τραχυτάτους πώλους ἀρίστους ἵππους γίγνεσθαι, ὅταν ἧς προσήκει τύχωσι παιδείας καὶ καταρτύσεως.*

V. 476. *ἐκπέλει*] Erfurdtius adfert Hesychium, *ἐκπέλει* explicantem *ἔξεστι*, Neuius confert Herod. I 78 *οὐκ ἐξεγένετο Κροίσῳ ἀπαγγεῖλαι.* V 105 *ὦ Ζεῦ, ἐκγενέσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι.*

V. 477. *τῶν πέλας*] 'Aliorum'. Brunckius conferri iubet Gatakerum Opp. T. I p. 526. Addo Elmsleium ad Eur. Med. 85.

νόμους ὑπερβαίνουσα τοὺς προκειμένους·
ὕβρις δ', ἐπεὶ δέδρακεν, ἥδε δευτέρα
τούτοις ἐπαυχεῖν καὶ δεδρακυῖαν γελᾶν.
ἦ νῦν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνήρ, αὕτη δ' ἀνήρ,
εἰ ταῦτ' ἀνατὶ τῇδε κείσεται κράτη.
ἀλλ' εἴτ' ἀδελφῆς εἴθ' ὁμαιμονεστέρας
τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς Ἑρκείου κυρεῖ,
αὐτή τε χἠ ξύναιμος οὐκ ἀλύξετον
μόρου κακίστου. καὶ γὰρ οὖν κείνην ἴσον
ἐπαιτιῶμαι τοῦδε βουλεῦσαι τάφου.
καί νιν καλεῖτ'. ἔσω γὰρ εἶδον ἀρτίως
λυσσῶσαν αὐτὴν οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν.

V. 481. καὶ δεδρακυῖαν γελᾶν] De participio vide Krueg. I § 56, 6, 4, de verbo γελᾶν confer Philoct. 258 ἀλλ' οἱ μὲν ἐκβαλόντες ἀνοσίως ἐμὲ γελῶσι σῖγ' ἔχοντες.

V. 482. Schol.: ἦ νῦν· ὄντως δή. De sententia cfr. Eur. Iph. A. 944 ἐγὼ κάκιστος ἦν ἄρ' Ἀργείων ἀνήρ, ἐγὼ τὸ μηδέν, Μενέλεως δ' ἐν ἀνδράσιν, εἴπερ φονεύσει τοὐμὸν ὄνομα σῷ πόσει.

V. 483. Schol.: εἰ ταῦτ' ἀνατί· εἰ ταῦτα τὰ τολμήματα καὶ ἡ νίκη αὕτη χωρὶς βλάβης καὶ τιμωρίας. Videtur vox κράτη significare 'arrogatam potentiam, arrogantiam'.

V. 484 sq. Schol.: ἀλλ' εἴτ' ἀδελφῆς, εἴθ' ὁμαιμ.· εἴτε ἐξ ἀδελφης ἐμῆς, εἴτε οἰκειοτέρας καὶ συγγενικωτέρας πάντων τῶν οἰκείων (τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς ἑρκίου) κυρεῖ, ἀθῷος οὐκ ἄπεισιν. Recte Brunckius: 'sed sive ex sorore, sive ex alia prognata est, quae mihi sit tota familia coniunctior'. Ceterum quod saepe animadvertimus facere homines summo studio et ira abreptos, ut ponant sumantve aliquid, quod tranquilla mente usi sumi non posse vidissent, id et hic facit Creon et persimiliter infra v. 1040 sq.: οὐδ' εἰ θέλουσ' οἱ Ζηνὸς αἰετοὶ βορὰν φέρειν νιν ἁρπάζοντες ἐς Διὸς θρόνους. De genetivo ex κυρεῖ apto vide Matth. § 374. Krueg. I § 47, 6, 5.

V. 485. τοῦ παντὸς — Ἑρκείου] Eustathius p. 1930, 30 χρῆσις δὲ Ἑρκείου Διὸς καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ, ἔνθα Ἑρκεῖον Δία ἐκεῖνος τοὺς ἐν οἴκῳ πάντας δηλοῖ. Vide etiam Hesychium voce Ἑρκείου Διός eiusque interpretes.

V. 486 sq. οὐκ ἀλ. μόρου κακίστου] Eustathius p. 710, 57 (596, 18) ὅτι δὲ τὸ ἀλύξαι οὐ μόνον κοινότερον αἰτιατικῇ συντάσσεται, ἀλλὰ καὶ γενικῇ, δηλοῖ Σοφοκλῆς ἐν τῷ οὐκ — κακίστου. Cfr. Krueg. II § 47, 13, 1.

V. 487 sq. καὶ γὰρ — τάφου] I. e. καὶ γὰρ οὖν κείνην ἴσον ἐπαιτιῶμαι τοῦδε τοῦ τάφου. δηλονότι βουλεῦσαι αὐτόν. Cfr. Matth. § 535 c. not. 1 et § 632, 6. Vide etiam ad Philoct. 62. Atque ἴσον adverbialiter 'pariter' vel 'pari modo' ut O. R. 1018. 1347 interpretatur Neuius. Verum recte G. Wolffius monet opinioni infinitivi epexegetici repugnare collocationem verbi βουλεῦσαι. Itaque videndum, ne ἴσον βουλεῦσαι eadem ratione qua μετασχεῖν v. 535 usurpatum genetivum asciverit.

V. 489. ἔσω] Exspectaveris ἔνδον. Verum vide Ai. 105. 235. El. 1103. O. R. 57. O. C. 18. Trach. 202. 867. Phil. 533. Cfr. Lobeck. ad Phryn. p. 127 sq.

V. 490. Schol.: ἐπήβολον φρενῶν· κυρίαν τῶν φρενῶν καὶ ἑστῶσαν ἐν αὐτῇ. Confer Blomf. gloss. ad Aesch. Prom. 453. Summo dolore affecta erat Ismena propter detectum facinus sororis et supplicium, quod ei imminebat.

φιλεῖ δ' ὁ θυμὸς πρόσθεν ᾑρῆσθαι κλοπεὺς
τῶν μηδὲν ὀρθῶς ἐν σκότῳ τεχνωμένων.
μισῶ γε μέντοι χὤταν ἐν κακοῖσί τις
ἁλοὺς, ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλῃ.
ΑΝ. θέλεις τι μεῖζον ἢ κατακτεῖναί μ' ἑλών;
ΚΡ. ἐγὼ μὲν οὐδέν· τοῦτ' ἔχων ἅπαντ' ἔχω.
ΑΝ. τί δῆτα μέλλεις; ὡς ἐμοὶ τῶν σῶν λόγων
ἀρεστὸν οὐδέν, μηδ' ἀρεσθείη ποτέ·
οὕτω δὲ καὶ σοὶ τἄμ' ἀφανδάνοντ' ἔφυ.
καίτοι πόθεν κλέος γ' ἂν εὐκλεέστερον
κατέσχον ἢ τὸν αὐτάδελφον ἐν τάφῳ
τιθεῖσα; τούτοις τοῦτο πᾶσιν ἁνδάνειν
λέγοιτ' ἄν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλῄοι φόβος.

V. 491. Schol.: *φιλεῖ δ' ὁ θυμός· εἴωθεν ἡ ψυχὴ τῶν λάθρα τι κακὸν τεχνωμένων προαλίσκεσθαι καὶ ἑαυτὴν ποιεῖν καταφανῆ, πρὶν φωραθῆναι. Ἄλλως. Τῶν λάθρα τι βουλομένων δρᾶν ὁ θυμὸς προκλέπτεται, καὶ περὶ τὴν κατάστασιν τοῦ σώματος ἔνδηλόν τι γίνεται τὸ κατηγοροῦν τῆς πράξεως αὐτῶν.* Male Erfurdtius *κλοπεὺς* 'celatorem' interpretatur, cum sit is, qui aliquid occulte facit, auctor facinoris occulti. Saepissime enim ita *κλέπτειν τι* usurpatur.

V. 493 sq. Schol.: *μισῶ γε μέντοι· μισῶ τὸν ἁμαρτάνοντα καὶ ἐπικοσμοῦντα τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ. τοῦτο δέ φησιν, ὅτι ἁλοῦσα ἡ Ἀντιγόνη ἔφασκε τῷ θείῳ νόμῳ ἐπαρκεῖν.* De *ἔπειτα* particula vide Krueg. I § 56, 10, 3.

V. 495. *ἢ κατ. — ἑλών*] De addito *ἑλὼν* confer huius fab. 398 et O. R. 641 *ἢ γῆς ἀπῶσαι πατρίδος ἢ κτεῖναι λαβών.*

V. 496. *ἐγὼ μὲν οὐδὲν*] De hoc *ἐγὼ* pronominis usu in respondendo confert Wexius Philoct. 735 *οὐ δῆτ' ἔγωγε.* 1389 *οὔκουν ἔγώγε.* Aristoph. Ran. 660 *οὐκ ἤκουσας; — οὐκ ἔγωγε.* Plut. Alcib. 3 *δάκνεις, ὦ Ἀλκιβιάδη, καθάπερ αἱ γυναῖκες· Οὐκ ἔγωγε, εἶπεν, ἀλλ' ὡς οἱ λέοντες.*

V. 498. *μηδ' ἀρεσθείη ποτέ*] De *μηδὲ* post *οὐδὲν* vide Krueg. I § 59, 2, 7, huius fab. 686. — Ceterum Neuius: '*ἀρεσθείη* passivum est ad signif. aor. *ἀρέσαι.* Hom. Il. ι 120. τ 138 *ἂψ ἐθέλω ἀρέσαι, δόμεναί τ' ἀπερείσι' ἄποινα.* Theogn. 762 *σπονδὰς θεοῖσιν ἀρεσσάμενοι.* Cfr. El. 1248. Etiam *ἠρέσκοντο* 'placebant', adnotat Schneider. Lex. ex Herod. VI 128.' Elmsleius ad O. R. 322 *ἀρέστ' εἴη*, Hermannus *ἀρεσθείην* scripsit.

V. 499. *ἀφανδάνοντ' ἔφυ*] De *ἔφυ* cum participio iuncto confer O. R. 9 *πρέπων ἔφυς.* 587 *ἱμείρων ἔφυν.* Philoct. 1056 *χρῄζων ἔφυν.*

V. 500 sq. *κλέος γ' ἂν εὐκλ.*] De abundantia locutionis confer huius fab. 588 *δυσπνόοις πνοαῖς.* 1261 *φρενῶν δυσφρόνων.* 1276 *πόνοι δύσπονοι.* 1284 *νεοτόμοισι πλήγμασιν.* 1287 sq. *κακάγγελτα προπέμψας ἄχη.* Ai. 138 *λόγος κακόθρους.* 546 *νεοσφαγῆ φόνον.* 631 sq. *χερόπληκτοι δοῦποι.* 708 sq. *εὐάμερον φάος.* O. C. 713 sq. *εὐήρετμος πλάτα.* Trachin. 791 *τὸ δυσπάρευνον λέκτρον.* Eurip. Troad. 75 *δύσνοστον νόστον*, et quae ad El. 1154 adnotavimus.

V. 503. *ἐγκλῄοι* cum Schaefero posui, nisi quod ille *ἐγκλείοι.* Libri *ἐγκλείσοι.* Minus apte Erfurdtius *ἐγκλῄσαι* scripsit.

ῥέθος αἰσχύνει,
τέγγουσ' εὐῶπα παρειάν.

ΚΡ. σὺ δ', ἣ κατ' οἴκους ὡς ἔχιδν' ὑφειμένη
λήθουσά μ' ἐξέπινες, οὐδ' ἐμάνθανον
τρέφων δύ' ἄτα κἀπαναστάσεις θρόνων,
φέρ' εἰπὲ δή μοι, καὶ σὺ τοῦδε τοῦ τάφου
φήσεις μετασχεῖν, ἢ 'ξομεῖ τὸ μὴ εἰδέναι;

ΙΣΜΗΝΗ.

δέδρακα τοὖργον, εἴπερ ἥδ' ὁμορροθεῖ,
καὶ ξυμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας.

ΑΝ. ἀλλ' οὐκ ἐάσει τοῦτό γ' ἡ δίκη σ', ἐπεὶ
οὔτ' ἠθέλησας οὔτ' ἐγὼ 'κοινωσάμην.

ΙΣ. ἀλλ' ἐν κακοῖς τοῖς σοῖσιν οὐκ αἰσχύνομαι
ξύμπλουν ἐμαυτὴν τοῦ πάθους ποιουμένη.

πρόσωπον στυγνὸν καὶ κατηφέστερον πεποιηκυῖαν. Dicitur αἱματόεις vultus propter ruborem nimium, quo suffusus est, ortum ex pudore et fletu. Talem vultum iam supra v. 492 Creon verbo λυσσῶσαν indicavit.

V. 527. ῥέθος] 'Vultum'. Adscribunt Eur. Herc. 1205 ῥέθος ἀελίῳ δεῖξον. Moschi IV 2 τὸ πρὶν δέ τοι οὐκ ἔτ' ἔρευθος σώζετ' ἐπὶ ῥεθέεσσι. Apollon. Rhod. II 68, ubi schol.: ῥέθος ἅπαν μέλος, ἐνταῦθα δὲ τὸ πρόσωπον. Eustathius ad Il. π p. 1090 ἰστέον, ὅτι ῥέθεα οἱ μὲν ἄλλοι τὰ μέλη φασίν, Αἰολεῖς δὲ μόνοι κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ πρόσωπον ῥέθος καλοῦσιν.

V. 528. τέγγουσ' εὐῶπα παρ.] Perapte a poeta dictam esse nubem frontis irrigare genas sponte apparet. De locutione εὐὼψ παρειὰ vide ad O. R. 189. De toto loco confer Aeschyl. Prom. 144 sq. φοβερὰ δ' ἐμοῖσιν ὄσσοις ὁμίχλα προσῇξε πλήρης δακρύων.

V. 529. Schol.: ὡς ἔχιδν'· ἡ γὰρ ἔχιδνα λάθρα καθεζομένη τῶν ἀνθρώπων ἐκπίνει τὸ αἷμα. De ὑφειμένη ('subrepens') cfr. O. R. 387. De sententia compara Soph. El. 784 ἥδε γὰρ μείζων βλάβη ξύνοικος ἦν μοι, τοὐμὸν ἐκπίνουσ' ἀεὶ ψυχῆς ἄκρατον αἷμα.

V. 530. λήθουσά μ' ἐξέπινες] Pro ἐλάνθανές μ' ἐκπίνουσα. Cfr. Matth. § 552 not. — De structura ἣ — ἐξέπινες, οὐδ' ἐμάνθανον etc. vide eundem § 472, 3. Krueg. I § 59, 2, 6 (et § 60, 6).

V. 531. δύ' ἄτα] Sic O. C. 532. Explicatur nomen ἄτα verbo ἐπαναστάσεις. De numero duali et plurali commutato vide nostr. Cur. epigraph. p. 17.

V. 533. Schol.: ἢ 'ξομεῖ· ἢ ἀπαρνῇ εἰδέναι ἐνώμοτος;

V. 534. Schol.: ὁμορροθεῖ· ὁμοφωνεῖ. Verba εἴπερ ἥδ' ὁμορροθεῖ mussitat Ismena non ignara moris et mentis sororis.

V. 535. καὶ ξυμμετίσχω — τῆς αἰτίας] Genetivus non pendet a proximo verbo, sed a remotiore ξυμμετίσχω. Eodem modo locutus poeta est O. C. 1330 ὅς μ' ἐξέωσε κἀπεσύλησεν πάτρας. Alia exempla collegit Lobeck. ad Ai. p. 294 sq., Matth. § 428, 2. Schaefer. Appar. crit. in Demosth. T. V p. 246. Φέρω post ξυμμετίσχω i. q. συμφέρω. Cfr. O. R. 347 ξυμφυτεῦσα τοὖργον εἰργάσθαι θ', Demosth. II § 9 καὶ συμπονεῖν καὶ φέρειν τὰς συμφοράς.

V. 536. ἀλλ' οὐκ ἐάσει τοῦτο γ' etc.] Τοῦτο, i. e. τὸ ξυμμετίσχειν τῆς αἰτίας.

V. 539. Schol.: ξύμπλουν· κοινωνόν. Conferunt editores Eurip.

*ΑΝ.* ὧν τοὔργον, Ἅιδης χοἰ κάτω ξυνίστορες·
λόγοις δ' ἐγὼ φιλοῦσαν οὐ στέργω φίλην.
*ΙΣ.* μήτοι, κασιγνήτη, μ' ἀτιμάσῃς τὸ μὴ οὐ
θανεῖν τε σὺν σοὶ τὸν θανόντα θ' ἁγνίσαι.
*ΑΝ.* μή μοι θάνῃς σὺ κοινά, μηδ' ἃ μὴ ἔθιγες
ποιοῦ σεαυτῆς. ἀρκέσω θνήσκουσ' ἐγώ.
*ΙΣ.* καὶ τίς βίος μοι σοῦ λελειμμένῃ φίλος;
*ΑΝ.* Κρέοντ' ἐρώτα. τοῦδε γὰρ σὺ κηδεμών.
*ΙΣ.* τί ταῦτ' ἀνιᾷς μ' οὐδὲν ὠφελουμένη;
*ΑΝ.* ἀλγοῦσα μὲν δῆτ', εἰ γέλωτ' ἐν σοὶ γελῶ.
*ΙΣ.* τί δῆτ' ἂν ἀλλὰ νῦν σ' ἔτ' ὠφελοῖμ' ἐγώ;

Iph. T. 599 ὁ ναυστολῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τὰς συμφοράς, οὗτος δὲ συμπλεῖ τῶν ἐμῶν μόχθων χάριν et Ai. 1328 sq. ἔξεστιν οὖν εἰπόντι τἀληθῆ φίλῳ σοὶ μηδὲν ἧσσον ἢ πάρος ξυνηρετμεῖν, Eur. Herc. 1223 χάριν δὲ γηράσκουσαν ἐχθαίρω φίλων καὶ τῶν καλῶν μὲν ὅστις ἀπολαύειν θέλει, συμπλεῖν δὲ τοῖς φίλοισι δυστυχοῦσιν οὔ.

V. 540 sq. Opponuntur inter se τὸ ἔργον et λόγοις. — Οὐ στέργω, 'aspernor'. Cfr. Eur. Med. 88 εἰ τούσδε γ' εὐνῆς εἵνεκ' οὐ στέργει πατήρ.

V. 542. μήτοι — μ' ἀτιμάσῃς etc.] De μὲ pronominis positu confer Herm. ad Vig. p. 893 et Matth. ad Eur. Hec. 62; de articulo infinitivo praeposito vide Matth. § 534 n. 2. Krueg. I § 67, 12, 6.

V. 543. Schol.: ἁγνίσαι· ἀντὶ τοῦ τιμῆσαι. Cfr. 1081. Eur. Or. 40. Iacobs. ad Anthol. Palat. XV 6.

V. 544. μή μοι — σὺ κοινὰ] Cfr. Ai. 577 τὰ δ' ἄλλα τεύχη κοίν' ἐμοὶ τεθάψεται et O. C. 1752 χάρις ἡ χθονία ξύν' ἀπόκειται.

Ibid. α μὴ ἔθιγες] De hac constructione verbi θιγγάνειν cfr. Krueg. II § 47, 12, 2.

V. 545. ἀρκέσω θνήσκουσ' ἐγώ] 'Sufficiet me mori.' Vide Krueg. I § 56, 8, 1.

V. 546. Recte suspectat Nauckius additum φίλος, quod sententiam debilitat. Scribi non potest: καὶ τίς βίος μοι σοῦ λελειμμένῃ, φίλος; Nauckius coniecit σοῦ γ' ἄτερ λελειμμένῃ; Cum post λελειμμένῃ facile μόνῃ interciderit, scripsisse videtur poeta: καὶ τίς βίος μοι σοῦ λελειμμένῃ μόνῃ; Cfr. Eur. Med. 52 πῶς σοῦ μόνη Μήδεια λείπεσθαι θέλει et infra v. 566.

V. 547. Schol.: τοῦδε γὰρ σὺ κηδεμών· ἢ τοῦ βίου, ἐπεὶ φιλοζωοῦσα οὐ συνέπραξας· ἢ τοῦ Κρέοντος, ἐπεὶ μὴ παρέβης αὐτοῦ τὰ ψηφίσματα. Sponte apparet posteriorem tantum probari interpretationem posse. Hoc igitur Antigona dicit: 'tu ut Creonti prospexisti, ita ille tibi prospiciet'. De cuius dicti acerbitate statim Ismena conqueritur.

V. 548. τί ταῦτ' ἀνιᾷς μ' etc.] De duplici accusativo ex ἀνιᾶν apto vide ad O. R. 264 sq. Tum οὐδὲν ὠφελουμένη valet: 'nihil inde lucri auferens'. Sic Philoct. 1383.

V. 549. ἀλγοῦσα — γελῶ] Dolere se de Ismena dicit, etiamsi eam irrideat; quod fecit verbis: Κρέοντ' ἐρώτα· τοῦδε γὰρ σὺ κηδεμών. Tum ἐν σοὶ γελᾶν γέλωτα poetice dictum pro ἐγγελᾶν σοί. Elegantem coniecturam ex scholio εἰ γελῶ, φησιν, ἐπὶ σοί, ἀλγοῦσα γελῶ Heimsoethius elicuit: ἀλγοῦσα μὲν δῆτ', εἰ γελῶ 'πὶ σοί, γελῶ.

V. 550. ἀλλὰ νῦν] Iungendae hae particulae sunt, ut El. 411. Cfr. Hermannus ad Vig. p. 811. Elmsleius ad Eurip. Heracl. 565. Dicit autem hoc Ismena: 'si ante

ΑΝ. σῶσον σεαυτήν. οὐ φθονῶ σ' ὑπεκφυγεῖν.
ΙΣ. οἴμοι τάλαινα, κἀμπλάκω τοῦ σοῦ μόρου;
ΑΝ. σὺ μὲν γὰρ εἵλου ζῆν, ἐγὼ δὲ κατθανεῖν.
ΙΣ. ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἀρρήτοις γε τοῖς ἐμοῖς λόγοις.
ΑΝ. καλῶς σὺ μὲν σοί, τοῖς δ' ἐγὼ 'δόκουν φρονεῖν·
ΙΣ. καὶ μὴν ἴση νῷν ἐστιν ἡ 'ξαμαρτία.
ΑΝ. θάρσει. σὺ μὲν ζῇς, ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ πάλαι τέθνηκεν, ὥστε τοῖς θανοῦσιν ὠφελεῖν.
ΚΡ. τὼ παῖδέ φημι τώδε τὴν μὲν ἀρτίως ἄνουν πεφάνθαι, τὴν δ' ἀφ' οὗ τὰ πρῶτ' ἔφυ.
ΙΣ. οὐ γάρ ποτ', ὦναξ, οὐδ' ὃς ἂν βλάστῃ μένει νοῦς τοῖς κακῶς πράσσουσιν, ἀλλ' ἐξίσταται.

in sepeliendo fratre tibi adiutrix non fui, at certe nunc quomodo adiuvare te possim, dic quaeso'.

V. 552. κἀμπλάκω — μόρου] Recte, puto, Hermannus explicat: 'etiam mortis tuae societate priver'. Minus commode Neuius καὶ eo modo usurpatum hic censet, quo 'et' nonnunquam a Latinis usurpatum esse Matthiaeus ad M. Tulli orat. Pompei XIV 42 monet. [Videtur sensum recte reddidisse Boeckhius verbis: 'weh mir! und theilen soll ich nicht dein Todesloos?]

V. 554. ἀλλ' οὐκ — λόγοις] Intellege: ζῆν εἱλόμην. Sensus ergo hic est: 'sed non malui servare vitam, quin enuntiarem, quibus rationibus ducerer'; i. e. 'sed tu non ignoras, cur noluerim tecum legem violare'. Cfr. v. 58 sqq. De ἐπὶ praepositione vide Eur. Ion 228 ἐπὶ δ' ἀσφάκτοις μήλοισι δόμων μὴ πάριτ' εἰς μυχόν, Herc. 708 ὕβριν θ' ὑβρίζεις ἐπὶ θανοῦσι τοῖς ἐμοῖς cum Pflugkii adnotatione, Matth. § 586 γ.

V. 555. καλῶς σὺ μὲν σοί Martinus restituit secundum scholiastae interpretationem: σεαυτῇ καλῶς ἐδόκεις φρονεῖν. La μὲν γοῦ in μέντοι mutatum a pr. m.; vulgatur ex A μὲν τοῖς, in qua lectione τοῖς ad significationem pronominis τούτοις accedere putant, ut sit τοῖς σοῖς λόγοις pro ablativo instrumenti. Antigona dicit: 'tu sequebare tuum iudicium, ego aliorum (scilicet inferorum)'. De particulis μὲν et δὲ non suo loco positis cfr. v. 1100 sq., 1297 sq.

V. 557 sq. Schol.: ἡ δ' ἐμὴ — τέθνηκεν· οἷον προηκάμην τὸ ζῆν, βοηθῆσαι βουλομένη τῷ ἀδελφῷ. Mirum est a quoquam probari hanc interpretationem potuisse. Nemo non perspexisset sensum huius loci, si scripsisset poeta: ὥστε τοῖς ζῶσι μηκέτ' ὠφελεῖν, 'ita ut vivis nihil iam utilis sim'. Idem autem significavit iis verbis, quae posuit. Nam mortuis necessario incipit utilis esse qui vivis esse desierit. — Exempla verbi ὠφελεῖν cum dativo iuncti attulit plura Krueg. II § 46, 8, 2.

V. 559. τὼ παῖδε] Vide ad O. C. 1676. De locutione τὼ παῖδε — τὴν μὲν monitum ad v. 21 sq.

V. 561 sq. οὐ γάρ ποτ' — ἐξίσταται] Scholiasta hos versus male sic interpretatur, quasi corrigi Ismene perversitatem mentis infortunio dicat. Hoc illa dicit, etiam qui ante recta mente usi sint, rebus adversis perturbatos prava consilia sequi. HERM. Huic sententiae obloquitur Creon Euripideus fr. 165 ἄκουσον· οὐ γὰρ οἱ κακῶς πεπραγότες σὺν ταῖς τύχαισι τοὺς λόγους ἀπώλεσαν.

*ΚΡ.* σοὶ γοῦν, ὅθ' εἵλου ξὺν κακοῖς πράσσειν κακά.
*ΙΣ.* τί γὰρ μόνῃ μοι τῆσδ' ἄτερ βιώσιμον;
*ΚΡ.* ἀλλ' ἥδε μέντοι μὴ λέγ'· οὐ γὰρ ἔστ' ἔτι.
*ΙΣ.* ἀλλὰ κτενεῖς νυμφεῖα τοῦ σαυτοῦ τέκνου;
*ΚΡ.* ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι.
*ΙΣ.* οὐχ ὥς γ' ἐκείνῳ τῇδέ τ' ἦν ἡρμοσμένα.
*ΚΡ.* κακὰς ἐγὼ γυναῖκας υἱέσι στυγῶ.
*ΑΝ.* ὦ φίλταθ' Αἷμον, ὥς σ' ἀτιμάζει πατήρ.
*ΚΡ.* ἄγαν γε λυπεῖς καὶ σὺ καὶ τὸ σὸν λέχος.
*ΧΟ.* ἦ γὰρ στερήσεις τῆσδε τὸν σαυτοῦ γόνον;
*ΚΡ.* Ἅιδης ὁ παύσων τούσδε τοὺς γάμους ἔφυ.
*ΧΟ.* δεδογμέν', ὡς ἔοικε, τήνδε κατθανεῖν.
*ΚΡ.* καὶ σοί γε κἀμοί. μὴ τριβὰς ἔτ', ἀλλά νιν

V. 563. *ξὺν κακοῖς*] Gl. *σὺν τῇ ἀδελφῇ*. De plurali vide ad v. 10. Invidiose Creon ea quibus Ismena usa est *κακῶς πράσσειν*, invertit in *κακὰ πράσσειν*.

V. 565. *ἀλλ' 'ἥδε' μέντοι μὴ λέγ'*] De *ἥδε* vide Matth. § 280 et Seidl. ad Eur. El. 657.

V. 566. Schol.: *νυμφεῖα· ἀντὶ τοῦ τὴν νύμφην*. Cfr. O. R. 85 *ἄναξ, ἐμὸν κήδευμα* et vide Porson. ad Eur. Or. 1051.

V. 567. *ἀρώσιμοι — γύαι*] Confer O. R. 1210 et 1256 sq. cum notis nostris. Schol.: *ἀρώσιμοι· παιδοποιήσιμοι, εὐγεώργητοι*, Ceterum adverte, quantopere se Creon hoc dicto omnis humanitatis amorisque expertem esse ostendat.

V. 568. *οὐχ ὥς γ' — ἡρμοσμένα*] Hoc dicit Ismena: 'sed non exstant qui ita secum coniuncti sint, ut Haemon et Antigona'. Vide Matth. § 297 not. 2. Krueg. I § 52, 3, 4. De plurali participii confer 576 *δεδογμένα*.

V. 569. *κακὰς — στυγῶ*] De dativo confert Neuius Hom. Il. *η* 21 *Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην*. *ϑ* 204 *σὺ δέ σφισι βούλεο νίκην*.

V. 570. Cum Boeckhio et Suevernio ex plurium codd. auctoritate hunc versum Antigonae tribui, vulgo Ismenae tributum.

V. 571. *ἄγαν γε λυπεῖς* etc.] 'Nimis tu molesta mihi es cum nuptiis tuis.' Cfr. Ai. 589 *ἄγαν γε λυπεῖς*. Similiter supra *ἀνιαρῶς λέγεις* v. 316 dictum. Denique de *καὶ σὺ καὶ* etc. cfr. Ai. 1147 *καὶ σὲ καὶ τὸ σὸν λάβρον στόμα*, ut alia plurima eiusdem generis omittam.

V. 572. Invitis libris choro assignavi cum Boeckhio hunc versum, male vulgo Ismenae assignatum, a qua dici non potuit post ea, quae iam v. 566 posuit.

V. 573. Pro *ἔφυ* in optimo libro est *ἐμοί*, quod forsitan reduci debeat, nisi neque *ἐμοὶ* neque *ἔφυ* scripsisse poeta putandus est, sed aliud quid intercidit. Meinekius *κυρεῖ*, Nauckius *μόνος*, alii alia coniecerunt.

V. 574. Item hunc versum cum Boeckhio choro tribui, ut est in cod. Aug. Vulgo Ismenae tribuitur. De plurali *δεδογμένα* vide Krueg. II § 44, 3, 9, de omisso *ἐστὶν* eundem I § 56, 3, 5 et O. C. 1431 *οὕτως ἄρ', ὦ παῖ, ταῦτά σοι δεδογμένα;*

V. 575. *καὶ σοί γε κἀμοί*] Hoc dicit: 'ut tibi quidem videtur a me decretum esse, ita a me decretum est'. Variat vim verbi *δοκεῖν* ut supra v. 328 atque dicit acerbe ut iratus et moram inique ferens.

Ibid. *μὴ τριβὰς ἔτ'*] I. e. *μὴ τριβάζετε ἔτι, μηκέτι τριβὰς ποιεῖσθε*. Adscripserunt editores Aristophan. Acharn. 345 *μή μοι πρόφασιν*. Vesp. 1179 *μή μοί γε*

*κομίζετ' εἴσω, δμῶες· ἐκδέτας δὲ χρὴ*
*γυναῖκας εἶναι τάσδε μηδ' ἀνειμένας.*
*φεύγουσι γάρ τοι χοἰ θρασεῖς, ὅταν πέλας*
*ἤδη τὸν Ἅιδην εἰσορῶσι τοῦ βίου.*

(*στροφὴ α'.*)

ΧΟ. *Εὐδαίμονες οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών.*
*οἷς γὰρ ἂν σεισθῇ θεόθεν δόμος, ἄτας*
*οὐδὲν ἐλλείπει γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἕρπον·*
*ὅμοιον ὥστε ποντίαις*
*οἶδμα δυσπνόοις ὅταν*

*μύθους.* Ex Latinis scriptoribus Cic. de Fin. II 6 *tum ille finem, inquit, interrogandi, si videtur.* ibid. IV extr.: *scrupulum, inquam, abeunti, sed videbimus.* Vide Bergler. ad Aristoph. l. c., Schaefer. ad L. Bos. p. 636, Heindorf. et Stallbaum. ad Platon. Protag. p. 318 b. Krueg. I § 62, 3, 5.

V. 576 sq. *ἐκδέτας δὲ χρὴ* post M. Seyffertum, qui *εὖ δετὰς δὲ χρὴ* scripsit, invenit R. Engelmannus. La *ἐκ δὲ τάσδε χρή*, ceteri libri *ἐκ δὲ τοῦδε χρή*, scilicet ex correctione. Sic omnes turbae emendantium consilescunt. Verbum *ἔκδετος* adfertur ex Anth. IX 97, 4. Cfr. Eur. Andr. 556 *χέρας βρόχοισιν ἐκδήσαντες.* De terminatione vide Krueg. II § 22, 3, 2 et supra ad v. 134. — De *ἀνειμένας* cfr. El. 516 *ἀνειμένη μέν, ὡς ἔοικας, αὖ στρέφει.*

V. 578 sq. *ὅταν πέλας — τοῦ βίου*] Genetivum *τοῦ βίου* ex nomine *πέλας* aptum esse apparet. His dictis abducuntur Antigona et Ismena, remanente Creonte.

V. 580—619. Chorus cum imminere iam mortem Antigonae vidisset, de misera totius Labdacidarum gentis sorte recordatus, si qui semel mala experti sint divinitus immissa, eorum omnes posteros a dis agitari calamitatibus queritur. Ita et ceteros omnes, qui absumpti sint, Labdacidas a stirpe vexatos malis esse, et extremam iam gentis illius subolem deo volente misere perdi. Hanc antiquam de calamitate in universam progeniem ingruente opinionem refert poeta non ad invidiam deorum, sed ad libidinem incontinentiamque hominum, quam Iovis optimi maximi numen compescat atque ita castiget, ut sua quisque immodica cupiditate occaecatus ibi bonas res quaerat ubi malas sit inventurus atque imprudens ipse sibi creet perniciem.

V. 580. *εὐδαίμονες — αἰών*] 'Felices, qui nihil unquam mali experti sunt.' Sequentium sensus est: 'nam quibus semel aliquid mali a dis immissum erit', etc. De sententia conferatur Eur. El. extr.: *χαίρετε· χαίρειν δ' ὅστις δύναται καὶ ξυντυχίᾳ μή τινι κάμνει θνητῶν, εὐδαίμονα πράσσει.* De locutione *κακῶν ἄγευστος* vide Platon. de Rep. p. 576 *ἐλευθερίας δὲ καὶ φιλίας ἀληθοῦς τυραννικὴ φύσις ἀεὶ ἄγευστος.*

V. 581 sq. *ἄτας οὐδὲν ἐλλείπει*] Neuius adscripsit Aristid. de societ. p. 502 *οὐδὲν αἰσχύνης ἐλλείπει.* Simul cum *ἐλλείπει* participium coniunctum est ut Demosth. 18 § 92 *οὐκ ἐλλείψει εὐχαριστῶν.*

V. 582. *γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος*] Proprie 'usque ad expletam gentem', i. e. usque ad extremam gentis subolem. Similiter Philoct. 722 *πλήθει πολλῶν μηνῶν*, expletis multis mensibus.

V. 583—588. *ὁμοῖον — ἀκταί*] Sensus hic est: 'similiter atque fluctus, cum vehementibus ventis Thraciis, qui mari incubuerunt, excitatum eum tenebrae marinae percurrerint, evolvit ex fundo nigras arenas et turbulentas, ut li-

Θρῄσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς,
κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν
θῖνα καὶ δυσάνεμον,
στόνῳ βρέμουσι δ' ἀντιπλῆγες ἀκταί.

(ἀντιστροφὴ α'.)

ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὁρῶμαι
πήματα φθιμένων ἐπὶ πήμασι πίπτοντ',
οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν γένος, ἀλλ' ἐρείπει
θεῶν τις, οὐδ' ἔχει λύσιν.
νῦν γὰρ ἐσχάτας ὑπὲρ

tora fragoribus resonent'. Tertium comparationis hoc est: si qua gens malis divinitus immissis vexari coeperit, eius omnis posteritas exercetur calamitatibus, quemadmodum, cum mare procellis agitatum erit, imus eius fundus perturbatur. Ἔρεβος ὕφαλον subiectum esse verbi ἐπιδράμῃ, et ex notione verbi, quae explicatur Homericis κακὴ ἐπιδέδρομεν ἀχλύς, cognoscitur et ex loco Homerico, qui Sophocli obversatus esse videtur, *H* 63 οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρὶξ ὀρνυμένοιο νέον, μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς. Verba ὅμοιον ὥστε eodem modo Eur. Or. 697 usurpata sunt. Nomen δυσάνεμον recte explicat scholiasta: τὴν ὑπὸ ἀνέμων ταραχθεῖσαν. Similiter supra 358 δύσομβρα dictum est. Cfr. Hesych. δυσήνεμον· δυστάραχον. τὸ κακοὺς ἀνέμους ἔχον. De δὲ particulae positu vide Elmsl. ad Eur. Bacch. 165.

V. 589 sq. ἀρχαῖα — πίπτοντ'] Verba parum plana et perspicua interpretantur hunc in modum: 'a principio Labdacidarum gentis mala mortuorum malis successisse video' i. e. quot ex Labdacidarum gente adhuc occiderunt, eos omnes video miseros fuisse, ita ut mala malis exciperentur. At corruptam esse memoriam librorum, ipsa ratio antistrophica satis prodit. Pro οἴκων iambus requiritur: conicio κλύων ('si res Labdacidarum antiquitus audio'). Pro φθιμένων spondeum desideras, ita ut quod ab Hermanno scriptum est φθιτῶν metrum non expleat. Dindorfius πήματ' ἀλλ' ἄλλοις ἐπὶ πήμασι coniecit, quod numeris sententiaeque satisfacit, memoriae librorum non item. Bergkio aliisque πήματ' ἰφθίμων in mentem venit.

V. 591. οὐδ' — γένος] Neque liberat miseriis familiam familia, i. e., ut recte Brunckius explicat, nec parentum aetas miserias exhaurit, ut iis progenies libera sit. Tum apte verbo ἐρείπει usus est, gentem Labdacidarum cum arbore comparans, quae a deo deiciatur.

V. 592. οὐδ' — λύσιν] Hermanno cum aliis subiectum τὰ πήματα videtur, mihi nomen γενεά, quod modo positum supplendumque etiam ad ἐρείπει est. Valet autem λύσιν ἔχει sc. πημάτων idem atque λύεται πημάτων.

V. 593—597. νῦν γὰρ — Ἐρινύς] 'Nunc enim extrema super radice quae dispersa fuit lux in Oedipi domo, eam rursus cruenta inferorum deorum demetit falx, orationisque amentia et animi furor.' Et ita fere scholiasta: νῦν γὰρ ὅπερ ἐτέτατο φάος καὶ σωτηρία ἐν τοῖς οἴκοις τοῦ Οἰδίποδος ἐσχάτης ὑπὲρ ῥίζης, ἀντὶ τοῦ ὅπερ ἔβλαστεν ἄνω τῆς ῥίζης, θάνατος καταλαμβάνει. Comparat poeta gentem Labdacidarum cum arbore deiecta, cuius una relicta radix sit, ex qua nova arbor efflorescere possit. Radice illa significat Antigonam, ex qua laeta fuerit spes fore, ut cum Haemone, cui desponsata erat, nuptiis coniuncta novum genus renasce-

*ῥίζας ὃ τέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις,*
*κατ' αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν*
*νερτέρων ἀμᾷ κοπίς,*
*λόγου τ' ἄνοια καὶ φρενῶν Ἐρινύς.*

(*στροφὴ β'*).

*τεάν, Ζεῦ, δύνασιν τίς ἀνδρῶν ὑπερβασία κατάσχοι;*
*τὰν οὔθ' ὕπνος αἱρεῖ ποθ' ὁ παντογήρως,*

retur. Etiam extremam illam radicem exstirpari iam a deo propter dementiam Antigonae ait.

V. 593 sq. *ἐσχάτας ὑπὲρ ῥίζας*] Perapte sic Sophocles ut poeta dixit. Minus venuste minusve significanter *ἐσχάτας ἐκ ῥίζας* dixisset. Recte Schol.: *ἄνω τῆς ῥίζης*.

V. 595 sq. *κατ' αὖ — ἀμᾷ*] Quod linguae leges videntur postulare, ut *νιν* ad *φάος* referatur, tamen fieri nequit, cum *φάος* non possit *καταμᾶσθαι* dici. Itaque iungendum cum nomine *ῥίζας*: in qua re propterea nihil offensionis est, quod verba *ἐσχάτας — δόμοις* hoc sensu dicta sunt: 'quae una relicta radix salutem afferre in familia Oedipi, i. e. spem afferre novae propaginis videbatur'. Nomen *φάος* ut latinum 'lux' de salute dici notum. De locutione *ῥίζαν καταμᾶν* cfr. Ai. 1178 *γένους ἅπαντος ῥίζαν ἐξημημένος* et Valck. Diatr. p. 225, de tmesi *κατ' ἀμᾷ* cfr. O. C. 1689 *κατά με φόνιος Ἀΐδας ἕλοι* et supra ad v. 425 sq.

V. 596. *κοπίς*] Gladius dis inferis *ποιητικῇ* tribuitur *ἀδείᾳ*, ut Iovi *μάκελλα* Aesch. Ag. 526. Arist. Av. 1240 et *χαλινός* Aesch. Prom. 672, Marti *μάστιξ* Aesch. Ag. 642, Veneri flagellum Horat. Od. III 26, 11. ERF. Adde Aesch. Ag. 1535 *Δίκη δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα θηγάνει βλάβης πρὸς ἄλλαις θηγάναις μάχαιραν*, Cho. 647 *Αἶσα φασγανουργός*.

V. 598 sqq. *τεάν, Ζεῦ, δύνασιν* etc.] Num Sophocles formam *τεός*, quam aliquot locis Aeschylus habet, usurpaverit, dubium est quia optativus *κατάσχοι* requirit particulam *ἄν*. Ex eis locis, quos collegit Krueg. II § 54, 3, 8, unum huic loco convenit, Aesch. Ch. 595 *ἀλλ' ὑπέρτολμον ἀνδρὸς φρόνημα τίς λέγοι;* Scatet item haec stropha vitiis, antistropha ferme libera est. Atque etiam rationi antistrophicae consulimus coniectura *σὰν ἄν, Ζεῦ κτέ.* Nexus sententiarum quem supra indicavimus ostenditur verbo *ὑπερβασία* quod ad *λόγου τ' ἄνοια καὶ φρενῶν Ἐρινύν* spectat.

V. 600 sqq. *τὰν — μῆνες*] Quae potentissima numina sunt, Somnus et Tempus, quibus nihil non succumbat, iis negat unquam Iovis vinci potentiam. De somno quod posuit, Homerum videtur secutus, qui Il. ξ 242 sqq. scripsit: *τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσεφώνεεν ἥδυμος Ὕπνος· Ἥρη, πρέσβα θεά, θύγατερ μεγάλοιο Κρόνοιο, ἄλλον μέν κεν ἔγωγε θεῶν αἰειγενετάων ῥεῖα κατευνήσαιμι, καὶ ἂν ποταμοῖο ῥέεθρα Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται· Ζηνὸς δ' οὐκ ἂν ἔγωγε Κρονίονος ἆσσον ἱκοίμην, οὐδὲ κατευνήσαιμ', ὅτε μὴ αὐτός γε κελεύοι.* Idem summam potentiam Somni agnoscit Il. ω 5 *οὐδέ μιν ὕπνος ᾕρει πανδαμάτωρ.* Od. ι 373 *κὰδ δέ μιν ὕπνος ᾕρει πανδαμάτωρ.* Neque dubium videtur, quin id ipsum, quod *πανδαμάτωρ* valet, Sophocles addito adiectivo significare voluerit. Quo tamen sensu cum accipi *παντογήρως* non possit, hoc quidem a librariis profectum, a Sophocle autem eiusmodi quid scriptum esse censendum erit, quale coniecit Emperius *παντοδμάτωρ* vel Bambergerus *παντοθήρας* vel Schneidewinus *πάντ*

οὔτ' ἀκάματοι θεῶν
μῆνες· ἀγήρως δὲ χρόνῳ δυνά-
στας κατέχεις Ὀλύμπου μαρμαρόεσσαν αἴ-
γλαν.
τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον
καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει
νόμος ὅδ', οὐδὲν ἕρπει
θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας.
(ἀντιστροφὴ β'.)
ἁ γὰρ δὴ πολύπλαγκτος ἐλπὶς πολλοῖς μὲν ὄνα-
σις ἀνδρῶν,

**ἀγρεύτας** vel G. Wolffius **πανταγρεύς**. Sophoclem scripsisse **πάντ' ἀγρῶν** idque propter illud quod sequitur ἀγήρως in **παντογήρως** corruptum esse, etiam corruptela proximi versus demonstratur. Ibi responsionis causa Hermannus **οὔτε θεῶν ἄκματοι**, Dindorfius **οὔτ' ἄκοποι θεῶν νιν**, alii alia coniecerunt, nihil quod habeat speciem probabilitatis. Si scribimus **τὰν οὔθ' ὕπνος αἱρεῖ ποθ' ὁ πάντ' ἀγρῶν οὔτ' | ἀκάματοι**, tum recipit ἀκάματοι eum locum quem numeri requirunt. Restat **θεῶν**. De locutione **θεῶν μῆνες** conferunt Homer. *B* 134 **ἐννέα δὲ βεβάασι Διὸς μεγάλου ἐνιαυτοί**. At ineptum, Iovis menses Iovem non conterere dici. Accedit quod ratio antistrophica defectum syllabae prodit. Itaque aut recipiendum est quod Donaldsonus invenit **θέοντες** aut **θεῶν** reliquias esse putandum alicuius verbi quod 'conterunt' vel simile quid significet (velut **φθίνουσιν** sensu transitivo ut El. 1414), ut non ex αἱρεῖ subaudiendum sit **αἱροῦσι** minus aptum de tempore quam de somno. De Temporis potentia cfr. O. C. 669 **ὁ παγκρατὴς χρόνος**. Ai. 646. 714. De **τὰν** pro **ἂν** posito cfr. Krueg. II § 15, 1, 8.

V. 601 sq. Schol.: **οὔτ' — μῆνες· ἀντὶ τοῦ· ἡ τοῦ χρόνου περίοδος**. 'Indefessi' menses dicuntur propter continuum cursum. Similiter **ἔτη** dicta sunt **πολύπλαγκτα** Aiac. v. 1186.

V. 602. La **ἀγήρωι** in **ἀγήρως** correctum; **ἀγήρῳ** habent alii libri atque legit scholiasta et Poll. II 14. Sententiae unum convenit **ἀγήρως**. Cfr. O. C. 607 **μόνοις οὐ γίγνεται θεοῖσι γῆρας**.

V. 603 sq. **Ὀλύμπου — αἴγλαν**] Imitatus est Homericum **αἰγλήεντα Ὄλυμπον**. Cfr. Il. *α* 532. *ν* 243. Od. *υ* 103.

V. 605—608. **τό τ' ἔπειτα — ἐκτὸς ἄτας**] Locus corruptus. Ex antecedentibus et sequentibus verbis colligas hanc fere sententiam positam hic a poeta fuisse: 'semper valet lex, nihil immodicum et libidinosum absque calamitate mortalibus accidere'. **Ἐπαρκέσει** interpretantur eodem sensu quo **διαρκέσει**, 'sustinebit, valebit'. Koechlyus coniecit **ἐπικρατεῖ**. Pro **πάμπολις** Heathius invenit **πάμπολύ γ'** sensui illud quidem accommodatum, sed propter „particulam Heathianam" addubitandum. Hermannus praeterea **ἕρπειν** scripsit.

V. 605. Schol.: **τό τ' ἔπειτα· τὸ ἐσόμενον καὶ μετ' ἐκεῖνο μέλλον καὶ πάλιν ἐσόμενον. Τινὲς δὲ τὸ ἔπειτα ἰδίως ἐπὶ ἐνεστῶτος λελέχθαι φασὶν ἀντὶ τοῦ νῦν.** Hermannus: „τὸ ἔπειτα, 'dehinc', aliquam continet praesentis temporis notationem, a quo proximum est cum eoque cohaeret." Conferunt Eur. Iph. T. 1265 **τά τε πρῶτα τά τ' ἔπειθ' ὅσ' ἔμελλε τυχεῖν**, et Cic. de Fin. I 20 *sed etiam spe eriguntur consequentis ac posteri temporis.* Tum **καὶ τὸ πρὶν** valet 'ut olim'.

V. 610 sq. **ἁ γὰρ δὴ** etc.] Ex-

πολλοῖς δ' ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων·
εἰδότι δ' οὐδὲν ἕρπει,
πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσαύ-
σῃ. σοφίᾳ γὰρ ἔκ του κλεινὸν ἔπος πέφανται,
τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν
τῷδ' ἔμμεν, ὅτῳ φρένας
θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν·
πράσσει δ' ὀλιγοστὸν χρόνον ἐκτὸς ἄτας.

Ὅδε μὴν Αἵμων, παίδων τῶν σῶν

plicat, quo modo libido calamitatem non effugiat, hanc reddens rationem: 'nam multivaga spes, etsi multis hominibus utilitati est, multis levis animi cupiditatibus deceptis est fraudi, ita ut non ante deceptos se sentiant quam in summum discrimen adducti fuerint'. Facile autem apparet perapte hic sententiam illam elatam esse; omnes enim qui ex gente Labdacidarum adhuc misere perierant, spe illa excitati fore, ut recte praeclareque facerent, in perniciem ruerant, Laius, Oedipus, Eteocles, Polynices.

V. 611. Schol.: κουφονόων ἐρώτων· ἀντὶ τοῦ τῶν κούφων ἐπιθυμιῶν, ἐν αἷς πολλοὶ ἠπάτηνται, ἕτερα προσδοκήσαντες ἑτέρων ἀποβάντων. Verbis κουφ. ἐρ. significantur 'leves animi cupiditates' atque causa fraudis indicatur. Nam levibus animi cupiditatibus fit, ut spes fiat fraus pro utilitate. Itaque κουφ. ἐρώτων gen. subiectivus est, non obiectivus.

V. 612. εἰδότι δ' οὐδὲν] 'Nihil sentienti'. Subiectum verbi ἕρπει est ἡ ἐλπὶς ἀπάτη γενομένη. Cfr. Aesch. Eum. 377 πίπτων δ' οὐκ οἶδεν τόδ' ὑπ' ἄφρονι λύμᾳ· τοῖον ἐπὶ κνέφας ἀνδρὶ μύσος πεπόταται.

V. 614. Schol.: προσαύσῃ· προσάρῃ, πρὶν τοῖς δεινοῖς ἐπικύρσῃ καὶ εἰς αὐτὸν ἐμπέσῃ τὸν κίνδυνον. Repetendum προσαύειν ab αὔειν quod est Hom. ε 490 ut ἐναύειν, καταύειν, ut quod B. Arnoldus coniecit προσκαύσῃ, ipso προσαύσῃ datum sit. Similiter ἐν πυρὶ βέβηκας Musgravius adnotavit teste Suida de iis dici, qui in magno discrimine versentur. De verbo προσαύω vide Lobeck. ad Ai. p. 358 ed. sec. De πρὶν cum coniunctivo sine particula ἄν coniuncto vide Krueg. I § 54, 17, 3.

V. 614 sq. σοφίᾳ — πεφάνται] De locutione πέφανται ἔπος cfr. Trach. 1 λόγος μέν ἐστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς. O. R. 525 τοὔπος δ' ἐφάνθη.

V. 616 sqq. Schol.: σοφίᾳ — ἔπος· μετὰ σοφίας γὰρ ὑπό τινος ἀοίδιμον καὶ κλεινὸν ἔπος πέφανται, τὸ 'ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακά, τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον ᾧ βουλεύεται'. Confert Erfurdtius fragment. Aeschyli (151 N.) θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς, ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ apud Platon. de Rep. p. 380 et iambos a Lycurgo c. Leocratem § 92 p. 198 R. excitatos (Adesp. 240 N.) ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινά, τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν τὸν νοῦν τὸν ἐσθλόν, εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπει γνώμην, ἵν' εἰδῇ μηδὲν ὧν ἁμαρτάνει. Homericos locos, in quibus mente occaecati a deo dicuntur qui aliquid mali susceperint, adscripsit hos Neuius: Il. ζ 234. ι 277. ρ 469. σ 311. τ 86 sqq. 137 coll. [Ruhnk. ad Vellei. II 57 p. 265. 266], Wyttenb. ad Plut. de aud. poetis p. 17 B. et Fr. Iacobs. Demosthen. Staatsreden ed. sec. p. 394 sq. not. 26.

*νέατον γέννημ᾽· ἆρ᾽ ἀχνύμενος*
*τάλιδος ἥκει μόρον Ἀντιγόνης,*
*ἀπάτας λεχέων ὑπεραλγῶν;*
*ΚΡ. τάχ᾽ εἰσόμεσθα μάντεων ὑπέρτερον.*
*ὦ παῖ, τελείαν ψῆφον ἆρα μὴ κλύων*
*τῆς μελλονύμφου πατρὶ λυσσαίνων πάρει;*
*ἢ σοὶ μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλοι;*

*ΑΙΜΩΝ.*

*πάτερ, σός εἰμι, καὶ σύ μοι γνώμας ἔχων*

V. 218. De locutione *θεὸς ἄγει* cfr. O. C. 252 *οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτόν, ὅστις ἄν, εἰ θεὸς ἄγοι, ἐκφυγεῖν δύναιτο,* 997 *τοιαῦτα μέντοι καὐτὸς εἰσέβην κακά, θεῶν ἀγόντων,* Herod. VII 8.

V. 619. Schol.: *ὀλιγοστόν· ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγον.* Bergkius scripsit *ὀλίγιστον.* Locutio *πράσσει ἐκτὸς ἄτας* similis illis est *εὖ, κακῶς πράττειν.* Cfr. Monk. ad Eur. Alc. 615.

V. 622. Ante *τάλιδος* addunt libri *τῆς μελλογάμου νύμφης. Νύμφης* omissum apud Poll. III 45 deleverunt editores. Triclinium totum hoc *τῆς μελλογάμου νύμφης* recte abiecisse comprobavit Dindorfius. Videntur verba *τῆς μελλογάμου νύμφης* interpretationis causa adscripta non ad *τάλιδος*, sed ad *τῆς μελλονύμφου* v. 627 initio pertinuisse.

V. 623. Schol.: *τάλιδος· τᾶλις λέγεται παρ᾽ Αἰολεῦσιν ἡ ὀνομασθεῖσά τινι νύμφη.* Callimachus (Fr. CCX)· *αὐτίκα τὴν τᾶλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ.* Photius p. 567, 17 *τάλιδος· τῆς μελλογάμου. οὕτως Σοφοκλῆς.* Hesychius: *τᾶλις· ἡ μελλόγαμος παρθένος καὶ κατωνομασμένη τινί· οἱ δὲ γυναῖκα γαμετήν. οἱ δὲ νύμφην.* De accusativo *μόρον* ex *ἀχνύμενος* apto cfr. Matth. § 414, 12. Krueg. I § 46, 10 et § 48, 8, 1.

V. 624. *ἀπάτας — ὑπεραλγῶν*] Recte scholiasta: *ὑπὲρ τῆς τῶν λεχέων ἀποτυχίας ἀχθόμενος.* Ita Eur. Hipp. 260 *ὡς κἀγὼ τῆσδ᾽ ὑπεραλγῶ.* Alc. 883 *μία γὰρ ψυχή, τῆς ὑπεραλγεῖν ἄχθος μέτριον.* Alibi enim *ὑπεραλγεῖν* est 'nimis dolere', ut Eur. Med. 118. Heracl. 620, quod *ὑπεράχθεσθαι* dicit Sophocles El. 177, ibidem *ὑπεραλγῆ χόλον* eo significatu addens. HERM. Adde huius fab. 82 *ὑπερδέδοικά σου.* Ai. 1310 *τοὐδ᾽ ὑπερπονουμένῳ.* 1346 *τοὐδ᾽ ὑπερμαχεῖς.* O. R. 264 sq. *τοὐμοῦ πατρὸς ὑπερμαχοῦμαι.*

V. 625. Schol.: *τάχ᾽ εἰσόμεσθα· ὁ λόγος παροιμιακῶς, ὁπότε μὴ στοχασμῷ χρώμεθα, ἀλλ᾽ αὐτόπται τῶν πραγμάτων γινόμεθα· προγιγνώσκει μὲν γὰρ καὶ ὁ μάντις, ἀλλὰ στοχασμῷ χρῆται. τάχα οὖν ἀκριβῶς γνώσομαι ταῦτα παρὰ τοῦ παιδὸς πυνθανόμενος.* Neuius confert Rhes. 952 *ἤδη τάδ᾽· οὐδὲν μάντεως ἔδει φράσαι.* Blomf. gloss. Aesch. Pers. 229.

V. 626. Schol.: *τελείαν ψῆφον· τελείαν, τὴν ἤδη τετελεσμένην· τοῦτο δέ φησιν ὡς μὴ μεταβουλευσόμενος.* Wexius adscripsit Aesch. Suppl. 739 *ἐπεὶ τελεία ψῆφος Ἀργείων, τέκνα, θάρσει, μαχοῦνται περὶ σέθεν.* Genetivus aptus est ex substantivo *ψῆφον.* Vide ad v. 11. — De *ἆρα μὴ* particulis vide Krueg. I § 69, 9.

V. 628. *ἢ σοὶ μὲν — φίλοι*] De omisso *ἐσμὲν* cfr. Krueg. I § 62, 1, 5. *Πανταχῇ δρῶντες* i. q. *ὡς ἂν δρῶμεν πανταχῇ.* Cfr. Ai. 1369 *ὡς ἂν ποιήσῃς πανταχῇ χρηστός γ᾽ ἔσει.*

V. 629 sq. *καὶ σύ μοι* etc.] Recte Brunckius: 'tuque rectis praeditus consiliis me regis, quibus equidem obsequar'. Quibus verbis hoc dicit Haemon: 'ac rectis consiliis tuis, si quibus me regis, equidem obsequar'. Non

χρηστὰς ἀπορθοῖς, αἷς ἔγωγ᾽ ἐφέψομαι.
ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς ἀξιώσεται γάμος
μείζων φέρεσθαι σοῦ καλῶς ἡγουμένου.
ΚΡ. οὕτω γάρ, ὦ παῖ, χρὴ διὰ στέρνων ἔχειν,
γνώμης πατρῴας πάντ᾽ ὄπισθεν ἑστάναι.
τούτου γὰρ εἵνεκ᾽ ἄνδρες εὔχονται γονὰς
κατηκόους φύσαντες ἐν δόμοις ἔχειν,
ὡς καὶ τὸν ἐχθρὸν ἀνταμύνωνται κακοῖς,
καὶ τὸν φίλον τιμῶσιν ἐξ ἴσου πατρί.
ὅστις δ᾽ ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα,
τί τόνδ᾽ ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους
φῦσαι, πολὺν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλων;
μή νύν ποτ᾽, ὦ παῖ, τὰς φρένας γ᾽ ὑφ᾽ ἡδονῆς

enim omnibus omnino in rebus consiliisve patri se oboediturum dicit.

V. 631 sq. Schol.: *οὐδείς μοι προκριθήσεται γάμος τῆς σῆς ἀρχῆς, καλῶς σοῦ ἄρχοντος, πανταχοῦ δὲ μετὰ παρατηρήσεως.* Hoc dicit: 'mihi enim nullum conubium pluris erit quod consequar quam si tu recte (me) gubernes'. Id est: a te recte gubernari mihi pluris est quam quodvis conubium. De genetivo participii e comparativo apto vide 701 sq., de locutione *καλῶς ἡγεῖσθαι* Eur. Iph. A. 928 sq. *καὶ τοῖς Ἀτρείδαις, ἢν μὲν ἡγῶνται καλῶς, πεισόμεθ᾽, ὅταν δὲ μὴ καλῶς, οὐ πείσομαι.* — De infinitivo *φέρεσθαι* vide ad v. 437. De *ἀξιώσεται*, quod Musgravius restituit pro *ἀξίως ἔσται*, cfr. ad v. 93.

V. 633. *οὕτω γάρ*] De *γὰρ* particula vide ad Philoct. 756. Hic collaudat Creon filium et huius laudis causam addit quasi dicat: *Καλῶς· οὕτω γὰρ κτέ.* Schol.: *διὰ στέρνων ἔχειν· ἀντὶ τοῦ ἐνθυμεῖσθαι.* Cfr. Matth. § 580, 5.

V. 634. Schol.: *γνώμης — ὄπισθεν· οἷον τῆς πατρῴας γνώμης πάντα εἶναι δεύτερα· οἷον χρὴ τὴν πατρῴαν πράττοντα γνώμην περὶ τῶν ἄλλων οὐδένα λόγον ἔχειν· ἀσφαλῶς δὲ προσέθηκε τὸ πάντα, μὴ ἄρα ἐκ τοῦ παιδὸς ὑπαντηθῇ, ὅτι πλὴν τῶν χρησίμων.*

V. 637. *τὸν ἐχθρὸν ἀνταμ. κακοῖς*] De locutione conferunt Thucyd. I 42 *ἀξιούτω τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι.* Soph. O. C. 873 *φρονοῦσ᾽, ὅτι ἔργοις πεπονθὼς ῥήμασίν σ᾽ ἀμύνομαι.* De sententia cfr. Hom. *I* 495 *ἀλλὰ σὲ παῖδα, θεοῖς ἐπιείκελ᾽ Ἀχιλλεῦ, ποιεύμην, ἵνα μοί ποτ᾽ ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνῃς.*

V. 638. *ἐξ ἴσου πατρί*] i. e. 'aeque ac pater', non 'aeque ac patrem' ut 516. Cfr. O. R. 1019 *καὶ πῶς ὁ φύσας ἐξ ἴσου τῷ μηδενί;* (i. e. *ἐξέφυσέ σε ἐξ ἴσου τῷ μὴ φύσαντί σε*). Dicit Creon, filium amicitias et inimicitias cum patre communicare debere.

V. 640. Schol.: *πόνους· ἢ πέδας, ἵν᾽ ᾖ ἐμπόδιον, δεσμόν, κώλυμα τοῦ πράττειν ἃ βούλεται.* Hanc lectionem *πέδας* apparet a sciolo inventam esse ut infra v. 699 l. *στήλης.* Cfr. O. C. 460 *τῇδε τῇ πόλει μέγαν σωτῆρ᾽ ἀρεῖσθε, τοῖς δ᾽ ἐμοῖς ἐχθροῖς πόνους.* De sententia compara Hom. *Γ* 51 *γυναῖκα . . δυσμενέσιν μὲν χάρμα, κατηφείην δὲ σοὶ αὐτῷ,* Hes. O. D. 699 *μὴ γείτοσι χάρματα γήμῃς,* Aesch. Pers. 1034 *λυπρά, χάρματα δ᾽ ἐχθροῖς.*

V. 642. *ὑφ᾽ ἡδονῆς*] 'Prae voluptate' sive 'propter voluptatem'. Vide ad v. 221 sq. De locutione *τὰς φρένας ἐκβάλλειν,* 'mentem abicere', sive 'mentem sibi excuti

*γυναικὸς εἵνεκ' ἐκβάλῃς, εἰδὼς ὅτι*
*ψυχρὸν παραγκάλισμα τοῦτο γίγνεται,*
*γυνὴ κακὴ ξύνευνος ἐν δόμοις. τί γὰρ*
*γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον ἢ φίλος κακός;*
*ἀλλὰ πτύσας ὡσεί τε δυσμενῆ μέθες*
*τὴν παῖδ' ἐν Ἅιδου τήνδε νυμφεύειν τινί.*
*ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν εἷλον ἐμφανῶς ἐγὼ*
*πόλεως ἀπιστήσασαν ἐκ πάσης μόνην,*
*ψευδῆ γ' ἐμαυτὸν οὐ καταστήσω πόλει,*
*ἀλλὰ κτενῶ. πρὸς ταῦτ' ἐφυμνείτω Δία*
*ξύναιμον· εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει*
*ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω γένους.*
*ἐν τοῖς γὰρ οἰκείοισιν ὅστις ἔστ' ἀνὴρ*
*χρηστός, φανεῖται κἀν πόλει δίκαιος ὤν.*
*ὅστις δ' ὑπερβὰς ἢ νόμους βιάζεται,*

pati', vide ad O. C. 631, ubi similia adlata sunt. Particula *γ'*, quam Triclinius intulit, cum plane inutilis sit, Hermannus *τὰς φρένας πρὸς ἡδονῆς*, Meinekius *τὰς φρένας σὺ γ' ἡδονῇ* coniecit. Dindorfius nunc scribit *ὦ παῖ, φρένας ὑφ' ἡδονῆς δαμείς*, olim *σὰς ὑφ' ἡδονῆς φρένας*, alii alia, omnia incerta. Ipse prius tentabam *τῶν φρενῶν . . ἐκπέσῃς*, nunc mihi exordio orationis maxime commendari videntur haec: *τάσδ' ὑφ' ἡδονῆς φρένας* (i. e. 'istam quam collaudo mentem').

V. 644. Schol.: *παραγκάλισμα· φίλημα, στέργηθρον, κοινώνημα, παρακοίμημα, περιπλοκή.* De *τοῦτο* vide Krueg. I § 57, 10, 3.

V. 646. *ἕλκος*] 'Dolor', ut Aesch. Ag. 640 *πόλει μὲν ἕλκος ἓν τὸ δήμιον τυχεῖν*. Hesychius: *ἕλκη, λῦπαι.* ERF.

V. 647. Schol.: *πτύσας· καταπτύσας, ἐν οὐδενὶ λόγῳ θέμενος, καταφρονήσας.* De *ὡσεί τε*, verbo non adiuncto, confert Neuius Hom. Il. *λ* 474. *π* 192. *τ* 366. *ψ* 598. Od. *ξ* 254. *ρ* 111. Pindar. Pyth. I 44. IV 112.

V. 648. *νυμφεύειν τινί*] *Νυμφεύειν τινὶ* quanquam vulgo significat 'uxorem dare alicui', tamen cum alibi tum hic et infra 816 *Ἀχέροντι νυμφεύσω* valet 'uxorem dari alicui', sive 'nubere alicui'.

V. 650. *ἀπιστήσασαν*] Vide ad v. 219.

V. 651. *ψευδῆ γ' ἐμ.* etc.] Similiter Xen. An. VII 7, 24 *τὸ δὲ μέγιστον* (sc. *ἐδόκει μοι εἶναι σοι*) *μηδαμῶς ἄπιστον σαυτὸν καταστῆσαι ὅ τι λέγοις.*

V. 652. *πρὸς ταῦτ'* etc.] Verba *πρὸς ταῦτ' — ξύναιμον* hoc sensu dicta: 'nihil curans, quod cognata mihi est'.

V. 652 sq. *Δία ξύναιμον*] Idem dicitur *ὁμόγνιος*. Vide ad O. C. 1333 *θεῶν ὁμογνίων*.

V. 653 sq. *εἰ γὰρ — γένους*] Scholiasta: *ἀπὸ κοινοῦ τὸ θρέψω. — θρέψω· ἀντὶ τοῦ ἕξω. — ἐγγενῆ· συγγενῆ.* De significatu nominis *ἄκοσμα* vide ad 724, de verbi *τρέφειν* usu ad 884.

V. 653—656. *εἰ γὰρ — δίκαιος ὤν*] His verbis Creon explicat, cur Antigonae, quamvis cognatae sibi, non debeat parcere, hanc adferens causam, quod, si suorum delicta inulta relinquat, multo minus sibi in alienos animadvertere liceat, cum is denique, qui severus etiam in suos sit, laudem iustitiae a civibus consequatur.

V. 657 sqq. *ὅστις δ'* etc.] Inde ab hoc loco incipit ostendere Creon, cur eiusmodi delictum, quod com-

ἢ τοὐπιτάσσειν τοῖς κρατύνουσιν νοεῖ,
οὐκ ἔστ' ἐπαίνου τοῦτον ἐξ ἐμοῦ τυχεῖν.
ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν
καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία.
καὶ τοῦτον ἂν τὸν ἄνδρα θαρσοίην ἐγὼ
καλῶς μὲν ἄρχειν, εὖ δ' ἂν ἄρχεσθαι θέλειν,
δορός τ' ἂν ἐν χειμῶνι προστεταγμένον
μένειν δίκαιον κἀγαθὸν παραστάτην.
ἀναρχίας δὲ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν.
αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσιν, ἥδ' ἀναστάτους
οἴκους τίθησιν, ἥδε συμμάχου δορὸς

misisse Antigonam constabat, inultum relinqui non debeat. Dicit enim hoc: 'non decet autem quemquam aut leges violare aut imperare regnantibus velle (i. e. convenit autem severum me esse in eos, qui aut leges violare aut imperare regnantibus velint), sed quem civitas regem fecerit, eius imperium aequum et iniquum ferendum est. Atque ita qui iussis aliorum obtemperare didicerit, domi militiaeque et civis bonus et magistratus erit'.

V. 657. Schol.: *ὑπερβάς· λείπει τὸ δίκαιον.* Nihil omissum, sed *ὑπερβαίνειν* hic, ut saepe apud Homerum, valet 'insolentem esse'. Sic supra 605 *ὑπερβασία* est 'insolentia'.

V. 658. *κρατύνουσιν νοεῖ* ex Dindorfii coniectura scripsi, postulante quodammodo codice La, qui a prima manu habet *κρατ....οῦσιν νοεῖ.* Vulgo *κρατοῦσιν ἐννοεῖ.* De articulo infinitivo praeposito vide Krueg. II § 50, 6, 6.

V. 660. Schol.: *στήσειε· καταστήσειεν ἄρχοντα.* De optativo vide Krueg. I § 54, 14, 4. Tum post *κλύειν* vulgo comma positum, quod delevi, cum accusativus *σμικρὰ* etc. ex ipso verbo *κλύειν* aptus sit. Vide ad 64.

V. 661. Schol.: *τὰ ἐναντία· τῷ δικαίῳ δηλονότι.* Recte Brunckius: *τἀναντία* notat *καὶ μεγάλα καὶ ἄδικα.* Idem confert Senec. Med. 195 *aequum atque iniquum regis imperium feras.* Schol. ad Aesch. Eum. 78 adfert sententiam: *δοῦλε, δεσποτῶν ἄκουε καὶ δίκαια κἄδικα.*

V. 662. Schol.: *τοῦτον· τὸν τῷ βασιλεῖ πειθόμενον.*

V. 662 sq. *θαρσοίην ἂν — ἄρχειν*] De structura verbi *θαρσεῖν* cfr. Phil. 597 *οὗτος γὰρ πλέον τὸ θάρσος εἶχε θατέρου δράσειν τάδε.* Pro futuro *ἄρξειν — θελήσειν* hic positum est *ἄρχειν (ἂν) — θέλειν ἄν.*

V. 664. Schol.: *δορός· ἀντὶ τοῦ τῆς μάχης.*

V. 667. *αὕτη πόλεις τ'*] Exorsus est orationem, ut si deinde dicturus esset: *καὶ ἀναστάτους οἴκους τίθησι,* quod mutans pro *καὶ* posuit *ἥδε.* Eadem figura supra v. 296 *τοῦτο καὶ πόλεις πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων,* pro *καὶ ἄνδρας.* HERM.

V. 668 sq. *ἥδε — καταρρήγνυσι*] Ut *ἕλκος ῥῆξαι* valet 'vulnus rumpendo facere', ita *τροπὰς καταρρῆξαι* significat 'fugam rumpendo (sc. ordines) efficere'. Eodem modo 'rumpi' a poetis Latinis usurpatur, veluti a Verg. Aen. VIII 391 *tonitru cum rupta corusco ignea rima micans percurrit lumine nimbos,* ubi *rima rupta* est rima rumpendo facta. Cfr. etiam Liv. II 50 *rupere viam.* Hoc ergo poeta dicit: 'exercitum, si qui edicto ducis non oboediat, in fugam conici'. *Συμμάχου* pro *συμ μάχῃ* — sic enim in La exstat — scripsit Reiskius.

τροπὰς καταρρήγνυσι· τῶν δ' ὀρθουμένων
σῴζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία.
οὕτως ἀμυντέ' ἐστὶ τοῖς κοσμουμένοις,
κοὔτοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα.
κρεῖσσον γάρ, εἴπερ δεῖ, πρὸς ἀνδρὸς ἐκπεσεῖν·
κοὐκ ἂν γυναικῶν ἥσσονες καλοίμεθ' ἄν.
*ΧΟ.* ἡμῖν μέν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα,
λέγειν φρονούντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι.
*ΑΙ.* πάτερ, θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας

V. 669 sq. τῶν δ' — πειθαρχία] 'Eorum autem, qui erecti stant nec in fugam proripiuntur, plurimi servantur; atque hoc ut fiat, ut stent ac serventur, facit oboedientia duci praestita.' Itaque verbis ἥδε — πειθαρχία hoc dicit: 'immodestia militum facit, ut terga dent in pugna et pereant; modestia, ut stent ac serventur'. Priore in membro omisit poeta addere quod cum per se notum tum ex posteriore apparebat, cum exitio coniunctam fugam esse. Apte scholiasta adscripsit Hom. Il. ε 531 αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται, Erfurdtius Aesch. Spt. c. 224 πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας μήτηρ. Adde Xenoph. Cyr. III 3, 45 μωρὸς δὲ καὶ εἴ τις ζῆν βουλόμενος φεύγειν ἐπιχειροίη, εἰδὼς ὅτι οἱ μὲν νικῶντες σῴζονται, οἱ δὲ φεύγοντες ἀποθνήσκουσι μᾶλλον τῶν μενόντων.

V. 671. οὕτως etc.] Οὕτως valet 'quae cum ita sint', ut 465 οὕτως ἔμοιγε etc. Tum scholiasta τοῖς κοσμουμένοις interpretatur τοῖς ἄρχουσι, coll. Hom. α 16 κοσμήτορε λαῶν. At non potuit κοσμεῖσθαι activo sensu a Sophocle usurpari. Rectius Erfurdtius cum Musgravio aliisque τοῖς κοσμ. genus neutrum esse putarunt, explicantes: 'iis, quae decreta et edicta sunt'. Accuratius interpretaberis 'eis quae disciplinae gratia constituuntur'. Itaque satis bene Brunckius ita haec vertit: 'sic operam dare oportet, ut servetur ordo et disciplina'. De ἀμύνειν verbisque eiusdem notionis ita usurpatis conferunt Eur. Orest. 523 ἀμυνῶ τῷ νόμῳ. Thucyd. I 150 δικαιῶ τοῖς κοινῇ δόξασι βοηθεῖν, et alia exempla. — De numero plurali ἀμυντέα et versu sq. ἡσσητέα vide Krueg. I § 44, 4, 2.

V. 672. κοὔτοι — ἡσσητέα] Adscripsit Erfurdtius Aristoph. Lys. 450 οὐ γυναικῶν οὐδέποτ' ἔσθ' ἡττητέα ἡμῖν. De structura cfr. Krueg. I § 56, 18, 4.

V. 675. Schol.: εἰ μὴ τῆς φρονήσεως ὑπὸ τοῦ γήρως σεσυλήμεθα, λέγειν φρονούντως δοκεῖς περὶ ὧν λέγεις. Ὁ δὲ λόγος πάνυ πρεσβυτικῶς καὶ αἰδημόνως εἴρηται. Proprie εἰ μὴ — κεκλέμμεθα valet: 'nisi aetate, in qua sumus, i. e. senectute, decepti sumus'. Schaeferus confert 1218 ἢ θεοῖσι κλέπτομαι. De notione τοῦ χρόνου vide 729 huius fab. et ad Philoct. 306.

V. 677—686. πάτερ — τάδε] Tanta cum moderatione Haemon ad oppugnandam patris sententiam aggredi tantaque cum verecundia animi sensa expromere incipit, ut hoc orationis eius initium lectori non attentissimo aliquanto obscurius videri possit. Equidem sensum nexumque hunc puto esse: 'Mens, ut deorum donum idque summum, commune est bonum, non praecipuum commodum regum (cfr. v. 707 sqq.). Itaque licet neque sim ita intellegens neque esse cupiam, ut ea quae tu dicis non recte se habere ostendere possim, tamen fortasse etiam alius hominis sententia recte se habeat. Atque meum est tui commodi causa speculari, quidquid alii de te dicant aut faciant aut in te reprehendant, cum coram te quae sentiunt libere di-

πάντων ὅσ' ἐστὶ κτημάτων ὑπέρτατον.
ἐγὼ δ' ὅπως σὺ μὴ λέγεις ὀρθῶς τάδε,
οὔτ' ἂν δυναίμην μήτ' ἐπισταίμην λέγειν·
λέγοιτο μεντἂν χἀτέρῳ καλῶς ἔχον.
σοῦ δ' οὖν πέφυκα πάντα προσκοπεῖν, ὅσα
λέγει τις ἢ πράσσει τις ἢ ψέγειν ἔχει.
τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ
λόγοις τοιούτοις οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων·
ἐμοὶ δ' ἀκούειν ἔσθ' ὑπὸ σκότου τάδε,
τὴν παῖδα ταύτην οἶ' ὀδύρεται πόλις,
πασῶν γυναικῶν ὡς ἀναξιωτάτη
κάκιστ' ἀπ' ἔργων εὐκλεεστάτων φθίνει,
ἥτις τὸν αὑτῆς αὐτάδελφον ἐν φοναῖς

cere non audeant. Hinc mihi quidem licet audire quantopere civitas Antigonam deploret'.

V. 677 sq. πάτερ — ὑπέρτατον] Cfr. 1050 sq. et 1348 et Aesch. Ag. 927 καὶ τὸ μὴ κακῶς φρονεῖν θεοῦ μέγιστον δῶρον et Platon. de Legg. L. I. p. 631 C ὃ δὴ πρῶτον αὖ τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐστιν ἀγαθῶν, ἡ φρόνησις.

V. 679. ὅπως — λέγεις] Vide de hoc ὅπως particulae usu Krueg. I § 69, 46, 1.

V. 680. οὔτ' ἂν δυν. μήτ' ἐπ.] De οὔτ' ἂν et μήτε coniunctis vide v. 500.

V. 681. λέγοιτο scripsi. Libri γένοιτο. Tum Hermannus pro χἀτέρῳ scripsit χἀτέρως. Pronomen ἕτερος non ἐγώ, sed σὺ pronomini oppositum est. Quanquam enim in verbis ἐγὼ δ' ὅπως — λέγειν duo sunt, quibus aliquid opponi debuisse videatur, alterum hoc: 'ego non possum iudicare, verane sint quae indicas de Antigona', alterum hoc: 'tuane vera sit sententia, quam habes de Antigona, non possum ego iudicare', tamen facile apparet inutile fuisse, ad prius aliquid praeterea respondere, cum sic responsum sit ad posterius: 'dicatur tamen etiam ab alio quod bene se habeat', i. e. tamen fortasse etiam alius sententia, tuae contraria, bene se habeat. De omisso τὶ vide Matth. § 487, 7.

V. 682. σοῦ δ' οὖν — προσκοπεῖν] De locutione σοῦ προσκοπεῖν, i. e. σκοπεῖν πρὸ σοῦ, vide ad v. 680, de προσκοπεῖν σοῦ πάντα ad Philoctet. 15.

V. 684 sq. τὸ γὰρ σὸν — τοιούτοις] Id est: σὲ γὰρ φοβεῖται ἀνὴρ δημότης λόγοις τοιούτοις. Dativi λόγοις τοιούτοις eadem ratio esse videtur quae dativi ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς supra v. 391. Cogitatio enim verborum quae regem moleste laturum sentiunt hominibus de plebe metum inicit, ita ut ea verba omittant. Itaque non opus est cum Dindorfio ante hunc versum lacunam statuere, quam Herwerdenus supplet his: κοὐδείς ποτ' ἀστῶν ἐμφανῶς χρῆται, πάτερ, λόγοις τοιούτοις κτέ. Particula μὴ poni debebat et quia verba οἷς .. κλύων ut infra v. 697 ex cogitatione aliorum sumpta sunt et ob eam rationem quam explicat Krueg. I § 67, 4, 3. Cfr. Isocr. 15 § 12 δεῖ διελθεῖν τοσοῦτον μέρος ὅσον μὴ λυπήσει τοὺς παρόντας.

V. 686. ὑπὸ σκότου] Scholiasta: ἐμοὶ δὲ πάρεστιν ἀκούειν τῶν λάθρᾳ κατὰ σοῦ λεγομένων. Ceterum recte Hermannus: quoniam quae clam dicuntur etiam audiuntur clam, ad audiendum transtulit poeta quod de dicentibus dici debebat.

V. 690. Schol.: διὰ τούτων ὑπεραπολογεῖται τῆς κόρης, ὑπερευπρεπῶς τῇ πόλει περιθεὶς

πεπτῶτ᾽ ἄθαπτον μήθ᾽ ὑπ᾽ ὠμηστῶν κυνῶν
εἴασ᾽ ὀλέσθαι μήθ᾽ ὑπ᾽ οἰωνῶν τινος·
οὐχ ἥδε χρυσῆς ἀξία τιμῆς λαχεῖν;
τοιάδ᾽ ἐρεμνὴ σῖγ᾽ ἐπέρχεται φάτις.
ἐμοὶ δὲ σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς, πάτερ,
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα τιμιώτερον.
τί γὰρ πατρὸς θάλλοντος εὐκλείας τέκνοις
ἄγαλμα μεῖζον ἢ τί πρὸς παίδων πατρί;
μή νυν ἓν ἦθος μοῦνον ἐν σαυτῷ φόρει,
ὡς φῂς σύ, κοὐδὲν ἄλλο, τοῦτ᾽ ὀρθῶς ἔχειν.
ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,
οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.
ἀλλ᾽ ἄνδρα, κεἴ τις ᾖ σοφός, τὸ μανθάνειν
πόλλ᾽ αἰσχρὸν οὐδὲν καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν.

τὸν λόγον. De ἐν φοναῖς πεπτῶτα cfr. Aesch. Ag. 447 ἐν φοναῖς καλῶς πεσόντα et ad Phil. 60.

V. 691. ὠμηστῶν κυνῶν] In La κυνῶν adscriptum γρ. λύκων. Supra 257 canes cum feris consociantur, et 206 cum avibus, ut apud Aesch. Spt. c. T. 1014. 1020, ubi 1035 Antigona: τούτου δὲ σάρκας οὐδὲ κοιλογάστορες λύκοι σπάσονται. Canes ὠμησταί ab Homero Il. χ 67 dicti. HERM.

V. 693. Schol.: τιμῆς· γρ. στήλης. Genetivus aptus est ex verbo λαχεῖν. Vide quae ad Philoct. 62 sq. adnotavi.

V. 694. Schol.: ἐρεμνή· σκοτεινή, λαθραία σου. Ad verbum ἐπέρχεται supple μοί.

V. 695. σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς] De genetivo participii cfr. 697 et 632.

V. 697 sq. εὐκλείας — ἄγαλμα] Dictum hoc est ut εὐκλείας στέφανος Ai. 465. Eur. Suppl. 315 πόλει παρόν σοι στέφανον εὐκλείας λαβεῖν. Antiop. fr. 219. ERF.

V. 698. Schol. min.: ἢ τί πρὸς παίδων πατρί· ἤγουν οὐδὲ ὁ πατὴρ μείζονα ἄλλην χάριν παρὰ τῶν παίδων δέχεται, ἢ εὐτυχοῦντας τούτους ὁρῶν.

V. 699. μή νυν] Noli igitur etc. Sic supra 648 μή νύν ποτ᾽ etc. Vide, quos Wexius conferri iubet, Blomf. ad Aesch. Spt. 228 et Monk. ad Eur. Alc. 1096. Adde Soph. Ai. 1129 μή νυν ἀτίμα etc. O. R. 644. 707.

V. 700. ὡς φῂς σὺ — ἔχειν] Recte Brunckius: 'ut, quod tu dicis, aliud praeterea nihil, rectum esse putes'. De ὡς particulae usu vide Matth. § 485.

V. 701 sqq. ὅστις — κενοί] De sententia confer Theogn. 221 ὅστις τοι δοκέει τὸν πλησίον ἴδμεναι οὐδέν, ἀλλ᾽ αὐτὸς μοῦνος ποικίλα δήνε᾽ ἔχειν, κεῖνός γ᾽ ἄφρων ἐστί, νόου βεβλαμμένος ἐσθλοῦ· ἴσως γὰρ πάντες ποικίλ᾽ ἐπιστάμεθα.

V. 703. Schol.: διαπτυχθέντες] ἀνακαλυφθέντες· μετέβη δὲ ἀπὸ ἑνικοῦ ἀριθμοῦ τοῦ 'ὅστις γὰρ' εἰς πληθυντικὸν τὸ 'οὗτοι'. Cfr. Krueg. I § 58, 4, 5. Huic usui numeri pluralis convenit aoristus ὤφθησαν, qui facta temporis praeteriti comprehendit.

V. 704 sq. ἄνδρα — οὐδέν] Ordo est: οὐδὲν αἰσχρόν ἐστι τὸ ἄνδρα μανθάνειν πολλὰ etc. — Tum de εἰ cum coni. iuncto vide Krueg. I § 54, 12, 3 et de articulo infinitivo praeposito eundem II § 50, 6, 6.

V. 705. Schol.: καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν· μὴ αὐθάδη εἶναι

ὁρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάρροις ὅσα
δένδρων ὑπείκει κλῶνας ὡς ἐκσῴζεται·
τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.
αὔτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατῆ πόδα
τείνας ὑπείκει μηδέν, ὑπτίοις κάτω
στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.
ἀλλ' εἶκε θυμῷ καὶ μετάστασιν δίδου.
γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου
πρόσεστι, φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολὺ

ἀντιτείνοντα τοῖς συμβουλεύουσιν. Videtur potius significare 'nimia pertinacia ac severitate esse, ea severitate qua summum ius fiat summa iniuria'.

V. 706. ὁρᾷς] De asyndeto in hoc dicendi genere legitimo cfr. Eur. fr. 1039 ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον ὡς ἡδὺς βίος, Aristoph. Equ. 92 ὁρᾷς, ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι τότε πλουτοῦσι κτέ., Herod. VII 10.

V. 708. Schol.: αὐτόπρεμνα· αὐτόρριζα.

V. 709 sq. ναὸς — μηδέν] Ordo est: ὅστις πόδα ναὸς ἐγκρατῆ τείνει, μηδὲν ὑπείκων. Verba ἐγκρατῆ τείνειν πόδα ναὸς per prolepsin quandam dicta, de qua ad v. 25 monitum, sic ut ἐγκρατῆ sit ὥστε ἐγκρατῆ εἶναι, et ἐγκρατῆ τείνειν nobis reddi possit 'straff spannen' coll. v. 474 huius fabulae. Similia sunt μείζον' ἐκτενῶ λόγον Trach. 679, πλεῦνα ἐκτεῖναι λόγον Herod. VII 51 et Latinum 'longum prorogat aevum' Hor. Ep. ad Pis. 346. — De nomine πούς recte Seidlerus ad Iph. T. 1104: 'Navis πόδες erant duo funes, qui ab utraque inferiore veli parte, sive ab angulis veli, exeuntes in navi puppim versus alligabantur. Schol. ad Eur. Or. 704 λέγεται δὲ οὕτω (πούς) σχοινίον τὸ κάτωθεν τοῦ ἱστίου. Clarius Schol. Aristoph. ad Eq. 436 πόδας δὲ καλοῦσιν οἱ ναῦται τοὺς παρ' ἑκάτερα τὰ μέρη κάλως ἐκδεδεμένους τῆς ὀθόνης.' Conferendus autem cum hoc Antigonae loco Eur. Or. 705 sq. καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ ἔβαψεν, ἔστη δ' αὖθις, ἢν χαλᾷ πόδα.

V. 710 sq. ὑπτίοις — ναυτίλλεται] Recte suspicatur Emperius κάτω στρέφειν simili ellipsi a Graecis intellecto nomine τὴν ναῦν dictum videri atque nostrum verbum 'umwerfen'. Sensum totius loci quod attinet, recte monuit Boeckhius supinis transtris cursum continuaturum dici qui eversa navi undis submersum iri significetur. Simillima ratio est v. 310 sq. et Ai. 100 θανόντες ἤδη τἄμ' ἀφαιρείσθων ὅπλα.

V. 712. Locus aperte corruptus est. Nam εἴκειν θυμῷ non potest quidquam aliud significare quam 'indulgere animo'. Cfr. Hom. I 109 σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ εἴξας ἄνδρα φέριστον .. ἠτίμησας. Aliquot libri exhibent θυμοῦ, quod nisi manum correctoris manifestaret, probari posset. Interpretantur: 'sed cede voluntate eiusque mutationem praebe', ut dicitur εἴκειν χάρμης, πολέμου. Emendando succurrit loco Dindorfius coniciens ἀλλ' εἶκε καὶ θυμῷ μ. δίδου, Kayserus ἀλλ' εἶκέ θ' ἡμῖν, Martinus ἀλλ' εἶκε μύθῳ. Facillime videtur Hermannus et post Hermannum M. Seyffertus locum sanasse, cum scripserunt: ἀλλ' εἶκε, θυμῷ καὶ μετάστασιν διδούς i. e. 'sed cede, irato animo etiam conversionem concedens'.

V. 713. καὶ ἀπ' ἐμοῦ dicit Haemon, quia hucusque nihil nisi aliorum sententias enuntiavisse vult. Itaque ad πρόσεστι subaudiendum μοί.

V. 714 sq. Schol.: πρεσβεύειν· ὑπερέχειν. De sententia adscri-

φῦναι τὸν ἄνδρα παντεπιστήμης πλέων·
εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,
καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.
*ΧΟ.* ἄναξ, σέ τ' εἰκός, εἴ τι καίριον λέγει,
μαθεῖν, σέ τ' αὖ τοῦδ'· εὖ γὰρ εἴρηται διπλῇ.
*ΚΡ.* οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ
φρονεῖν πρὸς ἀνδρὸς τηλικοῦδε τὴν φύσιν;
*ΑΙ.* μηδὲν τὸ μὴ δίκαιον· εἰ δ' ἐγὼ νέος,
οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ τἄργα σκοπεῖν.

pserunt Hesiod. Op. et D. 291 οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ, φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω· ἐσθλὸς δ' αὖ καὶ κεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται. ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ. Addo Herodot. VII 16, 1 ἴσον ἐκεῖνο, ὦ βασιλεῦ, παρ' ἐμοὶ κέκριται, φρονέειν τε εὖ καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι. Cic. orat. Cluent. c. 31 *sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit ipsi veniat in mentem; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet.* Liv. XXII 29 *saepe ego audivi, milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit; secundum eum, qui bene monenti oboediat; qui nec ipsi consulere nec alteri parere sciat, eum extremi ingenii esse.*

V. 715. Ipse scripsi **παντεπιστήμης**. Codices et editiones omnes **πάντ' ἐπιστήμης**. Quae scriptura abhorret a Graecorum usu loquendi. Idem substantivum restituendum Trach. 338 scribendumque **τούτων ἔχω γὰρ παντεπιστήμην ἐγώ**. Similes compositiones lexica suppeditant.

V. 716. **εἰ δ' οὖν**] scil. **ἄλλῃ γίγνεται**, quae non subaudiuntur, sed ipsis verbis **εἰ δ' οὖν** sentiuntur. Cfr. Matth. § 617 a. b.

Ibid. **φιλεῖ — ῥέπειν**] Confert Musgravius Rhes. 106 **οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν πέφυκεν**.

V. 717. **καὶ — μανθάνειν**] Ordo est: **καὶ καλὸν τὸ μανθάνειν τῶν εὖ λεγόντων**. De **εὖ** postposito vide 166. 410. 904. Ai. 1252, de sententia 1031 sq. **τὸ μανθάνειν δ' ἥδιστον εὖ λέγοντος**. De constructione **μανθάνειν τινός** vide Krueg. II § 47, 10, 10.

V. 720—753. In hoc colloquio, quod mira arte compositum a poeta est, facile intelleges Haemonem primum satis tranquillo, Creontem affecto animo loqui, illum leni et modesta, hunc aspera et feroci oratione uti, illum argumentis, hunc conviciis potius contra adversarium pugnare. Ceterum adverte Creontem ira occupatum hic aetatem Haemonis ut supra sexum Antigonae praetextum habere ne accuratius causas eius cognoscat.

V. 720. **καὶ διδαξόμεσθα**] Respondet **καὶ** particulae in interrogatione ita positae nostrum 'gar'. Sic v. 770 **ἄμφω γὰρ αὐτὼ καὶ κατακτεῖναι νοεῖς**; El. 385 **ἦ ταῦτα δή με καὶ βεβούλευνται ποιεῖν**; De futuro medii notione passiva posito vide ad v. 93.

V. 722. Schol.: **μηδὲν διδάσκου, ὃ μὴ δίκαιόν ἐστί σοι μανθάνειν**. Vide ad v. 358 sq. Tum de notione voc. **χρόνος** monitum ad v. 675.

V. 723 sq. **τἄργα**] 'res, causas' (Thatsachen). Acerbe Creon repetit vocem **ἔργον** vim 'facinoris' (That) intellegens, ut hoc dicit: 'nempe eius me iubes facinoris rationem habere quale est **σέβειν τοὺς ἀκοσμοῦντας**'. Ad eandem vocem **ἔργον** in eis quae mox Haemon respondet **οὐδ' ἂν κτλ.** pertinet **οὐδέ**, quo facinori verba opponuntur.

ΚΡ. ἔργον γάρ ἐστι τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν;
ΑΙ. οὐδ' ἂν κελεύσαιμ' εὐσεβεῖν ἐς τοὺς κακούς.
ΚΡ. οὐχ ἥδε γὰρ τοιᾷδ' ἐπείληπται νόσῳ;
ΑΙ. οὔ φησι Θήβης τῆσδ' ὁμόπτολις λεώς.
ΚΡ. πόλις γὰρ ἡμῖν ἁμὲ χρὴ τάσσειν ἐρεῖ;
ΑΙ. ὁρᾷς τόδ' ὡς εἴρηκας ὡς ἄγαν νέος;
ΚΡ. ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή με τῆσδ' ἄρχειν χθονός;
ΑΙ. πόλις γὰρ οὐκ ἔσθ' ἥτις ἀνδρός ἐσθ' ἑνός.
ΚΡ. οὐ τοῦ κρατοῦντος ἡ πόλις νομίζεται;
ΑΙ. καλῶς ἐρήμης γ' ἂν σὺ γῆς ἄρχοις μόνος.
ΚΡ. ὅδ', ὡς ἔοικε, τῇ γυναικὶ συμμαχεῖ.
ΑΙ. εἴπερ γυνὴ σύ· σοῦ γὰρ οὖν προκήδομαι.
ΚΡ. ὦ παγκάκιστε, διὰ δίκης ἰὼν πατρί.
ΑΙ. οὐ γὰρ δίκαιά σ' ἐξαμαρτάνονθ' ὁρῶ.
ΚΡ. ἁμαρτάνω γὰρ τὰς ἐμὰς ἀρχὰς σέβων;
ΑΙ. οὐ γὰρ σέβεις τιμάς γε τὰς θεῶν πατῶν.
ΚΡ. ὦ μιαρὸν ἦθος καὶ γυναικὸς ὕστερον.

V. 724. Schol.: *ἀκοσμοῦντας· ἀπειθοῦντας καὶ ἄκοσμα διαπραττομένους.* Cfr. 660 et Philoct. 387.

V. 727. *ὁμόπτολις λεώς*] Vide quae ad v. 7 notata sunt.

V. 728—733. *πόλις γὰρ* etc.] In regno etiam cives in consilium adhibendos eorumque voluntates explorandas Haemon ostendit, cum contra Creon ad regis unius arbitrium nutumque totos se fingere cives et accommodare debere contendat. Cfr. Aesch. Suppl. 368 verba regis *ἐγὼ δ' ἂν οὐ κραίνοιμ' ὑπόσχεσιν πάρος, ἀστοῖς δὲ πᾶσι τῶνδε κοινώσας πέρι*, quibus respondet chorus: *σύ τοι πόλις, σὺ δὲ τὸ δάμιον, πρύτανις ἄκριτος ὤν.*

V. 729. Cum verbis *εἴρηκας ὡς ἄγαν νέος* compara verbum *νεανιεύεσθαι.*

V. 730. *ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή*] 'Aliusne commodo quam meo imperare me huic civitati convenit?' Cfr. Ai. 1367 *τῷ γάρ με μᾶλλον εἰκὸς ἢ 'μαυτῷ πονεῖν;* Cui ita respondet Haemon, ut Creontis, regis, esse affirmet etiam aliorum commodis inservire, siquidem ea civitas esse dici non possit, in qua sibi soli rex vivat. In ceteris *χρή με* Dobraeus scripsit. Libri habent *χρή γε.*

V. 732. *οὐ τοῦ — νομίζεται*] Eadem structura verbi *νομίζεσθαι* O. C. 38 *τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος; τοῦ θεῶν νομίζεται;* De sententia horum versuum cfr. Phil. 386 *πόλις γάρ ἐστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων*, O. R. 630 *κἀμοὶ πόλεως μέτεστιν, οὐχὶ σοὶ μόνῳ.*

V. 733. De sententia cfr. O. R. 55 *ξὺν ἀνδράσιν κάλλιον ἢ κενῆς κρατεῖν*, Eur. fr. 825 *αἱ γὰρ πόλεις εἴσ' ἄνδρες, οὐκ ἐρημία.*

V. 736. Schol.: *διὰ δίκης ἰών· δικασάμενος, δικαιολογούμενος, παρρησιαζόμενος.* Cfr. Matth. § 580 c. Krueg. I § 68, 22, 2.

V. 737. *οὐ — ἐξαμαρτάνονθ'*] I. e. *ἄδικον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντα* (cfr. Philoct. 1248 sq.), idque verecundiae causa posuit Haemon pro eo, quod in mente habebat, *ἀνόσιον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντα*, sive *ὕβριν ὑβρίζοντα.* Verbo *δίκαια* excipitur verbum *δίκης* ut in altercatione.

V. 739. *οὐ γὰρ σέβεις .. πατῶν*] i. e. *οὐ σέβεις* (quod hic absolute dicitur) *ἀσεβῶν.*

V. 740. Schol.: *γυναικὸς ὕστε-*

ΑΙ. οὐτἂν ἕλοις ἥσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ.
ΚΡ. ὁ γοῦν λόγος σοι πᾶς ὑπὲρ κείνης ὅδε.
ΑΙ. καὶ σοῦ γε κἀμοῦ καὶ θεῶν τῶν νερτέρων.
ΚΡ. ταύτην ποτ' οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς. 750
ΑΙ. ἥδ' οὖν θανεῖται καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινα.
ΚΡ. ἦ κἀπαπειλῶν ὧδ' ἐπεξέρχει θρασύς;
ΑΙ. τίς δ' ἔστ' ἀπειλὴ πρὸς κενὰς γνώμας λέγειν;
ΚΡ. κλαίων φρενώσεις, ὢν φρενῶν αὐτὸς κενός. 754
ΑΙ. βούλει λέγειν τι καὶ λέγων μηδὲν κλύειν. 757
ΚΡ. γυναικὸς ὢν δούλευμα, μὴ κώτιλλέ με.
ΑΙ. εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἶπον ἄν σ' οὐκ εὖ φρονεῖν. 755
ΚΡ. ἄληθες; ἀλλ' οὐ τόνδ' Ὄλυμπον ἴσθ' ὅτι 758

ρον· ἀντὶ τοῦ ἡττηθὲν ὑπὸ γυναικός. Cfr. Philoct. 181. Eodem sensu statim ἥσσω positum.

V. 741. οὐτἂν — ἐμέ] οὐτἂν cum Hermanno scripsi, cuius vide dissertationem quam scripsit de mensura utriusque ἄν, Opusc. Tom. IV p. 380 sq. Libri habent οὐκ ἄν, Brunckius scripsit οὐκ ἄν γ'. Hoc dicit Haemon: 'ut succumbam mulieri, pravitati non succumbo' i. e. illius mulieris causa quam defendo non est prava, sed optima.

V. 743. Vi aequat hoc responsum illud Tiresiae O. R. 371 τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματ' εἶ.

V. 745. ἥδ' οὖν — τινα] Alio sensu dicta haec Creon putavit, quam quo accipi Haemon voluit. Creon enim, cuius animum odiosae suspiciones iam insedissent, filium minari opinatur se patri, si Antigona occidatur, necem illaturum esse; contra Haemon his verbis ostendit se sibimet ipsi, si Antigona cadat, necem paraturum esse.

V. 746. ἦ — θρασύς] 'Adeone audax es, ut etiam minis me insequare?'

V. 749 sq. Transposui versus 749—751. In vulgato ordine neque verba ἄληθες; κτέ. v. 752 post βούλει λέγειν .. κλύειν neque verba κώτιλλέ με v. 750 post acerbissima verba εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ' .. εὖ φρονεῖν iustum locum habent. Cum verbis βούλει .. κλύειν compara Hes. O. D. 721 εἰ δὲ κακὸν εἴπῃς, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις, Alcae. fr. 82 p. 953[3] Bgk. αἴκ' εἴπῃς, τὰ θέλεις ἤ κεν ἀκούσαις τά κεν οὐ θέλοις, Terent. Andr. V 4, 17 *si mihi pergit quae volt dicere, ea quae non volt audiet*, El. 524 κακῶς δέ σε λέγω κακῶς κλύουσα πρὸς σέθεν θαμά. Itaque cum in verbis βούλει .. κλύειν aliquid elegantiae atque facetiarum insit, Creon respondet: 'noli me blandis verbis tentare, quibus melius tentabis mulierculas'. De verbo κωτίλλειν conferunt Theogn. 363 εὖ κώτιλλε τὸν ἐχθρόν· ὅταν δ' ὑποχείριος ἔλθῃ, τῖσαί νιν κτέ., Hesych. κωτίλλει· δολίως ἀπατᾷ, κωτίλλω· κολακεύω. De participio praesentis λέγων confert Neuius Ai. 1089 sq. καί σοι προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν, ὅπως μὴ τόνδε θάπτων αὐτὸς εἰς ταφὰς πέσῃς.

V. 751. εἰ μὴ — φρονεῖν] Ut impietatis crimen effugeret, ita dixit, hoc significans: οὐκ εὖ φρονεῖς, quod ipsum verecunde dictum pro κακῶς φρονεῖς sive παραφρονεῖς.

V. 752. ἄληθες] Bekker. Anecd. p. 367, 7 ὅταν ἡ πρώτη ὀξύνηται, τάττεται ἐπὶ εἰρωνείας. Vide ad O. R. 350. — De dictione οὐ τόνδ' Ὄλυμπον monitum ad O. R. 660; de ἴσθ' ὅτι vide ad huius fab. v. 276.

χαίρων ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ.
ἄγετε τὸ μῖσος, ὡς κατ' ὄμματ' αὐτίκα
παρόντι θνήσκῃ πλησία τῷ νυμφίῳ.
*ΑΙ.* οὐ δῆτ' ἔμοιγε, τοῦτο μὴ δόξῃς ποτέ,
οὔθ' ἥδ' ὀλεῖται πλησία, σύ τ' οὐδαμὰ
τοὐμὸν προσόψει κρᾶτ' ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν,
ὡς τοῖς θέλουσι τῶν φίλων μαίνῃ ξυνών.
*ΧΟ.* ἀνήρ, ἄναξ, βέβηκεν ἐξ ὀργῆς ταχύς·
νοῦς δ' ἐστὶ τηλικοῦτος ἀλγήσας βαρύς.
*ΚΡ.* δράτω, φρονείτω μεῖζον ἢ κατ' ἄνδρ' ἰών·
τὼ δ' οὖν κόρα τώδ' οὐκ ἀπαλλάξει μόρου.

V. 753. Schol.: *δεννάσεις· λυπήσεις, ὑβρίσεις.* Tum *ἐπὶ ψόγοισι* videtur valere 'reprehendendo, accusando', coll. Matth. § 586γ et quae supra ad v. 554 adnotavimus.

V. 754. Cum cod. La *ἄγαγε* exhibeat, scribendum videtur, ut iam Hermannus coniecit, *ἄγ' ἄγε*, quod commoto regis animo vel maxime convenit. Cfr. v. 1108. Imperat rex satelliti suo isque abit ad Antigonam adducendam. — Schol.: *τὸ μῖσος· τὴν Ἀντιγόνην φησίν.*

V. 756. *οὐ δῆτ' ἔμοιγε*] Offensionis aliquid esse possit in *ἔμοιγε* pronomine, quod cum praepositum sit membris disiunctivis *οὔθ' ἥδ'* etc. et *σύ τ' οὐδαμὰ* etc., utrique membro accommodari debuisse videatur. Sed apte comparat Neuius El. 913: *ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ μητρὸς οὔθ' ὁ νοῦς φιλεῖ τοιαῦτα πράσσειν, οὔτε δρῶσ' ἐλάνθανεν.* Ibid. 995 sq. *ποῖ γάρ ποτ' ἐμβλέψασα τοιοῦτον θράσος αὐτή θ' ὁπλίζει, κἄμ' ὑπηρετεῖν καλεῖς;*

V. 757. *οὔθ' ἥδ' — σύ τ' οὐδ.*] Seidlerus confert Eur. Hippol. 302 *οὔτε γὰρ τότε λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε, νῦν τ' οὐ πείθεται* et Thucyd. I 5 *ὡς οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι οὐκ ὀνειδιζόντων.* Addit Neuius I 126 *οὔτε ἐκεῖνος κατενόησε, τό τε μαντεῖον οὐκ ἐδήλου.* Ipse addo Aesch. Prom. 172 *καί μ' οὔτε μελιγλώσσοις πειθοῦς ἐπαοιδαῖσιν θέλξει στερεάς τ' οὔποτ' ἀπειλὰς πτήξας τόδ' ἐγὼ καταμηνύσω.* Cfr. Matth. § 609 p. 1236 ed. sec.

V. 758. *προσόψει — ὁρῶν*] Vide ad v. 227; de locutione *ἐν ὀφθαλμοῖς* monui ad Philoct. 61. Plura exempla attulit Krueg. II § 68, 12, 3.

V. 759. Schol.: *ὡς τοῖς θέλουσι τῶν φίλων μένῃς ξυνών· γρ. μαίνῃ. Ὡς μαίνῃ, φησί, παρὰ τοῖς φίλοις τοῖς θέλουσιν ὑπομεῖναι τὴν σὴν μανίαν.*

V. 761. *βαρύς*] 'A quo grave quid metuendum'. Cfr. O. R. 546. De sententia amborum versuum vide ad eand. fab. 1073.

V. 762. *φρονείτω μεῖζον ἢ κατ' ἄνδρ' ἰών*] Neuius comparat Ai. 761 *ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ.* De *ἢ κατὰ* vide Krueg. I § 49, 4, de *ἀνὴρ* vocabuli notione ad O. C. 567. Additum *ἰών* respondet ad *βέβηκεν*, ut si dicat Creon: *ἴτω, δράτω.*

V. 763 sqq. Cum *supra* v. 577—581 Creon, ut ferebat illius loci ratio, ita esset locutus, ut non solum Antigonam, sed *etiam* Ismenam morti devovere videretur, hoc loco v. 763 sqq. effecit poeta, ne falleretur exspectatio spectatorum, si de Antigona sola supplicium sumi postmodum viderent. DINDORF.

V. 763 sq. *τὼ δ' .. τώδ' .. αὐτὼ* correxit Dindorfius cl. v. 561. Libri habent *τὰ δ' .. τάδ' .. αὐτά.* Cfr. Cur. epigraph. p. 14 sq. De vocabulo *καὶ* cfr. ad v. 720.

ΧΟ. ἄμφω γὰρ αὐτὼ καὶ κατακτεῖναι νοεῖς;
ΚΡ. οὐ τήν γε μὴ θιγοῦσαν. εὖ γὰρ οὖν λέγεις.
ΧΟ. μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε βουλεύει κτανεῖν;
ΚΡ. ἄγων ἔρημος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος
κρύψω πετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι,
φορβῆς τοσοῦτον, ὡς ἄγος, μόνον προθείς,
ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγῃ πόλις.
κἀκεῖ τὸν Ἅιδην, ὃν μόνον σέβει θεῶν,
αἰτουμένη που τεύξεται τὸ μὴ θανεῖν,
ἢ γνώσεται γοῦν ἀλλὰ τηνικαῦθ', ὅτι
πόνος περισσός ἐστι τἀν Ἅιδου σέβειν.

(στροφὴ α'.)

ΧΟ. Ἔρως ἀνίκατε μάχαν, Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πί-

V. 766. *μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε* etc.] De locutione *ποῖος καί*, *τίς καὶ* et similibus optime exposuit Porsonus ad Eur. Phoen. 1373. Adde Herm. ad Vig. p. 837 et ad Eur. Alc. 498. Cfr. huius fab. 1314 *ποίῳ δὲ κἀπελύσατ'* etc. O. R. 722. 989. 1129. Ai. 1200. Trach. 314.

V. 768. Schol.: *πετρώδει ἐν κατώρυχι· ἐν ὑπογείῳ σπηλαίῳ.* Cfr. 848 *ἕργμα τυμβόχωστον τάφου ποταινίου.* 885 *κατηρεφεῖ τύμβῳ.* 920 *θανόντων κατασκαφάς.* 1100 *ἐκ κατώρυχος στέγης.* 1204 sq. *λιθόστρωτον νυμφεῖον Ἅιδου.* Ceterum conferatur Mure in Museo Rhen. 1839. Fasc. II p. 265.

V. 769. *ὡς ἄγος*] *Ἄγος* h. l. est *κάθαρσις*, Hesychius: *ἄγος· ἅγνισμα θυσίας. Σοφ. Φαίδρᾳ.* Eodem significatu positum Aesch. Choeph. 155. ERF. Scholiasta: *φορβῆς τοσοῦτον· ἔθος παλαιόν, ὥστε τὸν βουλόμενον καθειργνύναι τινὰ ἀφοσιοῦσθαι βραχὺ τιθέντα τροφῆς. καὶ ὑπενόουν κάθαρσιν τὸ τοιοῦτο, ἵνα μὴ δοκῶσι λιμῷ ἀναιρεῖν· τοῦτο γὰρ ἀσεβές.* Confert Neuius Xen. An. VII 8, 19 *καὶ διασώζονται ἀνδράποδα ὡς διακόσια ἔχοντες καὶ πρόβατα ὅσον θύματα*, i. e. 'et pecora, quot satis erant ad sacrificia'. Eadem ratione hic de Blaydesii coniectura *ὅσον ἄγος* scribi debere videtur.

V. 770. *πᾶσ' ὑπ. πόλις*] Et hic et alibi pronomen *πᾶς* idem fere significat atque *πάντως*, 'prorsus'. Cfr. Ai. 275 *κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ.* 519 *ἐν σοὶ πᾶς ἔγωγε σῴζομαι.* 728 *πᾶς — θανεῖν.* O. R. 823 *ἆρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος.* Nisi *πᾶσα* ex negativa sententiae forma *ὅπως μὴ πᾶσαν πόλιν λάβῃ μίασμα* repetendum videtur.

V. 772. *τεύξεται τὸ μὴ θανεῖν*] Verbum *τυγχάνειν* saepe etiam cum accusativo coniungi docui in Advers. ad Soph. Philoct. p. 82.

V. 773. *ἀλλὰ τηνικαῦθ'*] De *ἀλλὰ* particulae usu monitum ad v. 550.

V. 774. Creon intus discedit, ut de supplicio Antigonae et ea quae choro dixit et alia famulis praecipiat, id quod verbis *ὡς εἴρηκ' ἐγώ* v. 886 indicatur.

V. 775—792. *Ἔρως — Ἀφροδίτα*] Summa totius cantus haec est: 'Amor non solum omnes homines pariter atque deos immortales vincit victosque in furorem agit, sed adeo viros honestos ad prava facinora impellit, auctorque litis inter Haemonem et Creontem ortae exstitit'.

V. 775. *ἀνίκατε μάχαν*] Ut dicitur *νικᾶν μάχην* is, qui e pugna victor discedit, ita recte *ἀνίκητον μάχην* dictum esse eum apparet, qui nulla in pugna vinci queat,

πτεις, ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς νεάνιδος ἐν-
νυχεύεις·
φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος, ἔν τ' ἀγρονόμοις αὐ-
λαῖς·
καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς οὔθ'
ἁμερίων σέ γ' ἀνθρώπων· ὁ δ' ἔχων μέμηνεν.

vel qui ex quavis pugna victor discedat.

V. 776 sqq. ὃς ἐν — ἐννυχεύεις] Si vera esset ea interpretatio nominis κτήμασι, qua de opulentis potentibusque, abstractum pro concreto, acceperunt post Doederlinum in Spec. ed. nov. Soph. p. 33 sq. multi, recte reprehenderet Hermannus poetam, quod opes teneris virginum genis opposuisset. Nunc vero Solgerus elegantem sensum illius nominis intellexit et locum interpretatus est hunc in modum: 'irruis ita, ut mancipia tibi fiant, quos invadis'. Hic sensus nominis κτήματα maxime illustratur eo quod a servis Graecis dominus vocabatur ὁ κεκτημένος. Itaque in verbis ἐν κτήμασι eadem ratione primaria vis sententiae posita est qua saepe in participiis. Mutationes vocabuli κτήμασι quotquot factae sunt sordent. Verbum ἐννυχεύειν similiter atque εὕδειν, de quo vide ad O. R. 65, usurpatum valet 'quiescere'. Iam scholiasta interpretatus est διατρίβειν. Tum adiectivum μαλακὸς quanquam coniunctum est cum nomine παρειαῖς, tamen referendum potissimum ad puellam est. Amor autem in genis tenerae puellae quiescere dicitur propterea, quod genae sive vultus virginis veluti sedes aut domicilium Amoris sunt. Cfr. Horat. Od. IV 13, 6 sqq. *ille (Amor) virentis et doctae psallere Chiae pulchris excubat in genis*, ibique Mitscherlichius. Praeterea cfr. Phrynich. fr. 8 p. 559 N. λάμπει δ' ἐπὶ πορφυρέαις παρῇσι φῶς ἔρωτος, Eur. Hipp. 525 Ἔρως Ἔρως ὁ κατ' ὀμμάτων στάζων πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν ψυχαῖς χάριν οὓς ἐπιστρατεύσῃ.

V. 780. Schol.: φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος· διότι καὶ τὰ πόρρω θηρεύει ὁ ἐρῶν, καὶ διὰ θαλάσσης ἄπεισι καὶ πανταχοῦ, ὥστε τοῦ ἔρωτος ἐπιτυχεῖν. Nullo periculo impediri nullaque vi deterreri Amorem ait, quominus id, quod quaerat, persequatur. Itaque et mare traicere et casas agricolarum intrare solere dicitur. Iacobsius: ὑπερπόντιος, inquit, ut Paris Helenae causa fecit, ἐν ἀγρον. αὐλαῖς, ut Venus ad Anchisen pastorem accessit. De dicendi modo φοιτᾷς ὑπερπόντιος vide Krueg. II § 57, 2, 5.

Ibid. ἀγρονόμοις αὐλαῖς] Recte Zehlickius haec verba non de lustris ferarum, quae nunquam αὐλαὶ dicuntur, sed de casis agricolarum accipienda monuit. Sunt autem proprie ἀγρονόμοι αὐλαὶ 'villae sive casae agrestes'. Nam ἀγρονόμος apud tragicos nihil fere differt notione ab adiectivo ἄγριος. Sic O. R. 1103 πλάκες ἀγρονόμοι sunt 'saltus agrestes'. Similia sunt quae Matth. § 446, 3 a. adfert.

V. 781. καί σ' οὔτ' — φύξιμος] De accusativo, qui ex nomine φύξιμος aptus est, vide Matth. § 422 et Krueg. II § 46, 5, 3, de potestate activa eius nominis eundem § 109. Buttm. Gr. ampl. § 119. 76.

V. 782. οὔθ' ἁμερ. σέ γ' ἀνθρώπων] σέ γ' ἀνθρώπων egregie emendavit Nauckius. Libri habent ἐπ' ἀνθρώπων. Idem confert O. R. 1101 τίς σ', τέκνον, τίς σ' ἔτικτε τᾶν μακραιώνων ἄρα; ἢ σέ γ' εὐνάτειρα Λοξίου; Phil. 1170 πότμος σε δαιμόνων τάδ' οὐδὲ σέ γε δόλος ἔσχ' ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς. Cfr. Krueg. II § 69, 15. De ἁμέριος vide Valck. ad Eur. Phoen. 1515.

Ibid. Schol.: ὁ δ' ἔχων· τὸν ἔρωτα. Wexius confert Platon. Phaedr. p. 239 C ἀνὴρ ἔχων ἔρω-

(ἀντιστροφὴ α'.)

σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώ-
βᾳ· σὺ καὶ τόδε νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον ἔχεις ταράξας·
νικᾷ δ' ἐναργὴς βλεφάρων ἵμερος εὐλέκτρου
νύμφας, τῶν μεγάλων πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς θε-
σμῶν· ἄμαχος γὰρ ἐμπαίζει θεὸς Ἀφροδίτα.

νῦν δ' ἤδη 'γὼ καὐτὸς θεσμῶν
ἔξω φέρομαι τάδ' ὁρῶν, ἴσχειν δ'
οὐκ ἔτι πηγὰς δύναμαι δακρύων,
τὸν παγκοίταν ὅθ' ὁρῶ θάλαμον
τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν.

τα, cum nota Astii. Eur. Hipp. 1274 θέλγει δ' Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ πτανὸς ἐφορμάσῃ.

V. 784 sq. Schol.: σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους· σὺ καὶ δικαίους διαφθείρεις, ὥστε τὰς φρένας αὐτῶν ἀδίκους γίνεσθαι ὡς Ἡρακλῆς ἐνεχόμενος τῷ ἔρωτι τῆς Ἰόλης τὰ ἐν Οἰχαλίᾳ ἔπραξεν, ἀφορμὴν τοῦ πολέμου μὴ ἔχων ἢ τὸν ἔρωτα μόνον. De prolepsi vide ad v. 25.

V. 786 sq. τόδε νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον] I. e. τόδε νεῖκος ἀνδρῶν ξυναίμων. Cfr. Matth. § 446 not. 1. — De ταράττειν confert Musgravius Plutarch. Themist. c. 5 δίκας τῷ ἀνθρώπῳ πρὸς οἰκείους τινὰς ταράξειν. Idem Cat. min. c. 22 στάσεις καὶ πολέμους ταράττειν. Vide quae in Censura Aiac. ab Lobeck. edit. p. 72 exposui.

V. 788 sq. νικᾷ δ' ἐναργὴς — νύμφας] 'Vincit autem conspectus oculorum nitor delicatae sponsae'. Plus ait apud Haemonem valuisse desiderabilem puellae suavitatem quam pietatem patri debitam, ita ut cum patre altercari quam amorem sponsae abicere mallet. Attributum ἐναργής indicat, in quo maxime posita sit vis amoris. Venus enim eo magis vim exercet et non cedit honestati, quod sensum commovet et incitat. H. Stephanus in Thesauro: ἵμερος est etiam id in oculis, quo intuentium amor conciliatur. Pollux libr. 2, 63 de oculis loquens, postquam docuit oculos posse describi πυρώδεις etc., subiungit: καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἀπορρέον ἵμερος.

V. 790. τῶν μεγάλων — θεσμῶν] Verba πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς corrupta esse, ratione antistrophica ostenditur. Emperius coniecit τῶν μεγάλων τῶνδε πάρεδρος θεσμῶν, Hermannus τῶν μεγάλων σύνδικος (Arndtius σύνθρονος) ἀρχαῖς θεσμῶν. Quidquid est: sensus sit oportet: τοῖς μεγάλοις θεσμοῖς συνάρχων. De παρεδρος cfr. Pindar. Olymp. VIII 22 Θέμις Διὸς ξενίου πάρεδρος. Adscripsit Seidlerus Eur. Med. 843 τᾷ σοφίᾳ παρέδρους ἔρωτας, παντοίας ἀρετᾶς ξυνεργούς.

V. 791. ἄμαχος γὰρ ἐμπαίζει] 'Insuperabilis enim est Venus ludos faciens.' Verba ἄμαχος ἐμπαίζει lepido quodam modo inter se repugnant.

V. 793 sqq. νῦν δ' ἤδη etc.] Hoc dicere Chorus videtur: 'iam ipse quoque eis quae conspicio abripior et aequitate animi qua nullius rei nisi honestatis rationem habeam destituor; ipse quoque vi sensuum opprimor'.

V. 796 sq. τὸν παγκοίταν — ἀνύτουσαν] De verbo ἀνύτειν

(στροφὴ α΄.)

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὁρᾶτέ μ', ὦ γᾶς πατρίας πολῖται,
τὰν νεάταν ὁδὸν
στείχουσαν, νέατον δὲ φέγγος λεύσσουσαν
ἀελίου
κοὔποτ' αὖθις· ἀλλά μ' ὁ παγκοίτας Ἅιδας
ζῶσαν ἄγει
τὰν Ἀχέροντος
ἀκτάν, οὔθ' ὑμεναίων
ἔγκληρον, οὔτ' ἐπὶ νυμφείοις
πώ μέ τις ὕμνος ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμ-
φεύσω.

ΧΟ. οὐκοῦν κλεινὴ καὶ ἔπαινον ἔχουσ'
ἐς τόδ' ἀπέρχει κεῦθος νεκύων,
οὔτε φθινάσιν πληγεῖσα νόσοις,

'pervenire' significante vide ad O. C. 1562, ad quem locum adlata etiam exempla sunt huius verbi cum nudo accusativo coniuncti. Tum de adiectivo παγκοίτης, quod sollemniter Orco tribuitur, vide quae ad O. C. 1563 adnotata sunt.

V. 799. τὰν νεάταν] I. e. τὴν ὑστάτην. Vide Seidl. ad Eur. Troad. 206. De forma cfr. Krueg. § 23, 2, 5.

V. 800. νέατον] Adverbialiter positum est; cfr. eundem Seidl. ad Troad. 206. Wexius adscripsit Ai. 858 πανύστατον δὴ κοὔποτ' αὖθις ὕστερον, Eur. Hec. 411 ὡς οὔποτ' αὖθις, ἀλλὰ νῦν πανύστατον.

V. 801. Blaydesii coniectura πάγκοινος ratione antistrophica commendatur. Cfr. El. 138 ἐξ Ἀΐδα παγκοίνου λίμνας.

V. 805. ὑμεναίων] 'Nuptiarum'. Vide ad O. R. 422. — Sequentia οὔτ' ἐπὶ ν. . . ὕμνησεν de cantu nuptiali accipienda sunt. Comprehendit utrumque duobus verbis infra v. 917 ἄλεκτρον, ἀνυμέναιον. Quod autem in his membris, quae sibi opposita sunt, verbum finitum oppositum est adiectivo, de eo dictum ad O. R. 452. Adde Pflugk. ad Eur. Med. 12 et huius fab. 1162 sqq. Ἐπὶ νυμφείοις pro ἐπινυμφίδιος restituit Bergkius: idem legit scholiasta, sed falso interpretatus est: λείπει θύραις ἢ κοίταις, repetens νυμφείοις a nominativo νυμφεῖοι, non ut debebat a νυμφεῖα. Cfr. Trach. 7 νυμφείων ὄκνον ἄλγιστον ἔσχον. Dindorfius scripsit ἐπινύμφειος. De significatu vocis νυμφεύσω vide ad v. 648.

V. 809. κλεινὴ — ἔχουσ'] Decedere cum laude et gloria Chorus Antigonam ait, nisi fallor, propterea, quod factum eius, quanquam ipse improbavit (cfr. v. 853 sqq. 872 sqq.), tamen singularem quandam animi magnitudinem prodidit. Nam cum virgo et Haemoni desponsata mori maluit quam iniustae legi tyranni obtemperare, profecto magnae cuiusdam fortitudinis laudem sibi paravit. Nondum enim a pietate eam laudari a Choro puto, de qua dictum infra v. 872 sqq., cum prorsus improbabile sit idem bis Sophoclem hic dixisse.

V. 811 sq. οὔτε φθινάσιν — λαχοῦσ'] Sensum horum versuum recte scholiasta extrema adnotatione patefecit ita: οὔτε νοσήσασα

*οὔτε ξιφέων ἐπίχειρα λαχοῦσ',*
*ἀλλ' αὐτόνομος ζῶσα μόνη δὴ*
*θνατῶν Ἀΐδαν καταβήσει.*

(*ἀντιστροφὴ α'.*)

*ΑΝ. ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι*
*τὰν Φρυγίαν ξέναν*
*Ταντάλου Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ· τὰν κισσὸς ὡς ἀτενὴς*
*πετραία βλάστα δάμασεν· καί νιν ὄμβροι τακομέναν,*

**οὔτε ἀναιρεθεῖσα.** Hermannus: „**ξιφέων ἐπίχειρα** sunt praemia ensium, i. e. id quod ensibus congrediendo efficitur, quod est vi aliquem interfici. Latine dicas: munere belli."

Ibid. **φθινάσιν νόσοις**] Confert Neuius Ai. 59 **μανιάσιν νόσοις.** Trach. 980 **φοιτάδα νόσον.** huius fab. 1019 **θυστάδας λιτάς.**

V. 813. **αὐτόνομος**] I. e. 'non vulgari, sed singulari modo'. Opponitur hoc verbis **οὔτε φθινάσιν — λαχοῦσα**, quibus lege naturae aut violenta manu hominis demitti in Orcum negatur. Scholiastae haec adnotarunt, quae ad nominis **αὐτόνομος** explicationem pertinerent: **μετ' ἐλευθερίας τεθνήξῃ, ἰδίῳ καὶ καινῷ νόμῳ περὶ τὸ τέλος** (tria haec verba omitti debebant) **χρησαμένη, ἢ ἀντὶ τοῦ ἰδίοις αὐτῆς νόμοις χρησαμένη.**

V. 814. **Ἀΐδαν καταβήσει**] Gravius finitur oratio additis his verbis, quae salvo quidem sensu omitti poterant. Cfr. O. R. 163 sqq. **προφάνητέ μοι — ἔλθετε καὶ νῦν.** O. C. 1491 sqq. **βᾶθι, βᾶθ' — ἱκοῦ.** Philoct. 706 sqq. **οὐ φορβὰν — φορβάν.**

V. 815—825. **ἤκουσα — κατευνάζει**] Niobe, filia Tantali, regis Lydiae, uxor Amphionis, regis Thebani, amissis subito liberis suis omnibus obriguisse dolore et conversa in saxum dicitur, quod perpetno flere credebatur. Cfr. Hom. Il. ω 602. Apollod. III 5, 6. Ovid. Metam. VI 146—312. Hygin. fab. 9.

V. 816 sq. **τὰν Φρυγίαν πρὸς ἄκρῳ**] Debebat Niobe Lydia dici, quemadmodum Sipylus mons Lydiae fuit. Sed Strabo lib. XII p. 571 extr. monet montem Sipylum a quibusdam Phrygiae accenseri et hinc Tantalum et Nioben **Φρυγίους** dici. Vide etiam ad Ai. v. 1292. — De genetivo **Ταντάλου** e verbis **τὰν Φρυγίαν ξέναν** apto vide ad O. C. 623.

V. 817 sq. **τὰν — πετραία βλάστα δάμασεν**] Recte scholiasta: **ἣν ἐδάμασεν ἡ πέτρας βλάστησις, ὡς κισσὸς περιβαλοῦσα αὐτήν· περιέφυσεν αὐτῇ, φησίν, ἡ πέτρα, ὡς κισσὸς δένδρῳ.**

Ibid. **κισσὸς ἀτενής**] 'Hedera firmiter adhaerens'. Musgravius interpungit: **τάν, κισσὸς ὥς, ἀτενὴς πετραία βλάστα.** De voc. **ἀτενής** vide Ruhnk. ad Timaei Lexic. Platon. p. 53. ERF.

V. 819 sqq. **καί νιν ὄμβροι** etc.] De re confer Ovid. Metam. VI 310 sq. *flet tamen, et validi circumdata turbine venti in patriam rapta est; ubi fixa cacumine montis liquitur et lacrimas etiamnum marmora manant.* Propert. II 16, 7 sq. *nec tantum Niobe bis sex ad busta superba sollicito lacrimas defluit a Sipylo.* Seneca Ag. 371 *stat nunc Sipyli vertice summo flebile saxum, et adhuc lacrimas marmora fundunt antiqua novas.* Soph. El. 150 **ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν, ἅτ' ἐν τάφῳ πετραίῳ αἰεὶ δακρύεις.** Fontem famae ostendit Pausanias I 21, 5 narrans: **ταύτην τὴν Νιόβην καὶ αὐτὸς εἰ-**

ὡς φάτις ἀνδρῶν,
χιών τ' οὐδαμὰ λείπει,
τέγγει δ' ὑπ' ὀφρύσι παγκλαύτοις
δειράδας· ᾇ με δαίμων ὁμοιοτάταν κατευνάζει.
ΧΟ. ἀλλὰ θεός τοι καὶ θεογεννής,
ἡμεῖς δὲ βροτοὶ καὶ θνητογενεῖς·
καίτοι φθιμένῳ μέγ' ἀκοῦσαι
τοῖσι θεοῖσιν σύγκληρα λαχεῖν
ζῶσαν καὶ ἔπειτα θανοῦσαν.

(στροφὴ β'.)

ΑΝ. οἴμοι γελῶμαι. τί με, πρὸς θεῶν πατρῴων,
οὐκ οἰχομέναν ὑβρίζεις,
ἀλλ' ἐπίφαντον; ὦ πόλις, ὦ πόλεως
πολυκτήμονες ἄνδρες,
ἰὼ
Διρκαῖαι κρῆναι, Θήβας τ'

δον ἀνελθὼν ἐς τὸν Σίπυλον τὸ ὄρος· ἡ δὲ πλησίον μὲν πέτρα καὶ κρημνός ἐστιν, οὐδὲν παρόντι σχῆμα παρεχόμενος γυναικός, οὔτε ἄλλως οὔτε πενθούσης· εἰ δέ γε πορρωτέρω γένοιο, δεδακρυμένην δόξεις ὁρᾶν καὶ κατηφῆ γυναῖκα.

V. 819—824. καί νιν — δειράδας] Hec dicit: 'neque unquam, ut fama est hominum, deseritur imbribus et nive, qua liquescit (i. e. nullo non anni tempore liquitur), sed semper lacrimantibus oculis cervicem humectat'. Verbi τέγγει subiectum est Nioba. Recte autem comparaveris locutionem τέγγειν ὑπ' ὀφρύσι δειράδας cum Homerica ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λείβειν. Postremo adverte, perapte ea hic posita vocabula esse, ὀφρύς et δειράς, quae et montis et corporis humani partes significarent.

V. 826 sqq. ἀλλὰ — ἀκοῦσαι] Negat Chorus, qui omnem insolentiam reicere soleat, Antigonam recte se comparare mortalem et ex mortalibus genitam cum Nioba dea et dis nata, concedit tamen magnum esse mortuo eandem cum deis sortem nactum esse dici. Quibus verbis cum immodestiae cuiusdam Antigona argueretur, respondet illa: οἴμοι γελῶμαι.

V. 828 sqq. Neque paroemiacus καίτοι . . ἀκοῦσαι locum habet neque intellegi potest quid sibi velint verba ζῶσαν καὶ ἔπειτα θανοῦσαν. Verum abhorret a recta ratione locum ita corrigi, ut omittantur verba ζῶσαν . . θανοῦσαν, quae omissa sunt in cod. A, cetera transponantur hunc in modum: καίτοι φθιμένῳ τοῖσι θεοῖσιν | σύγκληρα λαχεῖν μέγ' ἀκοῦσαι. Nam cum corruptela sit aperta, oportet rationem antistrophicam valere. Itaque iudicandum est nos nihil nisi reliquias quattuor versuum habere. Ceterum τοῖσι θεοῖσιν pro τοῖς ἰσοθέοις scripsit Nauckius, σύγκληρα pro ἔγκληρα Schaeferus. Cfr. Hom. λ 304 τιμὴν δὲ λελόγχασι ἶσα θεοῖσιν.

V. 831. οἰχομέναν scripsi. La habet ὀλομέναν, quod metro, alii libri vel ὀλλυμέναν vel ὀλουμέναν, quae sensui non conveniunt.

V. 835 sq. Θήβας τ' εὐαρμάτου ἄλσος] De adiectivo εὐαρμάτου vide ad v. 149, de nomine ἄλσος, quo locus dis consecratus significatur, ad Electr. 5.

εὐαρμάτου ἄλσος, ἔμπας
ξυμμάρτυρας ὔμμ' ἐπαυδῶμαι,
οἵα φίλων ἄκλαυτος οἵοις νόμοις
πρὸς ἕργμα τυμβόχωστον ἔρχομαι τάφου ποταινίου,
ἰὼ δύστανος,
οὔτ' ἐν βροτοῖσιν οὔτ' ἐν νεκροῖσιν
μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν.
ΧΟ. προβᾶσ' ἐπ' ἔσχατον θράσους
ὑψηλὸν ἐς Δίκας βάθρον
προσέπεσες, ὦ τέκνον, πολύ.

V. 836. ἔμπας] I. e. 'si homines me neglegent, certe vos mei miserebit'. Cfr. Phil. 937 ὦ καταρρῶγες πέτραι, ὑμῖν τάδ', οὐ γὰρ ἄλλον οἶδ' ὅτῳ λέγω, ἀνακλαίομαι.

V. 837. In ξυμμάρτυρας praepositio eandem vim habet atque in ξυνειδέναι supra v. 266. — De forma ὔμμε vide Krueg. II § 25, 1, 15. — Ἐπαυδῶμαι pro vulg. ἐπικτῶμαι ex mea coniectura scripsi, quam et sensu loci flagitari et scholiastae interpretatione ἐπιβοῶμαι confirmari planum feci in Comment. de Schol. in Soph. tr. auctoritate p. 16 sq.

V. 838. φίλων ἄκλαυτος] Ab amicis non defleta. Cfr. Matth. § 345. Krueg. II § 47, 26, 9.

Ibid. οἵοις νόμοις] I. e. quam nefaria lege. Hinc statim a Choro admonetur sua ipsius culpa se ad mortem adduci.

V. 839. πρὸς ἕργμα etc.] Quamquam in Cod. La id quod prima manus scripsit ἕργμα duobus punctis literae γ superscriptis in ἕρμα correctum est, tamen lectionem ἕργμα vel potius ἕργμα tuetur adnotatio scholiastae περίφραγμα cl. Hesych. gl. ἕργμασι· κωλύμασι, περιφράγμασιν. Atque falluntur qui ἕρμα putant Eur. Hel. 854 'tumulum' significare. Aesch. Cho. 854 vero ἔρυμα potius in ἕργμα quam in ἕρμα mutandum esse recte dicit Gu. Wolffius. — De τυμβόχωστον vide Blomf. gloss. ad Aesch. Sept. c. Theb. 1024.

Ibid. Schol.: ποταινίου· ἔστι μὲν προσφάτου· θέλει δὲ εἰπεῖν καινοῦ καὶ παρεξηλλαγμένου. Neuius conferri iubet Blomf. gloss. Aesch. Prom. 102. Vulgo male colon post ποταινίου positum; cohaerent enim verba πρὸς ἕργμα τυμβ. τάφ. ποτ. ἔρχομαι οὔτ' ἐν βροτοῖσιν — μέτοικος etc. verbis ἰὼ δύστανος positis διὰ μέσου, hoc sensu: 'ad saeptum in tumuli modum aggestum sepulcri inauditi concedo habitatum neque apud homines neque apud manes' etc. Sic 867 πρὸς οὓς — μέτοικος ἔρχομαι. Eodem sensu nomen μετοικίας 890 positum, vulgo male intellectum.

V. 841. Locus corruptus est. Hermannus coniecit βροτοῖς ουτε νεκροῖς ἔνερθεν, Boeckhius βροτοῖς οὔτ' ἐν νεκροῖς κυρουσα. Possis scribere βροτοῖς οὐδὲ νεκροῖς ἰοῦσα i. e. οὔτε βροτοῖς οὔτε νεκροῖς ἰοῦσα, de quo cfr. Phil. 771 ἑκόντα μήτ' (μηδ' emendavit Dindorfius) ἄκοντα, Aesch. Ag. 532 Πάρις γὰρ οὔτε (lege οὐδὲ) συντελὴς πόλις, Aristoph. Av. 694 γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ οὐδ' οὐρανὸς ἦν, Herod. IV 28, Thuc. VIII 99. Theodoro Bergkio totus versus spurius videtur additus cum genuinus excidisset.

V. 844. ἐς Δίκας βάθρον] Confert Neuius Aesch. Ag. 383 λακτίσαντι μέγαν Δίκας βωμὸν et Eum. 539 βωμὸν αἴδεσαι Δίκας, μηδέ νιν κέρδος ἰδὼν ἀθέῳ ποδὶ λὰξ ἀτίσῃς. De βάθρον idem adscribit Ai. 860.

V. 845. προσέπεσες πολύ] De

πατρῷον δ' ἐκτίνεις τιν' ἆθλον.
(ἀντιστροφὴ β'.)
ΑΝ. ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας
πατρὸς τριπόλιστον οἶκτον
τοῦ τε πρόπαντος ἁμετέρου πότμου
κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν.
ἰὼ
ματρῷαι λέκτρων ἆται,
κοιμήματά τ' αὐτογέννητ'
ἀμῷ πατρὶ δυσμόρου ματρός,

πολύ vocabuli usu ad Philoct. 254 monitum est.

V. 846. πατρῷον δ' etc.] Recte Triclinius: ἤγουν ὅσον δυστυχίας ἔμελλεν ἐκεῖνος δυστυχῆσαι, τοῦτο αὐτὴ ἀποκληροῖς τοιαύταις περιπεσοῦσα δυστυχίαις. Adscripsit Wexius Herod. I 91 Κροῖσος δὲ πέμπτου γονέος ἁμαρτάδα ἐξέπλησεν. Theogn. 740 ὑπερβασίην ἀντιτίνειν πατέρων. Adde huius fab. v. 582 sqq.

V. 847—850. ἔψαυσας — Λαβδακίδαισιν] Hoc dicit: 'tetigisti acerbissimam mihi mentionem infinitae de patre totaque sorte nostra clarorum Labdacidarum lamentationis'. Plerique μερίμνας ita genetivum putant, ut ἔψαυσας primum cum genetivo, deinde quia in ἔψαυσας insit sensus verbi ἔλεξας, cum accusativo οἶκτον constructum opinentur. Quibus accedit Matth. § 330 not. Musgravius contra pro accusativo habet, ut οἶκτον appositionis loco positum putandum sit. Horum cum nihil probari possit, ducimus accusativum οἶκτον aptum ex simplici notione ὑπέμνησας quae verbis ἔψαυσας ἀλγεινοτάτης ἐμοὶ μερίμνης exprimitur. Simili ratione Demosth. IV 45 τεθνᾶσι τῷ δέει ut δεδοίκασι cum acc. τοὺς τοιούτους ἀποστόλους, Aesch. Sept. c. Th. 289 μέριμναι ζωπυροῦσι τάρβος ut ταρβοῦσι cum acc. τὸν ἀμφιτειχῆ λεών construitur. Cfr. Krueg. II § 46, 11, 3. Genetivi πατρὸς et τοῦ — πότμου apti sunt e nomine οἶκτον, de qua dicendi consuetudine vide Matth. § 342 et Krueg. I § 47, 7, 2. Tum recte Boeckhius ἁμετέρου explicari ait addito Λαβδακίδαισιν, qui dativus pro genetivo positus sit (cfr. Matth. § 389 g 3, Krueg. I § 48, 12, 4), quod hoc loco eo minus mirum, quia πότμον τινὶ sit: 'das jedem zukommende Loos'. Adde v. 854 κοιμήματα πατρί. El. 1066 βροτοῖσι φάμα. De adiectivo τριπόλιστον scholiasta adnotavit: τριπόλιστον οἶκτον· πολλάκις ἀναπεπολημένον, ἢ διάσημον καὶ πανταχοῦ ἀκουόμενον καὶ πολούμενον. Glossa πολυθρύλλητον καὶ πάνδημον δυστυχίαν, ἣν πᾶς ἐλεεῖ. Boeckh. comparat ἀναπολεῖν Phil. 1238 et Pindar. Nem. VII extr. ταὐτὰ δὲ τρὶς τετράκι τ' ἀμπολεῖν. Recte autem M. Seyffertus monet, luctum dicere Antigonam non 'qui ubique audiatur', sed 'qui ab ipsa etiam atque etiam renovetur'.

V. 849. Schol.: τοῦ τε πρόπαντος ἁμετέρου πότμου· καὶ τῆς προτέρας ἡμῶν δυστυχίας.

V. 852. λέκτρων ἆται] Similiter O. C. 526 γάμων ἄτα. De adiectivo ματρῷαι cum ἆται iuncto, cum pertineat potius ad nomen λέκτρων, vide ad 786 sq.

V. 853 sq. κοιμήματά τ' — ματρός] Sensus est: 'et miserae matris concubitus cum eo, quem ipsa pepererat, patre meo'. Cfr. O. R. 1248. 1405. De dativo ἐμῷ πατρί, qui aptus est ex voc. κοιμήματα, vide ad v. 847 sqq. Dicebatur autem κοιμᾶσθαί τινι.

V. 854. ἀμῷ ex libris Tricl. rescripsi. Vulgo ἐμῷ legitur. Prae-

*οἵων ἐγώ ποθ' ἁ ταλαίφρων ἔφυν·*
*πρὸς οὓς ἀραῖος ἄγαμος ἅδ' ἐγὼ μέτοικος*
*ἔρχομαι.*
*ἰὼ δυσπότμων*
*κασίγνητε γάμων κυρήσας,*
*θανὼν ἔτ' οὖσαν κατήναρές με.*
**ΧΟ.** *σέβειν μὲν εὐσέβειά τις,*
*κράτος δ', ὅτῳ κράτος μέλει,*
*παραβατὸν οὐδαμᾷ πέλει·*
*σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσ' ὀργά.*

(ἐπῳδός.)

**ΑΝ.** *ἄκλαυτος, ἄφιλος, ἀνυμέναιος,*
*ταλαίφρων ἄγομαι τάνδ' ἑτοίμαν ὁδόν.*
*οὐκ ἔτι μοι τόδε λαμπάδος ἱρὸν ὄμμα*
*θέμις ὁρᾶν ταλαίνᾳ·*

terea cod. La habet *δυσμόρῳ*: *δυσμόρου* exhibent schol. et ceteri libri.

V. 855. *οἵων*] Scholiasta refert ad nomen, quod praecedentibus verbis continetur, *γονέων*, Referendum potius ad *κοιμήματα*, contra quod sequitur *πρὸς οὓς* ad *γονέας*.

V. 586. Schol.: *ἀραῖος· ἐπικατάρατος, διὰ τὰ ἐκείνων ἁμαρτήματα.*

V. 857 sq. Schol.: *δυσπότμων· διὰ τὴν πρὸς Ἄδραστον ἐπιγαμίαν, ἥτις αἰτία τοῦ πολέμου κατέστη.* Consentaneum hoc est naturae humanae, ut in rebus adversis causam malorum ex longinquo repetant; illud si non esset factum, meliore se sorte usuros fuisse rati. Moneo hoc, ne quis reprehendendum putet poetam, quod non proximam causam commemorare Antigonam voluerit. Noluit quod poterat scribere, *ἰὼ δυσπότμου κασίγνητε τάφου κυρήσας.* Nam hoc si diceret Antigona, dubitaremus, an paeniteret eam, quod sepelire fratrem esset conata. HERM.

V. 589. *θανὼν — με*] Confert Neuius Ai. 1027 *εἶδες ὡς χρόνῳ ἔμελλέ σ' Ἕκτωρ καὶ θανὼν ἀποφθίσειν;*

V. 860. *σέβειν — τις*] 'Pie facere pietas est', i. e. pie qui facit laudem pietatis consequitur, sive pie facere laudabile est. Nam *εὐσέβεια* etiam 'laus pietatis' est; vide ad Philoct. 1443. Pietatem autem dicit, quod fratrem Antigona sepeliendum pntavit.

V. 861 sq. *κράτος — πέλει*] Recte Brunckius: 'sed nequaquam iussa transgredi licet eius, penes quem est imperium'. De omisso *τούτου* ante *ὅτῳ* vide ad v. 36.

V. 863. Schol.: *αὐτόγνωτος ὀργά· αὐθαίρετος καὶ ἰδιογνώμων τρόπος.* Recte Erfurdtius: *αὐτόγνωτος*, inquit, est 'qui ex sua tantum animi sententia (*γνώμῃ*) unumquidque agit'. Similia Schaeferus ad h. l. attulit. Hoc dicit: 'tu te ipsa perdidisti, ut quae obsequi tuae voluntati quam parere legi tyranni malueris'.

V. 865. *ἄγομαι — ὁδόν*] De locutione *ἄγεσθαι ὁδὸν* vide Krueg. II § 46, 7, 2 coll. O. C. 96 sq. Speciose Reiskius coniecit *τάνδε πυμάταν ὁδόν* Dindorfiusque scripsit totum locum: *ἀκλ. ἀφ. ἀν. ἔρχομαι τὰν πυμάταν ὁδόν.*

V. 866. Schol.: *λαμπάδος· του ἡλίου.*

τὸν δ' ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον
οὐδεὶς φίλων στενάζει.

ΚΡΕΩΝ.

Ἆρ' ἴστ', ἀοιδὰς καὶ γόους πρὸ τοῦ θανεῖν
ὡς οὐδ' ἂν εἷς παύσαιτ' ἄν, εἰ χρείη λέγειν;
οὐκ ἄξεθ' ὡς τάχιστα, καὶ κατηρεφεῖ
τύμβῳ περιπτύξαντες, ὡς εἴρηκ' ἐγώ,
ἄφετε μόνην ἔρημον, εἴτε χρῇ θανεῖν
εἴτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα τυμβεύειν στέγῃ·
ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην·
μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω στερήσεται.

ΑΝ. ὦ τύμβος, ὦ νυμφεῖον, ὦ κατασκαφὴς

V. 868. ἀδάκρυτον] Recte Triclinius: τὸ ἀδάκρυτον σαφηνισμός ἐστι τοῦ οὐδεὶς στενάζει· τὸ γὰρ παρ' οὐδενὸς στεναζόμενον ἀδάκρυτόν ἐστιν. Cfr. Aesch. Pers. 298 ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανών et supra ad v. 25.

V. 870 sq. Schol.: ἆρ' ἴστ', ἀοιδὰς καὶ γόους· πρὸς τοὺς ὑπηκόους τοῦτό φησιν ὁ Κρέων ὀργιζόμενος, ὅτι μὴ θᾶττον αὐτὴν ἀπήγαγον πρὸς εἱρκτήν. Ὁ δὲ λόγος· ἆρα ἴστε, ⟨ὡς⟩ εἰ χρείη λέγειν ἀοιδὰς καὶ γόους πρὸ τοῦ θανεῖν, οὐδέποτε ⟨ἂν⟩ τις παύσαιτο; δεῖ οὖν ἐκ βίας ἕλκειν αὐτήν.

V. 871. εἰ χρείη] Interpretatur Schaeferus 'si utile sit' coll. v. 922 τί χρή με τὴν δύστηνον ἐς θεοὺς ἔτι βλέπειν; At dicendum fuisse 'si referat' videtur.

V. 872 sqq. οὐκ ἄξεθ' — καὶ — ἄφετε] Recte haec coniuncta, siquidem verba interrogative elata, οὐκ ἄξετε, idem significant atque imperativus ἄγετε. Cfr. Krueg. I § 53, 7, 4.

V. 873. περιπτύξαντες] Confert Musgravius Eur. Phoen. 1357 τειχέων περιπτυχαί.

V. 874 sq. Pro librorum scriptura εἴτε χρὴ Hermannus εἰ χρήζει, Dindorfius εἴτε χρῇ θανεῖν scripsit. Schol.: εἰ χρήζει καὶ θέλει. Μετριάζειν δὲ προσποιεῖται τῇ κολάσει, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ 'ἡμεῖς γὰρ ἁγνοί', τουτέστιν ἀκοινώνητοι τοῦ φόνου τούτου, φησὶ διὰ τὸ μὴ χερσὶν αὐτὴν ἀνῃρηκέναι. De verbo χρῇ haec adnotavit Dindorfius: Euripides apud M. Tullium ad Attic. VIII 8 et apud Suidam (s. v. καλαμᾶσθαι): πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρῇ καὶ παλαμάσθω καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω. Secunda persona usus est Sophocles Ai. 1373 σοὶ δὲ δρᾶν ἔξεσθ' ἃ χρῄς. Hesychius: χρῄς· θέλεις, χρήζεις. Quae glossa ex Cratino sumpta videtur, quem citat Suidas s. v. χρή p. 3921 χρῄς δὲ τὸ χρήζεις καὶ δέῃ. Κρατῖνος Νόμοις, νῦν γὰρ δή σοι πάρα μὲν θεσμοὶ τῶν ἡμετέρων, πάρα δ' ἄλλ' ὅ τι χρῄς.

V. 875. τυμβεύειν passive hic dictum 'sepeliri' significat, cum vulgo 'sepelire' denotet. Eodem modo νυμφεύειν et active et passive usurpatum est. Vide ad 648. Hoc dicit poeta: 'sive mori vult sive tali in thalamo sepulta vivere'. Verum maxime probabile quod Morstadtius scribendum esse suspicatus est νυμφεύειν.

V. 876. τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην] De locutione τὸ ἐπί τινα, 'quod attinet ad aliquem', vide Krueg. I § 68, 41, 9.

V. 877. Schol.: μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω· τὸ μεθ' ἡμῶν ἄνω οἰκεῖν. Hoc dicit: 'habitatum concedere ad superos prohibebitur'. Simillime dixit 1224 εὐνῆς τῆς κάτω.

V. 878 sqq. ὦ τύμβος etc.] Paul-

οἴκησις ἀείφρουρος, οἷ πορεύομαι
πρὸς τοὺς ἐμαυτῆς, ὧν ἀριθμὸν ἐν νεκροῖς
πλεῖστον δέδεκται Φερσέφασσ' ὀλωλότων·
ὧν λοισθία 'γὼ καὶ κάκιστα δὴ μακρῷ
κάτειμι, πρίν μοι μοῖραν ἐξήκειν βίου.
ἐλθοῦσα μέντοι κάρτ' ἐν ἐλπίσιν τρέφω
φίλη μὲν ἥξειν πατρί, προσφιλὴς δὲ σοί,
μῆτερ, φίλη δὲ σοί, κασίγνητον κάρα·
ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ
ἔλουσα κἀκόσμησα κἀπιτυμβίους
χοὰς ἔδωκα. νῦν δέ, Πολύνεικες, τὸ σὸν
δέμας περιστέλλουσα τοιάδ' ἄρνυμαι·
καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ.
οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν,

lisper progressa et ad eum locum conversa, in quo sepulcrum situm fuit, Antigona haec dicit.

V. 882. *κάκιστα δὴ μακρῷ*] Sed ego postrema et *μακρῷ κάκιστα*, i. e. longe deterrimo, sive multo maxime miserabili fato defuncta adveniam. CAMER. Cfr. v. 59.

V. 884. Schol.: *ἐν ἐλπίσιν τρέφω· ἐλπίζω ἀποθανοῦσα πάντας ἕξειν φίλους. Εὐεπίφορος ὁ Σοφοκλῆς εἰς τὸ τρέφω ἀντὶ τοῦ ἔχω.* Cfr. 660. 1089. Ai. 503. 644. 1124. O. R. 356. 374. Trach. 28. 117. Phil. 795.

V. 886. Schol.: *κασίγνητον κάρα· ὦ Ἐτεόκλεις· ἑξῆς γὰρ τοῦ Πολυνείκους μετὰ οἶκτον μνημονεύει.*

V. 889. *ἔδωκα*] Cfr. El. 451. 458. *Δωρεῖσθαί τινα χοαῖς* habet Eur. Or. 117 et ipsum *διδόναι χοὰς* Or. 124. Phoen. 934. Iph. T. 61. NEUIUS. De supplendo dativo *ὑμῖν* vide Krueg. I § 60, 5, 1.

V. 891. Schol.: *καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα· παρὰ τοῖς καλῶς φρονοῦσι δοκῶ σε τετιμηκέναι, ὥστε τοὺς συνετοὺς ἀποδέξασθαι τὰ ὑπ' ἐμοῦ εἰς σὲ γενόμενα.* De dativo vide Matth. § 388 a. Krueg. I § 48, 6, 5. Scholiasta coniunxit *εὖ* cum *φρονοῦσιν*. Verum, nisi velis de Arndtii coniectura scribere *καίτοι σέ γ' εὖ 'τίμησα*, in quibus particula *γὲ* parum sit utilis, sensus efflagitat ut *εὖ* cum *ἐτίμησα* nectatur.

V. 892—899. *οὐ γάρ ποτ' — βλάστοι ποτέ*] Negat se hoc officium praestituram fuisse aut liberis aut marito, quod liberi et maritus reparabiles, fratres autem mortuis parentibus irreparabiles sint. Manifestum est autem respici ad rem illam ab Herodoto III 119 expositam. Cum enim infestus videretur Dario et studiosus novarum rerum unus ex septem coniuratis Intaphernes, non modo ipsum, sed etiam liberos reliquosque cognatos in carcerem coniecit. Quam calamitatem cum uxor Intaphernis vehementissime deploraret et quotidie ad fores regiae cum lacrimis et eiulatu adesset, tandem misericordia commotus Darius nuntiari iubet mulieri, velle se unum ex captivis ei condonare. Quo facto cum nihil cunctata fratrem dimitti voluisset, regi miranti quid esset, quod neglexisset et maritum et liberos, haec respondisse fertur narrante Herodoto: *ὦ βασιλεῦ, ἀνὴρ μέν μοι ἂν ἄλλος γένοιτο, εἰ δαίμων ἐθέλοι, καὶ τέκνα ἄλλα, εἰ ταῦτα ἀποβάλοιμι· πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς οὐκ ἔτι μευ ζωόντων, ἀδελφεὸς*

οὔτ' εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο,
βίᾳ πολιτῶν τόνδ' ἂν ᾐρόμην πόνον.
τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω;
πόσις μὲν ἄν μοι, κατθανόντος, ἄλλος ἦν,
καὶ παῖς ἀπ' ἄλλου φωτός, εἰ τοῦδ' ἤμ-
πλακον·
μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν,
οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ.
τοιῷδε μέντοι σ' ἐκπροτιμήσασ' ἐγὼ
νόμῳ, Κρέοντι ταῦτ' ἔδοξ' ἁμαρτάνειν
καὶ δεινὰ τολμᾶν, ὦ κασίγνητον κάρα.
καὶ νῦν ἄγει με διὰ χερῶν οὕτω λαβὼν
ἄλεκτρον, ἀνυμέναιον, οὔτε του γάμου
μέρος λαχοῦσαν οὔτε παιδείου τροφῆς·

ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο Ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρεωμένη ἔλεξε ταῦτα. Atque hac oratione et iudicio mulieris admodum delectatus rex et fratrem, quem petierat, et maximum natu ei filium condonavit, reliquis omnibus interfectis. Tu vero noli credere a Sophocle haec scripta esse, quae quin ab histrione addita sint, non dubitabit qui diligenter reputaverit, quid dignum persona Antigonae sit, et intellexerit imitationem Herodoti satis absurdam esse. Accedit, quod in ipso sermone sunt quae ab elegantia generis dicendi Sophoclei abhorreant, ut ne ea quidem huius loci excusatio quae una aliquam speciem habet comprobari possit, quam pluribus novissime persecutus est R. Nieberdingius in progr. gymn. Neustadt O.-S. a. 1875 contendens, Sophoclem amicitia Herodoti deductum esse ut hunc pannum adsueret. Quod autem Aristoteles Rhet. III 16 de hoc loco ut genuino Sophoclis loquitur, eo nihil aliud demonstratur nisi hanc interpolationem ut multas alias ante Aristotelis aetatem sive ante illam Lycurgi oratoris de fabulis tragicorum non interpolandis legem factam esse. Multas de hac quaestione commentationes inde ab A. Jacobi quaestionibus Soph. a. 1821 et Goethei Sermonibus Eckerm. III scriptas perlustravit H. Kratzius in progr. gymn. Stuttg. 1866.

V. 892 sq. εἰ τέκνων — ἐτήκετο] Hoc dicit poeta: 'neque si liberi mihi essent, neque si maritus, qui mortui putrescerent'. Nam verba κατθανὼν ἐτήκετο ad liberos etiam referenda esse apparet.

V. 895. Triclinius: τίνος νόμου· ἤγουν τίνι νόμῳ χαριζομένη, καὶ στέργουσα καὶ ἀποδεχομένη τοῦτον, λέγω ταῦτα; De locutione πρὸς χάριν νόμου vide ad v. 30.

V. 896. κατθανόντος] Sc. τοῦ πόσιος. Cfr. Krueg. I § 47, 4, 3.

V. 897. καὶ παῖς — ἤμπλακον] Hoc dicit: 'et filius mihi ex alio marito esset, si cum marito filium amisissem'. Pronomen τοῦδε ad nomen παῖς referendum esse certum est. Manifestum est autem haec dicenti obversatum maxime Intapharnis illius uxoris exemplum esse.

V. 898. κεκευθότοιν] De sensu intransitivo huius verbi vide ad O. R. 968.

V. 901. ταῦτ' — ἁμαρτάνειν] Vide quae de hoc loquendi forma ad v. 66 monita sunt.

V. 903. Schol.: ἄγει με· ἐμφατικώτερον τὸ ἄγει. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐκέλευσέ με ἀχθῆναι, ἀλλ' αὐτὸς ἄγει.

V. 905. Schol.: οὔτε παιδείου τροφῆς· οὔτε παῖδα θρέψασαν.

ἀλλ' ὧδ' ἔρημος πρὸς φίλων ἡ δύσμορος
ζῶσ' ἐς θανόντων ἔρχομαι κατασκαφάς·
ποίαν παρεξελθοῦσα δαιμόνων δίκην;
τί χρή με τὴν δύστηνον ἐς θεοὺς ἔτι
βλέπειν, τίν' αὐδᾶν ξυμμάχων; ἐπεί γε δὴ
τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.
ἀλλ' εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς καλά,
παθόντες ἂν ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες·
εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσι, μὴ πλείω κακὰ
πάθοιεν ἢ καὶ δρῶσιν ἐκδίκως ἐμέ.
*ΧΟ.* ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὑταὶ
ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσιν.
*ΚΡ.* τοιγὰρ τούτων τοῖσιν ἄγουσιν
κλαύμαθ' ὑπάρξει βραδυτῆτος ὕπερ.
*ΑΝ.* οἴμοι, θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω
τοὔπος ἀφῖκται.

V. 906. Offendit locatio *ἔρημος πρός τινος*. Itaque nisi malis eam interpolatori tribuere, verba *πρὸς φίλων* cum verbo *ἔρχομαι* eodem sensu quo *ἄγομαι* dicto coniungenda videntur.

V. 909. *τί χρή*] Vide ad v. 871; de *βλέπειν εἴς τινα* confer Ai. 398. 514. El. 925.

V. 911. *τὴν δυσσέβειαν*] 'Impietatis crimen'. Vide ad v. 860 et Elmsleium ad Eur. Med. 213.

V. 912 sq. *ἀλλ' εἰ μὲν — ἡμαρτηκότες*] Hoc dicit Antigona: 'quodsi vero di haec probant et volunt, ut propter pietatem malis afficiar (quasi pietatem colere peccatum sit), malo consciam mihi peccatum'. Verbis *παθόντες ξυγγνοῖμεν* subest proverbialis locutio *πάθει μάθος, παθόντα μαθεῖν*. De genere masculino cfr. Matth. § 436, 4. Krueg. I § 43, 1, 3. Verba *εἰ τάδ' — καλὰ* recte iam scholiasta explicavit: *εἰ ταῦτα τοῖς θεοῖς ἀρέσκει*.

V. 914 sq. Schol.: *εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσιν· ἐπὶ τὸν Κρέοντα ἡ ἀναφορά. ἐκδίκως· ἔξω τοῦ δικαίου*. De *ἢ καὶ* vide Matth. § 620. 2. Ceterum fallitur Wexius, qui pro inimicis precari Antigonam hic putat. Optat illa potius, ut, Creon si peccet, eadem aliquando mala patiatur, quibus ipsa iniuste nunc afficiatur. Ea autem quoniam gravissima sunt, summa intellegitur Creonti mala imprecari.

V. 916 sq. Schol.: *ἔτι· ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ κινήματι ἔοικεν ἡ παῖς εἶναι· οἷον· οὐκ ἐνδέδωκεν ὀδυρομένη*. Recte Camerarius: Neque enim aut peccasse se fatetur aut paenitere facti. Ideo dicit chorus retinere pristinum animi impetum, a ventorum flatibus translatione ducta. De locutione *ἀνέμων ῥιπαί* vide ad v. 137.

V. 918. *τούτων*] Recte Hermannus secundum Wexium *τούτων* refert ad ea, quae modo in scena acta sunt, i. e. quod conqueri et lamentari Antigonam, qui eam abducere debebant, passi sunt. Genetivus aptus est ex nomine *κλαύματα*. De numero plurali pronominis vide ad Phil. 1354 sq., de locutione *κλαύμαθ' ὑπάρξει* ad 230 huius fabulae.

V. 920 sq. *οἴμοι — ἀφῖκται*] Recte Brunckius videtur interpretatus: 'hei mihi, mortem proxime haec vox accedit'. Cfr. O. C. 529 cum nota.

ΧΟ. θαρσεῖν οὐδὲν παραμυθοῦμαι
μὴ οὐ τάδε ταύτῃ κατακυροῦσθαι.
ΑΝ. ὦ γῆς Θήβης ἄστυ πατρῷον
καὶ θεοὶ προγενεῖς,
ἄγομαι δὴ κοὐκ ἔτι μέλλω.
λεύσσετε, Θήβης οἱ κοιρανίδαι,
τὴν βασιλίδα μούνην λοιπήν,
οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω,
τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα.

(στροφὴ α΄.)

ΧΟ. Ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς

V. 922 sq. Schol.: οὐ παραμυθοῦμαί σε θαρρεῖν, ὡς μὴ κεκυρωμένον σοι τοῦ ἀποθανεῖν. τοῦτο δέ φησιν ὡς οὐκ ἐνδιδούς, ἵνα μὴ ὑπονοήσῃ ἐκείνη μεταπεπεικέναι αὐτὸν δακρύουσα. ἢ ὁ χορὸς λέγει, ὡς τοῦ Κρέοντος μὴ μεταπεισθέντος. Recte Boeckhius vidit nullo pacto Creonti tribui hos versus potuisse. De μὴ οὐ particulis vide Matth. § 609. Krueg. I § 67, 12, 6.

V. 924. ὦ γῆς — πατρῷον] Recte monet Neuius Θήβης ἄστυ 'urbs Thebarum' idem esse quod ἄστυ Θήβη. Cfr. O. C. 297 πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει. De duplici genetivo vide ad O. C. 668 sq.

V. 925. καὶ θεοὶ προγενεῖς] Similiter μεταγενὴς est apud Menandrum, quem affert Athenaeus p. 559 F. Usitatiora sunt comparativa προγενέστερος et μεταγενέστερος. Postulat vero analogia, ut προγενεῖς non προγόνους, sed antiquos intellegamus, quemadmodum παλαίχθων Ἄρης ab Aeschylo dictus Spt. c. Th. 105. Sunt autem illi antiqui di Mars et Venus, Harmoniae, Cadmi coniugis, parentes. HERM.

V. 927. Schol.: οἱ κοιρανίδαι· κοίρανοι· τοὺς ἀπὸ τοῦ χοροῦ φησιν· εἰώθασι γὰρ οὐ μόνον τοὺς βασιλεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐνδόξους τῶν πολιτῶν οὕτω καλεῖν. Vide quae ad O. R. 85 et 911 adnotata sunt. De forma κοιρανίδαι confer Lobeck. ad Ai. 879 p. 367 sq.; de nominativo in compellatione Krueg. I § 45, 2, 7.

V. 928. Schol.: τὴν βασιλίδα· τὴν βασιλείαν. Nemo miretur magni animi puellam se solam e regia stirpe superstitem esse dicere. Non hoc incogitanti poetae excidit, ut Musgravio visum ad Iphig. T. 905. Consulto et ex naturae observatione Antigonam sic loquentem introduxit. Ad certam mortem dum abducitur, quam sibi ipsa pio facinore arcessivit, sororis meminisse non debet, quae eiusdem facti timore mortis et Creontis reverentia particeps esse noluit. Indigna genere suo Ismena illi videtur, nec eam amplius pro sorore habet. BR. Ceterum manifestum est τὴν βασιλίδα a Sophocle scriptum esse non posse. Coniecerunt multa: Triclinius τὴν βασίλειαν, Hermannus τὴν βασιληΐδα, Emperius Θήβης τὴν κοιρανιδᾶν μούνην λοιπήν, ut lectionem τὴν βασιλίδα ex interpretatione τὴν βασιλειδᾶν adscripta ortam esse putandum sit, Winckelmannus ipsum illud τὴν βασιλειδᾶν cl. Hes. βασιλείδης· ὁ τοῦ βασιλέως, Bergkius vel M. Schmidtius τὴν Λαβδακιδᾶν. A memoria librorum proxime abest τὴν βασιλειδᾶν.

V. 931—968. Egregie instituit poeta, ut chorus, misero Antigonae fato in dolorem non mediocrem coniectus, aliquo cantu prosecuturus decedentem virginem ac semet ipsum quodammodo consolaturus trium proferret hominum nobilium exempla, qui simili calamitate olim adfecti vivique in spe-

ἀλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδέτοις αὐλαῖς·
κρυπτομένα δ' ἐν τυμβήρει θαλάμῳ κατεζεύχθη·
καίτοι γενεᾷ τίμιος, ὦ παῖ, παῖ,
καὶ Ζηνὸς ταμιεύεσκε γονὰς χρυσορύτους.
ἀλλ' ἁ μοιριδία τις δύνασις δεινά·
οὔτ' ἄν νιν ὄλβος, οὔτ' Ἄρης, οὐ πύργος,
οὐχ ἁλίκτυποι
κελαιναὶ νᾶες ἐκφύγοιεν.

luncas subterraneas inclusi essent, Danaae, Lycurgi, Cleopatrae. Ex his quanquam Danae et Cleopatra liberatae postmodo e custodiis ab aliis scriptoribus traduntur, tamen illi valde errant interpretes, qui chorum commemorandis exemplis illis simul Antigonae aliquam recuperandae libertatis spem inicere voluisse suspicantur.

V. 931—940. ἔτλα — ἐκφύγοιεν] Sensus nexusque hic est: 'toleravit eandem fortunam Danae, ut in carcerem subterraneum includeretur; quanquam enim nobilis erat et a Iove amabatur, cuius compressu gravida facta est, tamen succubuit fato, cui nulla unquam vis resistere potest'. Fabula, quam tangit Sophocles, haec est: Acrisius, rex Argivorum, cum ab oraculo monitus esset fore, ut Danae, filia ipsius, puerum pareret, a quo interficeretur, in conclavi aereo subterraneo eam inclusam custodivit. Nihilominus Iuppiter in imbrem aureum conversus et per tegulas demissus cum Danae rem habuit; unde natus postmodo Perseus est. Cfr. Apollod. II 4, 1. Hygin. fab. 63 et Horat. Od. III 16, 1sqq. Schol. ad Apollon. Rhod. IV 1091.

V. 931 sqq. Δανάας — αὐλαῖς] De periphrasi Δανάας δέμας vide Matth. § 430 p. 798. Verba οὐρ. φῶς ἀλλάξαι recte interpretatus est Musgravius: 'tenebris mutare lucem caelestem'. — De adi. χαλκοδέτοις apte confert Neuius El. 836 χρυσοδέτοις ἕρκεσι, et huius carminis 936 χρυσορύτους. De re vide Pausan. II 23, 7 ἄλλα δέ ἐστιν Ἀργείοις θέας ἄξια. κατάγειον οἰκοδόμημα, ἐπ' αὐτῷ δὲ ἦν ὁ χαλκοῦς θάλαμος, ὃν Ἀκρίσιός ποτε ἐπὶ φρουρᾷ τῆς θυγατρὸς ἐποίησε· Περίλαος δὲ καθεῖλεν αὐτὸν τυραννήσας. Apollod. II 4, 1 δείσας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο, ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον τὴν Δανάην ἐφρούρει. Adde quae Mitscherl. ad Horat. Od. III 16, 1—8 attulit. Boeckhio χαλκόδετοι αὐλαὶ dici videntur, quia parietes illius conclavis aereis laminis tabulati fuerint, religatis ad lapides clavorum iunctura.

V. 934. τυμβήρει θαλάμῳ] Adscripsit Neuius Philoct. 1262 τάσδε πετρήρεις στέγας. De κατεζεύχθη idem confert v. 941 ζεύχθη et Philoct. 1025 κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγείς.

V. 936. Schol.: ταμιεύεσκε· ἀντὶ τοῦ ἐν αὐτῇ εἶχε τὰς γονὰς τοῦ Διός· ὅ ἐστιν· ἔγκυος ἦν. Vehementer errant qui hoc dicere his verbis Sophoclem putant, Danaen tum demum, cum iam gravida facta esset, a patre in domum illam aeratam inclusam esse. Immo secutus ille communem omnium famam Danaen detrusam in conclave sepulcrale ait, quamvis esset dilecta Iovi, a quo, cum ibi lateret, gravida facta sit. — De forma χρυσορύτους vide Matth. § 40.

V. 937. ἀλλ' .. δεινά] I. e. ἀλλ' ἁ μοιριδία δύνασίς ἐστι δεινά τις.

V. 938. ὄλβος pro ὄμβρος scripsit Erfurdtius. Idem contulit Bacchyl. fr. 36 p. 1238 ed. tert. Bgk. θνατοῖσι δ' οὐκ αὐθαίρετοι οὔτ' ὄλβος οὔτ' ἄκαμπτος Ἄρης οὔτε πάμφθερσις στάσις.

(ἀντιστροφὴ α΄.)

*ζεύχθη δ' ὀξύχολος παῖς ὁ Δρύαντος,*
*Ἠδωνῶν βασιλεύς, κερτομίοις ὀργαῖς,*
*ἐκ Διονύσου πετρώδει κατάφαρκτος ἐν δεσμῷ.*
*οὕτω τᾶς μανίας δεινὸν ἀποστάζει*
*ἀνθηρόν τε μένος· κεῖνος ἐπέγνω μανίαις*
*ψαύων τὸν θεὸν ἐν κερτομίοις γλώσσαις.*
*παύεσκε μὲν γὰρ ἐνθέους γυναῖκας εὔιόν τε πῦρ,*
*φιλαύλους τ' ἠρέθιζε Μούσας.*

V. 941—950. Alterum similis fati exemplum commemorat Lycurgi, regis Thracum, quem, quod Bacchum eiusque comites contempsisset et laesisset, antro inclusum esse tradit. Eadem de re exposuerunt Homerus Il. ζ 130—140, qui occaecatum eum a Iove propter illum contemptum Bacchi narrat, Apollod. III 5, 1. Diodor. III 65 et Hygin. fab. 132. Ceterum scholiasta ad hunc locum: *μὴ οὕτω αὐτὸ λάβωμεν, ὅτι καὶ ἡ Ἀντιγόνη ἀσεβὴς οὖσα πέπονθεν ὅπερ ὁ ἀσεβὴς Λυκοῦργος· ἀλλ' ἁπλῶς τῇ παραθέσει τῶν ὁμοίων δυστυχιῶν παραμυθεῖται τὴν κόρην*. Verbum *ζεύχθη* eadem ratione in initio enuntiati positum est ac si praecesserit *ἐζεύχθη (κατεζεύχθη) μέν*.

V. 941. *ὀξύχολος*] Ita Verg. Aen. III 13 sq. *terra procul vastis colitur Mavortia campis* (*Thraces arant*) *acri quondam regnata Lycurgo*.

V. 942. *Ἠδωνῶν*] Populi Thracii, ad Edonum montem et Strymonem fluvium incolentis. Vide Plin. H. N. IV 11 et Gierig. ad Ovid. Met. XI 69.

V. 942 sq. Schol.: *κερτομίοις ὀργαῖς· διὰ τὰς κερτομίους ὀργάς*. Erfurdtius 'propter procax ingenium'.

V. 944. *πετρώδει — ἐν δεσμῷ*] In antro montis Pangaei. Vide Apollod. III 5 *Ἠδωνοὶ δὲ — εἰς τὸ Παγγαῖον αὐτὸν ἀπαγαγόντες ὄρος ἔδησαν*.

V. 945 sq. *οὕτω — μένος*] Sententia generalis est sensusque hic: 'ita (i. e. istiusmodi poena) destillat insaniae calamitosus et vegetus cruor' i. e. 'ita vis insaniae inanis infringitur'. Insolentia enim comparatur cum tumore ulceris quod cum ad summum vigorem (*ἄνθος, ἀκμήν*) effloruit, rupti eius sanies destillat. Scholiasta: *ἀνθηρὸν δέ, τὸ ἀκμαῖον καὶ ἀνθοῦν ἐν κακοῖς*. Confert Musgravius Trach. 1000 *τόδ' ἀκήλητον μανίας ἄνθος καταδερχθῆναι*. Ibid. 1089 *ἤνθηκεν* (sc. *νόσος*), *ἐξώρμηκεν*. Sunt qui cum neglegant *ἀνθηρὸν* sententiae non modo aptum, sed etiam necessarium esse, id mutent. De nomine *μένος* denique cfr. Ai. 1412 *ἔτι γὰρ θερμαὶ σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν μένος*, Aesch. Ag. 1067 *αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος*.

V. 946 sq. *κεῖνος — γλώσσαις*] Recte scholiasta *ἐπέγνω τὸν θεὸν* coniunxit, cuius haec verba sunt: *τὸ ἑξῆς, κεῖνος ἐπέγνω τὸν θεὸν κερτομίοις γλώσσης μανίαις ψαύων*. Sensus est: ille cognovit deum, cum eum pro insania sua acerbis dictis laederet. HERM.

V. 948. Schol.: *ἐνθέους τὰς θεολήπτους Βάκχας. εὔιόν τε πῦρ· τὸ ὑπὸ τῶν Βακχῶν αἰρόμενον ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς δᾳδουχίαις*. Neuius confert Eur. Bacch. 238, 608, 791 *τελετὰς εὐίους, εὔιον βακχεύματος, εὐίων ὀρῶν*.

V. 950. De Musis Bacchi comitibus conferri Neuius iubet Creuzer. Symb. T. III p. 181.

(στροφὴ β′.)

*πὰρ δὲ Κυανέων σπιλάδων διδύμας ἁλὸς*
*ἀκταὶ Βοσπόριαι ἰδ' ὁ Θρῃκῶν ἄξενος*
*Σαλμυδησσός, ἵν' ἀγχίπτολις Ἄρης*

V. 951—968. **πὰρ δὲ — ἔσχον, ὦ παῖ**] Non dubium, mihi videtur, quin sensus hic sit: 'Ne Cleopatra quidem fato resistere potuit, quanquam e dis orta fuit, sed in carcerem conclusa est; cuius calamitatem deplorantes filii misere tabescebant, a noverca etiam occaecati'. Fecit enim poeta, quod saepe eum fecisse supra ad v. 155 sqq. monitum est, ut extremo loco poneret id, quod primarium fuit, praepositis iis, quae ad rem ipsam, de qua potissimum agitur, non necessario pertinebant. Nam quae Phinidis commemoravit exornandae orationis causa adiecta sunt. Fabula autem, quam tetigit, haec fere fuisse statuenda est: Phineus, rex Salmydessi Thracii, uxorem duxit Cleopatram, filiam Boreae et Orithyiae, ex qua duos genuit filios, Plexippum et Pandionem vulgo appellatos. Repudiata autem Cleopatra et in custodiam condita duxit Idaeam, filiam Dardani, regis Scytharum, quae privignos suos vim sibi inferre voluisse apud Phineum criminata perfecit, ut oculis illos privare per eum sibi liceret. Vide prae ceteris Diodorum Sic. IV c. 43. 44, qui pluribus de ista fabula exposuit. Paucis de ea egit Apollodorus III 15, 3, ex qua sua hausit scholiasta ad huius fab. v. 980, admiscens nonnulla, de quibus Sophocles non cogitavit.

V. 951 sqq. **πὰρ δὲ** hic et v. 960 **κὰδ δὲ** ex mea coniectura scripsi. Libri **παρὰ δὲ** et **κατὰ δέ**. Vide quae ad h. l. in conspectu metrorum huic fab. addito exposui. **Σπιλάδων** egregie restituit Wieselerus pro eis quae sunt in libris **πελαγίων πετρῶν**, in quibus **πετρῶν** ex interpretatione nominis **σπιλάδων** ortum esse videtur. Cfr. Hesych. **σπιλάδες· αἱ περιεχόμεναι τῇ θαλάσσῃ πέτραι.** Neque **ἁλὸς** certum est. Et attributum **διδύμας** et metrum requisiverit **πέτρας** pro **ἁλός**, ut cum **πετρῶν** in textum irrepsisset, **πέτρας** in **ἁλὸς** correctum esse putandum sit. Eur. Med. 432 **διδύμας ὁρίσασα Πόντου πέτρας.**

Ibid. **πὰρ δὲ — ἵν'**] 'Est locus — ubi'. Cfr. Trach. 237. 752. Eur. Hipp. 121. Hel. 179. Ovid. Met. I 568. II 195. III 155. 407. V 385. WEX. Itaque hoc dicit poeta: 'est apud Bosporum Thracium Salmydessus, ubi' etc.

Ibid. **πὰρ δὲ — ἁλός**] De **παρὰ** praepositione cum genetivo iuncta, pro quo dativum exspectaveris, cfr. 1123 et Matth. § 588 a. De Cyaneis petris sive Symplegadibus cfr. Eur. Med. 1263 **κυανεᾶν Συμπληγάδων πετρᾶν ἀξενωτάταν εἰσβολάν**, Mela II 7, 19 *contra Thracium Bosporum duae parvae (insulae), parvoque distantes spatio et aliquando creditae dictaeque concurrere, et Cyaneae vocantur et Symplegades.* Plura vide apud Schirlitz. Handb. der alten Geogr. p. 241 sq. Postremo **διδύμη ἅλς**, si sana est scriptura librorum, ostium Ponti Euxini vocatur momente scholiasta **διὰ τὸ διαχωρίζεσθαι ὑπ' αὐτῶν τὴν θάλασσαν.** Cfr. Eustathius ad Dionys. Perieg. 148 et ipse Dionys. 156 **ἐκ τοῦ δ' ἂν καὶ πόντον ἴδοις διθάλασσον ἐόντα.**

V. 952. **ὁ Θρῃκῶν — Σαλμυδησσός**] Schol. ad Apoll. Rh. II 177 **ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖται τὸν Φινέα περὶ τὸν Σαλμυδησσὸν κατοικῆσαι. Ὁ δὲ Σαλμυδησσὸς ἐπὶ τῆς Θρᾴκης ἐστὶ κατὰ τὰ ἀριστερὰ εἰσπλέοντι τὸν Πόντον.** Recte Cellarius Ge. Ant. T. I p. 1077 'Et urbis et sinus et litoris commune nomen fuit; urbe excisa litori et sinui nomen apud scriptores posterioris aevi mansit.' **Ἄξενος** ex Boeckhii coniectura addidi. Cfr. Aesch. Prom. 726 **τραχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος ἐχθρόξενος ναύταισι, μητρυιὰ νεῶν.**

V. 954. Schol.: **ἵν' ἀγχίπολις**

*διssοῖσι Φινεΐδαις εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος*
*ἀραχθὲν ἐξ ἀγρίας δάμαρτος*
*ἀλαὸν ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις*
*ἄτερθ' ἐγχέων ὑφ' αἱματηραῖς*
*χείρεσσι καὶ κερκίδων ἀκμαῖσιν·*

(*ἀντιστροφὴ β'.*)

*κὰδ δὲ τακόμενοι μέλεοι μελέαν πάθαν*
*κλαῖον, ματρὸς ἔχοντες ἀνύμφευτον γονάν·*
*ἃ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων* <*ἐξ*>

*Ἄρης· παρὰ γὰρ Θρᾳξὶ τιμᾶται ὁ Ἄρης, ὡς ὁ ποιητής* (Il. *ν* 301)· *τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον*. Cfr. ad v. 941. Mars autem vidisse dicitur illud scelus, quia ubicunque caedes fit et sanguis hominum hauritur, Martis habetur negotium. Cfr. Aesch. Sept. 244 *τούτῳ γὰρ Ἄρης βόσκεται φόνῳ βροτῶν*.

V. 955—957. *δισσοῖσι — κύκλοις*] Uterque dativus et *δισσ. Φινεΐδαις* et *ἀλαστ. ὀμμ. κύκλοις* aptus est e verbo *ἀραχθέν*. Cfr. Matth. § 389 h. Krueg. II § 48, 12, 4. — *Ἀραχθὲν* scripsi pro *τυφλωθέν*, de quo plura disputavi in Censura Aiac. ab Lobeck. ed. p. 64 sqq. Cfr. adnot. ad v. 958. De locutione *ἕλκος ἀράσσειν τινὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς* dixi ibidem. Additum adiectivum *ἀλαὸν* coniunctumque poetice cum substantivo *ἕλκος*, ita ut sensus sit, *ὥστε ἀλαοὺς sc. τοὺς ὀφθαλμοὺς γενέσθαι*.

V. 956. *ἐξ ἀγρίας δάμαρτος*] Non pugnare secum Sophocles iudicandus est, quo auctore Schol. Apoll. Rh. II 178 sqq. ab ipso patre propter novercam Phinidas oecaecatos tradit. Adde Diodor. IV 43. 44. Apollod. III 15, 3. Valck. Diatr. c. XIII p. 196. Recte enim Phineus oculis privasse filios suos dici poterat, cum occaecari eos a noverca passus esset.

V. 957. Schol.: *τοῖς ἄλαστα πεπονθόσιν, ἢ τοῖς δυστυχέσι κύκλοις τῶν ὀμμάτων*. De significatu adiectivi *ἀλάστορος* vide ad O. C. 788. Welckerus: '*ἀλάστορος* bedeutet hier ungefähr so viel als racheschreiend. In den blutigen Augen der unschuldigen Kinder verkündigen sich sofort Rachegeister; diese Wunden sind als Wahrzeichen der Rache eingegraben, welche der That bevorsteht.'

V. 958. *ἄτερθ' ἐγχέων* ex Hermanni coniectura scripsi. Libri *ἀραχθὲν ἐγχέων*. Putandum igitur, cum in v. 956 *τυφλωθὲν* ex interpretatione in textum venisset, *ἀραχθὲν* cessisse et locum vocabuli *ἄτερθ'* occupasse. Ei qui in illo versu *τυφλωθὲν* relinquunt, hic de Lachmanni coniectura *ἀραχθὲν ἐγχέων* mutant in *ἀραχθέντων*. — *ὑφ' αἱματηραῖς* etc.] Vide de hoc *ὑπὸ* praepositionis usu poetico Matth. § 395 not. Krueg. II § 68, 44 not.

V. 960 sq. Schol.: *ἀνύμφευτον γονάν· κακόνυμφον γονήν· ὅτι ἐπὶ κακῷ νυμφευθεῖσα δυστυχεῖς αὐτοὺς ἔτεκεν*. Hoc dicit poeta: 'et tabescentes miseri miseram sortem suam deplorabant, ex infausto matris conubio nati'. De locutione *γονὴν ἔχειν μητρὸς* vide O. C. 972 *ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρός, οὐ μητρὸς εἶχον, ἀλλ' ἀγέννητος τότ' ἦ*.

V. 962 sqq. Post *ἀρχαιογόνων* metri causa *ἐξ* quam *ἀπ'* addere malui et in v. proximo pro *ἄντασ'*, quod nisi artificiose interpretari non possis, scripsi *ἄρταο'*. Cfr. Eur. Med. 564 *ξυναρτήσας γένος*. Verbum *ἤρτησε* etiam schol. legisse videtur, cum habeat *κῆδος συνῆψε*. Atque illud ipsum, quod nunc demum hoc verbo restituto

ἄρτασ' Ἐρεχθεϊδᾶν, τηλεπόροις δ' ἐν ἄντροις
τράφη θυέλλαισιν ἐν πατρῴαις
Βορεὰς ἅμιππος ὀρθόποδος ὑπὲρ πάγου
θεῶν παῖς· ἀλλὰ κἀπ' ἐκείνᾳ
Μοῖραι μακραίωνες ἔσχον, ὦ παῖ.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Θήβης ἄνακτες, ἥκομεν κοινὴν ὁδὸν
δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε. τοῖς τυφλοῖσι γὰρ
αὕτη κέλευθος ἐκ προηγητοῦ πέλει.
ΚΡ. τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιὲ Τειρεσία, νέον;
ΤΕΙ. ἐγὼ διδάξω, καὶ σὺ τῷ μάντει πιθοῦ.
ΚΡ. οὔκουν πάρος γε σῆς ἀπεστάτουν φρενός.
ΤΕΙ. τοιγὰρ δι' ὀρθῆς τήνδ' ἐναυκλήρεις πόλιν.
ΚΡ. ἔχω πεπονθὼς μαρτυρεῖν ὀνήσιμα.

supplementum versus antecedentis inveniri potest, quod adhuc frustra quaesitum est, coniecturam nostram comprobaverit. Habet autem schol. haec: *Βορέας κῆδος συνῆψε τοῖς Ἀθηναίοις ἁρπάσας Ὠρείθυιαν τὴν Ἐρεχθέως, ἐξ ἧς ἔσχε Ζήτην καὶ Κάλαϊν* (*πτερωτοὺς* addit Apollod. III 15) *καὶ Κλεοπάτραν*. Cetera quae addit scholiasta narravi ad 951—968. Illud adicio, ab Ilisso fluvio vel, ut alii tradunt, ex proximis petris abreptam dici Orithyiam. Vide qui pluribus de fabula illa disputavit Platon. Phaedr. p. 229.

V. 966. Schol.: *ἅμιππος· ταχεῖα, ἴσον ἵππῳ δυναμένη τρέχειν. πάγου· ὑψηλοῦ ὄρους καὶ ἀκρωρείας.* De *Βορεάς*, 'filia Boreae', vide Matth. § 101.

V. 967. *θεῶν παῖς*] 'Deorum progenies'. Nam et Boreas pro deo habebatur et Erechtheus, Orithyiae pater, inter deos relatus putabatur. Cic. de N. D. III 19, 50 *Erechtheus Athenis filiaeque eius in numero deorum sunt.*

Ibid. Intellegendam eam Cleopatrae calamitatem esse, quod repudiata a Phineo et in carcerem coniecta fuerit, iam supra monui.

V. 968. Schol.: *μακραίωνες· ἀθάνατοι καὶ πολυχρόνιοι. Ἔσχον δὲ ἐπέσχον, ἐπετέθησαν, ἐπεβάρησαν.* De locutione *ἐπί τινι* vide Passov. Lex. v. *ἔχω* B. 2. b.

V. 969. Schol.: *Θήβης ἄνακτες· καὶ νῦν ἄνακτάς φησι τοὺς ἀπὸ τοῦ χοροῦ ἐντίμους.* Vide ad 927.

V. 971. *ἐκ προηγητοῦ*] Haec verba per *ἐπεξήγησιν* addita praegressum *αὕτη* explicant. ERF.

V. 974. Schol.: *οὔκουν πάρος γε· οἷον οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τῆς σῆς κατωλιγώρουν μαντείας.*

V. 975. *δι' ὀρθῆς*] Cfr. Matth. § 580 g. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 43. Krueg. I § 43, 3, 3. Supplere solent *ὁδοῦ*. Videtur potius ex verbo *ναυκληρεῖν* supplendum esse *ναυκληρίας*. Cfr. Aesch. Ag. 219 *φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τροπαίαν* scil. *πνοήν*, alia id genus. *Τήνδ' ἐναυκλήρεις* pro *τήνδε ναυκληρεῖς* scripsit Valcken. ad Eur. Phoen. p. 321.

V. 976. *ἔχω — ὀνήσιμα*] Referendum hoc ad servatam urbem, postquam filius Creontis, quem Megareum Sophocles, alii Menoeceum vocant, se pro patria devoverat. Eo spectant etiam quae infra v. 1162 dicuntur. HERM. Cfr. praeterea v. 1058. Eur. Phoen. 913 sqq. Verba coniunge hunc in modum: *πεπονθὼς ὀνήσιμα, μαρτυρεῖν ἔχω* (*πεπονθέναι ὀνήσιμα*).

ΤΕΙ. φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.
ΚΡ. τί δ' ἔστιν; ὡς ἐγὼ τὸ σὸν φρίσσω στόμα.
ΤΕΙ. γνώσει τέχνης σημεῖα τῆς ἐμῆς κλύων.
ἐς γὰρ παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον
ἵζων, ἵν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμήν,
ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων, κακῷ
κλάζοντας οἴστρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ,
καὶ σπῶντας ἐν χηλαῖσιν ἀλλήλους φοναῖς
ἔγνων· πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν.
εὐθὺς δὲ δείσας ἐμπύρων ἐγευόμην
βωμοῖσι παμφλέκτοισιν· ἐκ δὲ θυμάτων

V. 977. **βεβὼς ἐπὶ ξυροῦ τύχης**] Locutio est proverbialis, de qua vide Passov. Lex. v. **ξυρόν**, 'in summo discrimine versari' significans. Nam **βεβὼς** idem est atque **ὤν**. Vide ad v. 67.

V. 980. **θᾶκον ὀρνιθοσκόπον**] Uno verbo **οἰωνοσκοπεῖον**. Pausan. IX 16, 1 **Θηβαίοις ἐστὶν οἰωνοσκοπεῖον Τειρεσίου καλούμενον.**

V. 981. Schol.: **λιμήν· ὅρμος καὶ ἕδρα, ὅπου πάντα τὰ ὄρνεα προσέρχονται.** 'Receptaculum'. Sic Aesch. Pers. 250, ubi vide Schuetz. Eur. Or. 1077. ERF. Acute Boeckhius suspicatur fortasse 'templi' significationem habere.

V. 983. **κλάζοντας**] Exspectaveris **κλαζόντων**. Sed vide Matth. § 434, 2 b not. Krueg. I § 58, 4.

Ibid. Schol.: **βεβαρβαρωμένῳ· ἑρμηνευθῆναι μὴ δυναμένῳ, ἀλλὰ ἀσαφεῖ.** Cum autem haec significatio nomini **οἴστρῳ** parum commode conveniat, scribendum videtur vel de Useneri coniectura **βεβαρβαρωμένα** vel potius **βεβαρβαρωμένως**.

V. 984. Schol.: **φοναῖς· ταῖς αἱματικαῖς.** Nemo nunc nescit substantivum esse **φοναῖς** occisionemque significare. Attende autem ad locutionem insolentiorem **χηλαῖς** (nam **ἐν χηλαῖς** pro simplici dativo instrumenti est) **σπῶντας ἀλλήλους φοναῖς**, in qua **φοναῖς σπῶντας**, 'occisione lacerantes', sic accipe: 'lacerantes ita, ut se occiderent'. Vide ad O. C. 1318 sq.

V. 985. **πτερῶν — ἦν**] Addit hoc explicaturus, quomodo illud, quod nonnisi oculis cerni poterat, ipse caecus animadverterit. WEX.

V. 986. Schol.: **ἐμπύρων ἐγευόμην· ἀντὶ τοῦ ἀπεπειρώμην τῆς διὰ πυρὸς μαντείας.** Sic alibi **γεύεσθαι** valet 'experiri, periculum facere'. Confert Brunckius Trach. 1101. Eur. Hipp. 663 **τῆς σῆς δὲ τόλμης εἴσομαι γεγευμένος** et quae ad Arist. Ran. 462 adnotata sunt.

V. 987. **παμφλέκτοισιν**] Apte comparat Neuius El. 1139 **παμφλέκτου πυρός** et 105 **παμφεγγεῖς ἄστρων ῥιπάς**. Significantur hic arae 'ab omni parte incensae'.

V. 987 sq. **ἐκ δὲ — οὐκ ἔλαμπεν**] In ignispiciis flammam potissimum spectabant, quomodo se per auras explicaret. Bonum omen portendebat apex flammae, si clarus et nitidus erat; malum contra si in fumum et nigredinem desinebat. Senec. Oed. 309 quaerit Tiresias: *utrumne clarus ignis et nitidus stetit, rectusque purum verticem caelo tulit et summam in auras fusus explicuit comam? an latera circum serpit incertus viae et fluctuante turbidus fumo labat?* Valer. Flacc. VIII 247 *non se pingues tum candida flamma per auras explicuit.* Contra laetus Idmon apud Apoll. Rhod. I 437 spectat **σέλας πάντοσε λαμπόμενον θυέων ἄπο.** Valer. Flacc. I 205 *protulit ut crimen densis luctatus in extis ignis et adscendit salientia*

Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν, ἀλλ' ἐπὶ σποδῷ
μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο
κἄτυφε κἀνέπτυε· καὶ μετάρσιοι
χολαὶ διεσπείροντο, καὶ καταρρυεῖς
μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.
τοιαῦτα παιδὸς τοῦδ' ἐμάνθανον πάρα
φθίνοντ' ἀσήμων ὀργίων μαντεύματα.

*viscera tauri.* Haec et alia protulit Valck. ad Eur. Phoen. 1261. Adde Musgr. ad eand. fab. 1291.

V. 988 sq. ἀλλ' ἐπὶ σποδῷ — ἐτήκετο] Κηκὶς μηρίων est id quod τὰ μηρία igni admota exsudabant sive quod ex illis μηρίοις igni admotis bulliebat. Quod cum flammam concipere deberet, si sacrificia faustum omen portendissent, ardensque ossa comprehendere, potius liquescens (μυδῶσα) in cinere absumebatur, ita ut ossa non concremarentur, quod in sacrificiis faustis fieri debebat, sed liquefacto consumptoque adipe denudata iacerent. Significantur autem hic nomine μηρίον ossa femorum, quae ad sacrificandum exsecabantur, adipe involuta, quibus fel superimpositum fuit. Vide qui pluribus de ossium sacrificatione egit Voss. Epist. Mythol. T. II p. 354—377 ed. sec. et qui secutus eum est Passov. Lex. Gr. v. μηρίον. Nonnullis in rebus ab eo dissensit Schneider. Lex. Gr. sub eadem voce. Conferatur etiam Nitzsch. ad Hom. Odyss. III, 456.

V. 990. Schol.: κἄτυφε· καὶ ἔτυφε. τύφειν ἐστὶ τὸ ἠρέμα ὑποσμύχειν. Ἀνέπτυε δέ, ἀνέβαλλε τὰ μηρία ἐκ τοῦ λίπους. Falsa verbi ἀνέπτυε interpretatio est. Hoc dicit, bullivisse adipem et cum crepitu ferventem particulas eiecisse. HERM.

V. 990 sq. καὶ — διεσπείροντο] Non igne consumptum fel, quod fieri in faustis sacrificiis oportebat, sed aestu diruptum est ac dispersum. Nam fel etiam, superimpositum τοῖς μηρίοις, qualia modo descripsi, cremari solitum esse, exemplis nonnullis ostendit Vossius l. l. p. 370 sq.

V. 991 sq. καὶ — πιμελῆς] Μηροὶ non 'femora' hic sunt, sed 'ossa femorum', ad sacrificandum exsecta, vulgo μηρία sive μῆρα dicta. Sic etiam Pausanias I, 24, 2 θύσας δὲ αὐτὸν (sc. ὁ Φρίξος τὸν κριὸν) τοὺς μηροὺς κατὰ νόμον ἐκτεμὼν τῶν Ἑλλήνων ἐς αὐτοὺς καιομένους ὁρᾷ. Adiectivum καλυπτῆς etsi cum aliis Matth. § 220, 2 active dictum putat, tamen recte Boeckhius retinere significatum passivum monet, ut sit πιμελὴ καλυπτὴ 'adeps circumdatus'. Dicunt enim Graeci non solum καλύπτειν τινά, sed etiam καλύπτειν τί τινι, 'circumdare aliquid alicui'. De nomine καταρρυεῖς monuit Boeckhius: „Die μηροὶ heissen nicht καταρρυεῖς, weil sie herabgegossen waren aus dem Haufen, sondern weil die Fettumwickelung von ihnen herabgeflossen ist.“ Addit omnia, de quibus aut in quibus aut ex quibus quid fluat, vetere loquendi genere ipsa dici fluere, velut *culter manat cruore, plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo* Ter. Eun. I 2, 25. Genetivus πιμελῆς aptus est ex verbo ἐξέκειντο.

V. 993 sq. τοιαῦτα — μαντεύματα] Hoc dicit: τοιαῦτα ὁ παῖς ἔλεγε τὰ τῶν ἐμπύρων μαντεύματα εἶναι, δηλονότι φθίνειν ἀσήμων τῶν ἐμπύρων ὄντων. Ὄργια de sacrificiis dicta sunt etiam Trach. 765. Aesch. Spt. c. Th. 180 φιλοθύτων ὀργίων. Ceterum, cum ἄσημα τὰ ἔμπυρά ἐστι non significet 'incerta' vel 'obscura', sed 'infausta' fuisse ignispicia, cuiusmodi habita a Tiresia esse cum ex toto loco, tum e v. 996 sqq. apparet, quivis sua sponte intelleget locutionem τὰ

ἐμοὶ γὰρ οὗτος ἡγεμών, ἄλλοις δ' ἐγώ.
καὶ ταῦτα τῆς σῆς ἐκ φρενὸς νοσεῖ πόλις.
βωμοὶ γὰρ ἡμῖν ἐσχάραι τε παντελεῖς
πλήρεις ὑπ' οἰωνῶν τε καὶ κυνῶν βορᾶς
τοῦ δυσμόρου πεπτῶτος Οἰδίπου γόνου.
κᾆτ' οὐ δέχονται θυστάδας λιτὰς ἔτι
θεοὶ παρ' ἡμῶν, οὐδὲ μηρίων φλόγα,
οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἀπορροιβδεῖ βοάς,
ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος.
ταῦτ' οὖν, τέκνον, φρόνησον. ἀνθρώποισι γὰρ
τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν·
ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ, κεῖνος οὐκ ἔτ' ἔστ' ἀνὴρ
ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν
πεσὼν ἀκῆται μηδ' ἀκίνητος πέλῃ.

*μαντεύματα φθίνει*, quae mihi quidem ex ipsa sacrorum ratione deprompta videtur, in quibus quod emicare et apparere debebat, flammam dico, evanuerit, non ita accipiendam esse, ut nihil divinationis capi e sacris potuerit, sed sic, ut malum omen vaticinata sint sacra. Cum hac locutione *φθίνει τὰ μαντεύματα* comparanda sollemnis significatio infaustorum sacrorum *ἱερὰ οὐ γίγνεται*, quam habes Xenoph. Anab. VI 4, 13 sqq. aliis locis. Atque v. 1002 ipso verbo *ἀπορροιβδεῖν* indicantur *βοαὶ οὐκ εὔσημοι* sive *βοαὶ ἄσημοι*, quia strepentium avium voces certae i. e. faustae non dignoscuntur.

V. 996. *ταῦτα — νοσεῖ*] Id est *ταύτην τὴν νόσον νοσεῖ*. Vid. ad O. R. 264 sq.

V. 997. Schol.: *ἐσχάραι· αἱ ἑστίαι. παντελεῖς· αἱ τὰ τέλεια τῶν ἱερείων δεχόμεναι· ἢ ὅλαι· ἢ δι' ὧν πάντα τελειοῦται.* Erfurdtius cum Brunckio vertit *παντελεῖς* 'omnes'; rectius tribuit Musgravius nomini vim 'sanctissimae', ducto a v. *τέλη* i. e. 'caerimoniae'. Sic infra v. 1163 *παντελὴς* in *παντελῆ μοναρχία* significat 'summam imperii' atque ducitur ab ea vocabuli *τέλος* vi quae ex locutione *οἱ ἐν τέλει* cognoscitur. De duplici nomine *τελος* cfr. G. Curtii Etymol. p. 220 ed. quart.

V. 998. Schol.: *πλήρεις ὑπ' οἰωνῶν τε καὶ κυνῶν βορᾶς· ἀντὶ τοῦ οἱ κύνες καὶ οἱ ὄρνιθες διασπάσαντες τὸ τοῦ Πολυνείκους σῶμα ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἐκόμισαν, καὶ οὕτως ἐμόλυναν ἅπαντας.*

V. 1000. Schol.: *θυστάδας λιτάς· τὰς διὰ θυσιῶν γινομένας λιτάς.* Adscripsit Musgravius Aesch. Spt. c. Th. 269 *θυστάδος βοῆς.*

V. 1002. *ὄρνις*] Correpta syllaba ultima etiam El. 149; de locutione *ἀπορροιβδεῖν βοὰς* vide Censuram nostram Aiac. ab Lobeck. edit. p. 59 sqq.

V. 1003. *ἀνδροφθόρου* etc.] *Αἵματος ἀνδρ.* idem est atque *αἵματος ἀνδρὸς φθαρέντος*. Cfr. Eur. fr. 268 *σκῦλα βροτοφθόρα*, Herc. 1201 *αἷμα παιδοφόνον*, Iph. A. 384 *βροτοκτόνοι θυσίαι*, Or. 1649 *αἵματος μητροκτόνου*, Cycl. 127 *βορᾷ ἀνθρωποκτόνῳ*, Matth. § 446 not. 3 c. Schol.: *βεβρῶτες· ἀπὸ τοῦ ἑνικοῦ ἐπὶ τὸ πληθυντικὸν μετέβη.* Cfr. Krueg. I § 58, 4, 1.

V. 1006. *ἐπεὶ — ἁμάρτῃ*] De coniunctivo ex *ἐπεὶ* apto cfr. Krueg. I § 54, 17, 3.

V. 1007. *ἄνολβος*] 'Infelix, miser.' Sic 1265. Ai. 1156.

V. 1008. *ἀκῆται* ipse scripsi.

αὐθαδία τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει.
ἀλλ' εἶκε τῷ θανόντι, μηδ' ὀλωλότα
κέντει. τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν;
εὖ σοι φρονήσας εὖ λέγω· τὸ μανθάνειν δ'
ἥδιστον εὖ λέγοντος, εἰ κέρδος λέγοι.
ΚΡ. ὦ πρέσβυ, πάντες, ὥστε τοξόται σκοποῦ,
τοξεύετ' ἀνδρὸς τοῦδε, κοὐδὲ μαντικῆς
ἄπρακτος ὑμὶν εἰμι, τῶν δ' ὑπαὶ γένους
ἐξημπόλημαι κἀμπεφόρτισμαι πάλαι.
κερδαίνετ', ἐμπολᾶτε τἀπὸ Σάρδεων
ἤλεκτρον, εἰ βούλεσθε, καὶ τὸν Ἰνδικὸν

Libri ἀκεῖται. Tum restitui quod in plerisque codd. exstat πέλῃ, pro quo recentiores editores omnes πέλει scripserunt. At fert ita consuetudo Graecorum, ut in membris relativis sententiarum generalium coniunctivo utantur.

V. 1010. Quid sibi velit εἶκε τῷ θανόντι, vix perspici potest. Scribendum εἶκε νουθετοῦντι. Nauckius τῷ φρενοῦντι, Heimsoethius τῷ δέοντι coniecit, quorum illud minus probabile, hoc minus aptum est.

V. 1011. Schol.: τίς ἀλκή· καὶ Ὅμηρος (Il. ω 54)· κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων. Ubi scholiasta: ἀντὶ τοῦ ἀναίσθητον σῶμα ὑβρίζει. Vide ad Philoct. 946 et Dorvill. ad Charit. p. 252. De locutione τίς ἀλκὴ — ἐπικτανεῖν confer 753.

V. 1012. τὸ μανθάνειν δ'] De apostropho in fine trimetri vide Herm. Elem. D. M. p. 36. Praeterea cfr. v. 723.

V. 1013. λέγοι ex La restitui. De optativo cfr. supra ad v. 660 ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε. De locutione κέρδος λέγειν vide huius fab. 1326 κέρδη παραινεῖς.

V. 1015. Schol.: ἀνδρὸς τοῦδε· ἀντὶ τοῦ ἐμοῦ.

V.1015 sq. κοὐδὲ — εἰμι] Poeta, quod proprie diceretur κοὐδὲ μαντικὴ ἄπρακτος ὑμὶν ἐστι κατ' ἐμοῦ, invertit dixitque: 'et ne a vaticiniis quidem intentatus vobis sum'. HERM. De locutione ἄπρακτος μαντικῆς cfr. ad v. 838 φίλων ἄκλαυτος.

V.1016. τῶν δ' — πάλαι] Explicant nonnulli editores: ὑπὸ δὲ τῶν γένους, ita ut οἱ γένους valeat οἱ ἐγγενεῖς, coll. v. 289. At hoc a ratione grammatica laborat. Referendum potius τῶν δὲ ad nomen quod ex μαντικῆς sumitur, quasi praecesserint verba κοὐδ' ἐκ μάντεων ἄπρακτος ὑμῖν εἰμι. Cfr. infra v. 1137 τὰν post Θηβαΐας. Forma ὑπαί epica invenitur apud Sophoclem etiam El. 711 et restituta est a Brunckio ib. 1419. De usu nominis γένος cfr. v. 1055 τὸ μαντικὸν γένος.

V. 1017. Scholiasta qui habet: πεπραγμάτευμαι, προδέδομαι, φόρτος γεγένημαι. 'ἐποιήσαντό με φόρτον.' Καλλίμαχος legit κἀμπεφόρτισμαι, quod ex La reduxi. Ceteri libri κἀκπεφόρτισμαι, ut in La manus antiquior literae μ superscripsit κ. Verbis ἐξεμπολᾶσθαι, ἐμφορτίζεσθαι coniunctis depingitur sententia 'venalem me habent'. Cfr. Philoct. 978 πέπραμαι κἀπόλωλα.

V. 1018 sq. Ex scriptura cod. La τα (ὸν m. pr. superscripsit) προσάρδεων Blaydesius et Nauckius restituerunt τἀπὸ Σάρδεων. Ceteri libri et Eustathius habent τὸν πρὸς Σάρδεων. Sophoclis aetate videtur τὸ ἤλεκτρον, non ὁ ἤλεκτρος dici solitum esse. Schol.: τὸ — ἤλεκτρον· Σάρδις, πόλις Λυδίας, παρακειμένη τῷ χρυσοφόρῳ Πακτωλῷ. Eustathius ad Odyss. p. 1483, 27 (p. 150, 18) Σοφοκλῆς μέντοι ἐτόλμησε καὶ αὐτὸν τὸν χρυσὸν ἤλεκτρον εἰ-

χρυσόν· τάφῳ δ' ἐκεῖνον οὐχὶ κρύψετε,
οὐδ' εἰ θέλουσ' οἱ Ζηνὸς αἰετοὶ βορὰν
φέρειν νιν ἁρπάζοντες ἐς Διὸς θρόνους,
οὐδ' ὣς μίασμα τοῦτο μὴ τρέσας ἐγὼ
θάπτειν παρήσω κεῖνον. εὖ γὰρ οἶδ', ὅτι
θεοὺς μιαίνειν οὔτις ἀνθρώπων σθένει.
πίπτουσι δ', ὦ γεραιὲ Τειρεσία, βροτῶν
χοἱ πολλὰ δεινοὶ πτώματ' αἴσχρ', ὅταν λόγους
αἰσχροὺς καλῶς λέγωσι τοῦ κέρδους χάριν.
*ΤΕΙ.* φεῦ·
ἆρ' οἶδεν ἀνθρώπων τις, ἆρα φράζεται,
*ΚΡ.* τί χρῆμα; ποῖον τοῦτο πάγκοινον λέγεις;
*ΤΕΙ.* ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία;
*ΚΡ.* ὅσῳπερ, οἶμαι, μὴ φρονεῖν πλείστη βλάβη.
*ΤΕΙ.* ταύτης σὺ μέντοι τῆς νόσου πλήρης ἔφυς.
*ΚΡ.* οὐ βούλομαι τὸν μάντιν ἀντειπεῖν κακῶς.
*ΤΕΙ.* καὶ μὴν λέγεις, ψευδῆ με θεσπίζειν λέγων.
*ΚΡ.* τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος.
*ΤΕΙ.* τὸ δ' ἐκ τυράννων αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ.

*πεῖν ἐν τῷ· κερδαίνετ' — ἤλεκτρον.* Plinius de auro agens H. N. 33, 23 *ubicunque quinta argenti portio est, electrum vocatur.* Vide Buttm. Mythol. T. II p. 387 sqq.

V. 1022. Cum post *οἱ Ζηνὸς* satis molestum sit *ἐς Διός*, videntur quae commutari solent *Δῖος*, *Διός* commutata eorumque verborum quae in Sophocleae aetatis literatura scribebantur *ΔΙΟΣ* non id quod poeta voluerat *Δίους* positum esse.

V. 1023. *οὐδ' ὣς* etc.] Recte Neuius coniungendas esse monuit particulas *οὐδ' ὣς μή*. De particulis *οὐ μὴ* cum coniunctivo aor. coniunctis cfr. ad O. C. 408, Krueg. I § 53, 7, 6. Minus commodus est usus indicativi fut. apud Atticos poetas, defenditur tamen quodam modo his locis non omnino certis El. 1052, Aristoph. Ran. 508 (Soph. O. C. 177, Phil. 611, Eur. Phoen. 1590). Hoc loco coniecit Blaydesius *παρῶ τῳ* pro *παρήσω*. Possis scribere *οὐδ' ὣς, μίασμα μὴ τόδ' ᾖ τρέσας, ἐγὼ κτἑ.*

V. 1027. *οἱ πολλὰ δεινοί*] Simillime Philoct. 254 *ὦ πόλλ' ἐγὼ μοχθηρός*, ad quem locum vide quae adnotavimus.

V. 1027 sq. *ὅταν — χάριν*] De sententia confer O. C. 774 *σκληρὰ μαλθακῶς λέγων.* Eur. Hippol. 505 *τἀσχρὰ δ' ἢν λέγῃς καλῶς.*

V. 1030. Schol.: *ποῖον τοῦτο πάγκοινον· τῷ βίῳ κοινόν, ἐπεὶ εἶπεν 'ἆρ' οἶδεν ἀνθρώπων τις', καὶ καθόλου ἔλαβε, πᾶσι κοινὸν καὶ φανερόν.* Hoc rectius illo. Pertinet enim *πάγκοινον* ad universe dictum *ἀνθρώπων τις*.

V. 1034. *τὸν μάντιν*] I. e. 'eum, qui vates est'. Cfr. Krueg. I § 50, 3.

V. 1036. *τὸ μαντικὸν — γένος*] Eurip. Iph. A. 520 *τὸ μαντικὸν πᾶν σπέρμα φιλότιμον κακόν.* Plurimos homines tum arte vaticinandi quaestum fecisse, multis testimoniis cognitum habemus. Cfr. Aristoph. Av. 959—991. Pac. 1045 sqq. Plato de Rep. p. 364 B. C. Isocrat. Aeginet. §. 5. 6. 7.

V. 1037. *τὸ δ' ἐκ τυράννων*] I. e. *οἱ τύραννοι.* Vide ad 193. De sententia adscripsit Neuius Ai. 1350 *τόν τοι τύραννον εὐσεβεῖν*

*ΚΡ.* ἆρ᾽ οἶσθα ταγοὺς ὄντας ἂν λέγῃς λέγων;
*ΤΕΙ.* οἶδ᾽· ἐξ ἐμοῦ γὰρ τήνδ᾽ ἔχεις σώσας πόλιν.
*ΚΡ.* σοφὸς σὺ μάντις, ἀλλὰ τἀδικεῖν φιλῶν.
*ΤΕΙ.* ὄρσεις με τἀκίνητα διὰ φρενῶν φράσαι.
*ΚΡ.* κίνει, μόνον δὲ μὴ ᾽πὶ κέρδεσιν λέγων.
*ΤΕΙ.* οὕτω γὰρ ἤδη καὶ δοκῶ τὸ σὸν μέρος.
*ΚΡ.* ὡς μὴ ᾽μπολήσων ἴσθι τὴν ἐμὴν φρένα.
*ΤΕΙ.* ἀλλ᾽ εὖ γέ τοι κάτισθι μὴ πολλοὺς ἔτι
τροχοὺς ἁμιλλητῆρας ἡλίου τελῶν,
ἐν οἷσι τῶν σῶν αὐτὸς ἐκ σπλάγχνων ἕνα
νέκυν νεκρῶν ἀμοιβὸν ἀντιδοὺς ἔσει·

**οὐ ῥᾴδιον**, addens: pervulgatum est dictum **ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ.**

V. 1038. **ταγοὺς — λέγων**] De duplici accusativo vide Krueg. I § 46, 12; de plurali ad huius fab. v. 10.

V. 1039. **ἐξ ἐμοῦ — πόλιν**] 'Mea enim opera salvam hanc urbem tenes.' Cfr. 994 sq. 1162.

V. 1041. **τἀκίνητα**] Cfr. O. C. 624 **οὐ γὰρ αὐδᾶν ἡδὺ τἀκίνητ᾽ ἔπη.** 1526 **ἃ δ᾽ ἐξάγιστα, μηδὲ κινεῖται λόγῳ.** Scholiasta: **τὰ ἄρρητά με δημοσιεύειν ἀνακινεῖς.**

V. 1043. **οὕτω — μέρος**] Schol.: **οὕτω νομίζεις, ὅτι ἐπὶ κέρδεσι λέγω;** Sed hoc solum ex Creonte non poterat quaerere Tiresias, qui dudum sciret se videri illi sui lucri causa loqui. Ex Boeckhii sententia Tiresias dicit: 'eone consilio iam tibi videor loqui, a te ut lucri quid auferam?' i. e. 'a te profecto nihil lucri exspecto; statim enim intelleges minime me gratiam tuam sectari'; ex Schneidewini interpretatione haec: 'Sane iam mihi videor nihil quod ad te attinet lucri facturus esse' i. e. 'a te nullam gratiam inibo aperiendo ea quae in animo clausa habeo'. At verbis **τὸ σὸν μέρος** invidiose vertitur **τὸ μὴ ἐπὶ κέρδεσιν λέγειν** ita ad regem, quasi dicat: **καὶ δὴ δοκῶ οὐκ ἐπὶ κέρδεσιν λέξειν, σοῖς δὲ (οὐκ ἐμοῖς).** Respondet igitur vates: 'iam mihi videor hoc facturus quod flagitas **μὴ ἐπὶ κέρδεσιν λέγειν**, ita tamen ut non mea, sed tua **κέρδη** intellegantur. Nam ad lucrum (tuum) oratio mea non attinebit'. De verbis **τὸ σὸν μέρος** cfr. Trachin. 1215 **κοὐ καμεῖ τοὐμὸν μέρος.**

V. 1044. **ὡς** positum est ut **γάρ** in responsione. Dicit Creon: 'Bene ad meum lucrum non spectabis, cum animum meum tibi venalem non habeam.'

V. 1045 sq. **μὴ πολλοὺς — τελῶν**] **Τροχοὶ ἁμιλλητῆρες ἡλίου**, 'certantes rotae solis', idem est atque **ἁμίλλας τροχῶν ἡλίου**, 'certamina cursus solis', id est 'curricula cursus solis'. Cfr. Aesch. Prom. 129 **πτερύγων θοαῖς ἁμίλλαις.** Curriculo autem solis patet iter illud significari, quod sol conficiat a carceribus ad metam usque currens, i. e. unius diei spatium. Recte autem sic licuit vati dicere, quamvis sciret intra brevissimum tempus ea quae praedicit mala eventura esse. **Τελῶν** participium futuri esse vix opus est moneri.

V. 1047. **ἐν οἷσι**] Locutio haec, **μὴ πολλοὺς — τελῶν, ἐν οἷσι** etc., apta est orationi concitatiori et graviori, hoc significans: 'post brevissimum tempus'. Simillime O. C. 617 sq. dictum: **μυρίας ὁ μυρίος χρόνος τεκνοῦται νύκτας ἡμέρας τ᾽ ἰών, ἐν αἷς** etc. Electr. 1365 sq.

V. 1048. **ἀντιδοὺς ἔσει**] Sic O. R. 1146 **οὐ σιωπήσας ἔσει.** Vide ad O. R. 957.

ἀνθ᾽ ὧν ἔχεις μὲν τῶν ἄνω βαλὼν κάτω
ψυχήν τ᾽ ἀτίμως ἐν τάφῳ κατῴκισας,
ἔχεις δὲ τῶν κάτωθεν ἐνθάδ᾽ αὖ θεῶν
ἄμοιρον, ἀκτέριστον, ἀνόσιον νέκυν.
ὧν οὔτε σοὶ μέτεστιν οὔτε τοῖς ἄνω
θεοῖσιν, ἀλλ᾽ ἐκ σοῦ βιάζονται τάδε.
τούτων σε λωβητῆρες ὑστεροφθόροι
λοχῶσιν Ἅιδου καὶ θεῶν Ἐρινύες
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοῖσδε ληφθῆναι κακοῖς.
καὶ ταῦτ᾽ ἄθρησον εἰ κατηργυρωμένος
λέγω. φανεῖ γὰρ οὐ μακροῦ χρόνου τριβὴ
ἀνδρῶν, γυναικῶν σοῖς δόμοις κωκύματα.

V. 1049 sq. Schol.: ἔχεις βαλών· ἀντὶ τοῦ ἔβαλες. ψυχήν· τὴν τῆς Ἀντιγόνης. Gen. τῶν ἄνω partitivus est. Erfurdtius confert Aesch. Ag. 1023 τῶν φθιμένων ἀνάγειν, Eur. Iph. T. 1208 σῶν τέ μοι σύμπεμπ᾽ ὀπαδῶν, alia. Pro κατοικίσας ad ἔχεις referendo in enuntiato quod explicationi inservit consentanee κατῴκισας positum est neque opus ex aliquo libro concinnitatis causa κατοικίσας recipi vel de Bothii coniectura scribi ψυχὴν ἀτίμως ἐν τάφῳ κατοικίσας. Denique ἀνθ᾽ ὧν esse idem fere atque διότι notum est.

V. 1051 sq. ἔχεις δὲ — νέκυν] Constructio est: ἔχεις δὲ ἐνθάδε αὖ νέκυν ἄμοιρον τῶν κάτωθεν θεῶν, 'habes autem hic contra mortuum communione cum inferis probibitum'. De locutione οἱ κάτωθεν θεοὶ vide ad v. 519.

V. 1052. Schol.: ἀνόσιον· μὴ τυχόντα τῶν ὁσίων νῦν. Eustathius p. 29, 37 (p. 22, 41) ἀνόσιος πάλαι ποτὲ ἐδήλου τὸν ἄταφον.

V. 1053 sq. Schol.: μέτεστιν· ἐξουσία δέδοται· λέγει δὲ τῶν νεκρῶν, ἐκ σοῦ δὲ βιάζονται καὶ οἱ ἄνω θεοὶ ἔχειν αὐτὸν ἄνω ἄταφον. Certissimum est ὧν genus esse neutrum, quippe ad quod ipsum referendum sit, quod infeferius positum τάδε pronomen. Sensus ergo hic est: 'eius rei ius sive potestas (ut Polynices insepultus iaceat) neque tibi est neque dis superis, sed a te coguntur (di superi), ut in dicione sua retineant corpus Polynicis'. De locutione τάδε βιάζομαι vide ad v. 66, de μέτεστί μοί τινος ad v. 48.

V. 1055. Gen. τούτων aptus est a nomine λωβητῆρες ita ut τούτων λωβητῆρες sensum habeat 'horum vindices'. Schol.: ὑστεροφθόροι· αἱ ὕστερον μέλλουσαι βλάψαι· καὶ τὸ λοχῶσι γὰρ τὴν οὐ παραχρῆμα, ἀλλὰ τὴν ἐς ὕστερον ἀφορμητὶ τιμωρίαν δηλοῖ. τὸ ἀρσενικὸν δὲ ἀντὶ τοῦ θηλυκοῦ ἔταξεν, ὡς καὶ τὸ 'σωτῆρι τύχῃ' (O. R. 81). Erfurdtius adscripsit Aesch. Ag. 58 ὑστερόποινον Ἐρινύν. Confer 1103 sq.

V. 1056. Ἅιδου — Ἐρινύες] Intellegendas esse inferorum et superorum deorum vindices Hermannus monuit.

Ibid. Schol.: κατηργυρωμένος. ἀργύρῳ πεισθείς. Confert Boeckhius Pind. Pyth. XI 42 φωνὰν ὑπάργυρον.

V. 1057. Cfr. Aesch. Cho. 557 ὡς ἂν δόλῳ κτείναντες .. δόλῳ .. ληφθῶσιν ἐν ταὐτῷ βρόχῳ θανόντες. De infin. ληφθῆναι vide supra ad v. 63 sq. Verbis ἐν τοῖσιν αὐτοῖς λ. κ. intellegit vates νέκυν νεκρῶν ἀμοιβὸν ἀντιδοῦναι.

V. 1059 sq. φανεῖ — κωκύματα] Poetice brevis mora temporis ostensura id dicitur, quod post brevem temporis moram osten-

[ἐχθραὶ δὲ πᾶσαι συνταράσσονται πόλεις,
ὅσων σπαράγματ' ἢ κύνες καθήγισαν,

sum iri dicendum erat. Similiter O. C. 609. Ai. 646 sqq. et 714 dictum. Schol.: **ἀνδρῶν. γυναικῶν· λείπει ὁ καί· καὶ γυναικῶν.** Erfurdtius conferri iubet Kuster. ad Aristoph. Ran. 157.

V. 1061—1064. **ἐχθραὶ δὲ — ἐς πόλιν**] Recte Erfurdtius, cui adsentitur Hermannus, praenuntiari his versibus Epigonorum expeditionem vidit, paternis inimicitiis irritatorum. Patres enim insepulti iacuerant testibus Euripide in Supplicibus et Hygino fab. LXX. Adde Isocrat. Panegyr. § 54. 55 p. 56 ed. Bekk. Panath. § 168 sqq. Plataic. § 53. Neque unquam probari potest ea horum versuum interpretatio, quam nuper proposuit Boeckhius, qui hoc dici putavit: 'quamque urbem perturbari, in qua mortuus insepultus iaceat', ita ut Thebae ipsae calamitate illa, quam domus regia mox perpessura sit, perdi significentur. Nam ut cetera omittam, quae huic explicationi refragantur, inepte profecto Tiresias, postea quam et facinus impium, quod commiserit Creon, et poenam diram, quam continuo ob id soluturus sit, commemoravit, rursus generali usus sententia quamque urbem everti, in qua mortuus insepultus iaceat, adiecisset. Neque, ut hoc unum addam, isto sensu **ἐχθραὶ** adiectivum ullo pacto poni potuit. Itaque hoc equidem certum puto, praedici hic illam, quam dixi, Epigonorum expeditionem. At num Sophocles haec canere Tiresiam fecerit, iure mihi videtur dubitari posse. Vere enim Boeckhius monuit, esse in hac praedictione quae neque per se apta neque congrua cum reliquis Tiresiae dictis sint. [Recte Wunderus hos versus ut spurios uncis inclusisse videtur. Illud vero dubium quod censet epigonorum praenuntiari expeditionem, cui opinioni ipsum tempus praesens **συνταράσσονται** haud convenit. Videtur potius auctori horum versuum obversatus esse motus ille animorum qui Solonis aetate **ἄγος Κυλώνειον** secutus est. Itaque etiam ei rationi qua Wunderus verba **ἐχθραὶ .. πόλεις** interpretatur: 'plenae in te odio omnes excitantur urbes' i. e. 'odio te persequuntur et ad bellum excitantur omnes civitates' praeferenda videtur Hermanni interpretatio, qui **ἐχθραὶ** per prolepsin dictum putat et explicat **ὥστε γίγνεσθαι ἐχθραί.** Videndum tamen ne primo id quod iam Reiskius coniecit **ἔχθρα** scriptum fuerit, ut sensus sit: 'inimicitiis autem moventur et tumultuantur universae civitates'.]

V. 1062. Schol.: **καθήγισαν· μετὰ ἄγους ἐκόμισαν.** Eadem fere explicatio Triclinii est: **εἰς δὲ τὸ ὅσων μὴ λάβῃς ἔξωθεν ἐπί, ἀλλὰ πρὸς τὸ καθήγισαν, οὕτω, καθ' ὅσων ἤγισαν, ἤγουν μεμιασμένως ἔφερον. ἄγος γὰρ τὸ μύσος.** Vide interpp. ad Aristoph. Plut. 681. At recte Hermannus neque alibi **καθαγίζειν** cum genetivo iunctum inveniri monuit, neque hic ita posse construi, cum nemo, qui haec verba audiat, non coniuncturus **ὅσων σπαράγματα** sit. Neque tamen nego insolenter dictum esse **ὅσων σπαράγματα** ita, ut Hermanno monente, cui accessit Boeckhius, sit: **ὅσων ἀνδρῶν σπαράγματα,** quod idem erit atque **ὅσων ἀνδρῶν σώματα ἐσπάραξαν καὶ** etc. Videtur potius **ὅσων** ita ad **πόλεις** referendum esse ut genetivus qui dicitur possessivus statuatur. Postremo recte, puto, Boeckhius: **καθαγίζειν** est, inquit, 'consecrare', et de mortuis dictum 'iusta persolvere'; qua significatione hic quoque positum magna cum acerbitate: 'in quibus laceris membris canes iusta persolvunt'. Ita Gorgias apud Longin. III 2 dixit: **γῦπες ἔμψυχοι τάφοι.** Similiter de vulture dictum ab Ennio (ap. Priscian. VI p. 683 ed. Putsch.): *crudeli condebat membra sepulcro*, a Lucretio V 991 *vivo sepeliri viscera busto*; eodem-

ἢ θῆρες, ἤ τις πτηνὸς οἰωνὸς φέρων
ἀνόσιον ὀσμὴν ἑστιοῦχον ἐς πόλιν.]
τοιαῦτά σου, λυπεῖς γάρ, ὥστε τοξότης
ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα
βέβαια, τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμεῖ.
ὦ παῖ, σὺ δ' ἡμᾶς ἄπαγε πρὸς δόμους, ἵνα
τὸν θυμὸν οὗτος ἐς νεωτέρους ἀφῇ,
καὶ γνῷ τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχωτέραν,
τὸν νοῦν τ' ἀμείνω τῶν φρενῶν, ἢ νῦν φέρει.

ΧΟ. ἀνήρ, ἄναξ, βέβηκε δεινὰ θεσπίσας.
ἐπιστάμεσθα δ', ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγὼ
τήνδ' ἐκ μελαίνης ἀμφιβάλλομαι τρίχα,
μή πώ ποτ' αὐτὸν ψεῦδος ἐς πόλιν λακεῖν.

ΚΡ. ἔγνωκα καὐτὸς καὶ ταράσσομαι φρένας·
τό τ' εἰκαθεῖν γὰρ δεινόν, ἀντιστάντα δὲ
ἄτῃ πατάξαι θυμὸν ἐν δεινῷ πάρα.

que modo explicandum quod positum a Sophocle El. 1487 sq. *πρόθες ταφεῦσιν, ὧν τόνδ' εἰκός ἐστι τυγχάνειν.*

V. 1064. Schol.: *ἑστιουχον*] *τὴν ἔχουσαν ἑστίαν καὶ βωμούς. ἑστιοῦχον ἐς πόλιν· ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τὴν ἑστίαν τῆς πόλεως.* Immo vero attributo *ἑστιοῦχος* significatur nomen *πόλις* sensu Atheniensium de quo vide Thuc. I 15 extr. accipiendum arcemque urbis intellegendam esse.

V. 1065 sq. Schol.: *τοιαῦτα κατὰ τῆς καρδίας σου τοξεύματα ἀφῆκα μετὰ θυμοῦ.* Recte ut videtur. De *θυμῷ* cfr. Krueg. I § 48, 15, 5. Contra Hermannus et Boeckhius iungunt *καρδίας τοξεύματα*, ita ut sint 'tela animum Creontis laedentia', dissentientes rursus inter se in explicandis verbis *σου θυμῷ*, quae Hermannus interpretatur 'propter iram tuam', Boeckhius 'in animum tuum'. Ceterum confer v. 1034.

V. 1067. *τῶν σὺ θάλπος*] Sic *ἔθαλψεν ἄτης σπασμός* Trach. 1082, *μανίαι θάλπουσι* Aesch. Prom. 878. De *τῶν* pro *ὧν* posito vide ad v. 600.

V. 1068. *ὦ παῖ, σὺ δ'*] De postpositis verbis *σὺ δὲ* vide Matth. § 312, 3.

V. 1071. *τὸν νοῦν — φέρει*] I. Uld. Faesi in Seebodii Misc. Crit. Vol. II part. IV p. 707 „duplex, inquit, animo poetae obversari poterat comparandi ratio, quarum neutram absolvisse putandus est: *τὸν νοῦν τ' ἀμείνω τῶν φρενῶν τῶν νῦν* (*αὐτῷ οὐσῶν*) et *τὸν νοῦν τ' ἀμείνω ἢ ὃν νῦν φέρει*". — At hoc si dicere voluisset Sophocles, non est dubium, quin, quae fuit eius elegantia, id quod Brunckius restituit, *ὧν νῦν φέρει* scripturus fuerit. Ac nescio equidem, an hoc ipsum restituendum sit, cum nulla scripturae vulgatae explicandae ratio mihi quidem satisfaciat.

V. 1073 sq. Schol.: *ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγώ· ἀντὶ τοῦ ἀπὸ νεότητος ἄχρι γήρως.*

V. 1075. Schol.: *λακεῖν· φθέγξασθαι.* De *ἐς πόλιν* confert Neuius 1247. El. 606. 642. *O. R.* 93. Pors. Adv. p. 244. 308, de *λακεῖν* Trach. 824 interpp. Aristoph. Plut. 39.

V. 1077 sq. Schol.: *τὸ μὲν ὑποχωρεῖν δεινόν, τὸ δὲ ἀντιστάντα βλαβῆναι.* Recte videtur Hermannus *ἀντιστάντα δὲ* etc. sic inter-

ΧΟ. εὐβουλίας δεῖ, παῖ Μενοικέως, Κρέον.
ΚΡ. τί δῆτα χρὴ δρᾶν; φράζε· πείσομαι δ' ἐγώ.
ΧΟ. ἐλθὼν κόρην μὲν ἐκ κατώρυχος στέγης
ἄνες, κτίσον δὲ τῷ προκειμένῳ τάφον.
ΚΡ. καὶ ταῦτ' ἐπαινεῖς καὶ δοκεῖς παρεικαθεῖν;
ΧΟ. ὅσον γ', ἄναξ, τάχιστα. συντέμνουσι γὰρ
θεῶν ποδώκεις τοὺς κακόφρονας βλάβαι.
ΚΡ. οἴμοι· μόλις μέν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι
τὸ δρᾶν· ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυσμαχητέον.
ΧΟ. δρᾶ νυν τάδ' ἐλθών, μηδ' ἐπ' ἄλλοισιν τρέπε.
ΚΡ. ὧδ' ὡς ἔχω στείχοιμ' ἄν· ἴτ' ἴτ', ὀπάονες,
οἵ τ' ὄντες οἵ τ' ἀπόντες, ἀξίνας χεροῖν

pretari: 'si resistam, ad id, ut hoc grave sit, accedit illud, ut magno malo iram meam percellam'. Fortasse pro ἐν δεινῷ scribendum ἐπὶ δεινῷ. De τὲ — δὲ particulis sibi oppositis vide Matth. § 626. Krueg. I § 69, 16, 6.

V. 1083. καὶ — παρεικαθεῖν] 'Et utile censes obsequi?' Eadem ratione usurpatum invenio *censere* apud Horat. epist. I 2, 9 *Antenor censet belli praecidere causas*. Verum hic usus verbi δοκεῖν haud facile exemplis comprobetur. Arridet quod Rauchensteinius scribendum esse suspicatus est δοκεῖ (i. e. δοκεῖ σοι). De καὶ in initio interrogationis posito vide ad El. 1481.

V. 1084 sq. Schol.: συντέμνουσι· συντόμως κατακόπτουσι καὶ βλάπτουσι. Immo ut ἀνύειν, ita συντέμνειν omisso nomine τὴν ὁδὸν dicitur, ita ut sit 'corripere viam, celerrime accedere'. Vide ad v. 796. Tum οἱ κακόφρονες non tam sunt qui mala meditantur quam qui non recte faciunt recteve sentiunt.

V. 1086 sq. μόλις μέν, καρδίας δ' etc.] Cfr. Eur. Phoen. 1421 μόλις μέν, ἐξέτεινε δ' εἰς ἧπαρ ξίφος, Aristoph. Nub. 1363 μόλις μέν, ἀλλ' ὅμως ἠνεσχόμην, Matth. § 622, 3. De locutione ἐξίσταμαι καρδίας τὸ δρᾶν, quod idem est ac πείθομαι τὸ δρᾶν (Phil. 1252), eundem § 535 c not. 3 et § 543 not. 2. Schol.: μόγις μεθίσταμαι τῆς προτέρας γνώμης. Similiter Euripid. Iph. A. 479 καὶ τῶν παλαιῶν ἐξαφίσταμαι λόγων. Sententia ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυσμαχητέον in memoriam vocat illud dictum Simonidis ἀνάγκᾳ δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται.

V. 1088. μηδ' — τρέπε] Recte Brunckius: 'neve aliis committe'. Si aliis rem committit, hos ablegat, ipse manet. Itaque ἐλθών contrarium est τοῦ ἄλλοις ἐπιτρέπειν, ut idem fere significet atque αὐτός.

V. 1090. οἵ τ' ὄντες οἵ τ' ἀπόντες] Non recte Hermannus οἱ ὄντες explicat οἱ ὄντες μοι νῦν ὀπάονες 'qui me nunc sequimini'. Nam fert ita usus linguae, ut ὢν participio cum ἀπὼν coniuncto significetur 'praesens'. Vide ad El. 305 sq. Apposite comparaverunt Plaut. Trin. II 2, 79 *comedit quod fuit quod non fuit.* Tum quod nominativus οἱ ὄντες, non vocativus positus est, non contra, sed secundum usum vulgarem factum est. Cfr. El. 634 σύ, ἡ παροῦσά μοι. Ai. 703 ὁ Δάλιος. Huius fab. 1103. Vide supra ad v. 927. Paullo insolentiora videri possunt nec tamen sunt El. 504 ὦ Πέλοπος ἁ πρόσθεν etc. Aesch. Pers. 156 μῆτερ ἡ Ξέρξου γεραιά, χαῖρε, Δαρείου γύναι. Ceterum facile apparet secures secum ferre famulos iuberi ad caedenda ligna, quibus comburendum Polynicis corpus erat.

ὁρμᾶσθ' ἑλόντες εἰς ἐπόψιον τόπον,
ἐγὼ δ', ἐπειδὴ δόξα τῇδ' ἐπεστράφη,
αὐτός τ' ἔδησα καὶ παρὼν ἐκλύσομαι.
δέδοικα γάρ, μὴ τοὺς καθεστῶτας νόμους
ἄριστον ᾖ σῴζοντα τὸν βίον τελεῖν.

(στροφὴ α'.)

ΧΟ. Πολυώνυμε, Καδμείας νύμφας ἄγαλμα
καὶ Διὸς βαρυβρεμέτα
γένος, κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις Ἰταλίαν, μέδεις δὲ

V. 1091. εἰς ἐπόψιον τόπον] Cfr. v. 1197 πεδίον ἐπ' ἄκρον ἔνθ' ἔκειτο νηλεὲς . . σῶμα Πολυνείκους. Similiter hic locum designandum atque Creontis consilium et Polynicis sepeliendi et Antigonae e vinculis liberandae aperiendum fuisse ratus Hermannus huic et proximo versui signa lacunae interposuit. At neque negotium, cum Creon ipse eat, haec mandata requirit, neque ei qui spectant de consilio Creontis errare possunt. Itaque commode fecisse videtur poeta et apte ad animos spectantium tenendos, quod cetera narrationi nuntii accuratae reservavit. — Pro τόπον coniecit Rauchensteinius πέδον.

V. 1092 sq. ἐγὼ δ' — ἐκλύσομαι] 'Ego vero, quoniam huc animus meus inclinavit, ipse illuc vobiscum profectus quod impedivi expediam, i. e. quod peccavi corrigam'. Hoc enim sensu metaphorico (cfr. v. 40 cum nota) dicta verba esse αὐτός — ἐκλύσομαι, vel ex eo apparet, quod si proprio sensu acceperis, ut cetera incommoda omittam, Creon tantum Antigonam e specu se dimissurum esse dicit. Atqui Polynici etiam, ut fecit, iusta se facturum esse ostendere hic necessario debebat.

V. 1096—1133. Chorus iam in spem adductus turbas bene compositum iri Bacchum Thebarum praesidem ac deum tutelarem implorat ut omnia sanet et expurget civitatique tranquillitatem et serenitatem reddat.

V. 1096. Schol.: πολυώνυμε· ὦ Διόνυσε· οἱ μὲν γὰρ Βάκχον, οἱ δὲ Ἴακχον, οἱ δὲ Λύαιον, οἱ δὲ Εὔιον, οἱ δὲ Διθύραμβον καλοῦσιν. Cfr. Spanhem. ad Callim. in Apoll. 70. Quoniam autem qui deus plurima nomina habebat, is a plurimis mortalibus coli et invocari solebat, πολυώνυμος idem valet atque 'multum celebratus, cultus, invocatus'.

Ibid. ἄγαλμα] Matris ἀγάλματα, 'deliciae', sollemni poetarum usu dicuntur liberi. Vide Markl. ad Eur. Suppl. 367. Ruhnk. ad Timaeum v. ἄγαλμα. ERF. Καδμείας νύμφας, Semeles. Similes in appellationibus pleonasmos collegit Blomf. ad Aesch. Prom. 140. De solutione Καδμεΐας confer v. 1135 Θηβαΐας, v. 971, 983 Φινεΐδαις, Ἐρεχθεϊδᾶν, Aesch. Suppl. 61 Τηρεΐας, quodque saepius positum Τρωϊος et Τρωΐα. Vide Elmsleium ad Med. 806.

V. 1099. ἀμφέπεις] Confert Nevius El. 651. Pind. Pyth. V 68. IX 71.

V. 1099 sq. κλυτὰν — Ἰταλίαν] Facile apparet Italiam dici inferiorem sive Graeciam magnam eiusque partem potissimum australem, a Graecis colonis cultam, situ, fertilitate, coeli salubritate insignem (κλυτάν); inter Bacchi autem domicilia refertur, quia vini erat feracissima. Schol.: διὰ τὸ πολυάμπελον τῆς χώρας. Varro I 2. Lucian. Navig. 23. Etymol. M. p. 525, 39. WEX. At summa probabilitate R. Ungerus (Elect. Crit. p. 355 sqq. cfr. Philol. XXXIII p. 343) coniecit Ἰκαρίαν. Hunc enim locum quem vel maxime ad cultum Bacchi Atticum pertinuisse constat, a poeta omissum esse haud verisimile videtur.

*παγκοίνοις Ἐλευσινίας*
*Δῃοῦς ἐν κόλποις, Βακχεῦ, Βακχᾶν*
*ὁ ματρόπολιν Θήβαν*
*ναιετῶν παρ' ὑγρῶν*
*Ἰσμηνοῦ ῥείθρων ἀγρίου τ'*
*ἐπὶ σπορᾷ δράκοντος·*

(ἀντιστροφὴ α'.)

*σὲ δ' ὑπὲρ διλόφοιο πέτρας στέροψ ὄπωπε*
*λιγνύς, ἔνθα Κωρύκιαι*
*νύμφαι στίχουσι Βακχίδες, Κασταλίας τε*
*νᾶμα·*

V. 1101. Schol.: *παγκοίνοις· ἐν οἷς πάντες συνάγονται διὰ τὰς πανηγύρεις· ἢ διὰ τὸ τὴν θεὸν πάντας τρέφειν· ἢ ὅτι κοινὰ τὰ μυστήρια Δήμητρος καὶ Διονύσου.* Vera est prima interpretatio. Ceterum notum est Bacchum in Mysteriis Eleusiniis coniunctim cum Cerere cultum fuisse. Cfr. Musgr. ad Eur. Ion. 1093. — De prosodia v. *Ἐλευσινίας* Boeckh. confert Hom. in Cer. 105. 266. Antimach. fr. 55. Eratosth. fr. Merc. XV 15, Herm. Elem. D. M. p. 44.

V. 1102. Schol.: *κόλποις· ἀντὶ τοῦ πεδίοις.* Cfr. Passov. v. *κόλπος* 3 b. Ante *Βακχεῦ* delevit *ὦ* Hermannus, *ὁ* ante *ματρόπολιν* addidit Musgravius, *ναιετῶν* pro *ναίων* scripsit Dindorfius. Hae medelae certae non sunt.

V. 1103. *Βακχᾶν ματρόπολιν*] Triclinius: *ἐπειδὴ ἐν Θήβαις ὁ Διόνυσος μὲν γέγονεν, οὗτος δὲ τὰς Βάκχας πεποίηκε, διὰ τοῦτο μητρόπολιν αὐτὴν τῶν Βακχῶν λέγει.*

V. 1104 sq. *παρ' ὑγρῶν — ῥείθρων*] De hoc *παρά* praepositionis usu monitum ad v. 951.

V. 1105 sq. Schol.: *ἀγρίου — δράκοντος· παρὰ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἐσπάρησαν οἱ ὀδόντες τοῦ δράκοντος.*

V. 1107 sq. Schol.: *σὲ δ' ὑπέρ· σὲ ὁρᾷ ὁ λαμπρὸς καπνός· ἀντὶ τοῦ σοὶ θυσίαι κατὰ Παρνασσὸν γίγνονται· ἢ παρ' ὅσον αὐτόματον πῦρ ἐκεῖσε ἀναδίδοται. διλόφου πέτρας· τοῦ Παρνασσοῦ· τοιοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὄρος.* Elmsleius ad Eurip. Bacch. 306 'Multa apud poetas mentio est flammae in monte Parnasso noctu lucentis, quam qui videbant Bacchum utraque manu facem gestantem cum solito famularum comitatu saltare credebant. Cuius ignis quae fuerit natura, eorum est investigare, qui in physicis versantur. Quod grammatici officium est, tragicorum nonnulla de eo testimonia apponam: Eur. Phoen. 226, ubi conferatur Schol., Ion. 716. 1125. Aristoph. Ran. 1211.' *Διλόφοιο* ex coniectura Dindorfii scripsi pro *διλόφου.*

V. 1108. Schol.: *Κωρύκιαι· αἱ Παρνασσίδες· Κωρύκιον γὰρ ἄντρον ἐν Παρνασσῷ.* Cfr. interpp. ad Aesch. Eum. 22 et Elmsl. ad Eur. Bacch. 559 et Ulrichs Reisen und Forschungen in Griechenland p. 48.

V. 1110. *στίχουσι*] Hesychius: *στίχουσι· βαδίζουσι, πορεύονται.* GUIL. DINDORF. Libri habent *στείχουσι.* Cum praeterea pro spondeo *νύμφαι* ratio antistr. iambum requirat et vehementer offendat alterum subiectum *Κασταλίας τε νᾶμα* tam longo intervallo a primo *στέροψ λιγνὺς* disiunctum, vel maxime probantur ea quae M. Seyffertus post M. Schmidtium qui *Κωρύκιαι γυυφαί τ' ἔχουσι Βακχίδας Κασταλίας τε νᾶμα* coniecerat, scripsit: *Κωρυκίας γυυφάς τ' ἔχουσι Βακχίδες Κασταλίας*-

*καί σε Νυσαίων ὀρέων*
*κισσήρεις ὄχθαι χλωρά τ' ἀκτὰ*
*πολυστάφυλος πέμπει*
*ἀμβρότων ἐπέων*
*εὐαζίντων Θηβαΐας*
*ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς·*

(στροφὴ β'.)

*τὰν ἔκπαγλα τιμᾷς*
*ὑπὲρ πασᾶν πόλεων*
*ματρὶ σὺν κεραυνίᾳ·*
*καὶ νῦν, ὡς βιαίας*
*ἔχεται πάνδαμος πόλις ἐπὶ νόσου,*

*λίας τε νᾶμα.* De voce *γνυφαί* cfr. Hesych. *γνυφαί· νάπαι.*

V. 1111. Schol.: *Κασταλίας: πηγὴ ἐν Παρνασσῷ.*

V. 1112 sq. Schol.: *Νύσσα Φωκίδος ὄρος· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ Νύσσαι* [Euboica, Thracia, Arabica, Indica, Aethiopica, aliae]. *χλωρά τ' ἀκτά: ἢ τὸ ἐν Εὐβοίᾳ φησὶν ἄλσος, ἢ τὸ ἐν Παρνασσῷ· ἐν ἀμφοτέροις γὰρ τόποις ἡ ἄμπελος, ἣ καθ' ἑκάστην ἡμέραν περὶ μὲν τὴν ἕω βότρυας φέρει, περὶ δὲ τὴν μεσημβρίαν ὄμφακας, ἐτρυγᾶτο δὲ πεπανθεῖσα περὶ τὴν ἑσπέραν.* Intellegendam hic Nysam Euboicam esse recte monuit Erfurdtius adlato vs. 1125. Cfr. Steph. Byz. v. *Νῦσαι· δεκάτη ἐν Εὐβοίᾳ, ἔνθα διὰ μιᾶς ἡμέρας τὴν ἄμπελόν φασιν ἀνθεῖν καὶ τὸν βότρυν πεπαίνεσθαι.* Eustath. ad Dionys. p. 224, 34 ed. Bernh. *Νύσσαι δὲ — Εὐβοϊκή, περὶ ἣν λέγεται καὶ τὸ τῆς ἀμπέλου τεράστιον, βότρυν ἐκφερούσης καθημέριον.* Idem narrat. Schol. ad Eur. Phoen. 227, fragm. adferens e Soph. Thyeste: *ἔστι γάρ τις ἐναλία Εὐβοιὶς αἶα· τῇδε Βάκχειος βότρυς ἐπ' ἦμαρ ἕρπει.*

V. 1115. *ἀμβρότων ἐπέων*] Sunt 'voces sanctae, voces in sacris editae'. Cfr. Pind. Pyth. IV 11 *ἀθανάτου στόματος.*

V. 1116. Schol.: *εὐαζόντων· ὑμνούντων, μετὰ εὐφημίας εὐοῖ λεγόντων, ὅς ἐστιν ὕμνος Διονύσου.* Insolentius cantus hic dicitur *εὐάζειν,* quod vulgo de Bacchantibus dicitur.

V. 1117. *ἐπισκοποῦντ'*] Recte Wexius 'invisentem plateas', per quas pompa ducitur, ut ei praesis. Cfr. 1127 sq. *νυχίων φθ. ἐπίσκοπε.*

V. 1118. *τὰν*] Referendum ad nomen, quod verbis praecedentibus continetur, *Θήβην.* Vide Matth. § 435. Krueg. II § 43, 3, 7.

V. 1118 sq. *ἔκπαγλα — ὑπὲρ πασᾶν* Dindorfius scripsit. Libri habent *ἐκπασᾶν — ὑπερτάταν.* Vocis *ὑπερτάταν* in La alterum *α* in litura est erasis duabus tribusve litteris quae superscriptae fuerunt. Blaydesius coniecit *ὑπερτιμᾷς* atque fortasse si scribimus: *τὰν ἔκπαγλα πασᾶν ὑπερτιμᾷς πόλεων,* magis sequimur vestigia librorum. De adverbio *ἔκπαγλα* confer O. C. 716 sqq. *ἔκπαγλα — θρώσκει;* de *ὑπὲρ* praepositionis usu Pind. Nem. IX 129 *εὔχομαι ὑπὲρ πολλῶν τιμαλφεῖν λόγοις νίκαν,* quem locum attulit Matth. § 582 p. 1156.

V. 1120. Schol.: *κεραυνίᾳ· κεραυνοβλήτῳ.* Cfr. Eur. Bacch. 6 *ὁρῶ δὲ μητρὸς μνῆμα τῆς κεραυνίας.*

V. 1121 sqq. *καὶ νῦν* etc.] Hoc dicit: 'qui semper sacris nostris ades, nunc quoque veni, quando urbs gravi laborat morbo, salutem nobis adferens'.

*μολεῖν καθαρσίῳ ποδὶ Παρνασίαν*
*ὑπὲρ κλιτὺν, ἢ στονόεντα πορθμόν.*
(*ἀντιστροφὴ β΄.*)
*ἰὼ πῦρ πνεόντων*
*χοράγ᾽ ἄστρων, νυχίων*
*φθεγμάτων ἐπίσκοπε,*
*παῖ Δῖον γένεθλον,*
*προφάνηθ᾽, ὦναξ, σαῖς ἅμα περιπόλοις*
*Θυίαισιν, αἵ σε μαινόμεναι πάννυχοι*
*χορεύουσι τὸν ταμίαν Ἴακχον.*

*ΑΓΓΕΛΟΣ.*

*Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος,*
*οὐκ ἔσθ᾽ ὁποῖον στάντ᾽ ἂν ἀνθρώπου βίον*

V. 1123. Schol.: *μολεῖν· λείπει θέλησον· ἢ ἀπαρέμφατον ἀντὶ προστακτικοῦ.* Cfr. Matth. § 546. Krueg. II § 55, 1, 3.

V. 1125. Schol.: *ἢ στονόεντα πορθμόν· τὸν ἠχώδη διὰ τὰ κύματα. πορθμὸν δὲ τὸν ἀπ᾽ Εὐβοίας εἰς Βοιωτίαν.*

V. 1126 sq. Schol.: *ἰὼ πῦρ πνεόντων χοραγέ· τῶν πυρπνόων ἄστρων ἐπίσκοπε· καὶ γὰρ αἰθέριος τιμᾶται, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις* (1078) *φησὶν αὐτὸν ἐν αἰθέρι κατοικεῖν. Ἄλλως. χοραγέ, τὸν χορὸν ἄγων. ἢ τῶν ἄστρων χορηγέ· κατὰ γάρ τινα μυστικὸν λόγον τῶν ἀστέρων ἐστὶ χορηγός καὶ νυχίων φθεγμάτων· τῶν ἐν νυκτὶ εὐφημιῶν καὶ ὕμνων· ἐν νυκτὶ γὰρ αἱ Διονυσιακαὶ χορεῖαι γίνονται, ὅθεν καὶ νυκτέλιος, καὶ Εὐριπίδης* (Bacch. 486) '*νύκτωρ τὰ πολλά· σεμνότητ᾽ ἔχει σκότος*'. Dixit de hoc loco Lobeckius Aglaoph. p. 218 sq. Cfr. Aristoph. Ran. 342 *Ἴακχ᾽, ὦ Ἴακχε, νυκτέρου τελετῆς φωσφόρος ἀστήρ.* Ut ipsum attributum *πῦρ πνεόντων* ostendit, *ἄστρα* intelleguntur *κατὰ μυστικὸν λόγον* taedae ardentes quae in pervigiliis Eleusiniorum sacrorum iactabantur.

V. 1129. *παῖ Δῖον γένεθλον* restituit M. Seyffertus pro *παῖ Διὸς γένεθλον.* Hoc emendandi genus, de quo vide ad v. 1022, plus habet probabilitatis quam illud quo Bothius scripsit *παῖ Ζηνός.* Iungenda haec in unum Harmannus monet, ut idem sint quod *ἐκ Διὸς γεγὼς παῖς.*

V. 1130. Malui egregiam Bergkii coniecturam *ὦναξ*, cuius loco libri habent *ὦ Ναξίαις*, recipere quam in v. strophico 1123 post *πάνδαμος* de Boeckhii sententia *ἁμὰ* addere.

V. 1131. Schol.: *περιπόλοις· ταῖς ἱερείαις, ταῖς σαῖς ἀκολούθοις·*

V. 1133. *χορεύουσι*] Activum hic est verbum *χορεύειν*, significans 'deum choreis celebrare'. Confert Brunckius Pind. Isthm. I 7 *καὶ τὸν ἀκειρεκόμαν χορεύων.* Addo Eurip. Iph. A. 1057. Ion. 1085. Vide Krueg. II § 46, 11, 2.

V. 1134. *Κάδμου — Ἀμφίονος*] Post Cadmeam urbem a Cadmo conditam Amphiona tradunt et Zethum, filios Antiopae et Iovis, devicto avunculo Lyco, tutore Lai, Thebanum regnum obtinuisse et amplificasse antiquam urbem. CAM. Recte Schaeferus *δόμων* etiam ad *Κάδμου* referendum monuit. De locutione *πάροικοι δόμων Κάδμου*, qua cives Thebani significantur, vide ad O. R. 1.

V. 1135 sq. Sensus huius enuntiati quod male intellexerunt interpretes hic est: 'nulla vitae condicio vel bona vel mala constans

οὔτ' αἰνέσαιμ' ἂν οὔτε μεμφαίμην ποτέ.
τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταρρέπει
τὸν εὐτυχοῦντα τόν τε δυστυχοῦντ' ἀεί·
καὶ μάντις οὐδεὶς τῶν καθεστώτων βροτοῖς.
Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτός, ὡς ἐμοί, ποτέ,
σώσας μὲν ἐχθρῶν τήνδε Καδμείαν χθόνα
λαβών τε χώρας παντελῆ μοναρχίαν
ηὔθυνε, θάλλων εὐγενεῖ τέκνων σπορᾷ·
καὶ νῦν ἀφεῖται πάντα. τὰς γὰρ ἡδονὰς
ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ
ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.

est'. Vis sententiae enim continetur verbo πάντα, quod idem ac στάσιμον γενόμενον, 'stabilem factum'. Cfr. Eur. El. 403 ἴσως γὰρ ἂν μόλις προβαίνουσ' ἡ τύχη σταίη καλῶς. Verbum αἰνέσαιμι ad rerum secundarum, μεμφαίμην ad rerum adversarum constantiam pertinet. Proximis versibus sempiternae vicissitudines fortunae describuntur et adduntur haec: μάντις οὐδεὶς τῶν καθεστώτων βροτοῖς i. e. 'vates nemo est rerum constantium mortalibus'. Quippe quia nulla rerum constantia est, nulla praedici potest.

V. 1137 sq. καταρρέπει] Proprie verbum neutrum est, sed hic potestatem transitivam habet. Theognis 157: Ζεὺς τὸ τάλαντον ἐπιρρέπει. MUSG. Similiter Latini ruere usurpant, de quo vide Ruhnk. ad Terent. Ad. III 2, 21. Quod ad sensum attinet, τὸν εὐτυχοῦντα ad καταρρέπει, τὸν δυστυχοῦντα ad ὀρθοῖ refertur. Similiter Hom. Θ 64 ἄμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων.

V. 1140. Schol.: ὡς ἐμοί· λείπει ἐδόκει. Cfr. Matth. § 388 a. Krueg. I § 48, 5, 5 et § 69, 63, 6.

V. 1141 sqq. Saepius post πρῶτα μὲν pro δεύτερα δὲ vel ἔπειτα, post πολλὰ μὲν pro πολλὰ δὲ, quoniam res non opponendae sed adiungendae sunt, τὲ infertur, illud Eur. Med. 125. 233. 1101, Hipp. 996, Heracl. 337, Ion 401, Or. 22, hoc Trach. 1012, Aesch. Sept. 924, Eur. Med. 429. Hic cum vellet poeta dicere ὃς ἔσωσε μὲν χθόνα, ἔθαλλε δὲ, ὅτε λαβὼν .. ηὔθυνεν, εὐγενεῖ τέκνων σπορᾷ, ita mutavit incohatam constructionem ut concinno praeferret dilucidum. De σώζεσθαί τινος cfr. Krueg. II § 47, 13, 2; de adi. παντελῆ vide ad v. 997. De urbe a Creonte servata dictum ad v. 976.

V. 1144—1146. Quae recepimus, vulgantur ex Athen. VII p. 280 et XII p. 547. In libris ἀνδρὸς pro ἄνδρες (apud Eustathium p. 957, 17 ἄνδρα) legitur et v. 1146 omissus est. Integra haec iudicari nequeunt. Nam προδῶσιν non significat quod schol. significare dicit ἀπολέσωσιν. Intellegi possunt quae alius schol. habet οὐ νομίζω ζῆν ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα, ὃν ἂν προδῶσιν αἱ ἡδοναί, verum τὰς ἡδονὰς προδῶσιν ἄνδρες non possunt intellegi. Praeterea offendit singularis τοῦτον post plur. ἄνδρες. Quae v. 709. 1022 habentur vel quod ὅστις saepe ad plur. refertur, ea aliam rationem sequuntur. Quae cum ita sint, lectionem librorum ἀνδρός ad restituendam poetae manum adhiberi consentaneum est atque suspicamur poetam scripsisse: καὶ νῦν ἀφεῖται πάνθ'· ὅταν γὰρ ἡδοναὶ βίον προδῶσιν ἀνδρός, οὐ τίθημ' ἐγὼ ζῆν τοῦτον κτέ. Vim vocis ἡδοναὶ explicat poeta ipse sequentibus verbis τὸ χαίρειν. De τίθημι quod valet 'pono, facio', cfr. Isocr. Paneg. § 145 τίθημι

πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα,
καὶ ζῆ τύραννον σχῆμ' ἔχων, ἐὰν δ' ἀπῇ
τούτων τὸ χαίρειν, τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς
οὐκ ἂν πριαίμην ἀνδρὶ πρὸς τὴν ἡδονήν.
ΧΟ. τί δ' αὖ τόδ' ἄχθος βασιλέων ἥκεις φέρων;
ΑΓ. τεθνᾶσιν· οἱ δὲ ζῶντες αἴτιοι θανεῖν.
ΧΟ. καὶ τίς φονεύει; τίς δ' ὁ κείμενος; λέγε.
ΑΓ. Αἵμων ὄλωλεν· αὐτόχειρ δ' αἱμάσσεται.
ΧΟ. πότερα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερός;
ΑΓ. αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ, πατρὶ μηνίσας φόνου.
ΧΟ. ὦ μάντι, τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας.
ΑΓ. ὡς ὧδ' ἐχόντων, τἄλλα βουλεύειν πάρα.
ΧΟ. καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ

στασιάζειν αὐτοὺς et Dorvill. ad Char. p. 403 ed. Lips. De sententia cfr. Simonidis frgm. 71 p. 1142 Bgk. tert. ed. τίς γὰρ ἀδονᾶς ἄτερ θνατῶν βίος ποθεινὸς ἢ ποία τυραννίς; τᾶς δ' ἄτερ οὐδὲ θεῶν ζαλωτὸς αἰών.

V. 1147 sq. πλούτει etc.] De imperativi notione vide Krueg. I § 54, 4, 2.

V. 1148. Schol.: ζῆ· ἀντὶ τοῦ ζῆθι, προστακτικῶς. Alia huius imperativi exempla ex tragicis vide in Bekk. Anecd. p. 97, 29. Verbis τύραννον σχῆμα 'dignitas regia' significatur. Hermannus consuli Bergler. ad Alciphr. I 34 p. 140 iubet.

V. 1149 sq. καπνοῦ σκιᾶς] Fumi umbra nihil vilius esse potest. Ex Pindarico dicto hoc adumbratum, σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. BR. Cfr. Philoct. 946 κοὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρὸν ἢ καπνοῦ σκιάν, εἴδωλον ἄλλως, Aesch. frg. 390 N. τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ' ἐφ' ἡμέραν φρονεῖ καὶ πιστὸν οὐδὲν μᾶλλον ἢ καπνοῦ σκιά. Locutio autem πρίασθαί τί τινι, significans quod nos dicimus, 'jemanden etwas abkaufen', comparanda cum locutione δέχεσθαί τί τινι, 'jemanden etwas abnehmen', de qua vide Krueg. II § 48, 4, 1. Denique de verbis πρὸς τ. ἡδονὴν cfr. Krueg. I § 68, 39, 5.

V. 1151. φέρων] 'Nuntians'. Vide ad O. C. 420. Eodem modo Latini poetae *ferre* usurparunt. De numero plurali βασιλέων vide quae ad Trachin. 316 adnotata sunt.

